


George Frederick Nott.

A. CORN.

CELSI

MEDICINAE

LIBRI OCTO

EX RECENSIONE

LEONARDI TARGAE.

EDITIO ALTERA ACCVRATIOR,

CVI ACCEDIT

LEXICON CELSIANVM.

VERONAE
Apvd Haeredem Merlo
MDCCCX.

AD LECTOREM.

Si qua est ars, quam singulari studio ac diligentia Graeci excoluerint, ea certe Medicina est, quae in Oriente summo semper in honore habita ex AEgypto, ut ceterae fere omnes, una cum Philosophia in Graeciam migravit. Ea quippe antiquis temporibus sapientiae pars habebatur, et quidem potissima, utpote quae corpori medetur, quocum animus ipse tam arcta societate conjungitur. Qui in ea inter veteres excelluerint, multi celebrantur: quorum praecipuus Hippocrates Cous, tanta vir auctoritate, ut Medicorum princeps etiamnum habeatur. Hujus autem sectator inter Latinos A. Cornelius Celsus, non is quidem ingenio cum illo comparandus, sed scribendi arte atque elegantia procul dubio longe superior. Nam Medicinam totam octo libris complexus adeo scite in suas partes distribuit, dilucideque explicavit, ut nihil amplius desiderari posse videatur. Itaque valde dolendum est praeclarum opus idemque utilissimum temporis injuria plurimis mendis, nec sane levibus, refertum ad nostram aetatem pervenisse. Non defuere quidem Viri doctrina atque eruditione praestantes, qui ea tollere conati sint; sed tamen nulla ejus operis editio hactenus apparuit satis probanda, ne Lindeniana quidem ipsa, unde posteriores ceterae derivantur; licet ea unanimi fere consensu omnium optima existimetur. Nam quaedam, quae recte habebant, Lindenius corrupit; alia, corrupta cum essent, ex conjectura, quae ple-

rumque fallacissima est, restituit. Illud vero minime ferendum, quod cum in multis antiquos Codices secutus sit, de eo sigillatim non admonuit; ut dubius incertusque haereas, quaenam sit cuique lectioni fides adhibenda. Tria haec vitia Vir Summus Joannes Baptista Morgagnus jampridem animadvertit, et quid in singulis peccatum sit, editis VIII. in Celsum doctissimis Epistolis, diligenter, ut solet, adnotavit; multis insuper, quae nec Lindenius, nec alius quisquam attigerat, emendatis. Ad haec plura indicavit, quae manifesto depravata sunt, nec tamen perspici potest quo pacto corrigi queant. Haec cum ita sint, ut Celsus pristinae integritati, quantum fieri potest, restituatur, unde potissimum auxilium petendum est? Nimirum ab antiquis Codicibus, qui si emendati sint, veram scripturam exhibent; si mendosi, homini sagaci interdum indicant. Hac ego persuasione ductus cum superioribus annis iter per Italiam instituissem, Codices mss. consului, qui in Vaticana ac Medicea Bibliotheca asservantur, eosque cum editis (nam hos fere omnes jampridem mihi comparaveram) diligentissime contuli. Atque utinam id facere Morgagnus potuisset! Multo sane pauciora in Celso haberemus, quae legentibus negotium facesserent. Ego enim, qui doctrina illi sum atque ingenio adeo inferior, multo plus, quam initio speraveram, ex eorum collatione profeci. Nec tamen omnes sunt ejusdem notae. Sed hi cujusmodi sint, et quae cujusque aetas atque auctoritas, Index ostendet, quem huic epistolae subjiciam. Illud modo affirmare possum, eam me Celsi editionem dare, in qua vix ullus sit nostris conjecturis

locus. Etenim in ea nihil fere reperitur, quod ex iis Codicibus, quos supra dixi, aut manuscriptis, aut editis petitum non sit. Quoniam vero e manuscriptis antiquissimus est Codex Mediceus Primus, illud curavi, ut quae in eo scripta sunt, pleraque, etiam si vitiosa essent, adnotarentur. Quid istuc, inquies? Scilicet ut perspicacior aliquis ex iis ipsis veram, si fieri possit, lectionem eliceret: quae causa fuit quamobrem ex aliis quoque Codicibus variantia excerperem. Porro singulos libros in capita capitumque sectiones divisi, ut Lindenio placuit, lemmatibus tantum rejectis; eo quod Celsi loca ex ejus editione afferri solent, quae ubique fere usu recepta est, omnesque Bibliothecas occupat. Atque ego ejus editionis celebritati hoc quoque dedi, ut in quibus a nostra discrepat, singula describerem; ne ab ullo, qui postremam hanc habet, prior illa desideretur. Ceterum ii libri in Codice Mediceo Primo, cujus magna utique auctoritas est, una eademque serie continenter sunt scripti: ex quo colligi posse videtur, divisionem illam antiquam non esse. Ea certe, ut plerumque non sit inepta, a veterum Scriptorum ingenio maxime abhorret, atque adeo ipsius Celsi, cujus ea non minima laus, quod res diversas ac suapte natura separatas singulari artificio conjunxerit. Itaque si quando ille caput nominat, vox haec eo sensu fortasse accipienda est, quo illam Latini Scriptores usurpant, ut res quasdam significent ab aliis distinctas, haud tamen ab iisdem prorsus sejunctas atque distractas. Hujusmodi sunt *capita epistolae* apud Tullium, Suetonium, aliosque.

Ex iis, quae hactenus dicta sunt, satis apparet, id

unum mihi curae fuisse, ut Celsi textum quam emendatissimum darem; cum Auctor miro orationis nitore ipse per se perspicuus nullo egeat commentario. Equidem non negaverim quaedam esse vocabula artis propria, quae aliquid habeant obscuritatis; sed iis explicandis Lexicon Celsianum sufficere existimabitur, si tantum erit otii, praesertim valetudine tam infirma crebrisque adeo tentationibus vexata, ut quod dudum inchoatum est, possim aliquando perficere. Vale.

AD EVMDEM.

Ex iis quae praefatus sum ad priorem Celsi Editionem a me procuratam, atque ex Epistolis Cajetani Cognolati et Jo. Bapt. Morgagni Editioni illi et huic quoque adjectis, intelligi potest, me tunc temporis adversa valetudine affectum fuisse. Haec causa fuit, ob quam opus exeunte An. MDCCLXVI. edi coeptum, non nisi An. MDCCLXIX. ineunte absolutum fuerit. Id vix eram consecutus, cum febricula quae me jamdiu male habebat, gravior facta est, aliaque huic incommoda accesserunt; ut Lexici Celsiani perficiendi cogitatione, ac medici munere dimissis, quieti animi corporisque me tradere sim coactus. Hac vitae ratione aliquot annos servata, morbum depuli, viresque paulatim refeci, non ita tamen, ut tutum crediderim pristina studia statim suscipere. Sed res incidit, quae me pellexit ad ea redire. Nam Vir Clarissimus Ludovicus Bianconus mihi exemplum dono misit duodecim epistolarum quas in Celsum scripsit, quaeque An. MDCCLXXX. editae sunt. Ex his cognovi in Vaticana Bibliotheca Celsi Codicem asservari, Mediceo illo qui omnium antiquissimus ferebatur, vetustiorem. Is, cum ego alios septem illius Bibliothecae Codices cum libris editis contuli, fortasse ignorabatur: mihi certe ostensus non fuit. Igitur curavi, ut a perito aliquo et diligenti homine Codex ille describeretur, mihique exemplum mitteretur. Sed difficile fuit hujusmodi hominem reperire: post longum tamen

tempus ope spectati, mihique amicissimi viri repertus est. Is fuit Rinaldus Santolonus, unus ex Bibliothecae Custodibus, qui illius Codices jamdiu tractabat, perspectosque habebat. Codicem ille quam accuratissime se descripturum suscepit, si tempus ei daretur ad rem perficiendam necessarium: quippe cum multis aliis occupationibus distentus, non posset, nisi per intervalla quae ab his vacua haberet, rem exsequi. Pactum igitur est, ut exemplum per partes mitteret: earumque primam An. MDCCLXXXXVI. ultimam quatuor post annos accepi: tempore litterarum studiis minime opportuno. Gravissimo enim bello exorto, res tum publicae, tum privatae tota Italia afflictae sunt. Tandem mihi licuit animum operi manumque admovere, ac Celsum accuratius recensere, auxilio Codicis Vaticani, de quo paulo superius dixi, aliorumque librorum, quibus in adornanda priore Editione carueram. Atque in contextu quidem rationem hanc secutus sum: ubi Codex Mediceus, quem Primum, et Vaticanus, quem Octavum nomino, atque Editio Lindeniana consentiunt, eam scripturam servavi, nisi si ratio repugnabat: ubi hi libri manifesto mendosi erant, aliorum librorum, sive scriptorum, sive editorum lectionem, quae recte se habebat, reposui: in locis quos, cum in libris omnibus corrupti essent, Lindenius, sive ex sua, sive ex aliorum conjectura restituit, ejus lectionem retinui. Ipse quoque nonnulla ex conjectura emendavi, aut quomodo emendari possint, exposui. Pauca quae ex margine in textum irrepserant, sustuli; alia quae glossemata videri possint, uncis inclusi. Quas vero adnotationes in priore Editione textui

subjeci, cum alia detrahenda, alia adjicienda, multa etiam essent mutanda, satius duxi eas reficere, quam interpolare; variantesque lectiones, unde sumptae sint, indicare; modo sic: *Caesarius legit &c. Lindenius legit &c.* nonnumquam sic: *Lindenius perperam legit &c.* Quae sunt parvi momenti, sic: *Alii legunt &c.*

Vitam Cornelii Celsi a Rhodio scriptam, quae in Lindeniana et posterioribus Editionibus omnibus habetur, omisi; quia erroribus referta est: quorum aliquos notavit Morgagnus Epist. I. Item Compendium omisi, quod duodecim suarum in Celsum epistolarum confecit Bianconus a fratribns Luchtmans rogatus, et ab illis vulgatum est Lugduni Batavorum An. MDCCLXXXVI. una cum Celso ex mea recensione Patavii edito An. MDCCLXIX. Quaedam Eruditissimus ille Vir recte tradidit; sed invicem alia minus probanda. Et sane non multa sunt, quae de Celso pro certis haberi possint. Praenomen quidem Auli ei fuisse, non Aurelii, ut in plerisque libris legitur, extra omnem dubitationem est. Nam Hieronymus Rubeus, qui suas in hunc auctorem adnotationes An. MDCVII. absolverat, hoc earum initium fecit: *Vetus codex Vaticanus manuscriptus inscriptionem libri sexti sic habet*: Auli Cornelii Celsi liber sextus, idemque Medicinae primus. *Quod Auli praenomen eo magis in Cornelio Celso placet, quod* Aurelii *Romanae familiae nomen fuit*, Aulus *autem Corneliae praenomen*. Id ille ex Livio in quibusdam illustribus Corneliis probat; atque animadvertit, pro nota A. (quae in Fastis Consularibus, ut in nummis Liciniae, Posthumiae, aliarumque Romanarum familiarum, et Vitellii Imperatoris, Aulum

significat) indoctos aliquos librarios Aurelii nomen ipsis magis notum scripsisse. In Codice Mediceo I. et Vaticano VIII. aut omittitur praenomen, aut est A. ut ex meis adnotationibus apparet; et Vaticanus in fine libri quinti ita habet: *AVLI CORNELI LIB. V. EXPL. Incipit Lib. VI. Feliciter*. Ne Celsi quidem cognomen in gente Cornelia inusitatum fuisse, idem Rubeus ostendit: nam ex Fastis, An. Vrbis MDCCCLXVI. Consul fuit L. Juventius Celsus.

Romanum fuisse Celsum ex nobilissima gente Cornelia, idem Rubeus putat. Sed Romae Cornelii alii patricii, alii equestris, alii plebeji ordinis, alii libertini generis fuerunt. Cornelium nostrum ingenuum fuisse, et liberaliter educatum, ex summo veri studio, summaque prudentia et aequitate conjici potest. *Veri amorem*, ut Morgagnus animadvertit, *satis ostendit laudata ab ipso lib.* 8. *cap.* 4. *simplex veri erroris confessio; praecipueque in eo ministerio, quod utilitatis causa posteris traditur; ne qui postea decipiantur eadem ratione, qua quis ante deceptus est:* prudentiam vero et aequitatem *cum illa lib.* 7. *cap.* 14. *verisimile est id a quoque praetermissum, quod ipse non cognoverat, a nullo id quod non viderat fictum, tum haec lib.* 2. *cap.* 14. *oportet autem neque recentiores viros in iis fraudare, quae vel repererunt, vel recte secuti sunt; et tamen ea quae apud antiquiores aliquos posita sunt, auctoribus suis reddere. Omitto*, inquit, *de eodem genere alia ad conformandos cum legentium, tum scribentium mores spectantia*. Inter haec sunt illa, quae alibi dixit, Celsum initio cap. 18. lib. 6. posuisse. Romanum fuisse Celsum, Rubeus, ut modo dixi, existimat; Morgagnus hoc am-

plius: *Etsi ex Romanis gentibus familiae plures ab Vrbe in Colonias migrarint; ego tamen nihil prohibere, imo pleraque convenire, video, ut Celsum nostrum Romae potius, quam alibi et natum esse et vixisse, opiner. Sic autem loquor propterea quia si alterum petas ut ipsius, aut aliorum idoneo testimonio confirmem, non facile possim. At Romanum, id est non externum fuisse, non Plinii solum auctoritate, aut geminata M. Fabii testificatione, sed et Celsi ipsius compluribus locis ostendam, ut ubi lib. 4. cap.* 7. nostri, *inquit*, anginam vocant: apud Graecos nomen, prout species est; *aut ubi lib.* 8. *cap.* 1. nostri scutula operta, ὁμοπλάτας Graeci nominant. *Idemque confirmant quae initio - posuit cap.* 18. *lib. 6. atque; ut alios alibi omittam; tres loci uno in capite pariter* 18. *lib.* 7. Auctoritates Plinii, et Quintiliani inferius opportuniori loco afferam.

Quaeritur etiam Medicusne Celsus fuerit, an non fuerit. Plinius qui multis annis post Celsum vixit, videlicet Tito Vespasiano imperante lib. 29. Hist. Natur. cap. 1. sect. 8. ita scribit: *Solam hanc*, medicinam, *artium Graecarum nondum exercet Romana gravitas in tanto fructu. Paucissimi Quiritium attigere, et ipsi statim ad Graecos transfugae: immo vero auctoritas aliter quam Graece eam tractantibus, etiam apud imperitos expertesque linguae non est:* et lib. 1. qui Index est Scriptorum, quorum testimonio in opere suo utitur, iis in libris, in quibus Celsum nominat, non inter Medicos, sed inter Auctores eum ponit. Morgagnus tamen animadvertit, ne Julium Bassum quidem, et Sextium Nigrum inter Medicos, sed inter Auctores ab eo fuisse positos: quos Clericus Hist. Medic. Parte 2. lib. 3. cap. 11. Asclepiadis asseclas fuisse Diosco-

ridis testimonio docet. Sed Dioscorides tradit, in describendis plantis, animalibus, rebus metallicis ad medicinae usum pertinentibus, et in disputando de earum facultatum causis, versatos esse. Qua in re Asclepiadem secuti videntur; qui, ut ait Plinius lib. 26. cap. 3. sect. 7. *medicinam ad causas revocando, totam conjecturae fecit;* ideoque inter Auctores potius, quam inter Medicos ab eo positi sunt. Idem Plinius lib. 20. 21. 23. 24. 26. Bassum, et Nigrum graece scripsisse tradit; ut ex iis Romanis fuisse videantur, qui ad Graecos transfugerint.

Rubeus, Casaubonus, Lindenius, Morgagnus existimant, Medicinam Celsum exercuisse: non enim inter discrepantes illustrium Medicorum sententias suam, nisi Medicum, potuisse interponere, qui non doctrina, sed usu et observatione excelleret; in eamque rem loca quaedam produci solent: *Neque ignoro quosdam dicere, omne auxilium necessarium esse increscentibus morbis, non cum jam per se finiuntur. Quod non ita se habet. Potest enim morbus* &c. lib. 2. cap. 14. *Ego autem medicamentorum dari potiones, et alvum duci non nisi raro debere concedo; non ideo tamen id agendum, ut aegri vires convellantur, existimo; quoniam ex imbecillitate summum periculum est.* lib. 3. cap. 3. *Ego tum hoc puto tentandum, cum parum cibus semel, et post febrem datus prodest* cap. 11. ejusdem libri. Celsum proinde putant non ita exercuisse medicinam, ut qui mercedis causa solent, sed tamen ut in gravioribus casibus ab amicis, et ab egenis se pateretur adiri, et consuli. Mihi verisimile quoque videtur, nonnumquam ab aegro aliquo, sive cognato, sive amico rogatum fuisse ut se inviseret, consilioque juvaret; vel etiam

ut de curatione judicaret, quae ipsi a medicis adhibebatur: atque ita quae recte, quae minus bene cederent notando, de iis quae in aliorum libris legerat, judicium suum ferre potuisse. Quidam eam quoque medicinae partem quae manu curat, Celsum exercuisse putant, quod fieri non possit, ut tam difficilia ad describendum non ante perfecerit, qui sic descripserit. Morgagno tamen eum Chirurgorum operibus attente interfuisse et credibilius videtur, et satis esse. Cum igitur ubi de hac parte agit, ita loquatur: *Ego sic restitutum esse neminem memini.* lib. 7. cap. 7. sect. 6. *Neque audiendi sunt qui osse nudato diem tertium exspectant, ut tunc excidant: ante inflammationem enim tutius omnia tractantur.* lib. 8. cap. 2. *In omni fisso fractove osse protinus antiquiores medici ad ferramenta veniebant, quibus id exciderent. Sed multo melius est ante emplastra experiri, quae calvariae causa componuntur.* cap. 4. ejusdem libri. Cum, inquam, in hac parte ita loquatur, similiter in illa quoque quae victu medetur, potuit dicere: *Neque ignoro quosdam dicere, omne auxilium necessarium esse increscentibus morbis, non cum jam per se finiuntur* &c. *Ego autem medicamentorum dari potiones, et alvum duci non nisi raro debere concedo* &c. *Ego tum hoc puto tentandum, cum* &c. Quin etiam verisimile est, eadem ratione nonnumquam locutum esse in libris de Agricultura, et de Re Rhetorica; neque tamen et Agricola, et Medicus, et Rhetor Celsus fuit.

Est etiam inter Eruditos Viros quaestio de aetate, qua Celsus opus suum, quod Artes inscripsit, ediderit. Quintilianus Orator. Instit. lib. 3. cap. 1. haec tradit: *Scripsit de eadem materia*, rhetorica, *non pauca Cornificius*,

aliqua Stertinius, *nonnihil Pater Gallio*, *accuratius vero priores Gallione Celsus*, *et Laenas*. Morgagnus Epistola I. in Celsum retulit haec Plinii verba ex lib. 14. cap. 2. *Graecinus*, *qui alioqui Cornelium Celsum transcripsit*; id est super helvenaca, de qua ibi loquitur vite, Celsi ille judicium descripsit. Epistola autem IV. ait Celsum scripsisse, ut tardissime, ante Claudii imperium: idque confirmat insigni illo elogio Corn. Taciti in Agricola: *Pater Julii*, Agricolae, *Julius Graecinus senatorii ordinis*, *studio eloquentiae*, *sapientiaeque notus*, *iisque virtutibus iram Caii Caesaris meritus*: *namque Marcum Silanum accusare jussus*, *et quia abnuerat*, *interfectus est*. Ex superius allato Quintiliani loco Morgagnus docet, qua aetate Celsus scripserit conjicere posse qui forte sciant, quo anno Gallio pater, sive is ad quem ab L. Seneca fratre liber missus est *de Vita Beata*, sive alius fuerit, sua de eloquentia praecepta emiserit. Id summa cura persecutus Bianconus, ostendit, Patrem Gallionem eum fuisse, qui sibi in filium adoptavit fratrem natu majorem L. Senecae philosophi: illumque eloquentem et in rebus rhetoricis judicem Messalae Corvini magni oratoris temporibus, hujusque familiarem fuisse, ex eo M. Senecae loco Suasoriae tertiae apparere: *Memini nos ab auditione Nicetis ad Messalam venisse*. *Nicetes suo impetu valde Graecis placuerat*. *Quaerebat a Gallione Messala*, *quid illi visus esset Nicetes? Gallio ait* Plena Deo. *Quoties audierat aliquem ex his declamatoribus quos scholastici* Caldos *vocant*, *statim dicebat* Plena Deo. *Ipse Messala numquam aliter ab auditione hominis venientem interrogabat*, *quam ut diceret*, *numquid* Plena Deo. Praeterea animadvertit Bianconus, Au-

ctorem Dialogi de Oratoribus, sive Quintilianus, sive Tacitus fuerit, tradidisse, *Corvinum usque ad medium Augusti principatum, Asinium paene ad extremum durasse*. Cum igitur, inquit, Celsus prior Gallione scripserit, manifestum est primis Augusti annis scripsisse. Sed Seneca dixit Gallionem Messalae temporibus de rebus rhetoricis judicem habitum fuisse; non tamen illo vivente scripta sua emisisse. Fieri igitur potuit, ut aliquot annis postquam Messala e vita migraverat, ea emiserit. Ex quo sequitur, ut Celsus post medium Augusti imperium Artes ediderit.

Idem Bianconus primis Augusti annis Celsum scripsisse ex eo quoque colligit, quod nullam Antonii Musae mentionem fecit, qui, ut tradit Plinius lib. 19. cap. 1. sect. 5. *Augustum contraria medicina gravi periculo exemerat*: videlicet An. V. DCCXXXI. cum, ut scribit Svetonius in ejus Vita cap. 81. *destillationibus jecinore vitiato ad desperationem redactus contrariam et ancipitem rationem medendi subire; et quoniam calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus, auctore Antonio Musa*. Sed verisimile est, Celsum ideo Musam haud nominasse, et quia neque contrariae medicinae primus auctor est, et ipse eam medendi rationem minus probat. Lib. 3. cap. 9. *Neque hercule*, inquit, *ista curatio nova est, qua nunc quidam traditos sibi aegros, qui sub cautioribus medicis trahebantur, interdum contrariis remediis sanant. Siquidem apud antiquos quoque ante Herophilum et Erasistratum, maximeque post Hippocratem fuit Petro quidam, qui febricitantem hominem ubi acceperat, multis vestimentis operiebat, ut simul calorem ingentem, sitimque excitaret: deinde ubi paulum remitti coepe-*

rat febris, aquam frigidam potui dabat; ac si moverat sudorem, explicuisse se aegrum judicabat; si non moverat, plus etiam aquae frigidae ingerebat &c. *Et intra haec omnis ejus medicina erat; eaque non minus grata fuit iis quos Hippocratis successores non refecerant, quam nunc est iis quos Herophili et Erasistrati aemuli diu tractos non expedierunt. Neque ideo tamen non est temeraria ista medicina: quia plures, si protinus a principiis excepit, interimit. Sed cum omnibus eadem convenire non possint, fere quos ratio non restituit, temeritas adjuvat. Ideoque ejusmodi medici melius alienos aegros, quam suos nutriunt.*

Affertur a Biancono etiam locus libri 1. cap. 4. de Oratore, ubi Cicero Crassum inducit ita loquentem: *Neque vero Asclepiades is, quo nos medico amicoque usi sumus, tum cum eloquentia vincebat ceteros medicos, in eo ipso quod ornate dicebat, medicinae facultate utebatur, non eloquentiae.* Cum igitur, inquit, Crassus de Asclepiade ut de homine qui inter vivos non erat, loquatur; ipse autem Crassus An. V. DCLXIII. e vita migraverit, necesse est illum uno saltem ante hunc anno obiisse: et Themisonem qui ei in medicina successit, annum aetatis tricesimum attigisse, ut Romani salutem ei suam credere non dubitarent. Et quoniam Celsus in pro. lib. 1. ita scribit: *Asclepiades medendi rationem ex magna parte mutavit. Ex cujus successoribus Themison nuper ipse quoque quaedam in senectute mutavit;* sequitur Celsum nuper, id est primis Augusti anni scripsisse.

Sed illa L. Crassi cum M. Antonio disputatio commentitia est; atque evidens est, in libris de Oratore M. Tullium, dum optimi oratoris imaginem studuit ef-

fingere, suam ipsius nobis exhibuisse. Pearcius illorum librorum argumenta exponens, *Plerumque fit*, inquit, *ut cum invidia audiatur, qui aliis praecipit; qui enim conatur docere, se superiorem fore in eo quod docet, pollicetur. Hanc igitur invidiam a se Cicero artificio removit, cum sub personis L. Crassi, et M. Antonii, Oratorum superioris saeculi facile principum.* Quod Cicero ipse ostendit in Epist. ad Leptam, quae inter familiares lib. VI. est 17. *Oratorem meum*, inquit, *tantopere a te probari, vehementer gaudeo. Mihi quidem sic persuadeo, quidquid habuerim judicii in dicendo, in eum librum contulisse. Qui si est talis, qualis tibi videri dicis, ego quoque aliquid sum: sin aliter, non recuso, quin, quantum de libro illo, tantumdem de mei judicii fama detrahatur.* Ceterum eamdem fere rationem in sententia sua explicanda in Tusculanis, Academicis, aliisque philosophicis libris secutus est Cicero. Quod ad Asclepiadem pertinet, Plinio standum puto, qui lib. 26. cap. 3. sect. 7. ita scribit: *Asclepiades aetate Magni Pompeii orandi magister, nec satis in arte ea quaestuosus, ut ad alia, quam ad forum, sagacis ingenii, huc,* ad medicinam, *repente se convertit:* et lib. 29. cap. 1. sect. 5. *Auditor ejus*, Asclepiadis, *Themison fuit, qui quae inter initia scripserat, illo mox recedente a vita, ad placita sua mutavit.* Cum autem Celsus ipse in prooemio dicat, *Themisonem nuper quaedam in senectute deflexisse*, ostendit, se non quidem primis Augusti annis, sed tamen eo vivente Artes edidisse. Ex his, aliisque supra allatis conficitur, Celsum inter Scriptores aureae, ut vocant, aetatis esse reponendum: quod satis esse debet Biancono, qui id demonstrandum sibi proposuit.

Sed jam ad Quintilianum revertendum est, cujus de

Celso judicium paulo supra retuli, ubi de aetate qua ille vixit, multis egi. Libro autem 12. cap. 1. Instit. Orator. ita scribit: *M. Censorius Cato idem Orator, idem historiae conditor, idem juris, idem rerum rusticarum peritissimus . . quam multa, imo paene omnia tradidit Varro? Quod instrumentum dicendi M. Tullio defuit? Quid plura? cum etiam Cornelius Celsus mediocri vir ingenio, non solum de his omnibus conscripserit artibus, sed amplius rei militaris, et rusticae etiam, et medicinae praecepta reliquerit?* Sed, ut animadvertit Morgagnus, *is Quintiliani locus, cum Celso haud multum aequus, tum etiam quam revera sit, multo iniquior videri potest, non attendentibus videlicet* mediocri virum ingenio *ibi Celsum dici, ubi contentione quasi quadam facta, Scriptores longe ingeniosissimi, et in his Homerus, Plato, Aristoteles, M. Tullius collaudantur.* De Re Militari Celsum scripsisse testatur etiam Vegetius, qui de eadem agens lib. 1. cap. 8. profitetur *fidelissime se dicturum quae Cato . . scripsit: quae Cornelius Celsus, quae Frontinus . . perstringenda duxerunt.* Idem Quintilianus lib. 10. cap. 1. *Supersunt*, inquit, *qui de philosophia scripserunt, quo in genere paucissimos romanae litterae tulerunt. M. Tullius, qui, ut ubique, Platonis aemulus extitit . . Scripsit non parum multa Cornelius Celsus Scepticos secutus, non sine cultu ac nitore.* Jo. Alberto Fabricio videtur de hoc nostro accipiendum quod S. Augustinus praef. lib. de Haeresibus ait, opiniones *omnium philosophorum usque ad tempora sua sex non parvis voluminibus Celsum quemdam absolvisse.* Vide Supplem. Biblioth. Latinae. Id eo credibilius videtur, quod Quintilianus, ut supra dixi, de Historia quoque Celsum scripsisse innuit, Scepticos secutus. Scilicet in rebus opina-

bilibus Scepticos secutus est, ut in prooemio lib. 1. ubi ait: *Quae demum causae vel secundam valetudinem praestent, vel morbos excitent; quomodo spiritus, aut cibus, vel trahatur, vel digeratur, ne sapientiae quidem professores scientia comprehendunt, sed conjectura persequuntur. Cujus autem rei non est certa notitia, ejus opinio certum reperire remedium non potest;* et in prooemio lib. 7. *Siquidem in morbis cum multum natura conferat, eademque saepe salutaria, saepe vana sint, potest dubitari secunda valetudo medicinae, an corporis beneficio contigerit.* Non item Scepticos secutus est, ubi de Agricultura, de Medicina, de Re Rhetorica, de Militari praecepta tradidit: nullus enim fructus ad Agricolas, ad Medicos, ad Rhetores, ad Duces ex perpetua dubitatione provenisset.

Itaque, cum de his omnibus artibus scripserit, jure Columella lib. 2. cap. 2. R. R. *Cornelium Celsum non solum agricolationis, sed etiam universae naturae prudentem virum* appellavit.

Sed antequam dico quibus praecedentibus morborum timor subsit, non alienum videtur exponere quae tempora anni, quae tempestatum genera, quae partes aetatis, qualia corpora maxime tuta, vel periculis opportuna sint. Non quod non omni tempore, in omni tempestatum genere, omnis aetatis, omnis habitus homines per omnia genera morborum et aegrotent, et moriantur: sed quod frequentius tamen quaedam eveniant; ideoque utile sit scire unumquemque, quid, et quando maxime caveat *pro. l.* 2. Morgagnus in Epist. 1. in Celsum retulit haec Plinii verba ex lib. 14. cap. 2. *Graecinus, qui alioqui Cornelium Celsum transcripsit;* id est super helvenaca

de qua ibi loquitur, vite Celsi ille judicium descripserit. Epistola autem IV. ait Celsum scripsisse, ut tardissime, ante Claudii imperium: idque confirmat insigni illo elogio Corn. Taciti in Agricola, quod superius attulimus, p. 14. Columella lib. 2. cap. 2. ita scribit: *Julius Atticus, et Cornelius Celsus nostrae aetatis celeberrimi auctores:* et lib. 3. cap. 7. *Celsus, et Atticus, quos in re rustica maxime nostra aetas probavit.* Bianconus Epistola VI. ita scribit: *Ego quoque contendo ex. gr. Marchionem Scipionem Maffejum, et Ludovicum Muratorium, utrumque mihi maxime cognitum, quamvis utrique multo me seniores, atque Europae noti ex multis eorum scriptis, annis prius fortasse triginta, quam ego nascerer.* Eademque ratione ego quoque possum dicere, doctissimum, mihique amicissimum virum Josephum Torellum meae aetatis fuisse, quamvis annos natus LIX. decesserit: cum ego tunc annum agerem LXII. nunc autem ad LXXX. pervenerim.

INDEX

Librorum manuscriptorum, editorumque, qui in hac Celsi emendatione adhibiti sunt. Qui notam * praepositam habent, iis accesserunt, quibus in priore Editione usi sumus.

LIBRI MSS.

CODICES MEDICEI. Hi omnes Florentiae in Bibliotheca Medicea ad D. Laurentii asservantur; ac sunt numero septem, id est I. II. III. IV. V. VI. VII. Plutei LXXXIII. PRIMVS idem ille est Mediceus Codex, quem Rhodius Cocchiusque laudarunt: alter in adnotationibus ad Scribonium Largum, atque in Lexico Scriboniano; alter tum in calce Etruscae Dissertationis de Anatome, tum in Graecorum Chirurgorum editione, ubi mantissae loco dedit variantes octavi libri lectiones ex hoc Codice excerptas. Is omnium est antiquissimus, quippe scriptus Saeculo XII. ineunte, eoque nomine ceteris anteferendus. Quaedam etiam inter versus habet ad corrigendum addita, sed fere inepta. Vide adnot. 6. et 10. ad Prooemium lib. 1. Baptista Pallavicinus Regiensis Episcopus illum emendandum suscepit; in quo tantum sibi licere voluit, ut alium plane fecerit. Vsus est autem *vetustissimo et corruptissimo*, ut ipse ait, *exemplari:* ex quo colligi potest, nonnulla ipsum ex conjectura immutasse. Ceterum id exemplar ei perquam simile videtur, unde Medicei ceteri derivantur. II. III. IV. V. VI. VII. adeo inter se consentiunt, ut ab uno eodemque exemplari profecti videantur. In IV. gemina scriptura multis locis occurrit: altera a librario, cujus tantum ratio habenda est; ab emendatore altera, quae Codicem PRIMVM, aut Pallavicini emendationem repraesentat. QVINTVS et SEXTVS scripti sunt Florentiae ab Antonio Marii F. Anno MCCCCXXVII. et MCCCCLIII. videnturque ex TERTIO descripti, cum quaedam in utroque sint menda, quae in aliis Codicibus non apparent. SEPTIMVS scriptus est a Nicolao Nicolo, et appositas habet variantes lectiones ex Codice I. Hic chartaceus est; sex priores membranei.

CODICES VATICANI. Hi numero sunt octo, ac Romae asservantur in Vaticana Bibliotheca. PRIMVS est Vrbinas CCXLIX. membraneus. Scriptus fuit Saeculo XV. SECVNDVS Vrbinas MCCCLVII. membraneus. Scriptus is fuit Vicetiae An. MCCCCLVIII. TERTIVS

Ottobonianus MDLIII. membraneus. Scriptus fuit Saeculo XV. QVARTVS Vaticanus MMCCCLXXI. chartaceus. Scriptus fuit a Pallavicino, ut ostendit hoc distichon eidem praefixum:

Dum puer, atque omni virtuti deditus esses,
Scripsisti haec tenera Pallavicine manu.

posteaque ab eodem emendatus ope vetustissimi illius et corruptissimi exemplaris, quo in Medicei I. emendatione usus est. QVINTVS Vaticanus MMCCCLXXII. membraneus. Scriptus fuit Saeculo XV. SEXTVS Vaticanus MMCCCLXXIII. chartaceus. Scriptus fuit Saeculo XV. Videtur autem ex Mediceo I. fuisse descriptus post Pallavicini emendationem. SEPTIMVS Vaticanus MMCCCLXXIV. chartaceus. Scriptus fuit Saeculo XV. * OCTAVVS Vaticanus MMMMMDCCCCLI. Scriptus fuit Saeculo X. non tamen eadem manu: nam quibusdam locis character est ejus formae, quae Beneventana, sive Longobardica vocari solet. In hoc Codice, ut in Mediceo I. Librorum in capita divisio nulla est; sunt tamen, ut in illo, plures tituli margini adscripti. Desinit his verbis lib. 8. cap. 2. *Genu vero et in:* reliqua hujus libri pars omissa est. In prima pagina ad calcem scriptum est recenti manu, *Emptus est ex libris Illustrissimi D. Lelii Ruini Episcopi Balneoregiensis an.* 1623. Sed in his numerorum notis videtur mendum esse: nam Rubeus, qui suas in Celsum adnotationes an. 1607. absolverat, earum, ut supra dixi, hoc initium fecit: *vetus codex Vaticanus manuscriptus inscriptionem libri sexti sic habet.* Auli Cornelii Celsi liber sextus, idemque Medicinae primus. Igitur vel Codex Vaticanus quem Rubeus vidit, ex Bibliotheca Vaticana subreptus est, quod possibile non videtur, cum in illa nunc non reperiatur, vel in numerorum notis, ut modo dixi, error est. Siquidem hic Codex non initio libri SEXTI, sed in fine libri QVINTI habet AVLI CORNELI LIB. V. EXPLICIT. INCIPIT LIB. VI. *Feliciter* Vide iv. Morgagni Epistolam.

Ceterum is Codex cum Mediceo I. consentit; hoc tamen boni mihi praestitit, quod quaedam verba, quae in Mediceo a Pallavicino deleta sunt, ut quomodo antea legerentur non appareat, ego ex Vaticano restituere potuerim.

CODEX membraneus, qui asservatur in Bibliotheca Regia Monachii, scriptus fuit Saeculo XV. * CODEX chartaceus Clericorum Regularium, qui Venetiis Tolentini vocabantur, nunc est in Bibliotheca D. Marci. Scriptus fuit Saeculo XV.

In omnibus his Codicibus aliqua desunt, sed in aliis alia. In Mediceo I. lib. 4. cap. 20. post haec verba *super summum ventrem* sequuntur illa *subjicienda sunt*, quasi nihil desit. Sup-

pletus autem est is Codex a Nicolao Nicolo ex aliis Codicibus, tribus foliis chartaceis insertis, et a Pallavicino in hac quoque parte interpolatus: et ab eodem Pallavicino margini adscriptum est, *praeter haec desunt adhuc in vetustissimo exemplari duo folia*. In his foliis ea scripta erant quae desunt cap. 27. sec. 1. ejusdem libri post verba: *Si maligna purgatio est, subjicienda sunt*. Haec autem quae sint, Morgagnus ostendit ex ea parte Indicum, qui huic libro praepositi sunt in Codicibus Foroliviensi et Veneto. Vide adnotationem nostram ad hunc locum. Codex autem Vaticanus ita habet: *tum et duas manus imponere coeuntia. Idem faciunt*.

In eodem Codice cap. 27. sect. 1. ejusdem lib. 4. lacuna est duarum et viginti linearum, in qua manu Saeculi XII. charactere perquam minuto scriptum est opusculum de matrice, ejusque morbis et curationibus; margini autem manu Saeculi XV. adscriptum, *non est de textu Cornelii*.

Lib. 5. cap. 27. sect. 11. in Codicibus Mediceo 1. et Vaticano VIII. desunt haec verba *ne succurrere quidem statim sibi possunt*, et omnia quae sequuntur usque ad illa *insanabiles reperiuntur* cap. 28. sect. 12. ejusdem libri. Sed Mediceus a Nicolo suppletus est ex alio Codice.

LIBRI EDITI

Editio Nicolai, sive princeps Florentina An. MCCCCLXXVIII. Hanc procuravit Bartholomaeus Fontius, isque Codicem Mediceum IV. ut illum interpolavit emendator, secutus videtur. Vid. adnot. 83. ad cap 1. lib. 1. adnot. 91. ad cap. 2. ejusdem lib. adnot. 93. ad cap. 7. et adnot. 15. ad cap. 14. lib. 2. adnot. 59. ad cap. 28. sect. 3. lib. 5.

Editiones quatuor Venetiis habitae: prima apud Joannem Rubeum An. MCCCCXCIII. secunda apud Philippum Pinzium An. MCCCCXCVII. tertia apud Lucam Antonium Juntam An. MDXXIV. Juntina ex Bevelaquae, haec ex Pinzii Ed. expressa est, quarta in aedibus Aldi et Andrae Asulani soceri An. MDXXVIII. ex emendatione Joannis Baptistae Egnatii. Priores tres nihil fere discrepant a principe Florentina, unde videntur descriptae. In Aldina loca quaedam. quae in illis corrupta erant, ex Codice Mss. restituta sunt; sed alia invicem, quae recte habebant, corrupta. Nimirum Codici illi nimium tribuit Egnatius; sibique etiam fortasse plus aequo indulsit.

Editio Joannis Caesarii. Hagenoae apud Joannem Secerium An. MDXXVIII. In hac editione quaedam ita prorsus restituta leguntur, ut in Aldina. Ceterum Caesarius alia insuper emendavit, idemque scholia quaedam, et nonnullas variantes lectiones adjecit, ex Mss. certe desumptas; ut lib. 4. cap. 31. indurescant, in marg. *alias* laedantur; et lib. 6. cap. 6. sect. 31. nutriuntur, in marg. *alias* curantur; siquidem eae in nulla alia Editione reperiuntur.

Eadem Salingiaci recusa apud Joannem Soterium An. MDXXXVIII. sed mendis pluribus deformata.

Editio Joannis Ruellii. Parisiis apud Christianum Vechelium An. MDXXIX. Ruellius in plerisque Caesarium est secutus. Quae ipse mutavit, pauca sunt, eaque ex Mss. fere sumpta.

Editio Lugdunensis An. MDXLII. apud Sebastianum Gryphium. Qui hanc editionem adornavit, Aldina et Caesariana An. MDXXXVIII. maxime usus videtur; atque ubi alterutra variat, quandoque adnotavit. Pleraque Caesarii scholia, suaque etiam nonnulla adjecit.

Editio Guilielmi Pantini. Basileae apud Joannem Oporinum An. MDLII. Duas tantum editiones consuluit Pantinus, Aldinam scilicet An. MDXXVIII. et Caesarianam An. MDXXXVIII. ex quibus tertiam confecit, quae cum Gryphiana fere convenit. In enarrationibus conjecturas attulit, quibus loca quaedam, quae ipsi corrupta videbantùr, restitui possent.

* Editio Roberti Constantini. Lugduni apud Guilielmum Rovillium An. MDLXVI. Haec editio a Gryphiana, vel Pantiniana vix differt; nisi quod pauca quaedam habet ex Ruelliana. Verum plurimis adnotationibus referta est, quibus emendatur Celsus, illustraturque. Earum, quae ad emendationem pertinent, duo genera sunt: alterum ex antiquis Codicibus manuscriptis, editisve; alterum ex conjectura ortum, quod quaedam etiam comprehendit prius a Pantino animadversa.

* Editio Henrici Stephani, id est Medici Principes &c. Parisiis An. MDLXVII. Stephanus Aldinam editionem in plerisque expressit; in aliis Ruellianam, quibusdam de suo passim adspersis.

Editio Balduini Ronssei. Lugduni Batavorum apud Franciscum Raphelengium An. MDXCII. Nihil Ronsseus in textum intulit, quod non in aliqua priorum editionum inveniretur. Quin ea ipsa, quae margini adscripsit, nova non sunt, sed ab aliis sumpta; in primis a Constantino, cujus fere omnes adnotationes exscripsit. Enarrationes quidem addidit in septem posteriores libros (nam in priore iis usus est, quas Hieremias Thriverius Brachelius antea vulgaverat) ubi emendationes quasdam ex conjectura proposuit.

Editio Joannis Antonidae Lindenii. Lugduni Batavorum apud Joannem Elsevirium An. MDCLVII. Vsus est Lindenius tum Codicibus manuscriptis, tum plurimis editionibus, tum, praeter suas, Nancelii, Scaligeri, Foesii, aliorumque conjecturis; quibus multa, quae antea corrupta erant, restituit. De hac tamen editione vide epistolam ad Lectorem.

Editio Theodori Jans. Almeloveenii. Amstaeledami apud Joannem Woltersium An. MDCXXVI. Eadem est atque Lindeniana, sed adnotationibus, locis, ut vocant, parallelis, scholiisque tum aliorum, tum etiam suis ab Almeloveenio ornata.

Eadem recusa Patavii apud Josephum Cominum An. MDCC XXII. adjectis tribus Jo. Bapt. Morgagni in Celsum epistolis. Item Lugd. Batav. apud Jo. Arnoldum Laugerakium An. MDCCXXX. una cum quibusdam Morgagni epistolarum capitibus, ac trium veterum editionum collatione. Item Basileae apud Jo. Rudolphum Thurneisenium An. MDCCXLVIII. cum eadem collatione,

ac notis integris Joannis Caesarii, Roberti Constantini, Josephi Scaligeri, Isaaci Casauboni, Joannis Baptistae Morgagni. Denique Patavii iterum apud Josephum Cominum An. MDCCL. in qua editione ad cetera omnia, quae in priore Cominiana, epistolae quinque accedunt Jo. Bapt. Morgagni, numquam antea vulgatae.

Editio Caroli Christiani Krausii. Lipsiae Sumptibus Caspari Fritsch, An. MDCCLXVI. Vsus autem est Krausius omnibus paene prioribus editionibus, atque etiam variantibus lectionibus, quas Cocchius ex libro VIII. Codicis Medicei I. excerpsit, et mantissae loco dedit in Graecorum Chirurgorum editione. Animadversiones praeterea tum aliorum auctorum, tum suas adjecit. In textu modo Lindenianam, modo alias editiones secutus est; quibusdam locis, ubi veterem corruptamque lectionem Lindenius emendavit, ab eo non discessit. Nonnulla ipse quoque ex conjectura emendavit. In hac editione tum in textu, tum in variantibus lectionibus in fine cujusque paginae appositis, menda plura occurrunt. Adjecit Krausius Adnotationes Criticas Dan. Vilh. Trilleri in lib. I. II. III. IV. earumque aliae ad illustranda quaedam Celsi loca pertinent; aliae ad communem librorum omnium lectionem mutandam. Ex his ultimis nonnullas referam; ut docti viri judicent, quanti ejusmodi animadversiones faciendae sint. Lib. 2. cap. 6. *in viris quidem et mulieribus talis,* urina, *deterrima est:* Trillerus putem, inquit, potius hic scribendum esse *lethalis,* vel *aterrima.* Lib. 2. cap. 7. *atque etiam aliorum morborum tum signa nascuntur:* Trillerus, malim hic legere *noscuntur.* Lib. 3. cap. 2. *Cum praesertim etiam pro modo terroris moderari liceat; et si leviora indicia fuerint, satis sit a vino tantum abstinere &c.* Trillerus, malim *torroris,* quod de intenso febrium aestu frequentius dici, notum esse arbitror. Liceat mihi duo animadvertere: alterum, hic Celsum loqui de indiciis, quae in adversa valetudine majus minusve periculum denuntiant; alterum, vocem *torrorem* non inveniri, nisi apud Caelium Aurelianum Tard. lib. 5. cap. 4. minime idoneum latinitatis auctorem. Lib. 3. cap. 19. ubi de morbo cardiaco agitur, *Vltimum auxilium est, in alvum ptisanae vel alicae cremorem ex partibus inferioribus indere: siquidem id quoque vires tuetur. Neque alienum est naribus quoque aestuantis admovere quod reficiat, id est rosam et vinum:* Trillerus, malim *nauseantis,* de nausea enim illa et perpetuo vomitu resoluti stomachi antecedentia agunt manifeste.

Editio Krausii, cum ego An. MDCCLXIX. meam dedi, neque Morgagno, neque Facciolato, neque mihi nota erat; atque

An. demum MDCCLXXX. ex Bianconi Epistola XII. illam prodiisse cognovi; curavique, ut Lipsia mihi Veronam mitteretur.

Editio Valartii ex fide manuscriptorum Codicum, et vetustissimorum librorum summa diligentia summoque studio. Parisiis apud Didot MDCCLXXII. Contendit autem Valartius aliquas lacunas esse in Celsi libris, ubi neque sensus, neque codices ullam earum suspicionem moveant. *Nos*, inquit Bianconus, *illius sententiam sequemur, si codicem indicabit qui eam confirmet.*

* Editio habita Lugduni Batavorum apud Sam. et Joan. Luchtamans An. MDCCLXXXV. Haec autem est inscriptio: A. CORNELII CELSI MEDICINAE LIBRI OCTO EX RECENSIONE LEONARDI TARGAE. Accedunt NOTAE VARIORVM. Item, quae nunc primum prodeunt, JO. LVD. BIANCONII DISSERTATIO DE CELSI AETATE ET GEORGII MATTHIAE LEXICON, In ea quedam sunt, quae recte habent; sed alia invicem quae recte habebant, perperam mutata. Adjectae sunt etiam octo Morgagni in Celsum epistolae, ceteraeque novem quae in hac altera Editione nostra exhibentur. Praeterea descriptae sunt variantes lectiones veteris membranae usque ad cap. XXX. libri VII. Membrana illa scripta videtur Saeculo XV. siquidem cum Mediceis Vaticanisque Codicibus consentit, eodem Saeculo scriptis. Si quis putat Celsi textum ut se habet in editione Patavina An. MDCCLXIX. repraesentari, valde fallitur. Nam lib. 2. cap. 3. legitur *haec valetudo, ut spatium aliquod aequaliter molle et calidum est* pro *haec valetudo, ut spatium aliquod habebit, sic tuta erit. Corpus quoque quod aequaliter molle et calidum est* &c. lib. 5. cap. 26. sect. 5. *Pejus etiam vulnus est, ex quo aliquid excisum est, ex quove caro alia dependet,* pro *Pejus etiam vulnus est, ex quo aliquid excisum est, ex quove caro alia parte abscissa, alia dependet:* lib. 5. cap. 27. sect. 3. *Si cucurbitula non est, quod tamen vix incidere potest quod licivas quod idem possit: si ne id quidem est, homo adhibendus est qui vulnus exsugat,* pro *Si cucurbitula non est..tum quodlibet simile vas quod idem possit: si ne id quidem est, homo adhibendus est, qui id vulnus exsugat.* Omitto multa alia menda, quibus editio illa deformata est.

Quod ad Lexicon Celsianum attinet, a Georgio Matthiae ejus auctore, non Lexicon, sed Index Celsianus vocatus est. Itaque exemplis praepositionum *A, Ab* duodecim illius lineas implevit: exemplis conjunctionis *Et* lineas multas: exemplis praepositionis *Ex* undecim. Typographus autem animadvertere debuit, Indicem illum cum editione mea non congruere. Nam ipse indicis auctor locis pluribus Lindenii lectionem secutus est, quam ego ex optimis

codicibus, atque editionibus mutaveram. Lib. I. cap, 3. Lindenius legit *Humidant autem corpus* pro *Humidum autem corpus efficiunt:* lib. 3. cap. 6. *ejus carpo manum admovere* pro *ejus corpori manum admovere:* lib. 4. cap. 2. *capillitio tegitur* pro *capillo tegitur,* cap. 3. ejusdem lib. *os cum rictu quodam pervertitur* pro *os cum motu quodam pervertitur:* lib. 5. cap. 23. sect. 3. *corpobalsami* pro *balsami seminis, piperis albi*: lib. 7. cap. 9. *in levi mutilatione* pro *in levi mutatione*. Praeter haec multa alia loca sunt, ut ex meis adnotationibus apparet, ubi auctor Indicis non editionem nostram, sed Lindenianam secutum est.

A. CORNELII CELSI
ARTIVM LIBER SEXTVS
IDEM
MEDICINAE PRIMVS.

[1] Vt alimenta sanis corporibus Agricultura, sic sanitatem aegris Medicina promittit. Haec nusquam quidem non est: siquidem etiam imperitissimae gentes herbas, [2] aliaque prompta in auxilium vulnerum, morborumque noverunt. Verumtamen apud Graecos aliquanto magis, quam in ceteris nationibus, exculta est: ac ne apud hos quidem a prima origine, sed paucis ante nos saeculis; ut pote cum vetustissimus auctor Aesculapius celebretur. Qui quoniam adhuc rudem et vulgarem hanc scientiam paulo subtilius excoluit, in deorum numerum receptus est. Hujus deinde duo filii, Podalirius et Machaon, bello Trojano ducem Agamemnonem secuti, non mediocrem opem commilitonibus suis attulerunt. Quos tamen Homerus non in pestilentia, neque in variis generibus morborum aliquid attulisse auxilii; [3] sed vulneribus tantum-

A. CORNELII CELSI ARTIVM LIBER SEXTVS, IDEM MEDICINAE PRIMVS) Inscriptionem operis sumpsi ex Codice Vaticano VIII. sed in eo pro *LIBER SEXTVS, IDEM* mendose est *LIBROS VI. ITEM*. In Mediceo I. deest praenomen *A.* et legitur *Cornelii Celsi Artium Lib. VI. Item Medicinae Primus*. Alii Codices habent *ARTIVM AVRELII CORNELII CELSI LIBER SEXTVS, IDEM MEDICINAE PRIMVS*; Editio Lindenii, *A. CORN. CELSI MEDICINAE LIBER PRIMVS. PRAEFATIO*.

1. *Vt alimenta sanis corporibus Agricultura, sic sanitatem aegris Medicina promittit)* Ab Agricultura, quam prioribus quinque Artium libris complexus est, transit Celsus ad Medicinam, de qua in sequentibus octo acturus est; atque his verbis utriusque Artis finem significat. Vtitur autem verbo *promittit*, quia neutra semper id consequitur, quod sibi proposuit. Quod ad Medicinam attinet, Hippocrates ita scribit in lib. de Arte: *Si res medico non succedit ex animi sententia, meo quidem judicio in morbi vehementiam, non in artem ipsam culpa rejicienda est.* Et Quintilianus lib. 2. Instit. Orat. cap. 17. *Medicus sanitatem aegri petit: si tamen aut valetudinis vi, aut intemperantia aegri, aliove quo casu summa non contingit, dum ipse omnia secundum rationem fecerit, medicinae fine non excidit.*

2. *aliaque prompta)* Vox *prompta* eadem significatione usurpatur lib. 2. cap. ult. *ponam ea, quae prompta, et iis morbis de quibus protinus dicturus sum, apta* &c. Ejusmodi remedia a Plinio lib. 24. Hist. Natur. cap. 1. dicuntur *parata vulgo, inventu facilia*.

3. *sed vulneribus tantummodo ferro et medicamentis* &c.*)* Iliad. 4. quo Plinius quoque respicit, ita de Medicina scribens lib. 29. H. N. cap. 1. sect. 1. *clara Trojanis temporibus, quibus fama certior; vulnerum tamen dumtaxat remediis.*

modo ferro et medicamentis mederi solitos esse proposuit. Ex quo apparet, has partes medicinae solas [4] ab iis esse tractatas; easque esse vetustissimas. [5] Eodemque auctore disci potest, morbos tum ad iram deorum immortalium relatos esse, et ab iisdem opem posci solitam. Verique simile est, [6] inter nulla auxilia adversae valetudinis, plerumque tamen eam bonam contigisse ob bonos mores, quos neque desidia, neque luxuria [7] vitiarant: siquidem haec duo corpora, prius in Graecia, deinde apud nos afflixerunt. Ideoque multiplex ista medicina, [8] neque olim, neque apud alias gentes necessaria, [9] vix aliquos ex nobis ad senectutis principia perducit. Ergo etiam post eos de quibus retuli, [10] nulli clari viri medicinam exercuerunt; donec majore studio litterarum disciplina agitari coepit; quae ut animo praecipue omnium necessaria, sic corpori inimica est. Primoque medendi scientia sapientiae pars habebatur; ut et morborum curatio, et rerum naturae contemplatio sub iisdem auctoribus nata sit: scilicet iis hanc maxime requirentibus, qui corporum suorum robora [11] quieta cogitatione, nocturnaque vigilia minuerant. Ideoque multos ex sa-

4. *ab iis esse tractatas)* Ita in Cod. Vat. VIII. sed scriptum est *is*, id est *iis*, et littera *e* supra *is* posita ab alia manu, factum *eis*. Cod. Med. I. et omnes Editiones habent *ab his esse tentatas*; alii Codd. *ab his esse probatas*.

5. *Eodemque auctore disci potest* &c.) Iliad. I. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. principe legitur *Eodem vero auctore disci potest*.

6. *inter nulla auxilia adversae valetudinis)* Nihil illis opus erat medicina, qui in morbis a diis opem poscere solerent. Sic autem legitur in Codd. Med. I. et Vat. VIII. aliisque multis; sed in Mediceo supra vocem *nulla* ab antiqua, non tamen eadem manu, addita est particula *non*, ut sit *nonnulla*: ex quo id ad alios quosdam Codd. et ad omnes antiquas Edd. manavit. Lindenius legit *inter non multa auxilia*: quae lectio minus apte congruit cum sententia.

7. *vitiarant)* Aliqui Codd. habent *vitiaverant*; nonnulli, *vitiaverat*; Edd. utraeque Manutiorum, et Stephani, *tentarant*, quod cur Scaligero magis placeat non video.

8. *neque olim)* videlicet cum boni mores erant. Manutii, et Stephanus legunt *neque olim apud Graecos*, sed perperam. Tum ex antecedentibus, tum ex sequentibus manifestum est, adverbium *olim* non solum ad Graecos, verum etiam ad Romanos referri.

9. *vix aliquos ex nobis)* Ita in plerisque Codicibus. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae habent *vix aliquos ex bonis*, mendose. Lindenius legit *vix aliquot ex nobis*; sed minus recte. Nam Celsus paucos intelligit: aliquot vero fere neque paucos, neque multos significat.

10. *nulli clari viri)* Ita in Codd. Mss. atque in Ed. Lindenii. Plinius lib. 29. cap. I. sect. 2. *Clara*, medicina, *Trojanis temporibus, quibus fama certior; vulnerum tamen dumtaxat remediis. Sequentia ejus in nocte densissima latuerunt usque ad Peloponnesiacum bellum: tunc eam in lucem revocavit Hippocrates*. Aliqui Codd. recentiores, et antiquae Edd. habent *nonnulli clari viri*; ex Cod. scilicet Med. I. in quo *nulli* in *nonnulli* mutatum fuit ab eo qui supra *nulla* in *nonnulla* mutavit.

11. *quieta cogitatione)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. ambae Manutiorum. Cicero in lib. I. cap. 20. de Offic. *quietos* vocat philosophos; de iisque in lib. 5. cap. 4. de Finib. ita scribit; *vitae degendae ratio maxime quidem illis placuit quieta, in contemplatione, et cognitione posita rerum*; in lib. autem de Invent. cap. 3. eorum *studium quietum* vocat. Alii Codd. pleresque Edd. inter quas est Lindeniana, habent *inquieta cogitatione*; Ed. princeps, et nonnullae aliae, *in quieta cogitatione*.

pientiae professoribus peritos ejus fuisse accepimus; clarissimos vero ex iis Pythagoram et Empedoclem et Democritum. Hujus autem, ut quidam crediderunt, discipulus Hippocrates Cous, [12] primus quidem ex omnibus memoria dignis, [13] ab studio sapientiae disciplinam hanc separavit: [14] vir et arte et facundia insignis. Post quem [15] Diocles Carystius, deinde Praxagoras et Chrysippus, tum Herophilus et Erasistratus sic artem hanc exercuerunt, ut etiam in diversas curandi vias processerint. [16] Iisdemque temporibus in tres partes medicina [17] diducta est: ut una esset quae victu; altera quae medicamentis; tertia quae manu mederetur. Primam διαιτητικὴν, secundam φαρμακευτικὴν, tertiam χειρουργικὴν Graeci [18] nominarunt. Ejus autem quae victu morbos curat, longe clarissimi auctores, etiam altius quaedam [19] agitare conati, rerum quoque naturae sibi cognitionem vindicarunt, tamquam sine ea trunca et debilis medicina esset. Post quos [20] Serapion primus omnium, nihil hanc rationalem disciplinam pertinere ad medicinam professus, [21] in usu tantum et experimentis eam posuit. Quem Apollonius, et Glaucias, et aliquanto post Heraclides

12. *primus quidem ex omnibus memoria dignis)* Pythagoras, Empedocles, et Democritus periti quidem medicinae fuerunt, quod ea sapientiae pars haberetur: non tamen artem ipsam exercuerunt. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. legitur *primus ex omnibus memoria dignus*; in aliis, *primus quidem memoria dignus*. Sed Med. I. habet particulam *quidem*, additam inter versus a Palavicino; Med. IV. duas voces *ex omnibus*, ab alia manu adscriptas. Hinc Edd. sex primae, i. e. an. 1478. 1481. 1493. 1497. 1516. 1524. et utraeque Manutianae, *primus quidem ex omnibus memoria dignus*; Caesariana, ceteraeque rectius . . . . *dignis*.

13. *ab studio sapientiae disciplinam hanc separavit)* In Praenotionibus, Aphorismis, aliisque quibusdam libris ea tradidit Hippocrates, quae priores medici, quaeque ipse diuturna observatione animadverterat, atque notaverat: in aliis, qui ipsi tribuuntur; sed aliqui, ut multi Critici putant, falso; philosophum se ostendit. Celsus quidem in hoc prooemio primum eum ponit inter medicos illos qui *non contenti febres et ulcera agitare, rerum quoque naturam ex aliqua parte scrutati sunt*; et Galenus rationalium principem appellat.

14. *vir et arte et facundia insignis)* Quidam Codd. *vir clarus, et facundia insignis*.

15. *Diocles Carystius)* Is secundus aetate famaque dicitur a Plinio lib. 26. cap. 2. sect. 6.

16. *Iisdemque)* Cod. Vat. III. et Ed. Lindenii, *Iisdem*.

17. *diducta)* Aliqui Codd. *divisa*.

18. *nominarunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. iidemque infra, *vindicarunt*; alii Codd. omnesque Edd. *nominaverunt*, et *vindicaverunt*, vel *vendicaverunt*. Alibi quoque in hujusmodi praeteritis libri antiqui eodem modo variant: quod semel monuisse sufficiat.

19. *agitare)* tractare. Hoc verbum eadem significatione Celsus supra usurpavit; *donec majore studio litterarum disciplina agitari coepit*; itemque paulo inferius, *nullo vero quidquam ex iis qui supra comprehensi sunt, agitante*. Cod. quidam apud Constantinum habet *cogitare*; et infra Cod. Scaligeri, *cogitante*, ubi in libris omnibus, quotquot ego vidi, legitur *agitante*. Ejusmodi varietates ortae sunt ab interpretibus.

20. *Serapion)* Plinius lib. 29. cap. 1. sect. 4. auctorem empiricae sectae Acronem Agrigentinum fuisse tradit; Galenus, Philinum, Herophili discipulum.

21. *in usu tantum)* Ita Codd. Mss. atque Ed. princeps, et ambae Manutianae. In Edd. ceteris deest particula *tantum*.

Tarentinus, [22] aliique non mediocres viri secuti, ex ipsa professione se [23] ἐμπειρικοὺς appellaverunt. Sic in duas partes ea quoque quae victu curat medicina divisa est; aliis rationalem artem, aliis usum tantum sibi vindicantibus: nullo vero quidquam post eos qui supra comprehensi sunt agitante, nisi quod acceperat: donec Asclepiades medendi rationem [24] ex magna parte mutavit. Ex cujus successoribus Themison nuper ipse quoque quaedam in senectute deflexit. Et per hos quidem maxime viros salutaris ista nobis professio increvit.

Quoniam autem ex tribus medicinae partibus, ut difficillima, sic etiam clarissima est ea [25] quae morbis medetur, ante omnia de hac dicendum est. Et quia [26] prima in eo dissensio est, quod alii sibi experimentorum tantummodo notitiam necessariam esse contendunt; alii, nisi corporum [27] rerumque ratione comperta, non satis potentem usum esse proponunt: indicandum est quae maxime ex utraque parte dicantur, quo facilius nostra quoque opinio interponi possit. [28] Igitur ii qui rationalem medicinam profitentur, haec necessaria esse proponunt: abditarum et morbos continentium causarum notitiam; deinde evidentium; post haec etiam naturalium actionum; novissime partium interiorum. Abditas causas vocant, in quibus requiritur ex quibus principiis nostra corpora sint, quid secundam, quid adversam valetudinem faciat. Neque enim credunt posse eum scire quo modo morbos curare conveniat, qui [29] unde hi sint ignoret. Neque esse dubium quin alia curatione opus sit, [30] si ex quatuor principiis

22. *aliique*) Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae, *et aliqui*; alii Codd. *alii quoque*. Lindenius leg. *et alii quoque*. Ego mutavi *alii quoque* in *aliique*. Saepe autem librarii pro *que* exscripserunt *quoque*; ut lib. 3. cap. 10. *Vltima quoque* pro *Vltimaque*; et lib. 5. cap. 26. sect. 7. *interest quoque* pro *interestque*.

23. ἐμπειρικοὺς) Codex Med. I. et Vat. VIII. omnesque Edd. exceptis Manutianis, et Lindeniana, *empiricos*.

24. *ex magna parte mutavit*) Plinius lib. 29. cap. I. *Auditor ejus* (Asclepiadis) *Themison fuit, qui quae inter initia scripsit, illo mox recedente a vita, ad sua placita mutavit*. Lindenius legit *magna ex parte mutavit*.

25. *quae morbis medetur*) non medicamentis, ut explicat Constantinus, sed victu. Ad hanc partem significandam eadem dicendi forma utitur Celsus in prooemio lib. 7. *Siquidem in morbis cum multum fortuna conferat, eademque saepe salutaria, saepe vana sint* &c.

26. *prima in eo dissensio est, quod* &c.) Ita legitur in Edd. Ruellii, et Krausii; Codd. Mss. ceteraeque Edd. habent *prima in ea dissensio est, quod* &c.

27. *rerumque*) Lindenius ita edidit: *rerumque naturalium*; videlicet voce *naturalium*, quam Constantinus margini adscripserat ad explicandum, in contextum recepta.

28. *Igitur ii qui* &c.) Ita Edd. Manutianae, et Stephani: ceterae, et Codd. multi, *Igitur qui*; Med. I. et Vat. VIII. *Igitur hii qui*. Pronomina *ii*, *hi* in veteribus libris saepe variant. In Cod. Vat. VIII. quibusdam locis *ii*, *iis* in *hi*, *his* ab alia manu mutata sunt.

29. *unde hi sint*) Cod. Med. I. et Vat. VIII. *unde sint*.

30. *si ex quatuor principiis*) id est igne, aere, aqua, terra.

vel superans aliquid vel deficiens adversam valetudinem creat; ut quidam ex sapientiae professoribus dixerunt: alia si in humidis omne vitium est; ut Herophilo visum est: [31] alia si in spiritu; ut Hippocrati: alia [32] si sanguis in eas venas quae spiritui accommodatae sunt transfunditur, et inflammationem, quam Graeci φλεγμονὴν nominant, excitat; eaque inflammatio talem motum efficit, qualis in febre est; ut Erasistrato placuit: alia si manantia corpuscula per invisibilia foramina subsistendo iter claudunt; ut Asclepiades contendit. Eum vero recte curaturum, quem prima origo causae non fefellerit. Neque vero [33] infitiantur experimenta quoque esse necessaria; sed ne ad haec quidem aditum fieri potuisse, nisi ab aliqua ratione contendunt. Non enim quidlibet antiquiores viros aegris inculcasse; sed cogitasse quid maxime conveniret, et id usu explorasse, [34] quo ante conjectura aliqua duxisset. Neque interesse [35] an nunc jam pleraque explorata sint, si a consilio tamen coeperunt. Et id quidem in multis ita se habere. Saepe vero etiam nova incidere genera morborum, in quibus nihil adhuc usus ostenderit; [36] et ideo necessarium sit animadvertere unde ea coeperint; [37] sine quo nemo reperire mortalium possit, cur hoc quam illo potius utatur. Et ob haec quidem in obscuro positas causas persequuntur. Evidentes vero eas appellant, in quibus quaerunt, initium morbi calor attulerit, an frigus; fames, an satietas; et quae similia sunt. Occursurum enim

31. *alia si in spiritu; ut Hippocrati)* In lib. de Flat. *Spiritus* (πνεύματα) *quidem*, inquit, *qui in corporibus insunt, flatus vocantur; qui vero extra corpus sunt, aer*. Celsus utrumque sub nomine *spiritus* comprehendit: atque hic quidem, itemque paulo infra, internum significat; alibi vero externum; ut lib. 2. cap. 11. *ubi ea parte qua exiguum foramen est, ore spiritus adductus est*; et lib. 7. cap. 11. *momento enim, intestina, alienantur, externo et insueto spiritu circumdata*. Ceterum librum de Flat. Galenus, et Erotianus censent ab Hippocrate scriptum fuisse; alii aliis Auctoribus attribuunt.

32. *si sanguis in eas venas &c.)* Venas usurpat pro arteriis, ut alibi saepe. In ultima parte hujus prooemii eamdem Erasistrati sententiam exponit his verbis; *Accedit ad haec, quod ne ipse quidem Erasistratus, qui transfuso in arterias sanguine febrem fieri dicit &c.*

33. *infitiantur)* Ita in Cod. Med. I. in aliis, et in libris vulgatis, *inficiantur*.

34. *quo ante conjectura aliqua duxisset)* Ita legitur in Codd. Vaticanis II. et IV. atque in eo quo usus est Scaliger. Cod. Vat. VIII. habet *ad quod ante &c.* Med. I. *an quod ante &c.* alii, atque Edd. sex primae, et ambae Manutianae, *quod ante &c.* aliae Edd. *quod ante conjectura aliqua duxissent*; Constantiniana in margine, *didicissent* pro *duxissent*; Liber Guilandini, atque Ed. Lindenii, *ad quod ante conjectura aliqua ducti essent*.

35. *an nunc jam pleraque)* Ita legitur in Codd. Med. I. et Vat. VIII. cum quibus pleraeque Edd. consentiunt. Alii Codd. habent *annuntiam pleraque*; alii, *initia in plerisque*; Ed. utraque Manutiana, *an initia pleraque*; Lindeniana, *an initio pleraque*.

36. *et ideo)* Lindenius, *ut ideo*.

37. *sine quo nemo reperire mortalium possit)* Ita in Mss. Edd. antiquae habent *sine quo nemo mortalium reperire possit*; Lindeniana, *ceu sine quo nemo mortalium reperire possit*.

[38] vitio dicunt eum qui originem non ignorarit. Naturales vero corporis actiones appellant, per quas spiritum trahimus et emittimus; cibum potionemque [39] et assumimus, et concoquimus: itemque per quas eadem haec in omnes membrorum partes digeruntur. Tum requirunt etiam quare venae nostrae modo submittant se, modo attollant; quae ratio somni, quae vigiliae sit: sine quorum notitia neminem putant vel occurrere, vel mederi morbis [40] inter haec nascentibus posse. [41] Ex quibus quia maxime pertinere ad rem concoctio videtur, huic potissimum insistunt; et duce alii Erasistrato, [42] teri cibum in ventre contendunt; alii Plistonico Praxagorae discipulo, putrescere; alii credunt Hippocrati, per calorem cibos concoqui: acceduntque Asclepiadis aemuli, qui omnia ista vana et supervacua esse proponunt; nihil enim concoqui, sed crudam materiam, sicut assumpta est, in corpus omne diduci. Et haec quidem inter eos parum constant: illud vero convenit, alium dandum cibum laborantibus, si hoc; alium, si illud verum est. Nam si teritur intus, eum quaerendum esse qui facillime teri possit; si putrescit, eum in quo hoc expeditissimum est; si calor concoquit, eum [43] qui maxime calorem movet: at nihil ex his esse quaerendum, si nihil concoquitur; ea vero sumenda, quae maxime manent qualia assumpta sunt. Eademque ratione cum spiritus gravis est, cum somnus aut vigilia urget, eum mederi posse arbitrantur, qui prius illa ipsa qualiter eveniant perceperit. Praeter haec cum in interioribus partibus et dolores et morborum varia genera nascantur, neminem putant his adhibere posse remedia [44] qui ipsas ignoret. Necessarium ergo esse incidere cor-

38. *vitio)* Cod. Vat. IV. et Ed. Lindenii, *initio*.

39. *et assumimus)* In Ed. Lindenii deest *et*.

42. *inter haec nascentibus) inter haec* pro interea, ut alibi. Lindenius legit *intra haec nascentibus*, ut habet in margine Ed. Constantini.

41. *Ex quibus quia maxime &c.)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. multae, *Ex quibus quam maxime* &c. Manutii, Stephanus, et Lindenius legunt *Ex quibus quia quam maxime* &c.

42. *teri cibum)* Sic reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. Vulgo legebatur *atteri cibum*, ut est in aliis Codicibus. Infra vero libri omnes habent *Nam si teritur intus, eum quaerendum esse, qui facillime teri possit*. Hoc verbo usus est Cicero lib. 2. de N. D. cap. 54. *ut ex calore, quem alvus multum habet, et terendo cibo, et praeterea spiritu omnia cocta, atque confecta in corpus omne dividantur*. Ita legunt Manutii, et Lambinus; alii, *et exterendo cibo*; sed minus recte.

43. *qui maxime calorem movet: at nihil &c.)* Ita Cod. Vat. VIII. et alii multi; Med. I. *qui maxime calorem moveat, nihil* &c. Edd. antiquae, *qui maxime calorem moveat: at nihil* &c. Lindeniana, *qui maxime calorem foveat. At nihil* &c. ut habet in margine Ed. Constantini.

44. *qui ipsas ignoret)* Ita olim legendum conjeceram. Postea vidi in libro Guilandini scriptum esse *qui ipsa*; ab alia autem manu adscriptum » malo *qui ipsas* ». Cod. Med. I. habet *qui ipsa*; Vat. VIII. *quae ipsa*; alii, et Edd. antiquae, *quae ipsa*; Ed. Lindenii, *quas ipse*.

pora mortuorum, eorumque viscera atque intestina scrutari; longeque optime fecisse Herophilum et Erasistratum, qui nocentes homines a regibus ex carcere acceptos vivos inciderint, consideraríntque, [45] etiamnum spiritu remanente, ea quae natura ante clausisset, eorumque [46] positum, colorem, figuram, magnitudinem, ordinem, duritiem, mollitiem, laevorem, [47] contactum; processus deinde singulorum et recessus; [48] et sive quid inseritur alteri, sive quid partem alterius in se recipit. Neque enim cum dolor intus incidit, scire quid doleat, eum qui qua parte quodque viscus intestinumve sit non cognoverit: neque curari id quod aegrum est, posse ab eo qui quid sit ignoret. Et cum per vulnus alicujus viscera patefacta sunt, eum qui sanae [49] cujusque colorem partis ignoret, nescire quid integrum, quid corruptum sit: [50] ita ne succurrere quidem posse corruptis. Aptiusque extrinsecus imponi remedia, compertis interiorum et sedibus et figuris, cognitaque eorum magnitudine: similesque omnia quae [51] posita sunt, rationes habere. Neque esse crudele, sicut plerique proponunt, hominum nocentium, et horum quoque paucorum, suppliciis remedia populis innocentibus saeculorum omnium quaeri.

Contra ii [52] qui se ἐμπειρικοὺς ab experientia nominant, evidentes quidem causas, ut necessarias, amplectuntur: obscurarum vero causarum, et naturalium actionum quaestionem ideo

45. *etiamnum spiritu remanente)* Alii legunt *etiam spiritu remanente*; Manutii, *etiamnum spiritu manente*.

46. *positum)* Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *posituram*; quae vox alibi apud Celsum non invenitur. *Positus* habetur iterum tertioque in hoc prooemio, lib. 5. cap. 26. atque initio lib. 8.

47. *contactum)* Ita omnes Codd. exceptis Veneto, Foroliviensi, et Med. VI. in quibus est *contractum*. Sed in Mediceo littera *r* ab ipso librario expuncta est; et Med. III. ex quo ille descriptus est, habet *contactum*. Ita porro legitur in Edd. plerisque omnibus; in Ruelliana, *contractum*; in Lindeniana, *confractum*, ut malebat Constantinus; videlicet pro aspero et confragoso. Schulzius in Exercitat. de Ossib. Conferven excogitavit *confrutum*. Morgagnus non probat *confrutum*; quod vox haec neque apud Celsum alibi, neque apud ullum alium scriptorem inveniatur; neque hic locum habere possit, ubi sermo est de habitu viscerum naturali. Idem rejicit *confractum*; quia in partibus interioribus quae recte se habeant, nihil est asperi, si excipias asperam arteriam in thorace, ad quam unam referri vocem istam verisimile non est. Facciolatus *confractum* rejicit, quia haec vox, si latina est, *fracturam significat*; ideoque hic locum habere non potest; probat *contactum*, quia vox certissimae latinitatis est, et sensum reddit idoneum. Vide 3. Morgagni epistolam. Ego in loco, adeo a Criticis vexato, eos Codices sequi malui, qui habent *contactum*. Video enim *contractum* alibi quoque a librariis perperam scriptum esse pro *contactum*; ut lib. 2. cap. 17. *sub primo contractu aquae calidae* pro *sub primo contactu aquae calidae*; et in Cicerone lib 2. de Divinat. cap. 16. quosdam Codd. habere *contractum aliquo morbo* pro *contactum aliquo morbo*; et in Virgilio lib. 3. Georg. v. ult. *contractos artus* pro *contactos artus*.

48. *et sive quid)* In Ed. Lindenii deest *et*.

49. *cujusque)* Al. *cujusquam*.

50. *ita ne succurrere quidem posse corruptis*. Lindenius legit *ideo nec succurrere quidem posse corruptis*.

51. *posita)* Idem legit *proposita*.

52. *qui se ἐμπειρικοὺς)* Ita in Edd. Manutiorum, et Lindenii; in Mss. ceterisque Edd. *qui se empiricos*.

supervacuam esse contendunt, quoniam [53] non comprehensibilis natura sit. Non posse vero comprehendi, patere ex eorum qui de his disputarunt discordia; cum de ista re, neque inter sapientiae professores, neque inter ipsos medicos conveniat. Cur enim potius aliquis Hippocrati credat, quam Herophilo? cur huic potius, quam Asclepiadi? Si rationes sequi velit, omnium posse videri non improbabiles; si curationes, ab omnibus his aegros perductos esse ad sanitatem. [54] Ita neque disputationi, neque auctoritati cujusquam fidem derogari oportuisse. Etiam sapientiae studiosos maximos medicos esse, [55] si ratiocinatio hoc faceret; nunc illis verba superesse, deesse medendi scientiam. Differre quoque pro natura locorum genera medicinae; et aliud opus esse Romae, aliud in AEgypto, aliud in Gallia. [56] Quod si morbos eae causae facerent, quae ubique eaedem essent, remedia quoque ubique eadem esse debuisse. Saepe etiam causas apparere, ut puta lippitudinis, vulneris; neque ex his patere medicinam. Quod si scientiam hanc non subjiciat evidens causa, multo minus eam posse subjicere, quae in dubio est. Cum igitur illa incerta, [57] incomprehensibilis sit, a certis potius et exploratis petendum esse praesidium; id est iis quae experientia in ipsis curationibus docuerit; sicut in ceteris omnibus artibus. [58] Nam ne agricolam quidem, aut gubernatorem disputatione, sed usu fieri. Ac nihil istas cogitationes ad medicinam pertinere eo quoque disci, quod qui diversa de his senserint, ad eamdem tamen sanitatem homines perduxerint. Id enim fecisse, quia non ab obscuris causis, neque a naturalibus aetionibns, quae apud eos diversae erant; sed ab experimentis, prout cuique responderant, medendi vias traxerint. Ne inter initia quidem ab istis quaestionibus deductam esse medicinam, sed ab experimentis. AEgrorum enim qui sine

53. *non comprehensibilis)* Ita Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Ruelliana; Edd. ceterae, *incomprehensibilis*. Similis lectionis varietas est apud Ciceronem in prooemio lib. 2. de Officiis, ubi alii legunt *non probabilia dicimus*; alii, *improbabilia dicimus*.

54. *Ita)* Lindenius legit *Itaque*.

55. *si ratiocinatio hoc faceret)* Ita libri antiqui. Lindenius legit *si ratiocinatio hos faceret*: qua dicendi forma Celsus inferius utitur, ubi opinionem suam Rationalium et Empiricorum disputationibus interponit; *Itaque ista quoque naturae rerum contemplatio, quamvis non faciat medicum, aptiorem tamen medicinae reddit*.

56. *Quod si morbos eae causae facerent &c.)*. Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. paene omnes. In aliis Codd. et in Ed. utraque Manutiorum legitur *Quod si morbos eaedem causae facerent ubique, remedia quoque ubique eadem* &c. Non recte. Empiricorum enim argumentatio haec est; abditae causae ubique eaedem sunt: si igitur hae causae morbos facerent, remedia quoque ubique eadem esse deberent, nec pro natura locorum differrent.

57. *incomprehensibilis)* Ita Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Ruelliana; ceterae Edd. *incomprehensibilisque*.

58. *Nam ne agricolam quidem &c.)* Columella lib. I. R. R. cap. I. *Usus et experientia dominantur in artibus*.

medicis erant, alios propter aviditatem primis diebus protinus cibum assumpsisse, alios propter fastidium abstinuisse; levatumque magis eorum [59] morbum esse, qui abstinuerant. Itemque alios in ipsa febre aliquid edisse, alios paulo ante eam, alios post remissionem ejus; optime deinde iis cessisse, qui post finem febris id fecerant. Eademque ratione alios inter principia protinus usos esse cibo pleniore, alios exiguo; gravioresque eos factos, qui se implerant. Haec similiaque cum quotidie inciderent, diligentes homines notasse, quae plerumque melius responderent: deinde aegrotantibus ea praecipere coepisse. Sic medicinam ortam, subinde aliorum salute, aliorum interitu, perniciosa discernentem a salutaribus. [60] Repertis deinde jam remediis, homines de rationibus eorum disserere coepisse: nec post rationem, medicinam esse inventam; sed post inventam medicinam, rationem esse quaesitam. [61] Requirere etiam ratio idem doceat, quod experientia, an aliud: si idem, supervacuam esse; si aliud, [62] etiam contrariam. Primo tamen remedia exploranda summa cura fuisse; [63] nunc vero jam explorata esse: [64] neque aut nova genera morborum reperiri, aut novam desiderari medicinam. [65] Quod si jam incidat mali genus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obscuris; sed eum protinus visurum, cui morbo id proximum sit; tentaturumque remedia similia illis quae vicino malo saepe succurrerint; et per ejus similitudinem opem reperturum. Neque enim se dicere, consilio medicum non egere, et [66] irrationale animal hanc artem posse praestare; sed has latentium rerum conjecturas ad rem non pertinere; quia non intersit quid morbum faciat, sed quid tollat; neque

59. *morbum esse*) Verbum *esse* in multis Codd. deest. Lindenius leg. *morbum fuisse*.

60. *Repertis deinde jam remediis*) Ita in Mss. et in Ed. principe. Ed. an. 1481. habet *Repertis deinde miãe rediis*; videlicet duabus litteris *m* et *e* a voce *remediis* ad particulam *jam* typographi errore translatis. Mendum transiit in Ed. an. 1493. Pinzius et alii, inter quos Lindenius, ediderunt, *Repertis deinde medicinae remediis*; alii, cum Caesario, *Repertis deinde jam medicinae remediis*.

61. *Requirere etiam ratio idem doceat &c.*) Ita Ed. Lindeniana; Ruelliana, *Requiritur etiam, si ratio idem doceat &c.* Codd. Mss. ceteraeque Edd. *Requirere etiam, si ratio idem doceat &c.* Sed particula *si* addititia est, ut pag. 16. lin. 2. hujus prooem. in plerisque Codd. et in antiquis Edd. legitur *si compresserit aliquem morbus, an fuderit*; in Ed. Lindenii, *si compresserit aliquem morbus, aut fuderit*; sed in Codd. Med. I. et Vat. VIII. *compresserit aliquem morbus, an fuderit*.

62. *etiam contrariam*) Ruellius, Gryphius, Pantinus, Constantinus, et Stephanus legunt *esse contrariam*.

63. *nunc vero jam explorata esse*) Lindenius, *nunc vero illa explorata esse*.

64. *neque aut nova genera morborum reperiri, aut novam &c*) Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII. alii; Codices, atque omnes Editiones, *neque ulla aut nova genera morborum reperiri, aut novam &c.*

65. *Quod si jam incidat*) Quidam Codd. *Quod si incidat*.

66. *irrationale*) Edd. 1481. 1493. 1497. 1516. Juntae, Caesarii, Stephani, et Lindenii, *irrationabile*.

[67] [ad rem pertineat] quomodo, sed quid optime digeratur; sive hac de causa concoctio [68] incidat, sive de illa; et sive concoctio sit illa, sive tantum digestio. Neque quaerendum esse quomodo spiremus, sed quid gravem [69] tardumque spiritum expediat; neque quid venas moveat, sed quid quaeque motus genera significent. Haec autem cognosci experimentis. Et in omnibus ejusmodi cogitationibus in utramque partem disseri posse: itaque ingenium et facundiam vincere; morbos autem, non eloquentia, sed remediis curari. Quae si quis elinguis usu discreta bene norit, hunc aliquanto majorem medicum futurum, quam si sine usu linguam suam excoluerit. Atque ea quidem de quibus est dictum, supervacua esse tantummodo; id vero quod restat, etiam crudele: vivorum hominum alvum atque praecordia incidi; et salutis humanae praesidem artem, non solum pestem alicui, sed hanc etiam atrocissimam inferre; cum praesertim ex iis quae tanta violentia quaerantur, alia non possint omnino cognosci, alia possint etiam sine scelere. Nam colorem, laevorem, mollitiem, duritiem, similiaque omnia, [70] non esse talia, inciso corpore, qualia integro fuerint: quia cum, corporibus inviolatis, haec tamen metu, dolore, inedia, cruditate, [71] lassitudine, mille aliis mediocribus affectibus saepe mutentur; multo magis verisimile est, interiora, quibus major mollities [72] et lux ipsa nova sit, sub gravissimis vulneribus et ipsa trucidatione mutari. Neque quidquam esse stultius, quam [73] quale quid vivo homine est, tale existimare esse moriente, immo jam mortuo. [74] Nam uterum quidem, qui minus ad rem pertineat, spi-

67. *[ad rem pertineat] quomodo &c.)* Tria verba *ad rem pertineat*, sive, ut habent Cod. Med. VII. et Ed. Lindenii, *ad rem pertinere*, ex glossemate addita sunt. Hoc membrum regitur a superiori infinito *pertinere*.

68. *incidat)* Edd. Caesar. Pant. Constant. Stephan. et Linden. *intercidat*.

69. *tardumque)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *et tardum*.

70. *non esse talia, inciso corpore, qualia integro fuerint: quia &c.)* Cicero in Lucullo cap. 14. *corpora nostra non novimus: qui sit situs partium, quam vim quaeque pars habeat, ignoramus. Itaque Medici ipsi, quorum intererat ea nosse, aperuerunt, ut ea viderent. Nec eo tamen ajunt empirici notiora esse illa, quia possit fieri, ut patefacta et detecta mutentur*. Lindenius leg. *non esse talia inciso corpore, qualia integro fuerint. Tum quia, corporibus inviolatis, haec tamen metu, dolore, inedia, cruditate, lassitudine, et mille aliis mediocribus affectibus saepe mutantur. Unde multo magis verisimile, interiora &c.*

71. *lassitudine, mille aliis)* Ita plerique Codd. et omnes antiquae Editiones; Cod. Vat. VIII. *lassitudine, ille aliis*; Med. I. et Ed. Lindenii, *lassitudine, et mille aliis*.

72. *et lux ipsa nova sit)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII.; alii, et Edd. antiquae, *lux ipsa nova sit*; Ed. Lindenii, *et lux ipsa nova est*.

73. *quale quid)* Ita Ed. Lindenii: Codd. Mss. atque Edd. sex primae, ambae Manutianae, et aliae, *quale quidquid*; Edd. Caesar. Gryph. Pant. et Constant. *quale quicquam*.

74. *Nam uterum quidem, qui minus ad rem pertineat)* Morgagno locus hic obscurus videtur, et mendi suspicione laborare: atque advertit, aliis quoque non satis planum, et apertum visum esse; cum in Edd. sex primis, et in utraque Manutiana verbo *diduci* apponatur interrogandi nota; Ed. Stephani habeat *quî minus*. Quae tamen dubitatio-

rante homine posse diduci: simulatque vero ferrum ad praecordia accessit, et discissum transversum septum est, quod membrana quadam superiores partes ab inferioribus diducit (διάφραγμα Graeci vocant) hominem protinus animam amittere: [75] ita mortui demum praecordia et viscus omne [76] in conspectum latrocinantis medici [77] dari necesse est tale, quale mortui sit, non quale vivi fuit. Itaque consequi medicum ut hominem crudeliter jugulet; non ut sciat, qualia vivi viscera habeamus. Si quid tamen sit, quod adhuc spirante homine conspectui subjiciatur, id saepe casum offerre curantibus. Interdum enim gladiatorem in arena, vel militem in acie, vel viatorem a latronibus exceptum sic vulnerari, [78] ut ejus interior aliqua pars aperiatur, et in alio alia: ita sedem, positum, ordinem, figuram, [79] similiaque alia cognoscere prudentem medicum, non caedem, sed sanitatem molientem; idque per misericordiam discere, quod alii [80] dira crudelitate cognorint. Ob haec ne mortuorum quidem lacerationem necessariam esse; quae etsi non crudelis, tamen foeda sit; cum aliter pleraque in

nes omnes tollantur, si cogitemus, Empiricos aliquid minus vere dicere, ut causae inserviant. Lindenius legit, ut habet in margine Constantini Editio: *Nam ne uterum quidem, ut nihilominus aerem contineat* &c. omnino male. *Certe enim* (ita scribit Morgagnus) *venter spirante homine* (*quod vel proxima verba non negant*) *in experimentis anatomicis aperitur; non ita quidem, ut nihilominus aerem contineat: sed quis hoc requirat? aut sic objiciat, quod per se omnibus manifestum est, fieri nullo pacto posse?*

75. *ita mortui demum)* Ita Codd. Mss.; Edd. antiquae, *ita demum mortui*; Lindeniana, *itaque demum mortui*.

76. *in conspectum latrocinantis medici)* homines trucidantis, ut latrones faciunt. Trillerus variantem lectionem affert ex Thomasino, qui lib. de Donariis ita scripsit; *Recte apud Cornelium Celsum in prooemio lib. I. loco* latrocinantis medici, *non sine vetustissimae membranae Florentinae assensu*, lancinantis *restituit Vir Clariss. Joannes Rhodius amicissimus noster in suis ad elegantissimum auctorem emendationibus*. Sed Thomasinum memoria fefellit. Neque enim potuit Rhodius codicem Mediceum primum intelligere, cum is, ut ceteri Medicei, omnes Vaticani, aliique a me inspecti, plane habeat *latrocinantis*. Codicem fortasse membraneum indicavit, qui Venetiis asservabatur in Bibliotheca D. Antonii, quae postea cum aedibus ipsis conflagravit. Guilandini quidem liber habet *lancinantis*; Guilandinus autem, et Rhodius codicem illum tractarunt. Cod. Venetus apud Clericos Regulares, qui ibi Tolentini vocantur, habet *latcinantis*, et litteram *o* supra syllabam *lat*: ita factum est *latocinantis*, quod magis accedit ad *latrocinantis*, quam ad *lancinantis*.

77. *dari necesse est tale, quale mortui sit)* Ita in Cod. Med. I.: Vat. VIII. habet *dari ut necesse est* &c.; alii, et omnes Edd. *dari, quod necesse sit tale esse, quale mortui sit*.

78. *ut ejus interior aliqua pars aperiatur, et in alio alia: ita* &c.) Sic Codd. plerique, atque Edd. sex primae, et Caesariana. Pro *alia: ita* in Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. utraque Manutiana est *alia sita*; in Ed. Ruelliana, aliisque, *alia sita: ita*. Linden. leg. *ut ejus aliqua interior pars, et in alio alia, aperiatur: ita* &c.

79. *similiaque alia)* Ita Codd. Mss. et Edd. ambae Manutianae. In Edd. ceteris deest vox *alia*.

80. *dira crudelitate cognorint. Ob haec ne mortuorum quidem* &c.) Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII.; alii, et Edd. pleraeque, *dira crudelitate cognoverint. Ob hoc* &c. Edd. Manutiorum, Constantini, Stephani, et Lindenii, *dira crudelitate cognoverint. Ob haec* &c.

mortuis se habeant: quantum vero in vivis cognosci potest, ipsa curatio ostendat.

Cum haec per multa volumina, perque magnae contentionis disputationes a medicis saepe tractata sint atque tractentur; [81] subjiciendum est, quae proxima vero videri possint. Ea neque addicta alterutri opinioni sunt, neque ab utraque nimium abhorrentia; media quodammodo inter diversas sententias: quod in plurimis contentionibus deprehendere licet, sine ambitione verum scrutantibus; [82] ut in hac ipsa re. Nam quae demum causae vel secundam valetudinem praestent, vel morbos excitent; quomodo spiritus, aut cibus, [83] vel trahatur, vel digeratur, ne sapientiae quidem professores scientia comprehendunt, sed conjectura [84] persequuntur. Cujus autem rei non est certa notitia, ejus opinio certum reperire remedium non potest. Verumque est, ad ipsam curandi rationem nihil plus conferre, quam experientiam. Quamquam igitur multa sint ad ipsas artes proprie non pertinentia, tamen eas adjuvant, excitando artificis ingenium. Itaque ista quoque naturae rerum contemplatio, [85] quamvis non faciat medicum, aptiorem tamen medicinae reddit. Verique simile est, et Hippocratem et Erasistratum et quicumque alii, non contenti febres et ulcera agitare, rerum quoque naturam [86] ex aliqua parte scrutati sunt, non ideo quidem medicos fuisse, verum ideo quoque majores medicos extitisse. Ratione vero opus est ipsi medicinae, [87] etsi non inter obscuras causas, neque inter naturales actiones, tamen sae-

81. *subjiciendum est, quae proxima vero videri possint. Ea* &c. Lindenius leg. *subjicienda sunt, quae proxima vero videri possint, neque addicta alterutri opinioni, neque ab utraque nimium abhorrentia, sed media* &c.

82. *ut in hac ipsa re)* Sic lib. 3. cap. 4. *Sed qui quaestui serviunt, libenter amplectuntur ea praecepta, quae sedulitatem non exigunt; ut in hac ipsa re.* Lindenius leg. *perinde ut in hac ipsa re.*

83. *vel trahatur, vel digeratur)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Respicit Celsus ad verba illa Rationalium; *naturales corporis actiones appellant, per quas spiritum trahimus, et emittimus; cibum, potionemque et assumimus, et concoquimus; itemque per quas eadem haec in omnes membrorum partes digeruntur.* Alii ex aliis Codd. legunt *vel detrahatur, vel digeratur;* Lindenius ex Cod. quodam Constantini, *vel deferatur, vel digeratur.*

84. *persequuntur)* Linden. *prosequuntur.*

85. *quamvis non faciat medicum, aptiorem tamen medicinae reddit. Verique simile est)* Ita legitur in Codd. poene omnibus. Med. I. et Vat. VIII. habent *quamvis non faciat medicum aptiorem, tamen medicinae reddit profectumque* (Vaticanus *perfectumque*) *verisimile est.* Vulgo alii legunt *quamvis non faciat medicum aptiorem* (Constantinus, *medicum, aptiorem*) *tamen medicinae reddit profectum* (Manutii, et Stephanus, *perfectum*; Constantinus, *atque perfectum.*) *Verique simile est;* Lindenius, *quamvis non faciat medicum, aptiorem tamen medicinae reddit. Profecto verisimile est.*

86. *ex aliqua parte)* Codd. Med. I. et Vat. VIII. *aliqua parte;* Ed. Linden. *aliqua ex parte.*

87. *etsi non inter obscuras causas)* sensus est; ratione medicinae opus esse, non quidem ad obscuras causas investigandas; quae, ut dicitur sub finem prooemii, ab arte rejicienda sunt; sed ad ipsas evidentes cau-

pe. Est enim haec ars conjecturalis; neque respondet ei plerumque non solum conjectura, sed etiam experientia. Et interdum non febris, non cibus, non somnus subsequitur, sicut assuevit. [88] Rarius, sed aliquando morbus quoque ipse novus est: quem non incidere, manifeste falsum est; cum aetate nostra [89] quaedam, ex naturalibus partibus [90] carne prolapsa et arente, intra paucas horas exspiraverit sic, ut nobilissimi medici neque genus mali, neque remedium invenerint. [91] Quos eo nihil tentasse judico, quia nemo in splendida persona periclitari conjectura sua voluerit; ne occidisse, nisi servasset, videretur: veri tamen simile est, potuisse aliquid [92] cogitari, detracta tali verecundia; et fortasse responsurum fuisse id quod aliquis esset expertus. Ad quod medicinae genus neque semper similitudo aliquid confert; et si quando confert, tamen id ipsum [93] rationale est, [94] inter multa similia genera et morborum, et remediorum, cogitare, quo potissimum medicamento sit utendum. Cum igitur talis res incidit, medicus aliquid oportet inveniat, quod [95] non utique fortasse, sed saepius tamen etiam respondeat. Petet autem [96] novum quoque consilium, non

sas persequendas: *est enim haec ars conjecturalis* &c. In margine Ed. Constantinianae legit. *etsi non semper inter obscuras causas*; in Ed. Lindenii, *si non semper inter obscuras causas*.

88. *Rarius, sed aliquando*) Manut. Gryph. Pant. Constant. et Steph. *Rarius, sed aliquando tamen*.

89. *quaedam*) Edd. Caesar. Gryph. et Pant. *quidam*; sed perperam.

90. *carne prolapsa, et arente*) Hallerus, Praelect. ad Instit. Med. Boerhaavii n. 685. et Morgagnus Epist. 4. existimant, carnem hanc uterum fuisse inversum, et gangraena affectum. At Kransio verisimile non videtur, *nunquam ante Celsi tempora, cum ars obstetricia parum exculta esset, rudiori contrectatione vulvam, seu uterum inversum, et extra oras naturalium protractum esse*. Verisimile utique est, id etiam ante Celsi aetatem accidisse; sed a medicis memoriae proditum non fuisse. Illi igitur qui splendidam hanc personam curabant, cum id apud alios notatum non invenissent, ipsique nunquam ante vidissent, mali genus non cognoverunt; atque adeo remedium invenire non potuerunt. In Cod. Vat. VIII. pro *arente* est *herente*; in Ed. Constantini ad marginem, *haerente*.

91. *Quos eo nihil tentasse judico, quia &c.*) Codd. Mss. et sex Edd. primae habent *Quos ego nihil tentasse judico, quia* &c. Ego parum ab iis discedens, pro *ego* reposui *eo*. Apud Ciceronem *eo*, *quia* multis locis invenitur. In Orat. pro Dejotaro cap. 12. *Eo fortasse plausus praetermissus fuit, quia* &c. lib. 2. Accadem. Quaest. cap. 31. *eoque sapientem non assentiri, quia* &c. Alii cum Manutiis leg. *Quos ego nihil ideo tentasse judico, quia* &c. Caesarius, *Quos ergo nihil tentasse judico, quia* &c. Lindenius, *Quos ideo nihil tentasse judico, quia* &c.

92. *cogitari*) Omnes libri antiqui habent *cogitare*; quod ego mutavi in *cogitari*. Saepe autem duae litterae *i* et *e* a librariis commutantur; ut paulo infra in Cod. Vat. VIII. pro *explorari possunt* est *explorare possunt*. Lindenius leg. *excogitare*. Sed cur non *cogitare*, vel *cogitari*? cum simplici verbo usus sit etiam Nepos in Datame cap. 6. *quod ad perniciem fuerat cogitatum, id ad salutem convertit*.

93. *rationale*) Caesar. Gryph. Pant. et Linden. *rationabile*.

94. *inter multa similia genera morborum*) Cod. Med. I. et Vat. VIII. *inter similia genera morborum*.

95. *non utique fortasse*) Alii omnes, *non ubique fortasse*.

96. *novum quoque consilium*) Cod. Med. I. et Vat. VIII. *novum quodque consilium*.

ab rebus latentibus; istae enim dubiae et incertae sunt; sed ab iis quae explorari possunt; id est evidentibus causis. Interest enim, fatigatio morbum, an sitis, an frigus, an calor, an vigilia, an fames fecerit, an cibi vinique abundantia, an intemperantia libidinis. Neque ignorare hunc oportet, quae sit aegri natura: humidum magis, an magis siccum corpus ejus sit; validi nervi, an infirmi; frequens adversa valetudo, an rara; eaque, cum est, vehemens esse soleat, an levis; brevis, an longa: quod is vitae genus sit secutus, laboriosum, an quietum; cum luxu, an cum frugalitate. Ex his enim, similibusque saepe curandi nova ratio ducenda est.

Quamvis ne haec quidem sic praeteriri debent, quasi nullam controversiam recipiant. Nam et Erasistratus non ex his fieri morbos dixit; [97] quoniam et alii, et iidem alias post ista non febricitarent: [98] et quidam medici saeculi nostri sub auctore, ut ipsi videri volunt, Themisone, contendunt, nullius causae notitiam quidquam ad curationes pertinere; satisque esse, quaedam communia morborum intueri. [99] Siquidem horum tria genera esse; unum adstrictum, alterum fluens, tertium mixtum. Nam modo parum excernere aegros, modo nimium; modo alia parte parum, alia nimium. Haec autem genera morborum modo acuta esse, modo longa; et modo increscere, modo consistere, [1] modo minui. Cognito igitur eo quod ex his est, si corpus adstrictum est, digerendum esse; si profluvio laborat, continendum; si mixtum vitium habet, occurrendum subinde vehementiori malo. Et aliter acutis morbis medendum; aliter vetustis; aliter increscentibus; aliter subsistentibus; aliter jam ad sanitatem [2] inclinatis. Horum observationem medicinam esse: quam ita finiunt, ut quasi viam quamdam, [3] quam μέθοδον Graeci nominant, eorumque quae in

97. *quoniam.)* Edd. Caesar. Gryph. Pant. et Constant. *quum*.

98. *et quidam medici)* In quibusdam Codd. inter quos est Vat. VIII. et in Edd. Caesar. Gryph. Pant. et Constant. legit. *et quidem medici*. Constantinus in libri margine adscripsit „. *Methodici. Vide pag. 3.* „ superiorem illum prooemii locum indicans, *Themison nuper ipse quoque quaedam in senectute deflexit*: ibi enim haec notaverat; *Themison τῶν κοινοτήτων inventor, ut vocatur a Galeno, Laodiceus Syrus fuit, qui ab Asclepiade rationali institutus, ad Methodicae sectae inventionem se contulit*. Manifestum igitur est, vocem *Methodici* adnotationem esse, non lectionem. Lindenius illam in contextum recepit, et praeterea sententiam perperam distraxit. Ita enim edidit; *et iidem alias post ista non febricitarent. Et quidam Methodici*.

99. *Siquidem)* Lindenius, *Et quidem*.

1. *modo minui)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis Codd. et in Edd. antiquis additur *consueverunt*, vel *consuerunt*. Lindenius leg. *modo minui consuevisse*, ut habet in margine Ed. Constantini.

2. *inclinatis)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *inclinantibus*.

3. *quam μέθοδον Graeci nominant)* Ita plerique Codd. atque omnes Editiones. Sed vox *Graeci* abest a Cod. Med. I. et VIII. et videri potest addititia. Nam Themison, ejusque asseclae, ipsi μέθοδον nominarunt; quippe qui aut ex Graecia erant, aut ex iis re-

morbis communia sunt, contemplatricem esse contendant. Ac neque rationalibus se, neque experimenta tantum spectantibus adnumerari volunt: cum ab illis eo nomine dissentiant, quod in conjectura rerum latentium nolunt esse medicinam; ab his eo, quod parum artis esse in observatione experimentorum credunt. Quod ad Erasistratum pertinet, primum ipsa evidentia ejus opinioni repugnat; quia raro, nisi post horum aliquid, morbus venit. Deinde non sequitur, ut quod alium non afficit, aut eumdem alias, id ne alteri quidem, aut eidem tempore alio noceat. Possunt enim quaedam subesse corpori vel ex infirmitate ejus, vel ex aliquo affectu, quae vel in alio non sunt, vel in hoc alias non fuerunt; eaque per se non tanta, ut concitent morbum; tamen obnoxium magis aliis injuriis corpus efficiant. Quod si contemplationem rerum naturae; [4] quam non temere medici sibi vindicant; satis comprehendisset, etiam illud scisset, nihil omnino od unam causam fieri, sed id pro causa apprehendi, quod contulisse plurimum videtur. Potest autem id, dum solum est, non movere, quod junctum aliis maxime movet. Accedit ad haec, quod ne ipse quidem Erasistratus; qui transfuso in arterias sanguine febrem fieri dicit, idque nimis repleto corpore incidere; reperit, cur ex duobus aeque repletis, alter in morbum [5] inciderit, alter omni periculo vacarit: [6] quod quotidie fieri apparet. Ex quo disci potest, ut vera sit illa transfusio, tamen illam, non per se cum plenum corpus est, fieri; sed cum horum aliquid accesserit. Themisonis vero aemuli, si perpetua, quae promittunt, habent, magis etiam [7] quam ulli, rationales sunt. Neque enim, si quis non omnia tenet, quae rationalis alius probat, protinus alio novo nomine artis indiget; si modo, quod primum est, non memoriae soli, sed rationi quoque insistit. Sin, quod vero propius est, [8] vix ulla perpetua praecepta medicinalis ars recipit,

gionibus, ubi graece loquebantur. Paulo infra reposui *adnumerari*, ex Mss. In libris vulgatis est *annumerari*. Eadem scriptionis varietas alibi occurrit.

4. *quam non temere medici sibi vindicant)* Ita legit Lindenius: et ut ita legatur, sententia postulat. Nam Erasistratus rerum quidem naturam ex aliqua parte scrutatus est, ut dictum est aliquanto superius; sed cum contemplationem hanc non satis comprehendisset, in hujusmodi errorem incidit. Libri antiqui habent *quam temere* &c. Ubicumque libros antiquos nomino, tum Codices Mss. significo, tum Editiones priores Lindeniana an. 1657.

5. *inciderit)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *incideret*; et infra, *vacaret*.

6. *quod quotidie fieri apparet)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii. In aliis Codd. ceterisque Edd. additur *non discreverit*; verba autem praecedentia sic dividuntur; *idque nimis repleto corpore incidere reperit, cur ex duobus aeque repletis* &c.

7. *quam ulli)* Liber Guilandini, atque Ed. Lindenii, *quam illi*.

8. *vix ulla perpetua praecepta* &c.) lib. 2. cap. 10. *Usus ostendit, nihil ex his esse perpetuum*; et lib. 3. cap. 4. *nihil autem horum utique perpetuum est*.

[9] idem sunt, quod ii quos experimenta sola sustinent: eo magis, [10] quoniam, compresserit aliquem morbus, an fuderit, quilibet etiam imperitissimus videt: quid autem compressum corpus resolvat, quid solutum teneat, si a ratione tractum est, rationalis est medicus; [11] si, ut ei qui se rationalem negat, confiteri necesse est, ab experientia, [12] empiricus. Ita apud eum morbi cognitio extra artem, medicina intra usum est. Neque adjectum quidquam empiricorum professioni, sed demptum est; quoniam illi multa circumspiciunt, hi tantum facillima, et non plus, quam vulgaria. Nam et ii qui pecoribus ac jumentis medentur, cum propria cujusque [13] ex mutis animalibus nosse non possint, communibus tantummodo insistunt: et exterae gentes, cum subtilem medicinae rationem non noverint, communia tantum vident: et [14] qui ampla valetudinaria nutriunt, quia singulis summa cura consulere non sustinent, ad communia ista confugiunt. Neque hercules istud antiqui medici nescierunt, sed his contenti non fuerunt. Ergo etiam vetustissimus auctor [15] Hippocrates dixit, mederi oportere, et communia, et propria intuentem. Ac ne isti quidem ipsi intra suam professionem consistere ullo modo possunt: siquidem et compressorum et fluentium morborum genera diversa sunt; faciliusque id in iis quae fluunt, inspici potest. Aliud est enim sanguinem, aliud bilem, aliud cibum vomere; aliud dejectionibus, aliud torminibus laborare; aliud sudore digeri, aliud tabe consumi. Atque in partes quoque humor erumpit, [16] ut in oculos, auresque: quo periculo nullum humanum membrum vacat. Nihil autem horum sic, ut aliud, curatur. Ita protinus in his a communi fluentis morbi contemplatione ad propriam medicina descendit. Atque in

9. *idem sunt, quod ii &c.)* Ita in Mss. et plerisque Editionibus. Manutii, et Lindenius leg. *iidem sunt, quod ii &c.* Ego quidem malim, *iidem sunt, atque ii &c.*

10. *quoniam compresserit aliquem morbus, an fuderit)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *quoniam si compresserit aliquem morbus, an fuderit*; alii, et Ed. Lindenii, *quoniam si compresserit aliquem morbus, aut fuderit.*

11. *si)* Lindenius, *sin*.

12. *empiricus. Ita &c.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et antiquae Edd. *empiricus est. Ita &c.* Ed. Lindenii, *empiricus. Et ita &c.*

13. *ex mutis animalibus)* Ita plerique Codd. atque Edd. Stephani, et Lindenii. Cod. Med. I. et Vat. VIII. ceteraeque Edd. *ex multis animalibus*; mendose.

14. *qui ampla valetudinaria nutriunt)* qui multos aegros curant, ut fit in amplis valetudinariis. Alibi quoque Celsus adhibet *nutrire* pro *curare*. Lib. 3. cap. 9. *Ejusmodi medici melius alienos aegros, quam suos nutriunt.* Sic autem reposui ex Cod. Med. I. cum quo Vat. VIII. consentit. Alii Codd. habent *qui ampla valetudinarios nutriunt*. Vulgo legit. *qui ample valetudinarios nutriunt*, ex Palavicino.

15. *Hippocrates dixit)* Lib. I. Morb. Vulg. sect. 3. *Quaenam ex his quae ad morbos spectant, dignotio facienda sit, facile discemus et ex communi omnium, et ex cujusque propria natura; ex morbo, et aegroto.*

16. *ut in oculos)* Ita Edd. antiquae; Lindeniana, et Cod. Med. I. atque Vat. VIII. *in oculos*; alii Codd. *ut oculos*.

hac quoque rursus alia proprietatis notitia saepe necessaria est; quia non eadem omnibus, etiam in similibus casibus. opitulantur: siquidem certae quaedam res sunt, quae in pluribus ventrem aut adstringunt, aut resolvunt; inveniuntur tamen, in quibus aliter, atque in ceteris, [17] id eveniat. In his ergo communium inspectio contraria est, propriorum tantum salutaris. Et causae quoque aestimatio saepe morbum solvit. Ergo etiam ingeniosissimus saeculi nostri medicus, quem nuper vidimus, Cassius, febricitanti cuidam et magna siti affecto, cum post ebrietatem eum premi coepisse [18] cognosset, aquam frigidam ingessit. Qua ille [19] epota, eum vini vim miscendo fregisset, protinus febrem somno et sudore discussit. Quod auxilium medicus opportune providit, non ex eo quod [20] aut adstrictum corpus erat, aut fluebat; [21] sed ex ea causa quae ante praecesserat. Estque etiam proprium aliquid et loci et temporis, istis quoque auctoribus: qui cum disputant, quemadmodum sanis hominibus agendum sit, praecipiunt, ut gravibus aut locis aut temporibus magis vitetur frigus, aestus, satietas, labor, libido; magisque ut conquiescat [22] iisdem locis, aut temporibus, si quis gravitatem corporis [23] sentit; ac neque vomitu stomachum, neque purgatione alvum solicitet. Quae vera quidem sunt; a communibus tamen ad quaedam propria descendunt. Nisi persuadere nobis volunt, sanis quidem considerandum esse, quod coelum, quod tempus anni sit; aegris vero non esse: quibus tanto magis omnis observatio necessaria est, quanto magis obnoxia offensis infirmitas est. Quin etiam morborum in iisdem hominibus aliae atque aliae proprietates sunt: [24] et qui secundis aliquando frustra curatus est, contrariis saepe restituitur. Plurimaque in dando cibo discrimina reperiuntur; ex quibus conten-

17. *id eveniat)* Ita legitur in Cod. quodam apud Constantinum. Libri tum scripti, tum impressi, quos ego inspexi, omnes habent *idem eveniat*. Sed pronomina *ea*, *id*, et *eadem*, *idem*, saepe inter se commutantur. Sic lib. 2. cap. 10. pro *neque eam videntur sustinere aegri vires posse*, Codd. multi, atque Edd. poene omnes habent *neque eamdem*; cap. 12. sect. 2. ejusdem lib. pro *Fereque eo modo*, plures Codd. *Fereque eodem modo*; lib. 7. cap. 11. pro *Id autem vitium*, Cod. Med. 1. et Vat. VIII. *Idem autem vitium*.

18. *cognosset)* *cognosset*, quod scriptum erat in Cod. Med. 1. et Vat. VIII. mutatum est in utroque ab antiqua manu in *cognosceret*; itaque legitur in aliis Codd. et in omnibus Edd. sed minus recte.

19. *epota)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. *pota*.

20. *aut adstrictum)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Edd. princeps, et Constantiniana; alii Codd. ceteraeque Edd. *aut strictum*.

21. *sed ex ea causa)* Ita Codd. Mss. atque Ed. princeps. In ceteris Edd. deest vox *ea*.

22. *iisdem locis, aut temporibus)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *iisdem aut locis, aut temporibus*.

23. *sentit)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. *sensit*.

24. *et qui secundis &c.)* Lib. 6. cap. 6. sect. 8. *scilicet hic quoque, ut alibi, cum secunda vana fuerint, contrariis adjuvantibus*.

tus uno ero. [25] Nam famem facilius adolescens, quam puer; facilius in denso coelo, quam in tenui; [26] facilius hieme, quam aestate; facilius uno cibo, quam prandio quoque assuetus; facilius inexercitatus, quam exercitatus homo, sustinet. Saepe autem in eo magis necessaria cibi festinatio est, qui minus inediam tolerat. Ob quae [27] concipio, eum qui propria non novit, communia tantum intueri debere; eumque [28] qui nosse propria potest, illa quidem non oportere negligere, sed his quoque insistere. Ideoque, cum par scientia sit, utiliorem tamen medicum esse amicum, quam extraneum. Igitur, ut ad propositum meum redeam, rationalem quidem puto medicinam esse debere: instrui vero ab evidentibus causis; obscuris omnibus, non a cogitatione artificis, sed ab ipsa arte rejectis. Incidere autem vivorum corpora, et crudele, et supervacuum est: [29] mortuorum, discentibus necessarium. Nam positum et ordinem nosse debent: quae cadavera melius, quam vivus et vulneratus homo, repraesentant. Sed et cetera, [30] quae modo in vivis cognosci possunt, in ipsis curationibus vulneratorum paulo tardius, sed aliquanto mitius usus ipse monstrabit. His propositis, primum dicam, quemadmodum sanos agere conveniat; tum ad ea transibo, quae ad morbos [31] curationesque eorum pertinebunt.

I. * Sanus homo, qui et bene valet, et suae spontis est, nullis obligare se legibus debet; ac neque medico, [1] neque alipta ege-

25. *Nam famem facilius adolescens)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis, et in libris editis legit. *Nam famem facilius fert adolescens;* infra vero in libris omnibus antiquis, *quam exercitatus homo, sustinet.* Scaliger, et Lindenius leg. *facilius fert:* Scaliger autem putat, duo verba *homo, sustinet,* glossema esse; Lindenius *sustinet* dumtaxat omittit. Sed eodem modo loquitur Celsus lib. I. cap. 3. *omnem etiam laborem facilius vel puer, vel senex, quam insuetus homo sustinet.*

26. *facilius hieme, quam aestate)* Lib. I. cap. 4. *aestate cibo saepius corpus eget.* Caesarius adnotat, quibusdam videri legendum esse *facilius aestate, quam hieme,* ex Hippocratis Aphor. 15. Sect. 2. *Per hiemem et ver ventres natura calidissimi, somnique longissimi. Per ea igitur tempora copiosiora cibaria exhibenda.* Sed qui sic mutandum putant, non videntur animadvertisse, Celsum hic docere, non qui modus cibi, sed quoties die cibus dari debeat.

27. *concipio)* Plerique Codd. atque Edd. habent *competit;* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Ruel. Steph. et Linden. *conjicio.* Neutrum verbum huc aptum videtur. Reposui *concipio,* id est existimo. Eadem dicendi forma Celsus alibi utitur. Lib. 3. cap. 4. *Quo magis falluntur, qui per omnia jucundam ejus, Asclepiadis, disciplinam esse, concipiunt;* et in prooemio lib. 7. *Ego eumdem quidem hominem posse omnia ista praestare, concipio.*

28. *qui nosse propria potest &c.)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *qui nosse proprietates potest, non illas quidem oportere negligere.*

29. *mortuorum, discentibus necessarium)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *mortuorum corpora &c.* ex glossemate. Lindenius leg. *mortuorum vero, discentibus necessarium.*

30. *quae modo in vivis)* Lindenius, *quae in vivis modo.*

31. *curationesque eorum)* Cod. Vat. VIII. *curationes eorum;* Ed. Linden. *et curationes eorum.*

1. *neque alipta egere)* non eget medico,

re. Hunc oportet varium habere vitae genus: [2] modo ruri esse, modo in urbe, saepiusque in agro; navigare, venari, quiescere interdum; sed [3] frequentius se exercere: siquidem [4] ignavia corpus hebetat, labor firmat; illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit. Prodest etiam interdum balneo, [5] interdum aquis frigidis uti; modo ungi, modo id ipsum negligere; nullum cibi genus fugere, quo populus utatur; interdum [6] in convivio esse, interdum ab eo se retrahere; modo plus justo, modo non amplius assumere; bis die potius, quam semel cibum capere, et semper quam plurimum; dummodo hunc concoquat. Sed ut hujus generis exercitationes cibique necessarii sunt, sic athletici

quia sanus est; non alipta, quia bene valet: aliptae enim viribus hominis, et colori prospiciebant. Cicero lib. 1. ad Famil. epist. 9. *Vellem non solum salutis meae, quemadmodum medici, sed etiam ut aliptae, virium, et coloris rationem habuissent*. Editiones sex primae, Lugdunensis an. 1516. Juntina, Caesariana, et Pantiniana habent *alipta*; Cod. Med. 1. *iatroaliptae*; Vat. VIII. *iatroalipte*; al. *hiatroalipta*; al. *hiatro alipta* per voces duas, quarum prima in Med. IV. expuncta est. Videtur igitur vox *hiatro* margini adscripta fuisse, indeque in contextum migrasse: quod ii Codd. indicant, in quibus illa ab *alipta* disjuncta est; et praesertim Vat. 1. qui ita habet; *neque hiatro. neque aliptae*. Praeterquamquod in latina voce littera *h* locum non habet; et in voce composita, sive graeca, sive latina, littera o elidi solet. Huc accedit, Celsum graecis vocabulis numquam uti sine necessitate; et cum iis utitur, litteris graecis scribere, hoc fere modos; *ἀτροφίαν Graeci nominant*; *Graeci καχεξίαν appellant*. Hic vero vocem *alipta* adhibuit, quia consuetudo eam latinam jam fecerat. Manutii leg. *iatrolipta*; Ruellius, Gryphius, et Constantinus, *iatralipta*; Stephanus, *iatraleιpta*; Lindenius, *iatroalipta*.

2. *modo ruri esse)* Varro in prooemio lib. 2. de R. R. *Ut ruri enim qui in villa vivunt, ignaviores, quam qui in agro versantur in aliquo opere faciundo, sic qui in oppido sederent, quam qui rura colerent, desidiosiores putabant... quod dum servatum est, utrumque sunt consecuti; ut et cultura agros fecundissimos haberent, et ipsi valetudine firmiores essent*. Fortasse legendum *valetudine firmiore essent:* quo modo Cicero loquitur in Bruto cap. 4. *qui semper infirma, atque etiam aegra valetudine fuit*; et de Senectute cap. 11. *quam fuit imbecillus P. Africani filius! quam tenui, aut nulla potius valetudine!*

3. *frequentius)* Lindenius, *frequenter*.

4. *ignavia corpus hebetat)* Hippocrates lib. 2. de Vict. Rat. *Otium humectat, et corpus imbecillum reddit..... Labor siccat, corpusque validum efficit*.

5. *interdum aquis frigidis uti)* aquis frigidis utebantur non modo aestate, quo anni tempore frigida lavatio aptissima est, ut dicitur cap. 3. hujus lib. verum etiam hieme. Horatius epist. 15. lib. 1.

gelida cum perluor unda
Per medium frigus.

Seneca epist. 83. *Ille tantus Psychrolutes, qui Kalendis Januariis in Euripum saltabam; qui anno novo quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic auspicabar in Virginem desilire; primum ad Tiberim transtuli castra; deinde ad hoc solium* &c.

6. *in convivio)* Ita habent plerique Codd. omnesque antiquae Editiones. Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *in convictu*. Cum de cibi genere et modo sermo sit, verior lectio videtur *in convivio*: qua voce, hac quidem significatione, semper utitur Tullius. *Convictibus* pro *conviviis* habet Paterculus lib. 1. cap. 33. Plinius lib. 14. cap. 14. sect. 16. ita scribit; *tanta vero vino graeco gratia erat, ut singulae potiones in convictu darentur*; sed paulo post; *quibus vinis auctoritas fuerit sua in mensa, M. Varro his verbis tradit; L. Lucullus puer apud patrem numquam lautum convivium vidit, in quo plus semel graecum vinum daretur*. AEtate igitur Varronis, et Ciceronis *convivium* dicebatur, quod alii postea *convictum* dixerunt. Verisimile autem est, Celsum Tullianum hoc vocabulum, ut alia multa, usurpasse.

supervacui. Nam et intermissus [7] propter civiles aliquas necessitates ordo exercitationis corpus affligit; et ea corpora quae more eorum repleta sunt, celerrime et senescunt, et aegrotant. Concubitus vero neque nimis concupiscendus, neque nimis pertimescendus est: rarus, corpus excitat; frequens, solvit. [8] Cum autem frequens, non numero sit, sed ratione aetatis et corporis, scire licet, eum non inutilem esse, quem corporis neque languor, neque dolor sequitur. Idem interdiu pejor est, [9] noctu tutior: ita tamen, si neque illum cibus, neque hunc cum vigilia labor statim sequitur. Haec firmis servanda sunt; cavendumque, ne in secunda valetudine adversae praesidia consumantur.

II. * [1] At imbecillis; quo in numero magna pars urbanorum, omnesque poene cupidi litterarum sunt; observatio major necessaria est; ut quod vel corporis, vel loci, vel studii ratio detrahit, cura restituat. Ex his igitur, qui bene concoxit, mane tuto surget: qui parum, quiescere debet, et si mane surgendi necessitas fuerit, redormire: qui non concoxit, ex toto conquiescere; ac neque labori se, neque exercitationi, neque [2] negotio credere. Qui crudum sine praecordiorum dolore ructat, is ex intervallo aquam frigidam bibere, et se nihilo minus continere. Habitare vero aedificio lucido, [3] perflatum aestivum, hibernum solem habente; cavere meridianum solem, matutinum et vespertinum frigus; itemque auras fluminum atque stagnorum; minimeque, nubilo coelo, soli aperienti se committere, ne modo frigus, modo calor [4] moveat: quae res maxime gravedines destillationesque concitat. Magis vero gravibus locis ista servanda sunt; in qui-

7. *propter civiles aliquas necessitates)* Lindenius, *propter aliquas civiles necessitates*.

8. *Cum autem frequens, non numero sit, sed ratione aetatis &c.)* qui in sene frequens est, in viro frequens non est: contra frequens est in viro imbecillo, qui in adolescente validiore frequens non est. Sic autem habent plerique Codices. In Med. I. et Vat. VIII. omnibusque Edd. leg. *Cum autem frequens, non numero sit, sed natura, ratione aetatis* &c. sententia omnino repugnante. Vox *natura* videtur ex margine irrepsisse, ubi adscripta fuerat ad vocem *corporis* explanandam. Cap. proxime sequenti dicitur *pro natura corporis*, eodem sensu quo hic *ratione corporis*.

9. *noctu tutior)* Linden. *tutior noctu*.

1. *At imbecillis)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii. In aliis Codd. ceterisque Edd. legit. *At imbecillis stomacho*; sed perperam. Imbecilli opponuntur bene valentibus ac firmis, de quibus hactenus dictum est. De iis qui stomacho laborant, dicetur cap. 8. hujus libri.

2. *negotio)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *negotiis*.

3. *perflatum aestivum, hibernum solem habente)* Columella lib. I. cap. 5. R. R. *Frons ejus*, villae, *ad orientem aequinoctialem directa sit.. quantoque fuerit aedificii solum pronius orienti, tanto et aestate liberius capere perflatus, et hiemis procellis minus infestari, et matutino regelari ortu poterit, ut concreti rores liquescant*.

4. *moveat)* turbet, afficiat; subauditur autem caput, vel corpus. Verbum *moveo* Celsus absolute usurpavit in prooemio hujus lib. *Potest autem id, dum solum est, non movere, quod junctum aliis maxime movet*.

bus etiam pestilentiam faciunt. Scire autem licet, integrum corpus esse, cum quotidie mane urina alba, [5] deinde rufa est: illud concoquere, hoc concoxisse significat. Vbi experrectus est aliquis, paulum intermittere: deinde, nisi hiems est, fovere os multa aqua frigida debet. Longis diebus meridiari potius ante cibum; [6] sin minus, post eum: per hiemem potissimum totis noctibus conquiescere. Sin lucubrandum est, non post cibum id facere, sed post concoctionem. Quem interdiu vel domestica, vel civilia officia tenuerunt, huic tempus aliquod servandum curationi corporis sui est. Prima autem ejus curatio, exercitatio est; quae semper antecedere cibum debet: [7] in eo qui minus laboravit, et bene concoxit, amplior; in eo qui fatigatus est, et minus concoxit, remissior. Commode vero exercent clara lectio, arma, pila, cursus, ambulatio; atque haec non utique plana, commodior est: siquidem melius ascensus quoque et descensus cum quadam varietate corpus [8] movet; nisi tamen id perquam imbecillum est. Melior autem est [9] sub divo, quam in porticu; melior, si caput patitur, in sole, quam in umbra; melior in umbra, [10] quam parietes aut viridia efficiunt, quam quae tecto subest; melior recta, quam flexuosa. Exercitationis autem plerumque finis esse debet sudor, aut certe lassitudo quae citra fatigationem sit: idque ipsum modo minus, modo magis faciendum est. Ac ne his quidem, athletarum exemplo, vel certa esse lex, [11] vel immodicus labor debet. Exercitationem recte sequitur, modo un-

5. *deinde rufa est)* Ita Codd. multi, quos inter Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *dein rufa est*: Iisdem poene verbis utitur Plinius lib. 28. cap. 6. sect. 19. *Auguria valetudinis ex ea, urina, trahuntur. Si mane candida, dein rufa sit: illo modo concoquere, hoc concoxisse significatur.*

6. *sin minus)* Cod. Vat. VIII. et alii multi, *si minus*.

7. *in eo qui minus laboravit, et bene concoxit, amplior &c.)* Lindenius leg. *in eo, qui minus laboravit, et bene concoxit, remissior; in eo, qui magis laboravit, et minus concoxit, amplior.* Ad hunc locum ita scribit Morgagnus; *Vtra lectio probanda sit, productis rationibus disputare nihil attinet, quando Celsus paulo ante docuit*, qui parum *concoxit*, quiescere debere.

8. *movet)* Ita in margine Ed. Constantinianae. Et sane Celsus, cum adhibet particulam *siquidem* pro *nam*, cum verbo modi indicativi construere solet. Exempla passim occurrunt. Alii leg. *moveat*; ut est in Codd. Mss.

9. *sub divo)* Edd. princeps, Ruelliana, et Stephani, *sub dio*.

10. *quam parietes, aut viridia efficiunt)* Cod. Med. I. habet *quam paries, aut viride efficiunt*; Vat. VIII. *quam paries, aut viridia efficiunt*; ceteri, *quam parietes, aut viridia efficiunt*. Vulgo legit. *quam parietes, aut viridaria efficiunt*; ex Cod. scilicet Med. IV. in quo vox *viridia* ab alia manu mutata est in *viridaria*; sed perperam. Viridaria vocantur loca viridibus consita: viridia, plantae virentes, quae umbram efficiunt. Vide Morgagni Epis. 7. ubi multa Vir doctissimus congessit ad hanc lectionem confirmandam et illustrandam.

11. *vel immodicus labor debet)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et omnes Edd. habent *vel immodicus esse labor debet*.

ctio vel in sole, vel ad ignem; modo [12] balneum, [13] sed conclavi quam maxime et alto et lucido et spatioso. Ex his vero [14] neutrum semper fieri oportet; sed saepius alterutrum, pro corporis natura. Post haec paulum conquiescere opus est. Vbi ad cibum ventum est, numquam utilis est nimia satietas; saepe inutilis nimia abstinentia: [15] si qua intemperantia subest, [16] tutior est in potione, quam in esca. Cibus a salsamentis, oleribus, similibusque rebus melius incipit: tum caro assumenda est, quae assa optima, aut elixa est. Condita omnia duabus de causis inutilia sunt; quoniam et plus propter dulcedinem assumitur, et [17] quod modo par est, tamen aegrius concoquitur. [18] Secunda mensa bono stomacho nihil nocet; in imbecillo coacescit. Si quis itaque hoc parum valet, palmulas, pomaque, et similia melius primo cibo assumit. Post multas potiones quae aliquantum sitim excesserunt, nihil edendum est: post satietatem, nihil agendum. Vbi expletus est aliquis, facilius concoquit, si quidquid asumpsit, potione aquae frigidae includit; tum paulisper invigilat; deinde bene dormit. Si quis interdiu se implevit, post cibum neque frigori, neque aestui, neque labori se debet committere: neque enim tam facile haec inani corpore, quam repleto nocent. [19] Si quibus de causis futura inedia est, labor omnis vitandus est.

* III. * Atque haec quidem poene perpetua sunt. [1] Quasdam autem observationes desiderant et novae res, et corporum genera [2] [et

12. *balneum)* Cod. Vat. VIII. tum in hoc loco, tum in aliis multis habet *balineum*; sed fere ubique littera *i* expuncta est. Med. I. hic habet *balneum*; alibi *balineum*; sed alicubi in eo quoque littera *i* expuncta est.

13. *sed conclavi)* Ita Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et ambae Manutianae. In Ed. Caesariana, ceterisque legit. *sed in conclavi*. Cod. quidem Med. I. supra vocem *conclavi* habet particulam *in*, sed non ab eadem manu.

14. *neutrum semper)* Ita Codd. Mss. atque Ed. Lindenii. In Edd. antiquis legit. *neutrum saepe*, ut habet ab alia manu Cod. Med. IV.

15. *si qua intemperantia subest)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. sed Vaticanus, *subsit*. In aliis Codd. et in omnibus Edd. legit. *saepe si qua intemperantia subest*. Male.

16. *tutior est in potione, quam in esca)* ex Hippocratis Aphor. II. Sect. 2. quem alii ita latinè reddunt; *Tolerabilius est impleri potu, quam cibo*; alii vero sic; *facilius est refici potu, quam cibo*. Vide adnot. Foesii ad Aphorismum illum. In Ed. 1481. et aliis multis pro *tutior* perperam est *durior*.

17. *quod modo par est)* i. e. quod non amplius justo est; quo modo locutus est cap. praecedenti. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. legit. *et quod modo parum est*; in Ed. Constantini ad marginem, *et quod modo parvum est*.

18. *Secunda mensa)* id est bellaria; palmulae, poma, nuces, alia. Vide Athenaeum Deipnosoph. lib. 14. cap. 10. et seqq.

19. *Si quibus de causis futura inedia est)* ex Aphor. 16. Sect. 2.

1. *Quasdam autem observationes)* Linden. *Quasdam tamen observationes*.

2. *et sexus)* Duae hae voces additae sunt ab aliquo sciolo. Quae in hoc, ceterisque hujus libri capitibus praecipiuntur, omnia ad viros et feminas aeque pertinent. Constantinus putat, *de sexu praetermissum esse vel auctoris oblivione, vel temporis injuria*. Ego nec quidquam a Celso scriptum, nec scribendum fuisse, existimo. Sunt quidem aliqui morbi virorum, aliqui feminarum pro-

sexus,] et aetates, et tempora anni. Nam neque ex salubri loco in gravem, neque ex gravi in salubrem transitus satis tutus est. Ex salubri in gravem, prima hieme; ex gravi in eum qui salubris est, prima aestate transire melius est. Neque vero ex multa fame nimia satietas, neque ex nimia satietate fames idonea est. Periclitaturque, et qui semel, [3] et qui bis die cibum continenter contra consuetudinem assumit. Item neque ex nimio labore subitum otium, neque ex nimio otio subitus labor, sine gravi noxa est. [4] Ergo, cum quis mutare aliquid volet, paulatim debebit assuescere. [5] Omnem etiam laborem facilius vel puer vel senex, quam insuetus homo, sustinet. Atque ideo quoque nimis otiosa vita utilis non est; quia potest incidere laboris necessitas. Si quando tamen insuetus aliquis laboravit, [6] aut si multo plus quam solet, [7] etiam is qui assuevit, huic jejuno dormiendum est: [8] multo magis si etiam os amarum est, vel oculi caligant, aut venter perturbatur. Tum enim non dormiendum tantummodo jejuno est; sed etiam in posterum diem [9] permanendum; nisi cito id quies sustulit. Quod si factum est, surgere oportet, et lente [10] paulum ambulare. At si somni necessitas non fuit, quia modice magis aliquis laboravit, tamen [11] ingredi aliquid eodem modo debet. Communia deinde omnibus sunt post fatigationem cibum sumpturis, ubi paulum ambulaverunt, si balneum non est, calido loco, vel in sole, vel ad ignem ungi, atque sudare; si est,

prii: sed in hoc libro, non de aegris hominibus, sed de imbecillis sermo fit; atque adeo observationes, quas varia eorum corpora desiderant, viris et feminis communes sunt.

3. *et qui bis die cibum continenter contra consuetudinem assumit)* videlicet, non die uno aut altero, sed continuate. Sic autem legitur in multis Codd. atque in Ed. Valartii; sumptaque sententia est ex Hippocrate, qui lib. de Vict. Rat. in Morb. Acut. ita scripsit; *Tum eos qui bis die, tum eos qui semel cibum sumere consueverunt, repentinae mutationes laedunt*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. ceteraeque Edd. habent *incontinenter*; sed perperam. Nemo enim est qui nesciat, cibi intemperantiam periculosam esse: et Celsus praecedenti cap. jam monuit, numquam utilem esse nimiam satietatem.

4. *Ergo, cum quis mutare aliquid volet &c.)* ex Aphor. 51. Sect. 2.

5. *Omnem etiam laborem &c.)* ex Aphor. 49. Sect. 2.

6. *aut si multo plus, quam solet)* Ita Codd. Mss. Vulgo legit. *aut multo plus, quam solet*.

7. *etiam is qui assuevit)* Ita legunt Ruel. Pant. Constant. et Linden. al. *etiam si qui assuevit*; ut habent Cod. Med. I. Vat. VIII. et alii multi. In quibusdam Codd. legit. *etiam qui assuevit*.

8. *multo magis, si etiam &c.)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *multo magis etiam, si &c.*

9. *permanendum)* Lindenius, *ita permanendum*.

10. *paulum)* Ita libri scripti; impressi, *paululum*.

11. *ingredi aliquid) aliquid* pro aliquantum; ut lib. 3. cap. 16. *moveri aliquid*; et alibi quoque. *aliquid* more adverbiorum adhibet etiam Plinius lib. 5. cap. 9. sect. 10. ubi de Nilo flumine; *Postea lenis, et confractis aquis domitaque violentia, aliquid etiam via fessus &c.* Lindenius leg. *ingredi aliquantum*; ut habet in margine Ed. Constantini.

ante omnia [12] in tepidario sedere; deinde, ubi [13] paululum conquieverunt, intrare et descendere in solium; tum multo oleo ungi, leniterque perfricari; iterum in solium descendere: post haec [14] os aqua calida, deinde frigida fovere. Balneum his fervens idoneum non est. Ergo si nimium alicui fatigato poene febris est, huic abunde est loco tepido demittere se inguinibus tenus in aquam calidam, [15] cui paulum olei sit adjectum: deinde totum quidem corpus, maxime tamen eas partes quae in aqua fuerunt, leniter perfricare ex oleo, cui vinum et paulum contriti salis sit adjectum. Post haec omnibus fatigatis aptum est cibum sumere, eoque humido uti; aqua, vel certe diluta potione esse contentos; maximeque ea quae moveat urinam. [16] Illud quoque nosse oportet, quod ex labore sudanti [17] frigida potio perniciosissima est; atque etiam cum sudor se remisit, itinere fatigatis inutilis. A balneo quoque venientibus Asclepiades inutilem eam judicavit: quod in iis verum est, quibus alvus facile, nec tuto, resolvitur, quique facile inhorrescunt; perpetuum in omnibus non est, cum potius naturale sit, [18] potione aestuantem stomachum refrigerari. Quod ita praecipio, ut tamen fatear, ne ex hac quidem causa sudanti adhuc [19] frigidum bibendum esse. Solet etiam prodesse,

12. *in tepidario sedere)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. al. *in tepida residere*. Vulgo legit. *in tepidario residere*; ut habet Med. 1. a manu Palavicini.

13. *paululum conquieverunt)* Ita Codd. Mss. libri vulgati, *paulum conquieverunt*.

14. *os aqua calida, deinde frigida fovere)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *os aqua calida fovere, deinde frigida*.

15. *cui paulum olei sit adjectum)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. In aliis Codd. atque in Edd. sex primis, et Manutianis deest verbum *sit*. In Edd. ceteris legit. *cui paulum olei adjectum sit*.

16. *Illud quoque nosse oportet, quod &c.)* Hac dicendi forma utitur aliquanto inferius; *Illud quoque nosse oportet, quod ventrem vomitus solutum comprimit;* et lib. 3. cap. 1. *Alterum illud ignorari non oportet, quod non omnibus aegris eadem remedia conveniunt*. Eodem modo locutus est Cicero lib. 1. de Offic. cap. 12. *Illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine perduellis esset* &c. et lib. 2. cap. 15. *Videndum et illud est, quod si opulentum, fortunatumque defenderis* &c. quam constructionem observandam et notandam esse, monet Facciolatus.

17. *frigida potio)* quaecumque. Sic cap. 6. hujus lib. *Si frigidae potiones ventrem ejus non turbant, his utendum potissimum est*; et cap. 8. *frigida potione potissimum utatur*. Lindenius leg. *frigidae potio*. Verum non solum aquae frigidae, sed etiam vini frigidi potio ex labore sudanti perniciosa est. Ego memini, duos, cum ex itinere aestuantes vinum frigidum bibissent, statim in morbum incidisse: eorumque alterum, angina poene strangulatum, vix servari potuisse; alterum ex stomachi intestinorumque inflammatione intra paucos dies interiisse.

18. *potione aestuantem stomachum refrigerari)* Ita Cod. Med. 1. In aliis, et in omnibus Edd. additur *frigentem calefieri*: quod prorsus alienum est. Quomodo enim ex balneo aestuanti potest stomachus frigere?

19. *frigidum bibendum esse)* Vulgo *bere freddo*. Ita habent omnes veteres libri. Lindenius leg. *frigidam bibendam esse*, ut est in margine Ed. Constantinianae. Sed Lindenius quidem supra habet *frigidae potio*: Constantinus vero, ut ceteri omnes, *frigida potio*. Celsus frigidum substantivorum more habet etiam lib. 2. cap. 7. *Si id membrum ex levi causa fatigatum, aeque frigido calidoque offenditur*.

post varium cibum, frequentesque dilutas potiones, vomitus; et postero die longa quies, deinde modica exercitatio. [20] Si assidua fatigatio urget, invicem modo aqua, modo vinum bibendum est, raroque balneo utendum. Levatque lassitudinem etiam laboris mutatio; eumque [21] quem novum genus laboris pressit, id quod in consuetudine est, reficit. [22] Fatigato quotidianum cubile tutissimum est: insolitum contra, lassat. Quod enim contra consuetudinem est, nocet, seu molle, seu durum est.

Proprie quaedam ad eum pertinent, qui ambulando fatigatur. Hunc reficit in ipso quoque itinere frequens frictio; post iter, primum sedile, deinde unctio: [23] tum calida aqua in balneo [24] magis inferiores partes, quam superiores foveat. Si quis vero exustus in sole est, huic in balneum protinus [25] eundum, perfundendumque oleo corpus et caput; deinde in solium bene calidum descendendum est; tum multa aqua per caput infundenda, prius calida, [26] deinde frigida. At ei qui perfrixit, opus est [27] in balneo primum involuto sedere, donec insudet; tum ungi; deinde lavari: cibum modicum, [28] potiones meracas assumere. Is vero

20. *Si assidua fatigatio urget)* Haec cum iis consentiunt, quae paulo post sequuntur; *Levatque lassitudinem etiam laboris mutatio*. Lindenius perperam leg. *si assidua oscitatio urget*.

21. *quem novum genus laboris pressit)* Codd. Mss. et Edd. antiquae habent *quem novum genus ejusdem laboris pressit*; sed vox *ejusdem* irrepsit, neque cum voce *novum* ullo modo congruit. Lindenius leg. *cujusdam laboris*, ut est in margine Ed. Constantinianae.

22. *Fatigato quotidianum cubile tutissimum est: insolitum contra, lassat. Quod enim* &c.*)* Hippocrates de Vict. Rat. in Morb. Acut. *Lectus praeter consuetudinem mollis laborem facit; itemque durus*. Sic autem vulgo legitur ex Cod. Med. IV. in quo, cum scriptum esset, ut in plerisque, *Etenim quod*, hae voces ab alia manu versae sunt in *Quod enim*. Med. I. et Vat. VIII. habent *Fatigato quotidianum cubile tutissimum est. lassat enim quod* &c. Videtur legendum *Fatigato quotidianum cubile tutissimum est; insolitum contra. Quod enim* &c. Verbum *lassat* necessarium non est; et, ut advertit Forcellinus, id verbum est poetarum magis, quam prosae scriptorum. Si legatur *insolitum contra*; et proxima verba, *Quod enim contra consuetudinem est, nocet seu molle, seu durum est*, non de lecto tantum, sed etiam de aliis rebus intelligantur, consonum id erit Aphorismo 10. Sect. 2. *Quae ex longo temporis intervallo assueta sunt, quamvis deteriora, insuetis minus molesta esse solent*.

23. *tum calida aqua in balneo)* Sic lib. 6. cap. 6. sect. 15. *Saepe in balneo multa calida aqua fovendum caput*. Ed. Constantini in margine habet *tum calida aqua, tum balneo*. Lindenius leg. *tum calida aqua, aut balneo*.

24. *magis inferiores partes, quam superiores foveat)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Ceterae Edd. et Codd. Mss. habent *magis superiores partes, quam inferiores foveat*.

25. *eundum)* Ita Cod. Med. I. In aliis Codd. et in libris vulgatis additur *est*. Verbum hoc in Vat. VIII. adscriptum est ab alia manu.

26. *deinde frigida)* Ed. Salingiacensis, et Lindeniana, *deinde frigida est*.

27. *in balneo)* id est in tepidario. Cap. 4. hujus lib. *Si in balneum venit, sub veste primum paulum in tepidario insudare oportet*. Lindenius leg. *in laconico*. Sed in laconico sudor sicco calore eliciebatur. Vide cap. 17. lib. 2. et Not. Rhodii ad Compos. 60. Scribonii Largi.

28. *potiones)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Manut. Ruell. Constant. et Steph. *deinde potiones*.

qui navigavit, et nausea pressus est, si multam bilem evomuit, [29] vel abstinere a cibo debet, vel paulum aliquid assumere: si pituitam acidam effudit, utique sumere cibum, sed assueto leviorem: [30] si sine vomitu nausea fuit, vel abstinere, vel post cibum vomere. Qui vero toto die vel in vehiculo, vel in spectaculis sedit, huic nihil currendum, sed lente ambulandum est: lenta quoque in balneo mora, dein coena exigua prodesse consueverunt. Si quis in balneo aestuat, reficit hunc ore exceptum, et in eo retentum acetum: si id non est, eodem modo frigida aqua assumpta.

[31] Ante omnia autem norit quisque naturam sui corporis: quoniam alii graciles, alii obesi sunt; alii calidi, alii frigidiores; alii humidi, [32] alii sicci; alios adstricta, alios resoluta alvus exercet: raro quisquam non aliquam partem corporis imbecillam habet. Tenuis vero homo implere se debet, plenus extenuare, calidus refrigerare, frigidus calefacere, madens siccare, siccus madefacere: itemque alvum firmare is cui fusa; solvere is cui adstricta est: succurrendumque semper parti maxime laboranti est. [33] Implet autem corpus modica exercitatio, frequentior quies, unctio, et, si post prandium est, balneum, contracta alvus, modicum frigus hieme, [34] somnus et plenus et non nimis longus, molle cubile, animi securitas, assumpta per cibos et potiones maxime dulcia et pinguia, [35] cibus et frequentior et quantus plenissimus potest concoqui. Extenuat corpus aqua calida, si quis in eam descendit, magisque si salsa est, in jejuno balneum, inurens sol et omnis

29. *vel abstinere a cibo)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *vel abstinere cibo*.

30. *si sine vomitu nausea fuit)* Lindenius leg. *si sine vomitu nauseavit*, ut malebat Scaliger. Ego quidem non video, cur ita mutandum sit; cum Celsus eodem modo loquatur hoc ipso cap. ubi de vomitu; *Idem prodest ei cui pectus aestuat, et frequens saliva, vel nausea est*.

31. *Ante omnia autem norit quisque naturam sui corporis: quoniam &c.)* Cicero lib. 2. de Offic. cap. 24. *Valetudo sustentatur notitia sui corporis, et observatione earum rerum, quae res aut prodesse soleant, aut obesse*. Lindenius leg. *Ante omnia autem scire convenit naturam corporis: quia &c.* Lindenium sequitur, ut solet, Almeloveenius; et citat locum illum lib. 2. cap. 44. de Oratore, ubi Cicero sub persona Antonii ita loquitur; *Medico diligenti priusquam conetur aegro adhibere medicinam, non solum morbus ejus, cui mederi volet, sed etiam consuetudo valentis, et natura corporis cognoscenda est*. Sed ibi Cicero ostendit, quid medicis faciendum sit, si aegros recte curare velint: Celsus imbecillos homines docet, quemadmodum valetudinem suam ipsi curare debeant.

32. *alii sicci)* Linden. *alii sicciores*.

33. *Implet autem corpus)* Ex lib. 2. Hippocratis de Vict. Rat. et ex lib. de Salub. Vict. Rat.

34. *somnus et plenus et non nimis longus)* Lindenius leg. *somnus plenus, et non multum nimis longus*. De qua lectione ita Facciolatus; *Celsi ipsius ἀυτόγραφον producat oportet, qui velit nobis persuadere, hoc genus constructionis latinum esse*. Vide Epist. 3. Morgagni.

35. *cibus et frequentior et quantus &c.)* Lindenius, *frequentior cibus, et quantum plenissime potest digerere*.

calor, cura, vigilia, somnus nimium vel brevis vel longus; [36] lectus per aestatem, terra; hieme, durum cubile; cursus, multa ambulatio, omnisque vehemens exercitatio, vomitus, dejectio, acidae res et austerae [37] et semel die assumptae, et vini non perfrigidi potio jejuno in consuetudinem adducta.

Cum vero inter extenuantia posuerim vomitum et dejectionem, de his quoque [38] proprie quaedam dicenda sunt. [39] Ejectum esse ab Asclepiade vomitum in eo volumine quod de tuenda sanitate composuit, video: neque reprehendo, si offensus eorum est consuetudine, qui quotidie ejiciendo, vorandi facultatem moliuntur. Paulo etiam longius processit: idem purgationes quoque eodem volumine expulit. Et sunt eae perniciosae, si nimis valentibus medicamentis fiunt. Sed haec tamen submovenda esse, non est perpetuum; quia corporum temporumque ratio potest ea facere necessaria, dum et modo, et non nisi cum opus est, adhibeantur. Ergo ille quoque ipse, si quid jam corruptum esset, expelli debere, confessus est. Ita non ex toto res condemnanda est. Sed esse ejus etiam plures causae possunt; estque in ea quaedam paulo subtilior observatio adhibenda. [40] Vomitus utilior est hieme, quam aestate: [41] nam tunc et pituitae plus, et capitis gravitas major subest. Inutilis est gracilibus, et imbecillum stomachum habentibus: [42] utilis plenis et biliosis omnibus, si vel nimium se replerunt, vel parum concoxerunt. Nam sive plus est, quam quod concoqui possit, periclitari ne corrumpatur, non opor-

36. *lectus, per aestatem, terra; hieme, durum cubile)* Locus suspectus. Ita legitur in plerisque Codd. atque in omnibus libris editis. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *per aestatem durum cubile;* tres autem voces, *lectus, terra, hieme*, in Mediceo, a Palavicino; in Vaticano, a recenti item manu adscriptae sunt. In lib. de Salub. Vict. Rat. unde pleraque alia Celsus sumpsit, inter extenuantia ponitur σκληροκοιτέειν, sine ullo, pro vario anni tempore, discrimine. Si igitur Celsus hic quoque auctorem illum secutus est, non solum tria haec verba *lectus, terra, hieme* tollenda sunt; quod auctoritate vetustiorum Codicum facere licet; sed etiam duo illa *per aestatem*.

37. *et semel die assumptae)* Ita Codd. plerique omnes. In Med. I. et Vat. VIII. atque in libris vulgatis additur *epulae*; scilicet ex glossemate. Lindenius leg. *et semel in die assumptae epulae*.

38. *proprie quaedam)* Caesarius, et alii, inter quos Lindenius, leg. *propria quaedam*.

39. *Ejectum)* ejicere hoc sensu usurpatur a Celso etiam in lib. 2. cap. 10. *Non quidquid autem intentionem animi, et prudentiam exigit, protinus ejiciendum est.* Cicero quoque hoc verbum adhibet lib. 2. de Orat. cap. 32. *Sic esse, non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum: quod tamen non ejicio.* Pantin, et Linden. leg. *Rejectum*, ut est in Ed. Salingiacensi.

40. *Vomitus utilior est hieme, quam aestate)* Sumpta sententia est ex lib. de Salub. Vict. Rat. At in Aphor. 4. Sect. 4. ita habetur; *AEstate quidem superiores ventres repurgato, hieme vero inferiores*.

41. *nam tunc)* Ita legitur in Cod. Vat. VIII. Alii Codd. atque omnes Edd. habent *nam tum*. In his particulis veteres libri saepissime variant.

42. *utilis plenis)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *utilis est plenis*. Lommius leg. *utilis est vero plenis*; Lindenius, *utilis vero plenis*.

tet: [43] sive corruptum est, nihil commodius est, quam id, qua via primum expelli potest, ejicere. Itaque ubi amari ructus cum dolore et gravitate praecordiorum sunt, ad hunc protinus confugiendum est. [44] Idem prodest ei cui pectus aestuat, et frequens saliva, vel nausea est; [45] aut sonant aures, aut madent oculi, aut os amarum est; similiterque ei qui vel coelum, vel locum mutat; iisque quibus, si per plures dies non vomuerunt, dolor praecordia infestat. Neque ignoro inter haec praecipi quietem: quae non semper contingere potest agendi necessitatem habentibus; nec in omnibus idem facit. Itaque istud luxuriae causa fieri non oportere, confiteor; interdum valetudinis causa recte fieri, experimentis credo: [46] cum eo tamen, ne quis qui valere et senescere volet, hoc quotidianum habeat. Qui vomere post cibum [47] vult, si ex facili facit, aquam tantum tepidam ante debet assumere; si difficilius, aquae vel salis, vel mellis paulum adjicere. At qui mane vomiturus est, [48] ante bibere mulsum, vel hyssopum, aut esse radiculam debet; deinde aquam tepidam, ut supra scriptum est, bibere. Cetera quae antiqui medici praeceperunt, stomachum omnia infestant. Post vomitum, si stomachus infirmus est, paulum cibi, sed hujus idonei, gustandum, et aquae frigidae cyathi tres bibendi sunt; [49] nisi tamen fauces vomitus exasperarit. Qui vomuit, si mane id fecit, ambulare debet, tum ungi; [50] deinde coenare: si post coenam, postero die lavari, et in balneo

43. *sive corruptum est)* Libri antiqui habent *si vero corruptum est,* mendose; sicut Cod. Med. I. et Vat. VIII. lib. 8. cap. 3. *Si vero caries est, quam specillum ostendit* pro *sive caries est* &c. Reposui igitur *sive corruptum est*. Lindenius leg. *sive jam corruptum est*.

44. *Idem)* Ita in Cod. quodam apud Constantinum, et in Ed. Lindenii. Codd. quos ego vidi, et Edd. antiquae habent *Item*. Sed vix dici potest, quam saepe in antiquis libris *Idem* et *Item* inter se fuerint commutata.

45. *aut sonant aures)* Ita plerique Codd. atque Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *aut consonant aures*; Edd. antiquae, *aut cui sonant aures*, ex Palavicino.

46. *cum eo tamen, ne quis* &c.*)* Ita in Cod. Vat. VIII. et aliis. Hac dicendi forma alibi quoque utitur Celsus. Lib. 2. cap. 17. *cum eo tamen, ne praecordia dura sint*; et lib. 7. cap. 7. sect. 7. *cum eo, ne ignorum sit*. Cod. Med. I. pro *cum eo* habet *comoneo* simplici *m*. Vulgo leg. *commoneo tamen, ne quis* &c.

47. *vult)* Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. in aliis Codd. et in libris vulgatis legit. *volet*.

48. *ante bibere mulsum, vel hyssopum, aut esse radiculam debet)* Lindenius leg. *ante bibere mulsum, vel hyssopum esse, aut radiculam debet*; sed perperam. Radiculam edi, hyssopum bibi, apparet ex lib. 3. cap. 16. ex lib. 4. cap. 7. sect. 4. et ex cap. 8. ejusdem libri. Auctor lib. de Salub. Vict. Rat. praecipit, ut ad vomitum movendum, *hyssopi hemina dimidia in aquae congio contriti exhibeatur*.

49. *nisi tamen fauces vomitus exasperarit. Qui vomuit* &c.*)* Sic reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. sed in iis est *exasperarint*. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *si* (al. *sin*) *autem vomitus fauces exasperavit, qui vomuit* &c. Lindenius leg. *siquidem vomitus fauces exasperavit. Qui vomuit* &c.

50. *deinde coenare)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *dein coenare*. In his particulis *deinde* et *dein* Codices saepe variant.

sudare. [51] Huic proximus cibus mediocris utilior est; isque esse debet cum pane hesterno, vino austero meraco, et carne assa, cibisque omnibus quam siccissimis. Qui vomere bis in mense volet, [52] melius consulet, si biduo continuarit, quam si post quintumdecimum diem vomuerit; nisi haec mora gravitatem pectori faciet.

[53] Dejectio autem a medicamento quoque petenda est, ubi venter suppressus parum reddit, ex eoque [54] inflationes, caligines, capitis dolores, aliaque superioris partis mala increscunt. Quid enim inter haec adjuvare possunt quies et inedia, per quae illa maxime eveniunt? Qui [55] dejicere vult, primum cibis vinisque [56] utetur iis quae hoc praestant; [57] dein, si parum illa [58] proficient, aloen sumat. Sed purgationes quoque, ut interdum necessariae sunt, sic, ubi frequentes sunt, periculum afferunt. [59] Assuescit enim non ali corpus; cum omnibus morbis obnoxia maxime infirmitas sit.

[60] Calefacit autem unctio, aqua salsa, magisque si calida est, omnia salsa, amara, carnosa, si post cibum est, balneum, vinum austerum. [61] Refrigerat in jejuno, et balneum, et [62] somnus, nisi nimis longus est; omnia acida; aqua quam frigidissima; [63] oleum,

51. *Huic)* Ita plerique Codd. et Ed. Lindenii; alii Codd. ceteraeque Edd. *Hinc*; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Inde*.

52. *melius consulet, si biduo continuarit)* Ex lib. de Salub. Vict. Rat.

53. *Dejectio autem a medicamento quoque petenda est)* Ita legunt Lommius, et Lindenius; et quidem recte. Sic in prooemio; *Petet autem novum quoque consilium, non ab rebus latentibus* &c. et lib. 6. cap. 6. sect. 8. *ab iisdem petendum auxilium est*. Alii leg. *Dejectio autem medicamento* &c. ut est in Mss.

54. *inflationes)* Al. *inflammationes*. Voces *inflatio* et *inflammatio*; itemque verba *inflo* et *inflammo* saepe commutari, ex aliis locis postea apparebit.

55. *dejicere vult)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii Codd. et Edd. antiquae, *ejicere volet*; Ed. Lindenii, *dejicere volet*.

56. *utetur)* Constant. et Linden. *utatur*.

57. *dein)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. in aliis, et in libris vulgatis, *dehinc*.

58. *proficient)* Cod. Vat. VIII. et Ed. Linden. *proficiunt*.

59. *Assuescit enim non ali corpus)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis Codd. et in libris vulgatis additur *et ob hoc infirmum erit*; quod est ab explanatore aliquo.

60. *Calefacit autem unctio, aqua salsa, magisque si calida est, omnia salsa, amara, carnosa* &c.*)* Lindenius leg. *Calefaciunt unctio, aqua salsa, magisque si calida est; omnia salsa, vinum austerum. Contra refrigerant in jejuno, amara, carnosa, si post cibum est, balneum* &c. Sed perperam. Nam in lib. de Salub. Vict. Rat. amara et carnosa calefacientibus adnumerantur.

61. *Refrigerat in jejuno)* Alii leg. *Refrigerat in jejunio*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *Refrigerant in jejuno*; Ed. Linden. *Contra refrigerant in jejuno*.

62. *somnus, nisi nimis longus est; omnia acida)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et pleraeque Edd. *somnus, nisi nimis longus est, et omnia acida*. Quasi vero acida non refrigerent, nisi in jejuno. Manut. et Linden. leg. *somnus, nisi nimis longus est; et omnia acida*.

63. *oleum, si aqua miscetur)* ad unctionem. *Vnctio sine aqua siccat*, ut infra dicitur. Sic autem habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii Codd. atque Edd. antiquae, *oleum, si aquae misceatur*; Ed. Lindenii, *oleum, si aqua miscetur; et lotus*: unde vocem *lotus* in suum Lexicon retulit Forcellinus. Sed vox ea inducta est a Lindenio; nec pro lotione apud ullum latinum scriptorem reperitur.

si aqua miscetur. [64] Humidum autem corpus efficit [65] labor minor, quam ex consuetudine, frequens balneum, cibus plenior, multa potio; [66] post haec ambulatio et vigilia: per se quoque [67] ambulatio multa et vehemens, et matutinae exercitationi non protinus cibus adjectus; ea genera escae quae veniunt ex locis frigidis et pluviis [68] et irriguis. Contra siccat [69] immodica exercitatio, fames, [70] unctio sine aqua, calor, [71] sol immodicus, frigida aqua, cibus exercitationi statim subjectus, et is ipse ex siccis et aestuosis locis veniens.

Alvum adstringit labor, sedile, [72] creta figularis corpori illita, cibus imminutus, et is ipse semel die assumptus ab eo qui bis solet; exigua potio, neque adhibita, nisi cum cibi quis quantum assumpturus est, cepit; post cibum quies. Contra solvit aucta ambulatio atque esca, motus qui post cibum est, subinde potiones cibo immixtae. [73] Illud quoque scire oportet, quod ventrem vomitus solutum comprimit, compressum solvit: itemque comprimit is vomitus qui statim post cibum est; solvit is qui tarde supervenit.

64. *Humidum autem corpus efficit)* Ita Codd. Mss. et Edd. antiquae. Lindenius leg. *Humidant autem corpus*. Morgagnus in epist. 3. affert hanc Facciolati animadversionem; *Miror ex quo codice verbum hoc* Humido *exierit, et non modo in Celsum, sed et in Basilii Fabri Thesaurum irrepserit ad augendum latinum sermonem. Ego vel inter barbara, vel inter dubia referendum crediderim*. Trillerus adnotat, verbo isto usum esse Apulejum lib. 8. Metamorph. Sed aetate Apuleji latinus sermo a pristina puritate desciverat; et ipsius Apuleji *stilus innovandi lascivia nimium prurit, plerumque affectatus et audax, nec imitatione dignus*; ut monet Forcellinus.

65. *labor minor)* Ita legunt Caesar. Pant. et Linden. iidemque in periodo sequenti, *immodica exercitatio*; al. *labor major*, et *modica exercitatio*, ut habent Codd. Mss.

66. *post haec)* id est post cibum pleniorem, et multam potionem. Aliqui Codd. inter quos est Vat. VIII. itemque Ed. Lindenii habent *post hanc*.

67. *ambulatio multa et vehemens, et matutinae exercitationi non protinus* &c.*)* Ita in Ed. Lindenii. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *ambulatio multa et matutina et vehemens* (Mediceus ab antiqua, sed non eadem manu, *vehementi*) *ambulatio exercitationi non protinus*; alii Cod. *ambulatio multa, et vehemens, et matutina exercitatio, et protinus*; Edd. antiquae, *ambulatio multa et vehemens, et matutina exercitatio, et non protinus*; ex Cod. scilicet Med. IV. in quo particula *non* addita est ab emendatoris manu.

68. *et irriguis. Contra siccat)* Lindenius, *et riguis. Contra siccant*.

69. *immodica exercitatio)* Ita Lindenius, et alii legunt cum Caesario. Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *modica exercitatio*.

70. *unctio sine aqua, calor)* id est unctio ex oleo sine aqua. Oleum, si aqua miscetur, refrigerat, ut supra dictum est: ideoque corpus humidum potius efficit, quam siccum. Lindenius haec verba ita dividit; *unctio, sine aqua calor*; sed minus recte.

71. *sol immodicus)* Ita legunt Caesarius, Pantinus, et Constantinus; alii, Codd. Mss. secuti, *sol modicus*; Lindenius, *sal immodicus*.

72. *creta figularis)* Edd. Ruel. Gryph. Pantin. et Constant. habent *figuralis*; et ita Scaliger legendum contendit, invito Cod. Ms. quo ipse utebatur. Putat autem, gypsum significari, quo mancipiorum pedes pingebantur. Sed retinendum *creta figularis*: qua ad adstringendum Hippocrates quoque usus est.

73. *Illud quoque scire oportet)* Hippocrates lib. 2. de Vict. Rat.

Quod ad aetates vero pertinet, [74] inediam facillime sustinent mediae aetates, minus juvenes, minime pueri et senectute confecti. Quo minus fert facile quisque, eo saepius debet cibum assumere; maximeque eo eget, qui increscit. [75] Calida lavatio et pueris et senibus apta est. [76] Vinum dilutius pueris, senibus meracius; neutri aetati, quae inflationes movent. Juvenum minus, quae assumant, et quomodo curentur, interest. [77] Quibus juvenibus fluxit alvus, plerumque in senectute contrahitur: quibus in adolescentia fuit adstricta, saepe in senectute solvitur. [78] Melior est autem in juvene fusior, in sene adstrictior.

Tempus quoque anni considerare oportet. Hieme plus esse convenit; minus, sed meracius bibere; multo pane uti, [79] carne potius assa, modice oleribus; semel die cibum capere, nisi si nimis venter adstrictus est. Si prandet aliquis, utilius est exiguum aliquid, et ipsum siccum sine carne, sine potione sumere. Eo tempore anni calidis omnibus potius utendum est, vel calorem moventibus. Venus tum non aeque perniciosa est. At vere paulum cibo demendum, adjiciendumque potioni, sed dilutius tamen bibendum est; magis carne utendum, magis oleribus; transeundum paulatim [80] ad elixa ab assis. Venus eo tempore anni tutissima est. AEstate vero et potione et cibo saepius corpus eget; ideo prandere quoque commodum est. Eo tempore aptissima sunt et caro et olus; potio quam dilutissima, ut et sitim tollat, nec corpus incendat; frigida lavatio, caro elixa, frigidi cibi, vel qui refrigerent. Vt saepius autem cibo utendum, sic exiguo est. [81] Per autumnum, propter coeli varietatem, periculum maximum est. Itaque neque sine veste, neque sine calceamentis prodire oportet, praecipueque diebus frigidioribus; [82] neque sub divo noctu

74. *inediam facillime sustinent)* ex Aphor. 13. et 14. Sect. 1.

75. *Calida lavatio)* ex lib. 2. de Vict. Rat.

76. *Vinum dilutius pueris)* Ex eodem lib.

77. *Quibus juvenibus fluxit alvus)* ex Aphor. 20. Sect. 2.

78. *Melior est &c.)* ex Aphor. 53. Sect. 2.

79. *carne potius assa)* Ita ex emendatione Thriverii; quam Pantinus, et Constantinus omnino probant. Libri omnes habent *elixa*; quod pugnat cum verbis sequentibus; *calidis omnibus potius utendum est, vel calorem moventibus*. Nam lib. 2. cap. 27. caro elixa refrigerantibus adnumeratur. Itaque etiam infra ex ejusdem Thriverii emendatione reposui *transeundum paulatim ad elixa ab assis*, pro *transeundum paulatim ab elixis ad assa*; et *carne elixa* pro *carne assa*. Haec lectio confirmatur ex lib. de Salub. Vict. Rat. *Hieme potus sit vinum meracissimum; cibus, panis, obsonia, assa omnia .... AEstate autem tum molli maza, tum potu copioso et diluto, obsoniisque omnibus elixis nutriri oportet.*

80. *ad elixa ab assis)* Libri antiqui habent *ad assa ab elixis*; Ed. Lindenii, *ab elixis ad assa*. Vide quae modo adnotavi.

81. *Per autumnum)* Lindenius, *Per autumnum vero*.

82. *neque sub divo noctu dormire)* Ita Ed. Lindenii; Codd. Mss. et aliae Edd. *neque sub divo nocte dormire*. Sed *noctu* passim apud Celsum occurrit: *nocte* pro *noctu* alibi non invenitur. In Ed. principe, itemque in Edd. Ruellii et Stephani legit. *neque sub dio nocte dormire*.

dormire, aut certe bene operiri. Cibo vero jam paulo pleniore uti licet; minus, sed meracius bibere. Poma nocere quidam putant, quae immodice toto die plerumque sic assumuntur, [83] ne quid ex densiore cibo remittatur: ita non haec, sed consummatio omnium nocet. Ex quibus in nullo tamen minus, quam in his, [84] noxae est. Sed his uti non saepius, quam alio cibo, convenit. Denique aliquid densiori cibo, cum hic accedit, necessarium est demi. Neque aestate vero, neque autumno utilis venus est: tolerabilior tamen per autumnum; [85] aestate in totum, si fieri potest, abstinendum est. *

IV. * Proximum est, ut de iis dicam, qui partes aliquas corporis imbecillas habent. Cui caput infirmum est, is si bene concoxit, [1] leniter perfricare id mane manibus suis debet; numquam id, si fieri potest, veste velare; [2] ad cutem tonderi; [3] [utileque lunam vitare, maximeque ante ipsum lunae solisque concursum] [4] sed numquam post cibum; si cui capilli sunt, eos quotidie pe-

83. *ne quid)* Linden. *ut ne quid*.

84. *noxae est)* Idem, *noxa est*.

85. *aestate in totum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae, Caesariana, et Lindeniana; Edd. Gryph. Pant. et Constant. *aestate vero in totum*; alii Codd. *aestate ex toto*; Edd. Manut. *aestate et toto*: quod mendum mihi in memoriam reduxit locum illum Ciceronis epist. 4. lib. 15. ad Famil. *adolescens et equitatu, et peditatu, et pecunia paratus, et toto iis, qui novari aliquid volebant*. Pro *et toto* Victorius edidit *et omnino*; alii malunt *et animo*; al. *et sociis*. Mihi videtur legendum *et ex toto*.

1. *leniter perfricare)* Ita Cod. Med. I. et omnes libri editi; sed in Codice particula *per* erasa est, et factum *fricare*, ut est in Vat. VIII. Alii Codd. habent *lente prefricare*. Cap. 3. hujus lib. legit. *leniterque perfricari*; et paulo infra, *eas partes quae in aqua fuerunt, leniter perfricare*; et lib. 4. cap. 24. *leniter perfricari*. Nec *leniter fricare*, nec *lenter perfricare* apud Celsum usquam reperitur.

2. *ad cutem tonderi)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. Eodem modo lib. 4. cap 2. *Si vero parum auxilii in his est, tonderi oportet ad cutem*. In aliis Codd. legit. *aut cutem tonderi*; in plerisque Edd. *aut ad cutem tonderi*, ex Palavicino; in Edd. Caesar. Pant. et Linden. *aut ad cutem tondere*.

3. *utileque lunam vitare, maximeque ante ipsum lunae solisque concursum)* Membrum hoc insititium esse, ex ipso orationis contextu apparet. Cum enim et antecedentia membra, et sequentia a verbo *debet* regantur, istud *utile est* constructionem turbat. Formata haec videtur ab aliquo sciolo ex iis quae leguntur apud Plinium lib. 2. cap. 101. sect. 4. *E contrario ferunt, Lunae femineum, et molle sidus, atque nocturnum, solvere humorem, et trahere, non auferre. Id manifestum esse, quod ferarum occisa corpora in tabem visu suo resolvat: somnoque sopitis torporem contractum in caput revocet, glaciem refundat, cunctaque humifico spiritu laxet*: vel ex iis quae scripsit Macrobius lib. 7. Saturnal. cap. ult. *Non est ergo mirandum, si ratione proprietatis, quae singulis inest, calor solis arefacit, lunaris humectat. Hinc et nutrices pueros alentes operimentis obtegunt cum sub luna praetereunt ..... Hoc quoque notum est; quia si quis diu sub luna somno se dederit, aegre excitatur, et proximus fit insano, pondere pressus humoris, qui in omne ejus corpus diffusus, atque dispersus est proprietate lunari: quae ut corpus infundat, omnes ejus aperit, et laxat meatus*.

4. *sed numquam post cibum)* Ita in plerisque Codicibus. Med. I. et Vat. VIII. habent *sed nusquam post cibum*; et Mediceus verbum *progredi*, additum inter versus ab alia antiqua manu. Hinc vulgata lectio; *sed nusquam post cibum progredi*; Totus hic locus ita legendus est; *Cui caput infirmum est, is si bene concoxit, leniter perfricare*

cere; multum ambulare, sed, si licet, neque sub tecto, neque in sole; [5] utique autem vitare solis ardorem, maximeque post cibum et vinum; potius ungi, quam lavari; numquam ad flammam ungi, interdum ad prunam. Si in balneum venit, sub veste primum paulum in tepidario insudare, ibi ungi, tum transire [6] in calidarium; [7] ubi insudarit, in solium non descendere, sed multa calida aqua per caput se totum perfundere, [8] tum tepida, deinde frigida; diutiusque ea caput, quam ceteras partes, perfundere; deinde id aliquandiu perfricare; novissime detergere, et ungere. Capiti nihil aeque prodest, atque aqua frigida: itaque is cui hoc infirmum est, per aestatem id bene largo canali quotidie debet aliquandiu subjicere. Semper autem, etiamsi sine balneo unctus est, neque totum corpus [9] refrigerare sustinet, caput tamen aqua frigida perfundere. Sed cum ceteras partes attingi nolit, demittere id, ne ad cervices aqua descendat; eamque, ne quid oculis, aliisve partibus noceat, defluentem subinde manibus [10] ad hoc regerere. Huic modicus cibus necessarius est, quem facile concoquat; isque, si jejuno caput laeditur, assumendus etiam medio die est; si non laeditur, semel potius. Bibere huic assidue [11] vinum dilutum, lene, quam aquam, magis expedit; ut cum caput gravius esse coeperit, sit quo confugiat: eique ex toto neque vinum, neque aqua semper utilia sunt; medicamentum utrumque est, cum invicem assumitur. Scribere, legere, voce contendere, huic opus non est, utique post coenam; post quam [12] ne cogitatio quidem ei satis tuta est: maxime tamen vomitus alienus est.

* Neque vero iis solis quos capitis imbecillitas torquet, usus * V.

id mane manibus suis debet: numquam id, si fieri potest, veste velare: ad cutem tonderi; sed numquam post cibum: si cui capilli sunt, eos quotidie pectere. Proximo cap. 5. dicitur: *Vitari etiam gravedines, destillationesque possunt, si is qui his opportunus est, post concoctionem jejunus caput radit* &c. id est ante cibum.

5. *utique)* Ita Ed. Lindenii; libri veteres, *ubique*.

6. *in calidarium)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *in caldarium*.

7. *ubi insudarit)* In Cod. Vat. VIII. est *insudavit*; quod ego mutavi in *insudarit*. Cod. Med. I. atque Edd. Caesarii, et Pontini habent *sudavit*; alii Codd. *ubi sudaverit*; Med. II. et Ed. Linden. *ubi sudarit*; ceterae Edd. *ubi sudabit*. Celsus verbo *insudo* frequentissime utitur.

8. *tum tepida, deinde frigida)* Ita Codd. Mss. sed in Med. IV. ultima syllaba particulae *deinde* deleta est. Hinc libri vulgati, *dein frigida*. Manutii, et Stephanus leg. *tum tepida uti, dein frigida*.

9. *refrigerare sustinet)* Lindenius, *refrigerari sustinet*.

10. *ad hoc regerere)* Ita Cod. quidam Constantini, atque Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. 1493. 1497. 1516. Juntina, Caesariana, et Ruelliana, *ad os regere*; alii Codd. ceteraeque Edd. *ad os regerere*.

11. *vinum dilutum, lene)* Ita Cod. Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et ceterae Edd. *vinum dilutum, leve*; sed Constantiniana in margine, *lene*. Apud Catonem cap. 157. R. R. legit. *vinum lene, dilutum*.

12. *ne cogitatio quidem)* Ita Cod. Vat. II. alii, et omnes Edd. *nec cogitatio quidem*.

aquae frigidae prodest; sed iis etiam quos assiduae lippitudines, gravedines, destillationes, tonsillaeque male habent. His autem non caput tantum quotidie perfundendum, sed os quoque multa frigida aqua fovendum est; praecipueque omnibus quibus hoc utile auxilium est, eo utendum est, ubi gravius coelum Austri reddiderunt. Cumque omnibus inutilis sit post cibum aut contentio, [1] aut cogitatio [animi;] tum iis praecipue qui vel capitis, vel arteriae dolores habere consuerunt, vel quoslibet alios oris affectus. Vitari etiam gravedines, destillationesque possunt, [2] si quam minime, qui his opportunus est, loca, aquasque mutat; si caput in sole protegit, ne incendatur, neve subitum ex repentino nubilo [3] frigus id moveat; si post concoctionem jejunus caput radit; si post cibum neque legit, neque scribit.

* VI. * Quem vero frequenter [1] cita alvus exercet, huic opus est pila, similibusque superiores partes exercere; dum jejunus est, ambulare; [2] vitare solis nimium ardorem, continua balnea; ungi citra sudorem; non uti cibis variis, minimeque jurulentis, aut [3] leguminibus, oleribusve iis quae celeriter descendunt. [4] [omnia

1. *aut cogitatio [animi])* Ita in Cod. Vat. VI. et in Edd. plerisque omnibus. Sed vox *animi* tollenda est. Sic in fine cap. antecedentis; *voce contendere huic opus non est, utique post coenam; post quam ne cogitatio quidem ei satis tuta est.* In Cod. Med. I. est *aut acogitatio animi;* addita scilicet littera *a* ex varianti lectione. Alii enim Codd. et cum iis Ed. princeps, habent *aut agitatio animi:* quod neque pro cogitatione, neque pro animi perturbatione apud ullum idoneum auctorem invenitur. Apud Ciceronem lib. I. cap. 4. de Offic. legit. *agitatio mentis;* et cap. 5. ejusdem lib. *cogitatio, motusque animi;* sed vox *animi* cohaeret cum voce *motus*. Perturbatio autem animi inutilis est, non solum post cibum, sed etiam ante cibum. Palavicinus expunxit syllabam *co* in Med. I. et fecit *agitatio*. Lindenius leg. *aut fatigatio animi;* quod minime probandum.

2. *si quam minime, qui his opportunus est, loca, aquasque mutat)* Sic reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *si quam minime eum, qui his opportunus est, aerem, vel loca, aquasque mutet;* Ed. Lindenii, *si quam minime is, qui his opportunus est, aerem, vel loca aquasque mutat.* Cap. 3. hujus lib. *qui vel coelum, vel loca mutat;* lib. 3. cap. 22. *Opus est, si vires patiuntur, longa navigatione, coeli mutatione;* lib. 4. cap. 32. *loca, coelum, cibos, saepe mutare.* Aerem autem mutare, Celsus numquam dixit.

3. *frigus id moveat)* afficiat. Cap. I. hujus lib. *ne modo frigus, modo calor moveat.* Lindenius leg. *frigus dimoveat;* sed minus recte.

1. *cita alvus)* soluta. Al. *citata alvus.*

2. *vitare solis nimium ardorem)* Sic Cicero de Senect. cap. 15. *solis nimios ardores.* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. legit. *vitare solem.*

3. *leguminibus)* Cod. Vat. VIII. *legumentis.*

4. *omnia denique fugere, quae tarde concoquuntur)* Ita legitur in omnibus libris antiquis: sed repugnat sententia. Lindenius pro *fugere* leg. *sumere;* quod sententiae congruit; sed non cohaeret cum particula *denique;* cui *contra*, vel *potius* opponi debet. Addita haec verba sunt ab aliquo sciolo, qui non intelligebat, quae tarde concoquuntur, ea celeriter non descendere. Hoc membro sublato, reliqua recte habent; *non uti cibis variis, minimeque jurulentis, aut leguminibus, oleribusve iis quae celeriter descendunt. Venatio, durique pisces et ex domesticis animalibus assa caro maxime juvant.* Locus hic conferendus est cum cap. 28. et 30. lib. 2.

denique fugere quae tarde concoquuntur.] Venatio, durique pisces, et ex domesticis animalibus assa caro maxime juvant. Numquam vinum salsum bibere expedit, ne tenue quidem, aut dulce; sed austerum et plenius, neque id ipsum pervetus. Si mulso uti volet, id ex decocto melle faciendum est. Si frigidae potiones ventrem ejus non turbant, his utendum potissimum est. Si quid offensae in coena sensit, vomere debet; idque postero quoque die facere; tertio, modici ponderis panem ex vino esse, [5] adjecta uva ex olla, vel ex defruto, similibusque aliis: deinde ad consuetudinem redire. Semper autem post cibum conquiescere; ac neque intendere animum, neque ambulatione quamvis leni dimoveri.

* At si laxius intestinum dolere consuevit, [1] quod colum nominant, cum id nihil nisi genus inflationis sit, id agendum est, ut concoquat aliquis; ut lectione, [2] aliisque generibus exerceatur; utatur balneo calido, cibis quoque et potionibus calidis; denique omni modo frigus [3] vitet; item dulcia omnia, leguminaque, et quidquid inflare consuevit. *VII.

* Si quis vero stomacho laborat, legere clare debet; post lectionem ambulare; tum pila, vel armis, aliove quo genere quo superior pars movetur, exerceri: non aquam, sed vinum calidum bibere jejunus; [1] cibum bis die assumere, sic tamen, ut facile *VIII.

5. *adjecta uva ex olla, vel ex defruto)* Ita in Cod. Vat. VIII. sed *uva* ab alia manu mutatum est in *uvae*. Med. I. habet *adjecta uva ex ollea, vel ex defruto*; sed altera *l* vocis *ollea* ab antiqua manu expuncta est, et factum *olea*. Ego puto Celsum scripsisse *adjecta uva ex olla, vel olea ex defruto*. Nam uvas ex olla, et oleas ex passo, defrutove servatas inter res stomacho aptas numerat lib. 2. cap. 24. uvas autem ex defruto, neque ipse usquam memorat; et Plinius lib. 23. cap. 1. sect. 7. atque Dioscorides lib. 5. cap. 3. stomacho inutiles esse tradunt. Alii Codd. habent *adjecta uva vel ex oleo, vel ex defruto*; al. *adjecta uva vel ex oleo, vel ex defruto*; Med IV. ab alia manu. et ex eo Edd. antiquae, *adjecta uva vel olea vel ex defruto*. Lindenius legit *aut ova fricta ex oleo, vel ex defruto.*

1. *quod colum nominant)* Ita Codd Mss. et sex Edd. primae; aliae Edd *quod κῶλον nominant*; Lindeniana, *quod κόλον nominant.* Ego *colum* retinui: nam laxius intestinum ita nominat Plinius lib. 20. cap. 10. sect. 42. *Cumino quidem addito*, asparagi, *inflationes stomachi colique discutiunt;* lib. 21. cap. 20. sect. 79. *nardum gallicum succurrit . . . inflammationibus (* legendum *inflationibus) coli vel ex aqua, vel ex vino*. Scribonius quoque coli inflationem vocat Compos. 119. et 173. et 263. Haec tamen tria verba mihi suspecta sunt. Neque enim verisimile est, Celsum, qui toties hujus intestini mentionem fecit, et laxius, aut latius, aut crassius, aut plenius, aut majus vocat, hoc uno in loco colum appellasse: qua voce, si usquam, certe lib. 4. cap. 1. uti debuisset, ubi id ipsum describit. Sed ibi quoque crassius nominat. Qui vero pro *colum* graecam vocem *κῶλον*, vel *κόλον* reposuerunt, nullius, opinor, codicis auctoritate id fecerunt.

2. *aliisque)* Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *et aliis*.

3. *vitet)* Hic quoque secutus sum Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii ex aliis Codd. legunt *evitet*

1. *cibum bis die)* Alii, *tum cibum bis die*.

concoquat; uti vino tenui et austero; et post cibum [2] frigidis potionibus potius. Stomachum autem infirmum indicant pallor, macies, praecordiorum dolor, nausea, nolentium vomitus; in jejuno dolor capitis. Quae in quo non sunt, is firmi stomachi est. Neque credendum utique nostris est, qui cum in adversa valetudine vinum, aut frigidam aquam [3] concupiverunt, deliciarum patrocinium in accusationem non merentis stomachi habent. At qui tarde concoquunt, et quorum ideo praecordia inflantur, quive propter ardorem aliquem noctu sitire consuerunt, ante quam conquiescant, duos tresve cyathos per tenuem fistulam bibant. Prodest etiam adversus tardam concoctionem clare legere, deinde ambulare, tum vel ungi, vel lavari, assidue vinum frigidum bibere, et post cibum, [4] magnam potionem; sed, ut supra dixi, per siphonem: deinde omnes potiones aqua frigida includere. Cui vero cibus acescit, is ante eum bibere aquam egelidam debet, et vomere: [5] at si cui ex hoc frequens dejectio incidit, quoties alvus ei constiterit, frigida potione potissimum utatur.

IX. * Si cui vero dolere nervi solent; [1] quod in podagra chiragrave esse consuevit; huic, quantum fieri potest, exercendum id est, quod affectum est, subjiciendumque labori et frigori: nisi cum dolor increvit; sub quo quies optima est. Venus semper inimica est, concoctio, sicut in omnibus corporis affectibus, necessaria. Cruditas enim id maxime laedit, et quoties offensum corpus est, vitiosa pars maxime sentit.

Vt concoctio autem omnibus vitiis occurrit, sic rursus aliis frigus, aliis calor: quae sequi quisque pro habitu corporis sui debet. [2] Frigus inimicum est seni, tenui, vulneri, praecordiis, intestinis, vesicae, auribus, coxis, scapulis, naturalibus, ossibus, dentibus, nervis, vulvae; cerebro: idem summam cutem facit pallidam, aridam, duram, nigram: ex hoc horrores, tremoresque nascuntur. At prodest juvenibus, et omnibus plenis: erectiorque mens est, et melius concoquitur, ubi frigus quidem est, sed cavetur. Aqua vero frigida infusa, praeterquam capiti, etiam sto-

2. *frigidis potionibus potius*) Ita plerique Codd. et omnes Edd. Lib. quoque 7. cap. 7. sect. 6. Celsus ponit adverbium *potius* in fine periodi: *neque ex oculo, neque ex palpebra quidquam abscindatur; ac si necesse est, ex palpebra potius*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *frigidis potius potionibus*.

3. *concupiverunt*) Ita Cod. Med. I. alii, et omnes Edd. *concupierunt*.

4. *magnam potionem*) Ruellius, Constantinus, et Stephanus addunt *sumere*.

5. *at si cui*) Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et antiquae Edd. *at is cui*.

1. *quod in podagra chiragrave esse consuevit*) Mihi haec verba suspecta sunt Vide adnot. I. ad lib. 3. cap. 27. sect. 2.

2. *Frigus inimicum est* &c.) Vide Aphorismos 17. 18. 20. 21. Sect. 5.

macho prodest; [3] item articulis, doloribusque qui sunt sine ulceribus; item rubicundis nimis hominibus, si dolore vacant. [4] Calor autem adjuvat omnia quae frigus infestat; item lippientes, si nec dolor, nec lacrimae sunt: nervos quoque qui contrahuntur; praecipueque ea ulcera quae ex frigore sunt: idem corporis colorem bonum facit; urinam movet. Si nimius est, corpus effeminat, nervos emollit, stomachum solvit. Minime vero [5] aut frigus aut calor tuta sunt, ubi subita insuetis sunt. Nam frigus lateris dolores, aliaque vitia; frigida aqua strumas excitat: calor concoctionem prohibet, somnum aufert, sudore digerit, obnoxium morbis pestilentibus corpus efficit.

* Est etiam observatio necessaria, qua quis in pestilentia utatur adhuc integer, cum tamen securus esse non possit. [6] Tunc igitur oportet peregrinari, navigare: ubi id non licet, gestari, ambulare sub divo, ante aestum, leniter; eodemque modo ungi: et, ut supra comprehensum est, vitare fatigationem, cruditatem, frigus, calorem, libidinem: [7] multoque magis se continere, si qua gravitas in corpore est. Tunc neque mane surgendum, neque pedibus nudis ambulandum est, minimeque post cibum, aut balneum: neque jejuno, neque coenato vomendum est: neque movenda alvus; atque etiam, si per se mota est, comprimenda est: abstinendum potius, si plenius corpus est. Itemque vitandum balneum, sudor, meridianus somnus, utique, si cibus quoque antecessit; qui tamen semel die [8] tunc commodius assumitur; insuper etiam modicus, ne cruditatem moveat. Alternis diebus invicem modo aqua, modo vinum bibendum est. Quibus servatis, ex reliqua victus consuetudine quam minimum mutari debet. Cum vero haec in omni pestilentia facienda sint, tum in ea maxime quam Austri excitarint. Atque etiam peregrinantibus eadem necessaria sunt, ubi gravi tempore anni discesserunt ex suis sedibus, vel ubi in graves regiones venerunt. Ac si cetera res aliqua prohibebit, utique abstinere debebit: atque ita a vino ad aquam, ab hac ad vinum, eo qui supra positus est, modo, transitus ei esse. * X.

3. *item articulis, doloribusque)* Ex Aphor. 25. Sect. 5. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *etiam articulis, doloribusque*; Ed. Ruel. *item articulorum doloribus*.

4. *Calor autem &c.)* ex Aphor. 16. et 22. Sect. 5.

5. *aut frigus aut calor)* Cod. Med. I. et Vat. III. *frigus et calor*.

6. *Tunc igitur oportet)* Alii omnes, *Tum igitur oportet*. Vide adnot. 41. ad cap. 3. hujus lib.

7. *multoque magis se continere, si qua gravitas in corpore est. Tunc &c.)* In multis Codd. et in Ed. Lindenii haec verba ita dividuntur: *multoque magis se continere. Si qua gravitas in corpore est, tum &c.* Sed perperam.

8. *tunc commodius assumitur)* Ita Codd. multi, et omnes Edd. antiquae; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *tum commodius assumitur*.

A. CORNELII CELSI

ARTIVM LIBER SEPTIMVS

IDEM

MEDICINAE SECVNDVS.

Instantis autem [1] adversae valetudinis signa complura sunt. In quibus explicandis non dubitabo auctoritate antiquorum virorum uti, maximeque Hippocratis; [2] cum recentiores quoque medici, [3] quamvis quaedam in curationibus mutarint, tamen haec illum optime praesagisse, fateantur. Sed antequam dico, quibus praecedentibus morborum timor subsit; non alienum videtur exponere, quae tempora anni, quae tempestatum genera, quae partes aetatis, qualia corpora maxime tuta, vel periculis opportuna sint, quod genus adversae valetudinis in quoque timeri maxime possit. [4] Non quod non omni tempore, in omni tempestatum genere, omnis aetatis, omnis habitus homines, per omnia genera morborum et aegrotent, et moriantur: sed quod frequentius tamen quaedam eveniant; [5] ideoque utile sit, scire unumquemque, quid, et quando maxime caveat.

*I. * [1] Igitur saluberrimum ver est; [2] proxime deinde ab hoc; hiems; [3] periculosior aestas; autumnus longe periculosissimus. Ex

A. Cornelii Celsi Artium Liber Septimus, Idem Medicinae Secundus) Qua inscriptionis forma usus sum in libro primo, eadem in hoc quoque libro utor: idemque in reliquis sex faciam. Codices variant. Med. I. habet *ARTIVM A. CORNELII CELSI LIB. VI. quae ratio medicinae potissima sit.. expleciunt feliciter; item medicinae Liber II.* Vat. VIII. *EXPL. LIB. I. INCIPIT LIB. II. CELSI;* al. *ARTIVM AVRELII CORNELII CELSI LIBER VII. IDEM MEDICINAE LIB. II.* Ed. Lindenii, *LIBER SECVNDVS. PRAEFATIO.*

1. *adversae valetudinis)* In Edd. Bevel. Junt. Caesar. et Linden. deest vox *adversae*.

2. *cum recentiores quoque medici)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *cum recentiores medici*.

3. *quamvis quaedam in curationibus mutarint)* Lindenius legit, *quamvis in curationibus mutarint*.

4. *Non quod &c.)* ex Aphor. 19. Sect. 3. Ita Vat. VIII. aliique Codd. atque Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et antiquae Edd. *non quo* &c. In Edd. Bevel. Junt. Caesar. et Linden. proxime sequuntur haec verba, *non omni tempestatum genere*; tria antecedentia, *omni tempore*, *in*, desunt.

5. *ideoque utile sit)* Ita in Cod. Med. I. Vat. VIII. habet *ideoque utilis sit;* alii, atque Edd. antiquae, *ideoque utile est;* Ed. Lindenii, *ideo utile est*.

1. *Igitur saluberrimum ver est)* ex Aphor. 9. Sect. 3.

2. *proxime deinde ab hoc)* Al. *proxima deinde ab hoc*.

3. *periculosior aestas)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *periculosior, quam prior, aestas*. Aliquot hujusmodi glossemata in aliorum quoque veterum Auctorum Codicibus Critici adnotarunt.

tempestatibus vero optimae aequales sunt, sive frigidae, sive calidae: pessimae, [4] quae maxime variant. Quo fit, ut autumnus plurimos opprimat. Nam fere meridianis temporibus, calor; nocturnis atque matutinis, simulque etiam vespertinis, frigus est. Corpus ergo, et aestate, et subinde meridianis caloribus relaxatum, subito frigore excipitur. Sed ut eo tempore id maxime fit, sic quandocumque evenit, noxium est. Vbi aequalitas autem est, [5] tamen saluberrimi sunt sereni dies; meliores pluvii, quam tantum nebulosi, [6] nubilive: optimique hieme, qui omni vento vacant; aestate, quibus Favonii perflant. Si genus aliud ventorum est, salubriores Septemtrionales, quam Subsolani, vel Austri sunt: [7] sic tamen, ut haec interdum regionum sorte mutentur. Nam fere ventus ubique a mediterraneis regionibus veniens, salubris; a mari, gravis est. Neque solum in bono [8] tempestatum habitu certior valetudo est; [9] sed priores morbi quoque, si qui inciderunt, leviores sunt, et promptius finiuntur. [10] Pessimum aegro coelum est, quod aegrum fecit; adeo ut in id quoque genus quod natura pejus est, in hoc statu salubris mutatio sit. [11] At aetas media tutissima est; [12] quae neque juventae calore, neque senectutis frigore infestatur. Longis morbis senectus, acutis adolescentia magis patet. Corpus autem habilissimum quadratum est, neque gracile, neque obesum. [13] Nam longa statura, ut in juventa decora est, sic matura senectute conficitur: gracile corpus infirmum, obesum hebes est. [14] Vere autem maxime, quaecumque humoris motu novantur, in metu esse consuerunt. Ergo tunc

4. *quae maxime variant)* ex Aphor. I. Sect. 3. Ita Cod. Vat. VIII. et Ed. Lindenii; Cod Med. I. *quae maxime evariant*; alii, atque Edd. antiquae, *quae variant maxime*.

5. *tamen saluberrimi sunt)* ex Aphor. 15. Sect. 3. In Cod. Vat. VIII. et in Ed. Lindenii ommittitur *tamen*.

6. *nubilive)* Al. *aut nubili*.

7. *sic tamen, ut haec &c.)* ex lib. 2. de Vict. Rat. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii habent *sic tamen haec, ut &c.*

8. *tempestatum)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *tempestatium*, antiqua forma.

9. *sed priores morbi quoque &c.)* Ita Codd. Mss. atque Edd. antiquae; sed in Codd. Med. I. et Vat. VIII. pro *priores morbi* est *prior. morbi*. Ego censeo, delendam esse vocem *priores*, et legendum *sed morbi quoque, si qui inciderunt, leviores sunt, et promptius finiuntur*. Manifestum enim est, Celsum exprimere voluisse Aphor. 8. Sect. 3. *Temporibus bene constitutis, et tempestivam tempestivitatem servantibus, morbi, qui facile consistant et solvantur, fiunt*. Idem repetit Hippocrates lib. 2. de Morb. Vulg. Lindenius leg. *sed pejores morbi quoque &c.*

10. *Pessimum aegro coelum est)* Ita in plerisque Codd. atque in Ed. Lindenii; sed in hac, *Pessimum aegro est coelum*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. ceteraeque Edd. habent *Pessimum ergo coelum est*.

11. *At aetas media tutissima est)* Edd. Constantini et Lindenii, *Aetas media, tutissima est*.

12. *quae)* Lindenius, *quia*.

13. *Nam longa statura)* ex Aphor. 54. Sect. 2.

14. *Vere autem maxime)* Libri omnes habent *Vere tamen maxime*. Ego reposui *autem* pro *tamen*. Sumpta haec sunt ex Aphor. 20. Sect. 3.

lippitudines, pustulae, profusio sanguinis, [15] abscessus [corporis,] quae ἀποςήματα Graeci nominant, bilis atra, quam μελαγχολίαν appellant; insania, morbus comitialis, angina, gravedines, destillationes oriri solent. Ii quoque morbi qui in articulis, nervisque modo urgent, modo quiescunt, tunc maxime et inchoantur, et repetunt. [16] At aestas non quidem vaeat plerisque his morbis; sed adjicit febres [17] vel continuas, vel ardentes, vel tertianas, vomitus, alvi dejectiones, [18] auricularum dolores, ulcera oris, cancros, [19] et in ceteris quidem partibus, sed maxime in obscoenis, [20] et quidquid sudore hominem resolvit. [21] Vix quidquam ex his in autumnum non incidit; [22] sed oriuntur quoque eo tempore febres incertae, lienis dolor, aqua inter cutem, tabes; quam Graeci φθίσιν nominant; [23] urinae difficultas, quam στραγγουρίαν appellant; tenuioris intestini morbus, quem εἰλεὸν nominant; [24] item laevitas intestinorum, quae λειεντερία vocatur; coxae dolores, morbi comitiales. Idemque tempus et diutinis malis fatigatos,

15. *abscessus [corporis])* Vox *corporis* videtur addita ex glossemate. Corpus non abscedit; sed si noxia materia, quae totum corpus afficiebat, in aliqua ejus parte colligitur, fit abscessus. Itaque *abscessus* a Celso absolute semper usurpatur. Vide cap. 7. et 8. hujus lib. cap. 7. sect. 11. lib. 5. et cap. 2. lib. 7.

16. *At aestas non quidem vacat plerisque his morbis)* ex Aphor. 21. Sect. 3. Ita in Ed. Lindenii; veteres libri habent *At aestas non quidem vacat plerisque ab his morbis*.

17. *vel continuas)* In Ed. Lindenii desunt hae duae voces: sed in Aphor. ponuntur etiam συνεχέες.

18. *auricularum)* Legerim *aurium*; nam apud Celsum vox *auris* passim occurrit; vox *auricula* alibi non invenitur.

19. *et in ceteris quidem partibus, sed maxime in obscoenis)* In libris antiquis leg. *et in ceteris quidem partibus, sed maxime obscoenis*. Ego addidi particulam *in*. Lindenius leg. *cum in ceteris quidem partibus, tum maxime obscoenis*.

20. *et quidquid sudore hominem resolvit)* In Aphorismo est ἵδρωα. A Celso lib. 5. cap. 28. sect. 15. dicuntur *pusulae, quae ex sudore oriuntur*; a Plinio lib. 23. cap. 4. sect. 45. *papulae sudorum*. Celsus causam hic ponere videtur pro effectu.

21. *Vix quidquam ex his in autumnum non incidit)* Ex Aphor. 22. Sect. 3.

22. *Sed oriuntur quoque eo tempore)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *sed oriuntur eo quoque tempore*.

23. *urinae difficultas, quam στραγγουρίαν appellant)* Lindenius leg. *urinae difficultas, στραγγουρίαν quam appellant*. Scaliger ad hunc locum haec adnotat: „ *Fallitur Celsus in στραγγουρίας interpretatione, quae proprie Latinis substillum, non* stillicidium .... *At* δυσουρία *proprie* urinae difficultas.„ Morgagnus ita scribit in epist. 8. *vellem ut Scaliger, antequam Celsum erroris damnaret, quaesisset num forte in codice vetustissimo cum graecae vocis prima syllaba* δυς, *atramento diffugiente, intercidisset, sciolus aliquis longe aliam atque ille scripsisset, temere suffecerit*. Sed etiamsi δυσουρίαν Celsus scripsisset, tamen ab Aphor. 22. Sect. 3. unde sententiam sumpsit, recessisset: siquidem ab Hippocrate, non δυσουρία, sed στραγγουρία autumnalibus morbis adnumeratur. Infra quoque ubi Celsus, Aphor. 16. ejusdem Sect. 3. spectans, ita scribit: *In siccitatibus acutae febres, lippitudines, tormina, urinae difficultas, articulorum dolores oriuntur*; dicitur *urinae difficultas*, quamvis Hippocrates στραγγουρίαν dixerit. Videtur igitur, ut censet Morgagnus, cum stranguria sine urinae difficultate fieri non soleat, Celsum id magis spectasse, quam ipsam vocis vim et naturam.

24. *item laevitas intestinorum)* Ita Cod. Vat. VIII. In Med. 1. deest particula *item*: in aliis Codd. et in libris vulgatis legit. *Fit item laevitas intestinorum*.

[25] et ab aestate etiam proxima pressos interimit; [26] et alios novis morbis conficit; et quosdam longissimis implicat, maximeque quartanis, quae per hiemem quoque exerceant. Neque aliud magis tempus pestilentiae patet, cujuscunque ea generis est; quamvis variis rationibus nocet. [27] Hiems autem capitis dolores, tussim, et quidquid in faucibus, in lateribus, in visceribus mali contrahitur, irritat. [28] At ex tempestatibus, Aquilo tussim movet, fauces exasperat, ventrem adstringit, urinam supprimit, horrores excitat, item dolores lateris et pectoris: sanum tamen corpus spissat, et mobilius atque expeditius reddit. [29] Auster aures hebetat, sensus tardat, [30] capitis dolorem movet, alvum solvit, totum corpus efficit hebes, humidum, languidum. Ceteri venti, [31] quo vel huic vel illi propiores sunt, eo magis vicinos his illisve affectus faciunt. [32] Denique omnis calor et jecur et lienem inflammat, mentem hebetat, [33] ut anima deficiat, ut sanguis prorumpat, efficit. [34] Frigus modo nervorum distentionem, modo rigorem infert; [35] illud σπασμὸς, hoc τέτανος Graece nominatur; [36] nigritiem in ulceribus, [37] horrores in febribus excitat. [38] In siccitati-

25. *et ab aestate etiam proxima pressos)* Ita in Ed. Lindenii. Codd. Mss. et aliae Edd habent *et ab aestate tantum proxima pressos;* Edd. Caesarii, et Pantini, *et ab aestate tum jam proxima pressos.* Gryphius, et Constantinus legunt *et ab aestate tum jam proxima oppressos.*

26. *et alios novis morbis conficit)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et Edd. antiquae, *et aliis novis morbis conficit.*

27. *Hiems autem &c.)* ex Aphor. 23. Sect. 3.

28. *At ex tempestatibus)* Ita Cod. Vat. VIII. In aliis Codd. et in omnibus Edd. deest particula *At*. Paulo infra, pro *dolores lateris et pectoris*, Lindenius legit *dolorem lateris et pectoris*.

29. *Auster aures hebetat, sensus tardat)* Haec et quae proxime antecedunt, sumpta sunt ex Aphor. 5. Sect 3. In Codd. Med. I. et Vat VIII. pro *sensus* est *sensum*.

30. *capitis dolorem)* Ita Cod. Med. I. et Ed. Lindenii; alii Codd. ceteraeque Edd. *capitis dolores*.

31. *quo vel huic, vel illi &c.)* Sic plerique Codices, et omnes antiquae Editiones; Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindeniana, *quo huic, vel illi &c.*

32. *Denique omnis calor et jecur et lienem inflammat, mentem &c.)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Ruellii habent *inflat* pro *inflammat*. In margine Ed. Constantinianae legitur *Calor omnis et jecur et lienem inflammat* (cod. *inflat*) *denique mentem &c.* in Ed. Lindenii, *Calor omnis et jecur et lienem inflammat, mentem &c.* Vide Aphor. 16. Sect. 5.

33. *ut anima deficiat)* Lindenius, *et ut anima deficiat*.

34. *Frigus modo nervorum distentionem &c.)* Ex Aphor. 17. et 20. Sect 5. Aliqui Codd. habent *Frigus nervorum modo distentionem &c.*

35. *illud σπασμὸς, hoc τέτανος graece nominatur)* Cur non *illa σπασμὸς, hic τέτανος*? Suspicor, haec verba ab interpretibus addita esse. Ed. princeps habet *illud spasmus, hoc tasmus;* Edd. 1481. 1493. 1497. 1516. Juntina, et Caesariana, *illud σπασμὸς is spasmus, hac τέτανος is tasmus*. Ruellius, et Stephanus legunt *illud σπασμὸς, idest convulsio; hoc autem τέτανος graeca voce nominatur*.

36. *nigritiem)* Ita libri antiqui. Hanc vocem adhibet Celsus lib. 5. cap. 26. sect. 33. et alibi. Caesarius adnotavit legi posse *nigrorem;* et ita edidit Lindenius.

37. *horrores in febribus)* Reposui *horrores* ex Mss. Sic lib. I. cap. 19. *ex hoc, frigore, horrores tremoresque nascuntur*. Edd. antiquae habent *horrorem;* Lindeniana, *et horrorem*.

38. *In siccitatibus)* ex Aphor. 16. Sect. 3.

bus acutae febres, lippitudines, tormina, urinae difficultas, articulorum dolores oriuntur: per imbres, longae febres, alvi dejectiones, angina, cancri, morbi comitiales, resolutio nervorum; [39] *παράλυσιν* Graeci nominant. Neque solum interest, quales dies sint, sed etiam quales ante praecesserint. [40] Si hiems sicca Septentrionales ventos habuit, ver autem Austros et pluvias exhibet, fere subeunt lippitudines, tormina, febres, maximeque in mollioribus corporibus; [41] ideoque praecipue in muliebribus. [42] Si vero Austri pluviaeque hiemem occuparunt, ver autem frigidum et siccum est, gravidae quidem feminae, quibus tum adest partus, [43] abortu periclitantur; eae vero quae gignunt, imbecillos, vixque vitales edunt: ceteros lippitudo arida, et, si seniores sunt, gravedines atque destillationes male habent. At si a prima hieme Austri ad ultimum ver [44] continuarunt, laterum dolores, et insania febricitantium, quam [45] *φρένησιν* appellant, quam celerrime rapiunt. [46] Vbi vero calor a primo vere orsus aestatem quoque similem exhibet, necesse est multum sudorem in febribus subsequi. [47] At si sicca aestas Aquilones habuit, autumno vero imbres Austrique sunt, tota hieme quae proxima est, tussis, destillatio, raucitas, in quibusdam etiam tabes oritur. [48] Sin autem autumnus quoque aeque siccus iisdem Aquilonibus perflatur, omnibus quidem mollioribus corporibus, inter quae muliebria esse proposui, secunda valetudo contingit: durioribus vero instare possunt, et aridae lippitudines, et febres partim acutae, partim longae, et ii morbi qui ex atra bile nascuntur. [49] Quod ad aetates vero pertinet, pueri proximique his vere optime valent, et aestate prima tutissimi sunt; senes aestate et autumni prima parte; juvenes hieme, quique inter juventam senectutemque sunt. Inimicior senibus hiems, aestas adolescentibus est. [50] Tum si qua imbecillitas oritur, pro-

39. *παράλυσιν Graeci nominant)* Ita in Codd. Mss. sed Med. 1. habet inter versus vocem *quam*, ab antiqua manu adjectam. Ex eo vulgo legitur *quam παράλυσιν* &c.

40. *Si hiems sicca)* ex Aphor. 16. Sect. 3.

41. *ideoque praecipue in muliebribus)* Ita in Cod. Vat. VIII. In Med 1. deest *in*, et ex voce *muliebribus*, prima *b* ab antiqua manu expuncta, factum est *mulieribus*. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *ideoque praecipue in mulieribus*. In Ed. Lindenii legitur *praecipue in muliebribus*; sed deest *ideoque*.

42. *Si vero Austri)* ex Aphor. 12. Sect. 3.

43. *abortu)* Quidam Codd. *aborsu*.

44. *continuarunt)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *continuarint*: sed in periodo antecedenti iidem libri habent, ut alii omnes, *occuparunt*, non *occuparint*.

45. *φρένησιν)* Ita plerique Codd. atque Ed Ruellii; Cod. Med. 1. *prenesin*; Vat. VIII. *frenesin*; sex Edd. primae, *phrenesin*; Manutianae, *φρενίτν'*; ceterae, *φρενῖτιν*.

46. *Vbi vero calor)* ex Aphor. 6. Sect. 3. Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. *Vbi calor*; Edd. antiquae, *primo calor*.

47. *At si sicca aestas)* ex Aphor. 13. Sect. 3.

48. *Sin autem autumnus)* ex Aphor. 14. Sect. 3.

49. *Quod ad aetates vero pertinet)* ex Aphor. 18. Sect 3.

50. *Tum &c.)* ex Aphor. 24. Sect. 3.

ximum est, ut infantes, tenerosque adhuc pueros serpentia ulcera oris, quae ἄφϑας Graeci nominant, vomitus, nocturnae vigiliae, aurium humor, circa umbilicum [51] inflammationes exerceant. [52] Propriae etiam dentientium, gingivarum exulcerationes, [53] febriculae, interdum distentiones nervorum, alvi dejectiones; maximeque caninis dentibus orientibus, male habent. Quae pericula plenissimi cujusque sunt, et cui maxime venter adstrictus est. [54] At ubi aetas paulum processit, glandulae, et vertebrarum quae in spina sunt, [55] aliquae inclinationes, strumae, verrucarum quaedam genera dolentia; ἀκροχορδόνας Graeci appellant; et plura alia tubercula oriuntur. [56] Incipiente vero jam pube, ex iisdem multa, et longae febres, et sanguinis ex naribus cursus. Maximeque omnis pueritia, primum circa quadragesimum diem, deinde septimo mense, tum septimo anno, postea circa pubertatem periclitatur. Si qua etiam genera morborum in infantem inciderunt, ac neque pubertate, neque primis coitibus, neque in femina primis menstruis finita sunt, fere longa sunt: [57] saepius tamen morbi pueriles qui diutius manserunt, terminantur. [58] Adolescentia morbis acutis; item comitialibus, tabique maxime objecta est: fereque juvenes sunt, qui sanguinem exspuunt. [59] Post hanc aetatem laterum et pulmonis dolores, lethargus, cholera, insania, sanguinis [60] per quaedam velut ora venarum; αἱμοῤῥοΐδας Graeci appellant; pro-

51. *inflammationes)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *inflationes*.

52. *Propriae etiam dentientium, gingivarum &c.)* ex Aphor. 6. Sect. 3. Ita habent aliqui Codd. atque Edd. Pantini, et Constantini; alii Codd. et Ed. Lindeniana, *Propria etiam dentientium, gingivarum*; Edd. Manutianae, *Propria etiam dentientium, gingivarumque*; ceterae, et Cod. Med. I. aliique, *Propriae etiam dentientium, gingivarum*; sed Med. I. *dentium*. Ego malim legere *Proprie etiam dentientes, gingivarum exulcerationes .... maximeque caninis dentibus orientibus, male habent*; id est exulcerationes male habent dentientes; quae dicendi forma Celso familiaris est.

53. *febriculae, interdum distentiones nervorum, alvi dejectiones)* Ita Cod. Med. I. atque Vat. VIII. eodem ordine, quo haec habentur in Aphorismo; in quo tamen non est particula *interdum*. In aliis Codd. et in Edd. sex primis, Caesariana, et Lindeniana legit. *distentiones nervorum, febriculae, alvi dejectiones*; in ceteris Edd. *distentiones nervorum, febriculae interdum, alvi dejectiones*.

54. *At ubi aetas)* ex Aphor. 26. Sect. 3.

55. *aliquae inclinationes)* in partem anteriorem, ex eodem Aphorismo. Lindenius leg. *aliquo inclinationes*.

56. *Incipiente vero jam pube, ex iisdem multa)* ex Aphor. 2. Sect. 3. Sic autem habent Codd. plerique omnes; Med. I. et Vat. VIII. *et ex iisdem multae*; Edd. antiquae, *ex iisdem multae*; Ed. Lindenii, *ex iisdem multa*.

57. *saepius tamen morbi pueriles &c.)* ex Aphor. 28. Sect. 3. Lindenius leg. *saepe tamen his morbi pueriles &c.* Sed pronomen *his* abest ab antiquis libris, neque necessarium est.

58. *Adolescentia morbis acutis)* ex Aphor. 29. Sect. 3.

59. *Post hanc aetatem)* ex Aphor. 30. Sect. 3.

60. *per quaedam velut ora venarum)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et libri vulgati habent *per quaedam etiam velut ora venarum*; sed perperam. Neque enim aliam sanguinis profusionem Hippocrates nominat, quam quae fit per haec venarum ora,

fusio. [61] In senectute, spiritus et urinae difficultas, gravedo, articulorum et renum dolores, nervorum resolutiones, malus corporis habitus; *καχεξίαν* Graeci appellant; nocturnae vigiliae, vitia longiora aurium, oculorum, etiam narium, praecipueque soluta alvus, et, quae sequuntur hanc, tormina, vel laevitas intestinorum, ceteraque [62] ventris fusi mala. Praeter haec, graciles tabes, dejectiones, destillationes, item viscerum et laterum dolores, fatigant. Obesi plerumque acutis morbis, et difficultate spirandi strangulantur; [63] subitoque saepe moriuntur; quod in corpore tenuiore vix evenit.

II. * Ante adversam autem valetudinem, ut supra dixi, quaedam notae oriuntur: quarum omnium commune est, aliter se corpus habere, atque consuevit; neque in pejus tantum, sed etiam in melius. Ergo si plenior aliquis, et speciosior, et coloratior factus est, [1] suspecta habere bona sua debet; quae, quia neque in eodem habitu subsistere, neque ultra progredi possunt, fere retro, quasi ruina quadam, revolvuntur. Pejus tamen signum est, ubi aliquis contra consuetudinem [2] emacuit, et colorem decoremque amisit: quoniam in iis quae superant, est quod morbus demat; in iis quae desunt, non est quod ipsum morbum ferat. Praeter haec protinus timeri debet, [3] si graviora membra sunt; si crebra ulcera oriuntur; si corpus supra consuetudinem incaluit; si gravior somnus pressit; si tumultuosa somnia fuerunt; si saepius expergiscitur aliquis, quam assuevit, deinde iterum soporatur; si corpus dormientis circa partes aliquas contra consuetudinem insudat, [4] maximeque si circa pectus, aut cervices, aut crura, vel genua, vel coxas. Item si marcet animus; si loqui et moveri piget; si corpus torpet; si dolor praecordiorum est, aut totius pectoris, aut, qui in plurimis evenit, capitis; si salivae [5] plenum os est; si oculi cum dolore vertuntur; si tempora adstricta sunt; si membra inhorrescunt; si spiritus gravior est; si circa frontem intentae venae moventur; si frequentes oscitationes; si genua quasi fatigata sunt, totumve corpus lassitudinem sentit. Ex quibus saepe plura, numquam non aliqua febrem antecedunt. In primis tamen illud considerandum est, num cui saepius horum aliquid

61. *In senectute)* ex Aphor. 31. Sect. 3.

62. *ventris fusi mala)* Ita in Mss. atque in Ed. principe; in ceteris Edd. *fusi ventris mala*.

63. *subitoque saepe moriuntur)* ex Aphor. 44. Sect. 2.

1. *suspecta habere bona sua debet)* ex Aphor. 3. Sect. 1.

2. *emacuit)* Al. *emarcuit*; al. *emacruit*.

3. *Si graviora membra sunt)* Vide Aphor. 5. Sect. 2.

4. *maximeque si circa pectus)* Ita Codd. Mss. libri vulgati, *maximeque circa pectus*.

5. *plenum os est)* Ita in Mss. Vulgo legit. *plenum est os*.

eveniat, neque ideo corporis ulla difficultas subsequatur. Sunt enim quaedam proprietates hominum, sine quarum notitia non facile quidquam in futurum praesagiri potest. [6] Facile itaque securus est in iis aliquis, quae saepe sine periculo evasit: ille sollicitari debet, cui haec nova sunt; aut qui ista numquam sine custodia sui [7] tuta habuit.

* III. [1] Vbi vero febris aliquem occupavit, scire licet, non periclitari, si in latus aut dextrum aut sinistrum, [2] ut ipsi visum est, cubat, cruribus paulum reductis; qui fere sani quoque jacentis habitus est; [3] si facile convertitur; [4] si noctu dormit, interdiu vigilat; [5] si ex facili spirat; si non conflictatur; si circa umbilicum et pubem [6] cutis plena est; si praecordia ejus sine ullo sensu doloris aequaliter mollia [7] in utraque parte sunt. Quod si paulo tumidiora sunt, sed tamen digitis cedunt et non dolent, haec valetudo, ut spatium aliquod habebit, sic tuta erit. [8] Corpus quoque quod aequaliter molle et calidum est, quodque aequaliter totum insudat, et cujus febricula eo sudore finitur, securitatem pollicetur. [9] Sternumentum etiam inter bona indicia est, et cupiditas cibi [10] vel a primo servata, vel etiam post fastidium or-

6. *Facile itaque)* Adverbium *facile* videtur perperam repetitum ex periodo proxime antecedenti.

7. *tuta habuit)* Sic lib. 1. cap. 9. *Minime vero aut frigus aut calor tuta sunt, ubi subita insuetis sunt.* In Cod. quodam Constantini, et in Ed. Lindenii legit. *tuto habuit.*

1. *Vbi vero febris aliquem occupavit, scire licet &c.)* Ita Codd. omnes, excepto Vat. VIII. in quo legit. *Vbi vero febris aliquem occupat, rescire licet &c.* Libri editi habent, *Vbi vero febris aliquem occupat, scire licet &c.*

2. *ut ipsi visum est)* Ita legitur in libris antiquis: quae lectio plane respondet verbis Hippocratis in Praenotionibus. Ed. Lindenii habet *ut ipsi in usu est.*

3. *si facile convertitur)* ex lib. Praenot.

4. *si noctu dormit, interdiu vigilat)* ex eodem libro.

5. *si ex facili spirat)* ex eodem libro.

6. *cutis plena est)* ex Praenot. et Aphor. 35. Sect. 2. Ita legitur in Codd. Med. 1. et Vat. VIII. Capite proximo cuti plenae opponit Celsus *cutem circa umbilicum et pubem macram.* Alii Codd. et omnes Edd. habent *cutis plana est.*

7. *in utraque parte sunt. Quod si &c.)* ex Praenot. Lindenius leg. *in utraque parte sunt: quod si paulo tumidiora sunt, tamen digitis cedunt, et non dolent. Haec valetudo &c.*

8. *Corpus quoque quod aequaliter molle &c.)* ex Praenot.

9. *Sternumentum etiam inter bona indicia est)* ex iisdem. Ita Cod. Med. 1. In Vat. VIII. legit. *quando jam ad sanitatem venit corpus, securitatem pollicetur. Sternumentum etiam inter febre finita cibos adpetere bonum est. bona indicia est.* Alii Codd. et Edd. antiquae habent *securitatem pollicetur, quando jam ad sanitatem venit corpus. Sternutamentum etiam &c.* Ed. Lindenii, *securitatem pollicetur. Quando jam &c.* Verba haec, *quando jam ad sanitatem venit corpus*, margini adscripta erant tamquam lemma, indeque in contextum migrarunt. Cod. Med. 1. et Vat. VIII. hic, et alibi habent *sternumentum:* alicubi, *sternutamentum;* sed, syllaba *ta* eadem manu, aut certe veteri atramento expuncta, factum est *sternumentum.*

10. *vel a primo servata)* Vide Aphor. 32. Sect. 2. Lindenius leg. *vel a principio servata.*

ta. [11] Neque terrere debet ea febris quae eodem die finita est; ac ne ea quidem quae, quamvis [12] longiore tempore tenuit, tamen ante alteram accessionem ex toto quievit sic, ut corpus integrum, [13] quod εἰλικρινὲς Graeci vocant, fieret. Si quis autem incidit vomitus, [14] mixtus esse et bile et pituita debet: et in urina subsidere album, laeve, aequale sic, ut etiam, si quae quasi nubeculae innatarint, in imum deferantur. [15] At venter ei qui a periculo tutus est, [16] reddit mollia, figurata, atque eodem fere tempore, quo secunda valetudine assuevit; [17] modo convenientia iis quae assumuntur. Pejor cita alvus est; sed ne haec quidem terrere protinus debet, si matutinis temporibus coacta magis est, aut si procedente tempore paulatim contrahitur, et rufa est, neque foeditate odoris similem alvum sani hominis excedit. [18] Ac lumbricos quoque aliquos sub fine morbi descendisse, nihil nocet. [19] Si inflatio in superioribus partibus dolorem tumoremque fecit, bonum signum est [20] sonus ventris inde ad inferiores partes evolutus; magisque etiam si sine difficultate cum stercore excessit.

11. *Neque terrere debet ea febris)* ex Aphor. 43. Sect. 4.

12. *longiore tempore tenuit)* ex Praenot. Ita Lindenius. Antea legebatur *longiore tempore evanuit;* sed non recte. Nam *evanuit* idem fere valet quod *quievit:* sententia autem verbum postulat, quod illi opponatur. *Teneo* eodem fere modo adhibetur lib. 3. cap. 9. *Nonnumquam etiam lentae febres sine ulla remissione corpus tenent.* Emendationem Lindenii confirmant etiam quaedam Livii loca. Lib. 23. c. 44. *Imber continens per noctem totam usque ad horam tertiam diei insequentis tenuit;* et lib. 24. cap. 47. *Romae foedum incendium per duas noctes, ac diem unum tenuit,* id est duravit.

13. *quod εἰλικρινὲς Graeci vocant)* Cicero epist. 8. lib. 2. ad Q. Fratrem; *est enim εἰλικρινὲς judicium:* id est sincerum ac simplex judicium senatus, in quo nihil est gratiae tributum; ut exponit Manutius. Verba haec ab aliquo sciolo addita videntur: nam vox *integrum,* qua Celsus lib. 1. cap. 2. et alibi usus est, adeo apertum sensum habet, ut interpretatione ista minime egeat.

14. *mixtus esse et bile et pituita debet)* ex Praenot. Ita in Codd. Mss. atque in Edd. sex primis, Manutianis, et Stephaniana. Videtur legendum *mixtus esse bile et pituita debet;* quemadmodum cap. 8. hujus lib. *Si protinus sputum mixtum est rufo quodam et sanguine.* Edd. ceterae habent *mixtus esse ex bile et pituita debet.*

15. *At)* Lindenius, *Ac.*

16. *reddit mollia)* ex Praenot. Ita Codd. Mss. et Ed. Lindenii. In Edd. antiquis legit. *reddit modo mollia,* ex Palavicino; qui particulam *modo* addidit in Cod. Med. 1.

17. *modo convenientia iis quae &c.)* In margine Ed. Constantinianae, atque in Ed. Lindenii legit. *modoque convenientia his, quae &c.*

18. *Ac lumbricos quoque aliquos)* Ex Praenot.

19. *Si inflatio in superioribus partibus)* Cod. quidam apud Constantinum, atque Ed. Lindenii habent *Si inflatio sine inflammatione &c.* In Praenotionibus ita legit. *At praecordiorum dolores recentes quidem et sine inflammatione, murmur solvit circa praecordia exortum, idque potissimum, si cum stercore, urina et flatu prodierit.* Celsus dicendo *Si inflatio,* indicat, dolorem tumoremque ab inflammatione non esse. Inflatio autem etiam sine inflammatione dolorem facit, et interdum vehementem; ut in plenioris intestini morbo.

20. *sonus ventris)* Lindenius leg. *sonitus ventris;* et infra, *devolutus* pro *evolutus;* ut est in Cod. quodam Constantini.

[1] Contra gravis morbi periculum est, [1] ubi supinus aeger jacet, porrectis manibus et cruribus; [2] ubi residere vult in ipso acuti morbi impetu, praecipueque pulmonibus laborantibus; ubi nocturna vigilia premitur, etiamsi interdiu somnus accedit; [3] ex quo tamen pejor est qui inter quartam horam [4] et noctem est, [5] quam qui a matutino tempore ad quartam. [6] Pessimum tamen est, si somnus neque noctu, neque interdiu accedit: id enim fere [7] sine continuo dolore esse non potest. [8] AEque vero signum malum est, etiam somno ultra debitum urgeri; pejusque, [9] quo magis sopor interdiu, noctuque continuat. Mali etiam morbi testimonium est, vehementer et crebro spirare; a sexto die coepisse inhorrescere; pus exspuere; vix exscreare; dolorem habere continuum; difficulter ferre morbum; jactare brachia et crura; sine voluntate lacrimare; habere humorem glutinosum dentibus inhaerentem; cutem circa umbilicum et pubem macram; praecordia inflammata, dolentia, dura, tumida, intenta; magisque si haec dextra parte, quam sinistra sunt: periculosissimum tamen est, si venae quoque ibi vehementer agitantur. Mali etiam morbi signum est, nimis celeriter emacrescere; [10] caput et pedes manusque frigidas habere, ventre et lateribus calentibus; aut frigidas extremas partes acuto morbo urgente; aut post sudorem inhorrescere; aut post vomitum singultum esse, vel rubere oculos; aut post IV.

1. *ubi supinus aeger jacet)* ex Praenot.

2. *ubi residere vult in ipso acuti morbi impetu)* ex Praenot.

3. *ex quo tamen pejor est &c.)* ex iisdem.

4. *et noctem est)* Lindenius omittit *est*.

5. *quam qui a matutino tempore ad quartam)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. Lindenii; in aliis Codd. ceterisque Edd. *quam qui matutino &c.* Romani diem dividebant in horas duodecim, longiores brevioresque pro vario anni tempore. Hippocrates in Praenot. *At minimum offenditur aeger, si prima luce dormiat ad tertiam diei partem.*

6. *pessimum tamen est &c.)* Haec et sequentia usque ad finem capitis sumpta sunt ex Praenotionibus, partim etiam ex Aphorismis.

7. *sine continuo dolore)* Lindenius leg. *sine continuo delirio*, ut habet in margine Editio Constantini. Videtur autem Constantinus spectasse locum illum Praenot. *Pessimum autem, si neque noctu, neque interdiu dormiat; nam aut ob dolorem insania adest, aut delirii adfuturi nota est.* Sed Celsus hic loquitur de nocturna vigilia ex continuo dolore, quatenus continuus dolor gravis morbi signum est: de vigilia, quae insaniae nota est, ita scribit cap. 7. huius lib. *nullo dolore substante, somnus ereptus, continuataque nocte et die vigilia, vel prostratum contra consuetudinem corpus in ventrem .... insaniae signa sunt.* Ex continuo dolore interdum insania oritur; non tamen semper: at continuata nocte et die vigilia, nullo dolore substante, insaniae indicium est.

8. *AEque vero signum malum est, etiam somno &c.)* ex Praenot. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *Neque vero signum bonum est, etiam somno &c.* Ed. Linden. *Neque vero signum bonum est, somno &c.*

9. *quo magis sopor interdiu noctuque continuat)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *quo magis se sopor interdiu noctuque continuat.*

10. *caput et pedes manusque frigidas habere &c.)* Sic reposuit Lindenius ex Praenotionibus, ubi semel atque iterum habetur haec sententia. In libris antiqnis perperam legit. *caput et pedes manusque calidas habere, ventre et lateribus frigentibus.*

cupiditatem cibi, postve longas febres hunc fastidire; aut multum sudare, maximeque frigido sudore; aut habere sudores non per totum corpus aequales, quique febrem non finiant; [11] et febres eas quae quotidie tempore eodem revertantur; quaeve semper pares accessiones habeant, neque tertio quoque die leventur; [12] quaeve sic continuent, ut per accessiones increscant, per decessiones tantum molliantur, [13] neque umquam integrum corpus dimittant. Pessimum est, si ne levatur quidem febris, sed aeque concitata continuat. Periculosum est etiam, [14] post arquatum morbum febrem oriri; utique si praecordia dextra parte [15] dura manserunt. Ac dolentibus his, nulla acuta febris leviter terrere nos debet; neque umquam in acuta febre, aut a somno non est terribilis nervorum distentio. [16] Timere etiam ex somno, mali morbi est; [17] itemque in prima febre protinus mentem esse turbatam, membrumve aliquod resolutum. Ex quo casu, quamvis vita redditur, tamen id fere membrum debilitatur. [18] Vomitus etiam peri-

11. *et febres eas)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii Codd. et antiquae Edd. *et eas febres*; Ed. Lindenii, *Malae etiam febres*.

12. *quaeve sic continuent)* Ita in Ed. Lindenii. Libri antiqui non habent particulam *sic*.

13. *neque umquam)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *nec umquam*.

14. *post arquatum morbum febrem oriri)* Ita libri omnes quos ego vidi. Pantinus, et Constantinus censent, depravatum locum esse, et restituendum ex Aphorismis 62. et 63. Sect. 4. *Quibus per febres morbus regius ante diem septimum obortus fuerit, malum . . . Quibus per febres die septimo, aut nono, aut undecimo, aut decimo quarto morbus regius obortus fuerit, bonum*. Pantinus igitur putat, ita legendum esse: *post febrem arquatum morbum oriri*: Constantinus vero sic: *arquatum morbum post febrem oriri*: atque ita esse in Cod. Castellani, testatur Foesius. Sed Hippocratis sententia neque hoc, neque illo modo bene restituitur. Is enim Aphor. 63. pronunciavit, morbum regium in febre die septimo, aut nono &c. ortum, periculosum non esse. Celsus quid Hippocrates docuerit, non ignoravit: sed Dioclem Carystium hoc loco sequi maluisse, ex eo videri potest, quod scripsit lib. 3. cap. 24. *Quem, arquatum morbum, Hippocrates ait; si post septimum diem febricitante aegro supervenit, tutum esse, mollibus tantummodo praecordiis substantibus: Diocles ex toto, si post febrem oritur, etiam prodesse; si post hunc febris, occidere.*

15. *dura manserunt. Ac dolentibus his, nulla acuta febris &c.)* Ita habent Cod. Med. 1. et Vat. VIII. al. *dura manserunt; ac dolentibus leva his. Nulla acuta febris*; Edd antiquae ex Palavicino, *dura manserunt, ac dolentibus his leva. Nulla acuta febris &c.* Lindenius leg. *dura manserunt, aut dolentibus iis laeva. Nulla acuta febris &c.* ut est in margine Ed. Constantinianae. Vox *laeva* addititia est. Ex aegris, quorum morbos Hippocrates descripsit lib. 1. de Morb. Vulg. apparet, acutas febres cum praecordiorum dolore periculosas esse, non tamen magis si praecordia sinistra parte, quam si dextra doleant.

16. *Timere etiam ex somno mali morbi est)* ex Praenot. et Aphor. 67. Sect. 4.

17. *itemque in prima febre protinus mentem esse turbatam, membrumve aliquod resolutum)* Haec Hippocrates de capitis vulneribus pronunciavit lib. 2. Praedict. sect. 15. Alii omnes legunt . . . *membrumve aliquod esse resolutum*. Sed *esse* glossema est.

18. *Vomitus etiam periculosus est, sincerus pituitae, vel bilis)* ex Praenot. Ita plerique Codices. Vomitus sincerus dicitur, quemadmodum in fine hujus cap. *sincerum id quod alvo excernitur*; et cap. 8. *sincerum sputum*. In Codd. Med. 1. et Vat. VIII. legit. *Vomitus etiam periculosus est, si sincere* (in Vat. *si sincere ei*) *pituita, vel bilis est mixta*; in libris vulgatis, *Vomitus etiam periculosus est sincerae pituitae, vel bilis*.

culosus est sincerus pituitae, vel bilis; pejorque, si viridis, aut niger est. At mala urina est, in qua subsidunt [19] subrubra et laevia: deterior, in qua [20] quasi folia quaedam tenuia atque alba: pessima ex his, si [21] tamquam ex furfuribus factas nubeculas repraesentat. [22] Diluta quoque atque alba, vitiosa est; sed [23] in phreneticis maxime. Alvus autem mala est, ex toto suppressa: periculosa etiam, quae inter febres fluens conquiescere hominem in cubili non patitur; utique si quod descendit, est perliquidum, aut albidum, aut pallidum, aut spumans. Praeter haec periculum ostendit id quod excernitur, si est exiguum, glutinosum, laeve, album, idemque subpallidum: vel si est aut lividum, aut biliosum, aut cruentum, aut pejoris odoris, quam ex consuetudine. Malum est etiam, quod [24] post longas febres sincerum est.

* Post haec indicia, [1] votum est longum morbum fieri: [2] sed et necesse est, nisi occidit. [3] Neque vitae alia spes [4] in magnis malis est, quam ut impetum morbi trahendo aliquis effugiat, porrigaturque in id tempus quod curationi locum praestet. Protinus tamen signa quaedam sunt, ex quibus colligere [5] possimus, morbum, etsi non interemerit, longius tamen tempus habiturum: [6] ubi frigidus sudor inter febres non acutas circa caput tantum, et cervices oritur; [7] aut ubi, febre non quiescente, corpus insudat; [8] aut V.

19. *subrubra et laevia)* Sic reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. In Praenot. *At urina subrubra, simileque quod subsidet, et laeve, haec longe quidem diuturnior, quam prima fit* (in qua subsidit album et laeve) *valde tamen salutaris*. Cod. Vat. I. habet *rubra, aut livida*; alii, et Edd. Manutianae, *vel rubra, aut livida*; Cod. Med. IV. et ceterae Edd. *subrubra, aut livida*.

20. *quasi folia quaedam)* ὑποστάσις πεταλώδης ab Hippocrate dicitur in Praenotionibus. Ita legitur in plerisque Codicibus. Med. I. et Vat. VIII. atque libri vulgati habent *quasi fila quaedam*.

21. *tamquam ex furfuribus factas nubeculas)* ὑποστάσις πιτυρώδης in Praenot. Codd. Med. I. et Vat. VIII. habent *nebulas* pro *nubeculas*.

22. *Diluta quoque atque alba &c.)* ex Praenot. et Aphor. 72. Sect. 4.

23. *in phreneticis)* Manut. Caesar. Pant. Steph. et Linden. *in phreniticis*.

24. *post longas febres)* Edd. Bevel. Junt. Caesar. et Linden. *post febres longas*.

1. *votum est)* optandum est. Ita habent Codd. multi; Med. I. et Vat. VIII. aliique, itemque omnes Edd. *notum est*. Eadem dicendi forma utitur Celsus lib. 3. cap. 4. *Id votum est*; et lib. 6. cap. 6. sect. 1. *votumque est, ut tantum exulceretur*.

2. *sed et necesse est)* Ita in plerisque Codicibus. De qua locutione, sane eleganti, videnda est adnot. Victorii ad epist. Ciceronis 15. lib. 3. ad Atticum, et Lexicon Forcellini. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *sit enim necesse est*. Vulgo legit. *sic enim necesse est*; ex Cod. scilicet Med. IV. in quo *sed et* in *sic. n.* mutatum est ab alia manu.

3. *Neque vitae alia spes)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae, Caesariana, et Pantiniana; alii Codd. ceteraeque Edd. *Neque ulla alia spes*.

4. *in magnis malis)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et antiquae Edd. *in malis magnis*. In Ed. Lindenii deest vox *malis*.

5. *possimus)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *possumus*.

6. *ubi frigidus sudor &c.)* ex Praenot.

7. *aut ubi, febre non quiescente &c.)* ex Praenot. et Aphor. 56. Sect. 4.

8. *aut ubi corpus &c.)* ex Praenot. et Aphor. 40. Sect. 4.

ubi corpus modo frigidum, modo calidum est, et color alius ex alio fit; [9] aut ubi quod inter febres aliqua parte abscessit, ad sanitatem non pervenit; [10] aut ubi aeger pro spatio parum emacrescit: item [11] si urina modo liquida et pura est, modo habet quaedam subsidentia; si laevia atque alba, rubrave sunt, quae in ea subsidunt; aut si [12] quasdam quasi miculas repraesentat; [13] aut si bullulas excitat.

VI. * Sed inter haec quidem, proposito metu, spes tamen superest. Ad ultima vero jam ventum esse testantur [1] nares acutae, collapsa tempora, oculi concavi, frigidae languidaeque aures, et imis partibus leniter versae, cutis circa frontem dura et intenta, color aut niger aut perpallidus; multoque magis si ita haec sunt, ut neque vigilia praecesserit, neque ventris resolutio, neque inedia. Ex quibus causis interdum haec species oritur, sed uno die finitur: itaque diutius durans, mortis index est. Si vero in morbo vetere jam triduo talis est, in propinquo mors est; magisque si praeter haec oculi quoque lumen refugiunt, et illacrimant; quaeque in iis alba esse debent, rubescunt; atque in iisdem venulae pallent; pituitaque in iis innatans, novissime angulis inhaerescit; alterque ex his minor est; iique aut vehementer subsederunt, aut facti tumidiores sunt; perque somnum palpebrae non committuntur, sed inter has ex albo oculorum aliquid apparet, neque id fluens alvus expressit; eaedemque palpebrae pallent, et idem pallor labra et nares decolorat; eademque labra, et nares, oculique, et palpebrae, et supercilia, aliquave ex his pervertuntur; isque propter imbecillitatem jam non audit, aut non videt. Eadem mors denuntiatur, [2] ubi aeger supinus cubat, eique genua contracta sunt; [3] ubi is deorsum ad pedes subinde delabitur; ubi brachia et crura nudat, et inaequaliter dispergit, neque iis calor subest; ubi hiat; ubi assidue dormit; ubi is qui mentis suae non est, neque id facere sanus solet, dentibus stridet; ubi ulcus quod

9. *aut ubi quod inter febres aliqua parte abscessit &c.)* ex Praenot. et Aphor. 51. Sect. 4.

10. *aut ubi aeger pro spatio parum emacrescit)* ex Praenot. et Aphor. 28. Sect. 2.

11. *item si urina modo liquida et pura est)* ex Praenot. Codd. Med. I. et Vat. VIII. *item si urina modo pura, et liquida est.*

12. *quasdam quasi miculas)* In Praenot. κριμνώδεες ὑποστάσιεες vocantur. Sic autem reposuit Lindenius ex emendatione Scaligeri. Antea legebatur *quasdam quasi maculas*.

13. *aut si bullulas excitat)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *aut si bullas excitat.* Plinius lib. 28. cap. 6. sect. 19. urinam bullantem vocat.

1. *nares acutae, collapsa tempora)* Haec et quae sequuntur usque ad periodum, *Neque is servari potest*, sumpta sunt ex Praenotionibus multa etiam ex Aphorismis.

2. *ubi aeger supinus cubat, eique &c.)* Ita Lindenius, et alii legunt cum Caesario. Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *ubi aegri supini cubant, hisque*.

3. *ubi is deorsum)* Ita in Mss. et in Ed. principe; in ceteris Edd. deest *is*.

aut ante, aut in ipso morbo natum est, aridum, et aut pallidum, aut lividum factum est. Illa quoque mortis indicia sunt, ungues, digitique pallidi; frigidus spiritus; aut si manibus quis [4] in febre, et acuto morbo, vel insania, pulmonisve dolore, vel capitis, in veste floccos legit, fimbriasve diducit, vel in adjuncto pariete, [5] si qua minuta eminent, carpit. Dolores etiam circa coxas et inferiores partes orti, si ad viscera transierunt, subitoque desierunt, mortem subesse testantur; magisque si alia quoque signa accesserunt. Neque is servari potest, [6] qui sine ullo tumore febricitans, subito strangulatur, aut devorare salivam suam non potest; [7] cuive in eodem febris corporisque habitu [8] cervix convertitur sic, ut devorare aeque nihil possit; aut cui simul et continua febris et ultima corporis infirmitas est; [9] aut cui, febre non quiescente, exterior pars friget, interior sic calet, ut etiam sitim faciat; [10] aut qui, febre aeque non quiescente, simul et delirio et spirandi difficultate vexatur; [11] aut qui, epoto veratro, exceptus distentione nervorum est; [12] aut qui ebrius obmutuit. [13] Is enim fere nervorum distentione consumitur, nisi aut febris accessit, aut eo tempore quo ebrietas solvi debet, loqui coepit. [14] Mulier quoque gravida acuto morbo facile consumitur; [15] et is cui somnus dolorem auget; [16] et cui protinus in recenti morbo bilis atra vel infra vel supra se ostendit; [17] cuive alterutro modo se prompsit, cum jam longo morbo corpus ejus esset

4. *in febre, et acuto morbo, vel insania)* Constantinus putat legendum esse *in febre acuto morbo*, id est in febre acuta. Nam in Praenot. unde id sumpsit Celsus, ita habetur: *In febribus acutis, aut pulmonum inflammationibus, aut phrenitide, aut capitis doloribus* &c. Cod. Venet. habet *in febre, aut acuto morbo, vel insania*. Sed insania quoque, id est phrenesis, acutus morbus est. Legerim *in febre, aut acuto morbo, ut in insania, pulmonisve dolore*.

5. *si qua minuta eminent, carpit)* Ita libri vulgati. Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Si qua minuta eminent, capit*; al. *si quae minutiae eminent, carpit*.

6. *qui sine ullo tumore febricitans* &c.*)* ex Aphor. 34. Sect. 4.

7. *cuive in eodem febris corporisque habitu* &c.*)* ex Aphor. 35. Sect. 4.

8. *cervix convertitur)* Lindenius, *cervix invertitur*.

9. *aut cui, febre non quiescente* &c.*)* ex Aphor. 48. Sect. 4.

10. *aut qui, febre aeque non quiescente* &c.*)* ex Aphor. 50. Sect. 4. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. deest particula *aeque*.

11. *aut qui, epoto veratro* &c.*)* ex Aphor. I. Sect. 5.

12. *aut qui ebrius obmutuit)* ex Aphor. I. Sect. 5.

13. *Is enim fere nervorum distentione consumitur)* Ita legit Lindenius ex emendatione Constantini; Caesarius, *Is enim nervorum distentione consumitur*. Codd. Mss. et ceterae Edd. habent *Is enim febre, adjecta nervorum distentione consumitur*; sed perperam, ut apparet ex sequentibus verbis *nisi aut febris accessit*.

14. *Mulier quoque gravida acuto morbo facile consumitur)* ex Aphor. 31. Sect. 5.

15. *et is cui somnus dolorem auget)* ex Aphor. I. Sect. 2.

16. *et cui protinus in recenti morbo bilis atra* &c.*)* ex Aphor. 22. Sect. 4.

17. *cuive alterutro modo se prompsit, cum jam longo morbo corpus ejus esset extenuatum et affectum)* ex Aphor. 23. Sect. 4. Lindenius pro *affectum* leg. *confectum*.

extenuatum et affectum. [18] Sputum etiam biliosum et purulentum, sive separatim ista, sive mixta proveniunt, interitus periculum ostendunt. Ac si circa septimum diem tale esse coepit, proximum est, ut is [19] circa quartumdecimum decedat; nisi alia signa [20] meliora pejorave accesserint: quae, quo leviora gravior ave subsecuta sunt, eo vel seriorem mortem, vel maturiorem denuntiant. [21] Sudor quoque frigidus in acuta febre [22] pestifer est: [23] atque in omni morbo vomitus, qui varius, et multorum colorum est; praecipueque si malus in hoc odor est. Ac sanguinem quoque in febre vomuisse, pestiferum est. [24] Vrina vero rubra et tenuis in magna cruditate esse consuevit; et saepe, antequam spatio maturescat, hominem rapit: itaque, si talis diutius permanet, periculum mortis ostendit. Pessima tamen est, praecipueque mortifera, nigra, crassa, mali odoris. Atque in viris quidem et mulieribus talis deterrima est: [25] in pueris vero, quae tenuis et diluta est. [26] Alvus quoque varia pestifera est; [27] quae strigmentum, sanguinem, bilem, viride aliquid, modo diversis temporibus, modo simul, et in mixtura quadam, discreta tamen, repraesentat. Sed haec quidem potest paulo diutius trahere: in praecipiti vero jam esse denuntiat, quae liquida, eademque vel nigra, vel pallida, vel pinguis est; utique si magna foeditas odoris accessit. Illud interrogari me posse ab aliquo scio: si certa futurae mortis indicia sunt, quomodo interdum deserti a medicis convalescant; quosdamque fama prodiderit, in ipsis funeribus revixisse? Quin etiam vir jure magni nominis Democritus, ne finitae quidem vitae satis certas notas esse proposuit, quibus medici credidissent: adeo illud non reliquit, ut certa aliqua signa futurae mortis essent. [28] Adversus quos ne dicam illud quidem, quod in vicino saepe quaedam notae positae, non bonos, sed imperitos medicos decipiunt; [29] quod Asclepiades funeri obvius intelle-

18. *Sputum etiam biliosum et purulentum &c.)* ex Praenot.

19. *circa quartumdecimum)* In omnibus libris additur *diem*, ex glossemate.

20. *meliora)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *mitiora*.

21. *Sudor quoque frigidus)* ex Praenot. et Aphor. 37. Sect. 4.

22. *pestifer)* Ita plerique Codices; Vat. VIII. *pestiferis*; sed syllaba *is* expuncta est; Med. I. et omnes Edd. *pestiferus*.

23. *atque in omni morbo vomitus &c.)* ex Praenot.

24. *Vrina vero rubra &c.)* Lindenius leg. *Vrina vero fulva*, ut Pantinus, et Constantinus malebant, quod Hippocrates in Praenot. *πυῤῥὸν* habeat. Sed Plinius quoque hanc vocem ita vertit lib. 28. cap. 6. sect. 19. *mala signa urinae rubrae, pessima nigrae.*

25. *in pueris vero, quae tenuis et diluta est)* ex Praenot.

26. *Alvus quoque varia pestifera est)* ex iisdem.

27. *quae strigmentum)* Lindenius, *et quae strigmentum.*

28. *Adversus quos ne dicam illud quidem)* Lindenius, *Adversus quod ne illud quidem dicam.*

29. *quod Asclepiades funeri obvius intellexit, quemdam vivere, qui efferebatur)*

xit, quemdam vivere, qui efferebatur: nec protinus crimen artis esse, si quod professoris sit. Illa tamen moderatius subjiciam: conjecturalem artem esse medicinam, rationemque conjecturae talem esse, [30] ut cum saepius aliquando responderit, [31] interdum tamen fallat. Si quid itaque [32] vix in millesimo corpore aliquando decipit, id notam non habet; cum per innumerabiles homines respondeat. Idque non in iis tantum quae pestifera sunt, dico; sed in iis quoque quae salutaria. Siquidem etiam spes interdum frustratur, et moritur aliquis, de quo medicus securus primo fuit: quaeque medendi causa reperta sunt, [33] nonnumquam in pejus alicui convertunt. Neque id evitare humana imbecillitas in tanta varietate corporum potest. Sed est tamen medicinae fides; quae multo saepius, perque multo plures aegros prodest. [34] Neque tamen ignorare oportet, in acutis morbis fallaces magis notas esse et salutis et mortis.

* Sed cum proposuerim signa quae in omni adversa vale- *VII.

Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. in aliis, et in libris vulgatis pro *quemdam* est *cum*. Plinius lib. 26. cap. 3. sect. 8. Asclepiades *magna auctoritate, nec minore fama, cum occurrisset ignoto funeri, relato homine ab rogo, atque servato*. Lindenius ita edidit (*quod Asclepiades sciens, funeri obvius inclamavit, eum vivere, qui efferebatur.*) Morgagnus propemodum credit, a Lindenio huc aliquid fuisse translatum ex illis Apuleii verbis lib. 4. Florid. *confestim exclamavit, Asclepiades, vivere hominem*.

30. *ut cum saepius aliquando responderit)* Adverbium *aliquando* videtur perperam repetitum ex sequenti periodo. Krausius leg. *ut cum saepius aliquanto responderit*. Quam mutationem si quis probet, melius leget *cum aliquanto saepius responderit*.

31. *interdum tamen fallat. Si quid itaque* &c.) Cod. Med. I. et omnes Edd. antiquae habent *interdum tamen fallat nos. Si quid itaque* &c. Vat. VIII. et alii, *interdum tamen fallat. ñ si quid itaque* &c. infra vero et Med. I. et Vat. VIII. et Editiones antiquae, *id notam non habet*. Sed *nos* glossema est; particula autem *non* locum hic habere non potest, quia sequitur *id notam non habet*; id est quamdam velut ignominiam fallaciae: quod congruit cum superioribus verbis, *nec protinus crimen artis esse, si quod professoris sit*. Cicero in Orat. pro Rabirio cap. 9. dixit, *Homo omnibus notis turpitudinis insignis*; et lib. 3. cap. 18. de Offic. *o turpem notam temporum illorum!* et Propertius lib. I. Eleg. 18. v. 8. *Nunc in amore tuo cogor habere notam*. Locutio haec non bene intellecta causa fuit, opinor, ut alii mutarint *notam non habet* in *fidem non habet*; et supra, *Si quid itaque* in *Non si quid itaque*. In plerisque enim Codicibus ita legit. *Non si quid itaque* (in aliis *ita*) ..... *decipit, fidem non habet*; in Ed. Lindenii, *Non itaque si quid ...... decipit, id fidem non habet*.

32. *vix in millesimo corpore aliquando decipit)* Lindenius, *vix millesimo in corpore aliquem decipit*.

33. *nonnumquam in pejus alicui convertunt)* Libri antiqui habent *nonnumquam in pejus aliqui* (Cod. Med. I. et Vat. VIII. *aliquid*) *convertunt*; Ed. Lindenii, *nonnumquam in pejus aliquibus vertunt*. Ego maluissem legere *alicui vertunt*; sed retinui *convertunt*; quoniam Manutii, Victorius, et Gruterus in Cicerone cap. 38. Bruti retinuerunt *quod vitium huic uni in bonum convertebat*. Lambinus quidem censet legendum esse *in bonum vertebat*; sed nullo codice suffragante. Vox autem *aliqui* manifesto mendosa est; sicut in Pandectis Florentinis lib. 5. Digest. tit. 4. de Constit. Princip. §. I. *quae princeps aliqui ob merita indulsit*, pro *quae princeps alicui* &c.

34. *Neque tamen ignorare oportet)* ex Aphor. 19. Sect. 2.

tudine communia esse consueverunt; [1] eo quoque transibo, ut, quas aliquis in singulis morborum generibus habere possit notas, indicem. Quaedam autem sunt quae ante febres, quaedam quae inter eas, quid aut intus sit, aut venturum sit, ostendunt. Ante febres, si caput grave est, aut ex somno oculi caligant, aut frequentia sternumenta sunt, circa caput aliquis pituitae impetus timeri potest. Si sanguis, aut calor abundat, proximum est, ut aliqua parte profluvium sanguinis fiat. Si sine causa quis emacrescit, ne in malum habitum corpus ejus [2] decidat, metus est. Si praecordia dolent, aut inflatio gravis est, aut toto die non concocta fertur urina, cruditatem esse manifestum est. [3] Quibus diu color sine morbo regio malus est, hi vel capitis doloribus conflictantur, vel terram edunt. [4] Qui diu habent faciem pallidam et tumidam, aut capite, aut visceribus, aut alvo laborant. [5] Si in continua febre puero venter nihil reddit, mutaturque ei color, neque somnus accedit, ploratque is assidue, metuenda nervorum distentio est. Frequens autem destillatio in corpore tenui longoque, tabem timendam esse testatur. [6] Vbi pluribus diebus non descendit alvus, docet, aut subitam dejectionem, aut febriculam instare. [7] Vbi pedes turgent, longae dejectiones sunt, ubi dolor in imo ventre et coxis est, aqua inter cutem instat. Sed hoc morbi genus ab ilibus oriri solet. [8] Idem propositum periculum est

1. *eo quoque transibo, ut &c.)* Ita lib. 4. cap. ult. *eo transire, ut arbitrio suo vivat*. Sic autem reposui ex Codd. Med. 1. et Vat. VIII. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *ea quoque transibo, ut &c.* In Cod. Vat. VI. adscripta est ab alia manu particula *ad*, ut sit *ad ea*; et ita legit Lindenius. Sed quis probet hujusmodi locutionem, *transibo ad ea signa, ut indicem, quas notas &c.?*

2. *decidat)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *recidat*.

3. *Quibus diu color sine morbo regio malus est)* ex lib. 2. Praedict. sect. 28.

4. *Qui diu habent faciem pallidam)* ex eodem Praedict. loco.

5. *Si in continua febre puero venter nihil reddit)* ex Praenot.

6. *Vbi pluribus diebus non descendit alvus)* ex lib. 2. Praedict. sect. 3.

7. *Vbi pedes turgent, longae dejectiones sunt, ubi dolor &c.)* ex Praenot. Ita habent Edd. paene omnes; nisi quod tria postrema verba in iis ita dividuntur: *sunt, ubi dolor*. Constantinus leg. *Vbi pedes turgent, et longae dejectiones sunt, ubi dolor*; Lindenius, *Vbi pedes tument, et longae dejectiones sunt, aut dolor*. Cod. Med. 1. habet *Vbi pedes turgent, longa dejectio, ubi dolor*; Vat. VIII. *Vbi pedes turgent, longe. ubi; dolor*; et ab alia manu, *longe dejectio. ubi dolor*; al. *Vbi pedes turgent, longae dejectiones sunt. Dolor si in imo ventre &c.* Videtur legendum *ubi pedes turgent, longae dejectiones sunt, dolor in imo ventre &c.*

8. *Idem propositum periculum est iis quibus voluntas desidendi est)* In Praenotionibus, unde haec sumpta sunt, ita legit. *Quibus a jecore aqua inter cutem ortum ducit, his tussis et tussis cupiditas inest, sed nihil effatu dignum exspuunt; pedesque intumescunt, ac venter non nisi dura, aegreque egerit, et circa alvum tumores fiunt, qui partim dextra, partim sinistra parte oriuntur, et desinunt*. Pantinus putat Celsum scripsisse *voluntas tussiendi*; et vocem *tussiendi* in *desidendi* mutatam fuisse ab aliquo sciolo, cui haec videbantur cohaerere debere cum sequentibus, *venter nihil reddit, nisi et aegre et durum*. Pantino assentiuntur Constantinus, et

iis quibus voluntas desidendi est, venter nihil reddit, nisi et aegre et durum, tumor in pedibus est; idemque modo dextra, modo sinistra parte ventris, invicem oritur atque finitur. [9] Sed a jecinore id malum proficisci videtur. Ejusdem morbi nota est, ubi circa umbilicum intestina torquentur; [10] στρόφους Graeci nominant; coxaeque dolores manent: [11] eaque neque tempore, neque remediis solvuntur. Dolor autem articulorum, prout in pedibus, manibusve, aut alia qualibet parte sic est, ut eo loco nervi contrahantur; aut si id membrum ex levi causa fatigatum, aeque frigido, calidoque offenditur, podagram, chiragramve, vel ejus articuli in quo id sentitur, morbum futurum esse denuntiat. [12] Quibus in pueritia sanguis ex naribus fluxit, dein fluere desiit, hi vel capitis doloribus conflictentur necesse est, vel in articulis aliquas exulcerationes graves habeant, vel aliquo morbo etiam debilitentur. [13] Quibus feminis menstrua non proveniunt, necesse est capitis acerbissimi dolores sint, vel quaelibet alia pars morbo infestetur. Eademque iis pericula sunt, [14] quibus articulorum dolores tumoresque sine podagra similibusque morbis, [15] oriuntur, et desinunt: utique si saepe tempora iisdem dolent, noctuque

Ronsseus; sed Ronsseus mavult *cupiditas* pro *voluntas*. Lindenius leg. *Idem propositum periculum est his, quibus cum voluntas desidendi est, venter nihil reddit, nisi et aegre et durum. Cum tumor in pedibus est, idemque modo dextra, modo sinistra parte ventris, invicem oritur, atque finitur, a jocinore id malum proficisci videtur*. Sed hac ratione in duas partes perperam dividitur Hippocratis sententia.

9. *Sed a jecinore* &c.) Suspicor, verba haec, et superiora *Sed id morbi genus* &c. ex modo allatis Hippocratis verbis ab enarratore aliquo formata fuisse, et margini adscripta; atque inde in contextum irrepsisse. Multa hujusmodi, quae Hippocrates conjectura persecutus est, a Celso omitti solent.

10. *στρόφους Graeci nominant*) ex Aphor. 11. Sect. 4. Sic ego reposui ex Codd. Med. 1. et Vat. VIII. Alii Codd. habent *Alius* BACANICMON. Vulgo legit. *στρόφον Graeci nominant*. Haec tria verba inserta videntur ex interpretatione margini apposita, varia pro interpretum varietate.

11. *eaque*) videlicet intestinorum tormenta, coxaeque dolores. Lindenius leg. *qui*, id est coxae dolores; sed sic intestinorum tormentum, quod gravius est, omittitur. In periodo sequenti Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *podagram, chiragramve*; Edd. ceterae, *ποδάγραν χειράγραννε*.

12. *Quibus in pueritia sanguis ex naribus fluxit*) ex lib. 2. Praedict. sect. 34.

13. *Quibus feminis menstrua non proveniunt*) ex Aphor. 58. Sect. 5.

14. *quibus articulorum dolores tumoresque sine podagra* &c.) Ita legitur in plerisque Codicibus: quae lectio plane respondet Hippocratis verbis lib. 2. Praedict. sect. 34. *Quibus autem ad articulos dolores oriuntur, et tumores, desinuntque sine podagra* &c. Cod. Med. 1. et Vat. III. atque Edd. antiquae habent *quibus articulorum vitia dolores, tumoresque sine podagra* &c. Cod. quidam apud Constantinum, et Ed. Lindenii, *quibus articulorum vitia, ut dolores, tumoresque, sine podagra* &c.

15. *oriuntur, et desinunt: utique si saepe tempora* &c.) Caesar. Gryph. Pant. Constant. Linden. leg. *oriuntur, et desinunt. Vtique si saepe tempora iisdem dolent, noctuque corpora insudant, frons prurit*. Male. Nam in loco Praedictorum supra allato nihil est de frontis prurigine, nihil de lippitudinis metu. Manifestum igitur est, his verbis, *Si frons prurit*, aliam sententiam inchoari.

corpora insudant. Si frons prurit, lippitudinis metus est. [16] Si mulier a partu vehementes dolores habet, [17] neque alia praeterea signa mala sunt, circa vicesimum diem aut sanguis per nares erumpet, aut [18] in inferioribus partibus aliquid abscedet. [19] Quicumque etiam dolorem ingentem circa tempora et frontem habebit, [20] is alterutra ratione eum finiet; magisque si juvenis erit, per sanguinis profusionem; si senior, [21] per suppurationem. [22] Febris autem quae subito sine ratione, sine bonis signis finita est, fere revertitur. Cui fauces sanguine et interdiu et noctu replentur sic, ut neque capitis dolores, neque praecordiorum, neque tussis, neque vomitus, neque febricula praecesserit, hujus aut in naribus, [23] aut in faucibus ulcus reperietur. Si mulieri [24] inguen et febricula orta est, neque causa apparet, ulcus in vulva est. Vri-

16. *Si mulier a partu vehementes dolores habet)* Sumptum id videtur ex hoc Praenotionum loco: *Ad eamdem quoque rationem, et mulieribus ex partu judicationes contingunt. Capitis dolores vehementes ac continentes, alio quidem signo accedente, admodum exitiales. Quod si sine signis ejusmodi dolor vigesimum diem superet, et febris detineat, sanguinis ex naribus eruptionem, aut alium quemdam abscessum ad inferiores sedes suspectari oportet.* Fortasse eo in Codice quo usus est Celsus, verba perperam conjungebantur hoc modo, *mulieribus ex partu judicationes contingunt, capitis dolores* &c. Pantinus, et Constantinus legendum putant *similiter caput, si vehementes dolores habet.*

17. *neque alia praeterea)* In Edd. sex primis, Caesariana, et Lindeniana deest vox *alia*.

18. *in inferioribus partibus)* In Edd. Salingiacensi, Pantiniana, et Lindeniana vox *partibus* deest.

19. *Quicumque etiam dolorem ingentem* &c.*)* Pantinus, et Constantinus putant legendum esse ex Praenot. *dolorem recentem*. At Foesius ad eum locum ita scribit: *πόνον σύντομον ponit in Coac. Praenot. quod hic ὀδύνην νεαρὰν vocat. Vtrumque Celsus consecutus videtur, cum proprie hunc locum expressit:* Quicumque etiam dolorem ingentem &c. *Galenus quoque in Comment. νεαρὰν ὀδύνην, σφοδρὰν exponit*, id est vehementem.

20. *is alterutra ratione eum finiet)* Constantinus censet delendam esse vocem *eum*. Haec in Codice quidem Vat. I. deest; sed habetur in aliis omnibus quos ego vidi. Lindenius leg. *ei alterutra ratione finiet;* quod minime probandum.

21. *per suppurationem)* Multi Codd. *suppuratione*.

22. *Febris autem quae subito sine ratione)* ex Praenot.

23. *aut in faucibus ulcus reperietur)* Constantinus putat legendum esse *aut in faucibus ulcus, aut hirudo reperietur;* quod in lib. 2. Praedict. sect. 17. ita sit: *fauces inspiciendae, num quod ulcus eo in loco, aut hirudo, βδέλλα, appareat.* Et Galenus quidem *βδέλλαν* pro hirudine accipit; at Dioscorides, vetus Hippocratis Scholiastes, varicem intelligit. Et quoniam ex varice sanguis effluere non potest, nisi rupta vena sit, ob id fortasse Celsus varicem sub ulceris nomine comprehendit. Ejusmodi parvos varices sanguinem subinde emittentes, in quorumdam faucibus nos quoque vidimus.

24. *Si mulieri inguen et febricula orta est)* ex lib. 2. Praedict. sect. 24. ubi legit. *Quibus vero ulcus in utero ortum est, sive ex partu, sive ex tuberculo, aut alia quapiam causa, iis febres et inguinum tumores obveniunt.* Βυβὼν a Celso *inguen* latine redditur. Sic lib. 3. cap. 5. *Igitur si febris semel tantum accessit, deinde desiit; eaque vel ex inguine, vel ex lassitudine, vel ex aestu fuit.* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii habent *inguen et febricula;* alii Codd. *inguine febricula;* Edd. ceterae, etiam Almeloveeniana, *ex inguine febricula;* ut est in Cod. Med. I. a manu Palavicini.

na autem crassa, [25] ex qua quod desidit, album est, significat circa articulos, aut circa viscera dolorem, metumque morbi esse. [26] Eadem viridis, aut viscerum dolorem, tumoremque cum aliquo periculo subesse, [27] aut certe corpus integrum non esse testatur. [28] At si sanguis aut pus in urina est, vel vesica, vel renes exulcerati sunt. Si haec crassa [29] carunculas quasdam exiguas quasi capillos habet, aut si bullat, [30] et male olet, et interdum quasi arenam, interdum quasi sanguinem trahit; dolent autem coxae, quaeque inter has superque pubem sunt; et accedunt frequentes ructus, interdum vomitus biliosus; extremaeque partes frigescunt; urinae crebra cupiditas, sed magna difficultas est; et quod inde excretum est, aquae simile, vel rufum, vel pallidum est, paulum tamen in eo levamenti est; alvus vero cum multo spiritu redditur, utique in renibus vitium est. [31] At si paulatim destillat, vel si sanguis per hanc editur, et in eo quaedam cruenta concreta sunt, idque ipsum cum difficultate redditur, et circa pubem interiores partes dolent, [32] in vesica vitium est. Calculosi vero his indiciis cognoscuntur; difficulter urina redditur, paulatimque, interdum etiam sine voluntate destillat; eadem arenosa est; nonnumquam aut sanguis, aut cruentum, aut purulentum aliquid cum ea excernitur; eamque quidam promptius recti, quidam resupinati, maximeque ii qui grandes calculos habent, quidam etiam

25. *ex qua quod desidit, album est)* Ex lib. 2. Praedict. Sect. 4. Ita in Libro Guilandini, et in Ed. Lindenii. Alii leg. *desidet*. Plinius lib. 28. cap. 6. sect. 19. *Mala signa crassae urinae, in qua quod subsidit, si album est, significat circa articulos, aut viscera dolorem imminere.*

26. *Eadem viridis)* In lib. 2. Praedict. sect. 34. est χλωρὸν; quod Plinius quoque viridem vertit l. c. *Eadem viridis morbum viscerum significat.*

27. *aut certe corpus &c.)* Caesar. et Linden. *aut corpus certe &c.*

28. *At si sanguis, aut pus in urina est &c.)* ex Aphor. 75. Sect. 4.

29. *carunculas quasdam exiguas quasi capillos)* Lindenius leg. *carunculas quasdam exiguas, aut quasi capillos*; quo modo Pantinus, et Constantinus putarunt emendandum esse ex Aphor. 76. Sect. 4. *Quibus cum urina crassa exiguae carunculae, aut veluti capilli simul feruntur, iis a renibus excernuntur.* Ita sane latini interpretes aphorismum hunc reddidere, Galenum secuti, qui disjunctionis particulam ab omnibus exemplaribus abesse fassus, cum tamen addendam censuit. Celsus cum antiquis exemplaribus stetit. Quin etiam, ut notat Foesius, in lib. de Nat. Homin. eadem sententia sic affertur: *Quibus una cum urina crassa prodeunt minutae carunculae capillamentorum speciem referentes, eas a renibus, et articulari morbo laborantibus prodire, nosse convenit.*

30. *et male olet, et interdum &c.)* Aliqui Codd. atque Edd. Manutianae habent *aut si male olet, et interdum &c.* alius Cod. apud Constantinum, *et si male olet, aut si interdum &c.* Ed. Turnesiana, *aut male olet, et interdum &c.* Lindeniana, *aut male olet, aut interdum &c.*

31. *At si paulatim destillat &c.)* ex Aphor. 80. et 81. Sect. 4.

32. *in vesica vitium est)* Omnes libri tum scripti, tum impressi habent *in eadem vesica vitium est.* Pantinus, cum id probare non posset, *in ipsa, aut circa ipsam vesicam* legendum putavit. Sed *eadem* glossema est, idque eumdem auctorem habet, quem illud lib. 1. cap. 3. *quem novum genus ejusdem laboris pressit.* Vide quae ibi adnotavi.

inclinati reddunt, colemque extendendo, dolorem levant; gravitatis quoque cujusdam in ea parte sensus est: [33] atque ea cursu, omnique motu augentur. Quidam etiam cum torquentur, pedes inter se, subinde mutatis vicibus, implicant. Feminae vero oras naturalium suorum manibus admotis [34] scabere crebro coguntur: nonnumquam si digitum [35] admoverunt, ubi vesicae cervicem is urget, calculum sentiunt. [36] At qui spumantem sanguinem exscreant, his in pulmone vitium est. [37] Mulieri gravidae sine modo fusa alvus elidere partum potest. [38] Eidem si lac ex mammis profluit, imbecillum est quod intus gerit: durae mammae, sanum illud esse testantur. [39] Frequens singultus, et praeter consuetudinem continuus, jecur inflammatum esse significat. [40] Si tumores super ulcera subito esse desierunt, idque a tergo incidit, vel distentio nervorum, vel rigor timeri potest: at si a priore parte id evenit, vel lateris acutus dolor, vel insania exspectanda est: interdum etiam [41] ejusmodi casum, quae tutissima inter haec est, profusio alvi sequitur. [42] Si ora venarum, sanguinem solita fundere, subito suppressa sunt, aut aqua inter cutem, aut tabes sequitur. [43] Eadem tabes subit, si in lateris dolore orta suppuratio intra quadraginta dies purgari non potuit. [44] At si longa tristitia cum longo timore et vigilia est, atrae bilis morbus subest. [45] Quibus saepe ex naribus fluit sanguis, his [46] aut lienis tumet, aut capitis dolores sunt: quos sequitur, ut quaedam ante oculos tamquam imagines obversentur. [47] At quibus magni lienes sunt, his gingivae malae sunt, et os olet, aut sanguis aliqua parte prorum-

33. *atque ea cursu, omnique motu augentur)* Caesar. Pant. Linden. leg. *augetur*; id est gravitas. Sed non solum gravitatis sensus, sed etiam urinae difficultas, ceteraque mala cursu, motuque augentur.

34. *scabere crebro coguntur)* Aliqui Codd. et Edd. Manutianae, *scalpere crebro coguntur*; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *scabere coguntur*.

35. *admoverunt)* Aliqui Codd. et Ed. Lindenii, *admoverint*. Cod. Med. I. *admover.*

36. *At qui spumantem sanguinem exscreant)* ex Aphor. 13. Sect. 5.

37. *Mulieri gravidae sine modo fusa alvus elidere partum potest)* ex Aphor. 34. Sect. 5. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. pro *elidere* est *excutere*.

38. *Eidem si lac ex mammis profluit)* ex Aphor. 52. Sect. 5.

39. *Frequens singultus, et praeter consuetudinem continuus)* In Aphor. 17. Sect. 7. quo Celsus respicit, ita legit. *propter jecoris inflammationem singultus, malum.*

40. *Si tumores super ulcera subito esse desierunt)* ex Aphor. 65. Sect. 5.

41. *ejusmodi)* Ita Codd. Mss. idque Celso usitatius, quam *hujusmodi*, quod est in libris vulgatis.

42. *Si ora venarum &c.)* Aphor. 12. Sect. 6. ita habet: *Diuturnas curanti haemorrhoides, nisi una quaepiam servetur, periculum aquae inter cutem, vel tabis impendet.*

43. *Eadem tabes subit &c.)* ex Aphor. 15. Sect. 5.

44 *At si longa tristitia &c.)* ex Aphor. 23. Sect. 6.

45. *Quibus saepe ex naribus fluit sanguis)* ex lib. 2. Praedict. sect. 30.

46. *aut lienis tumet)* Caesar. Gryph. Pant. Constant. et Steph. leg. *aut lien tumet*. Sed apud Celsum semper est *lienis* in primo casu.

47. *At quibus magni lienes sunt)* ex lib. 2. Praedict. sect. 31.

pit: quorum si nihil evenit, necesse est in cruribus mala ulcera, et ex his nigrae cicatrices fiant. [48] Quibus causa doloris, neque sensus ejus est, his mens labat. [49] Si in ventrem sanguis confluxit, ibi in pus vertitur. [50] Si a coxis, et ab inferioribus partibus dolor in pectus transit, neque ullum signum malum accessit, suppurationis eo loco periculum est. Quibus sine febre aliqua parte dolor, aut prurigo, cum rubore et calore est, ibi aliquid suppurat. [51] Vrina quoque quae in homine parum sano liquida est, circa aures futuram aliquam suppurationem esse denuntiat.

Haec vero cum sine febre quoque vel latentium, vel futurarum rerum notas habeant, multo certiora sunt, ubi febris accessit; atque etiam aliorum morborum tum signa nascuntur. Ergo protinus insania timenda est, [52] ubi expeditior alicujus, quam sani fuit, sermo est, subitaque loquacitas orta est, et haec ipsa solito audacior: [53] aut ubi raro quis et vehementer spirat, venasque concitatas habet, praecordiis duris et tumentibus. [54] Oculorum quoque frequens motus; et in capitis dolore offusae oculis tenebrae; vel nullo dolore substante somnus ereptus, continuataque nocte et die vigilia; vel prostratum contra consuetudinem corpus in ventrem sic, ut ipsius alvi dolor id non coegerit; item robusto adhuc corpore insolitus dentium stridor, insaniae signa sunt. [55] Si quid etiam abscessit, et antequam suppuraret, manente

48. *Quibus causa doloris, neque sensus ejus est, his mens labat)* ex Aphor. 6. Sect. 2. Labare mens dicitur etiam lib. 3. cap. 19. Lindenius utrobique leg. *laborat*.

49. *Si in ventrem sanguis confluxit, ibi in pus vertitur)* ex Aphor. 2. Sect. 6. cujus interpretatio videnda est in Galeni Commentario. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *Si in ventrem sanguis confluxit, ibi intus in pus vertitur*.

50. *Si a coxis, et ab inferioribus partibus)* ex Praenot. Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Si a coxis, et inferioribus partibus*.

51. *Vrina quoque quae in homine parum sano liquida est)* Ita in Ed. Lindenii. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae habent *Vrina quoque quae in homine sano parum liquida est*; alii Codd. *Vrina quoque in homine sano, si parum liquida est*; alius apud Constantinum, *Vrina quoque (quae in homine sano parum) si liquida est*.

52. *ubi expeditior alicujus, quam sani fuit, sermo est)* ex Coac. 151.

53. *aut ubi raro quis et vehementer spirat)* ex Praenot.

54. *Oculorum quoque frequens motus)* Haec et quae sequuntur usque ad periodum *Suffusae quoque sanguine* &c. sumpta sunt ex Praenot.

55. *Si quid etiam abscessit, et antequam suppuraret, manente adhuc febre, subsedit)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. in aliis, et in Edd. antiquis, *Si quid etiam abscessit, et antequam suppuraret, manente adhuc in corpore solita febre, subsedit*; in margine Ed. Constantinianae, *Si quid etiam abscessit, et antequam sputum prodiret, manente adhuc corpore in solita febre, subsedit*; in Ed. Lindenii, *Si quid etiam abscessit, et antequam sputum prodiret manente adhuc in corpore solita febre, subsedit*. Nempe Constantinus, et Lindenius, verbum *suppuraret* mendosum putarunt, quia in Praenot. ita legit. *Si vero dispareant abscessus, et intro recurrant, sputo non prodeunte, et detinente febre, gravis morbi periculum, et delirii, et mortis aegro imminet*. Sententiam quidem inde sumpsit Celsus; sed quod Hippocrates dixit de abscessibus interdum orientibus in pulmonis inflammationibus. de quibus eo loco loquitur; id

adhuc febre, subsedit, periculum affert primum furoris, deinde interitus. [56] Auris quoque dolor acutus, cum febre continua vehementique, saepe mentem turbat; et ex eo casu juniores interdum intra septimum diem moriuntur; seniores tardius: quoniam neque aeque magnas febres experiuntur, neque aeque insaniunt: ita sustinent, [57] dum is affectus in pus vertatur. [58] Suffusae quoque sanguine mulieris mammae, furorem venturum esse testantur. [59] Quibus autem longae febres sunt, his aut abscessus aliqui, aut articulorum dolores erunt. [60] Quorum faucibus in febre illiditur spiritus, instat his nervorum distentio. [61] Si angina subito finita est, in pulmonem id malum transit; idque saepe intra septimum diem occidit: [62] quod nisi incidit, sequitur, ut aliqua parte suppuret. [63] Denique post alvi longam resolutionem, tormina; [64] post haec, intestinorum laevitas oritur; [65] post nimias destillationes, tabes; [66] post lateris dolorem, vitia pulmonum; [67] post haec, insania; [68] post magnos fervores corporis, nervorum rigor aut distentio; [69] ubi caput vulneratum est, delirium; [70] ubi vigilia torsit, nervorum distentio; [71] ubi vehementer venae super ulcera moventur, sanguinis profluvium.

Celsus non minus vere dixit de aliis quoque morbis, in quibus item ejusmodi abscessus aliquando fiunt. Et pulmonum quidem inflammationes maxime per sputa solvuntur: in aliis vero morbis, si abscessus, in exteriore aliqua parte oborti, subsidunt, et materia intus ad viscera fertur, non minus perniciosum est.

56. *Auris quoque dolor acutus* &c.) ex Praenot.

57. *dum is affectus in pus vertatur*) Ita edidit Lindenius ex emendatione Pantini. Libri antiqui habent *dum is affectus intus versatur*. Etiam lib. 5. cap. 28. sect. 8. in quibusdam Codd. mendose est *pars carnis intus versa* pro *pars carnis in pus versa*.

58. *Suffusae quoque sanguine mulieris mammae* &c.) ex Aphor. 40. Sect. 5.

59. *Quibus autem longae febres* &c.) ex Aphor. 44. Sect. 4.

60. *Quorum faucibus in febre illiditur spiritus* &c.) ex Aphor. 68. Sect. 4. Ita legitur in Codd. Mss. atque in Ed. principe, itemque in Lindeniana. In ceteris Edd. pro *illiditur* est *eliditur*.

61. *Si angina subito finita est*) ex Praenot. et Aphor. 10. Sect. 5.

62. *quod nisi incidit*) Ita plerique Codd. et Ed. Constantini; Cod. Med. 1. et Vat. VIII. ceteraeque Edd. *quod nisi incidat*.

63. *Denique post alvi longam resolutionem, tormina*) ex Aphor. 75. Sect. 7. Ita in Cod. quodam apud Constantinum et in Ed. Lindenii. Veteres libri omnes, quotquot vidi, habent *Deinde* &c.

64. *post haec, intestinorum laevitas oritur*) ex Aphor. 76. Sect. 7.

65. *post nimias destillationes, tabes*) In hoc ipso capite paulo post initium; *Frequens autem destillatio in corpore tenui, longoque, tabem timendam esse testatur*. Vide cap. 22. lib. 3. et cap. 5. lib. 4.

66. *post lateris dolorem, vitia pulmonum*) ex Aphor. 11. Sect. 7.

67. *post haec, insania*) ex Aphor. 12. Sect. 7.

68. *post magnos fervores corporis* &c.) ex Aphor. 13. Sect. 7.

69. *ubi caput vulneratum est delirium*) ex Aphor. 14. Sect. 7.

70. *ubi vigilia torsit, nervorum distentio*) ex Aphor. 18. Sect. 7.

71. *ubi vehementer venae super ulcera moventur, sanguinis profluvium*) ex Aphor. 21. Sect. 7. Ita habent Cod. Med. 1. et Vat. VIII. Pendent autem septem haec posteriora membra a superiori verbo *oritur*. In aliis Codd. et in libris editis legit. *sanguinis profluvium erit*; et in Ed. Salingiacensi, *supra ulcera* pro *super ulcera*.

Suppuratio vero [72] pluribus morbis excitatur. Nam si longae febres sine dolore, sine manifesta causa remanent, in aliquam partem in malum incumbit; [73] in junioribus tamen: nam in senioribus ex ejusmodi morbo quartana fere nascitur. Eadem suppuratio fit, si praecordia [74] dura, dolentia ante vicesimum diem hominem non sustulerunt, neque sanguis ex naribus fluxit, maximeque in adolescentibus; utique si inter principia aut oculorum caligo, aut capitis dolores fuerunt: sed tum in inferioribus partibus aliquid abscedit. [75] At si praecordia tumorem mollem habent, neque habere [76] intra sexaginta dies desinunt, haeretque per omne id tempus febris; [77] tum in superioribus partibus fit abscessus: [78] ac si inter ipsa viscera non fit, circa aures erumpit. [79] Cumque omnis longus tumor ad suppurationem fere spectet, magis eo tendit is qui in praecordiis, quam is qui in ventre est; [80] is qui supra umbilicum, quam is qui infra est. [81] Si lassitudinis etiam sensus in febre est, vel in maxillis, vel in articulis aliquid abscedit. Interdum quoque urina tenuis et cruda sic diu fertur, ut alia salutaria signa sint; exque eo casu plerumque infra transversum septum; [83] quod διάφραγμα Graeci vocant; fit abscessus.

72. *pluribus morbis)* In multis Codd. atque in Ed. Lindenii legitur *pluribus modis*; sed minus recte.

73. *in junioribus tamen)* ex Praenot. Ita habent Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae; Caesariana, aliaeque, *in junioribus tantum*; Lindeniana, *sed in junioribus tantum*.

74. *dura, dolentia ante vicesimum diem* &c.*)* Lindenius, *dura et dolentia ante diem vigesimum* &c.

75. *At si praecordia)* Ita Lindenius, aliique legunt cum Caesario; al. *Aut si praecordia*, ut est in Mss.

76. *intra sexaginta dies)* Quidam Codd. *intra XL. dies*; scilicet nota *L* perperam transposita.

77. *tum in superioribus partibus* &c.*)* Ita legunt Caesarius, et alii, inter quos Lindenius. Codd. Mss. atque Edd. sex primae et Manutianae habent *Sed tum in superioribus partibus* &c

78. *ac si inter ipsa viscera non fit)* Ita ex emendatione Pantini. Cod. Med. 1. Vat. VIII. et alii multi, itemque Edd. sex primae, Manutianae, Caesariana, et Ruelliana habent *ac si inter ipsa ulcera non fuit*; Cod. Vat. IV. ab alia manu, Editionesque Salingiacensis, Gryphiana, Constantiniana, *ac si inter ipsa ulcera non fluit*. Sententia sumpta est ex Praenot. *Si neque intra vigesimum diem febris quiescat, neque tumor praecordiorum subsidat, ad suppurationem res vertitur. His autem primo circuitu etiam sanguinis e naribus fluxus contingit, valdeque juvat .... Molles autem tumores, et doloris expertes, digitisque cedentes, longiores judicationes faciunt, illisque minus graves sunt. Quod si intra dies sexaginta neque febris cesset, neque tumor subsidat, fore suppurationem eo loco, et reliquo ventre eodem modo significat*. Lindenius legit *ac si inter ipsa initia sanguis e naribus non fluit*: quod, ut notat Morgagnus, unde sumpserit, non apparet, cum in Praenotionibus, ex quibus reliqua sunt, non inveniatur.

79. *Cumque omnis longus tumor* &c.*)* ex Praenot.

80. *is qui supra umbilicum)* Manutii, Ruel. et Linden. *et is qui supra umbilicum*.

81. *Si lassitudinis etiam sensus in febre est)* ex Aphor. 31. Sect. 4.

82. *Interdum quoque urina tenuis* &c.*)* ex Praenot.

83. *quod διάφραγμα Graeci vocant)* Plerique Codd. pro *διάφραγμα* habent CTPEΒΛΩCΙΝ: ex qua lectionis varietate facile apparet, membrum hoc, *quod διάφραγμα Graeci vocant*, esse addititium. In prooem.

[84] Dolor etiam pulmonis, [85] si neque per sputa, neque per sanguinis detractionem, neque per victus rationem finitus est, vomicas aliquas [86] intus excitat [87] aut circa vicesimum diem, aut circa tricesimum, aut circa quadragesimum, nonnunquam etiam circa sexagesimum. Numerabimus autem ab eo die quo primum febricitavit aliquis, aut inhorruit, aut gravitatem ejus partis sensit. Sed hae vomicae [88] modo a pulmone, modo a contraria parte nascuntur. [89] Quod suppurat, ab ea parte quam afficit, dolorem inflammationemque concitat; [90] ipsum calidius est; et si in partem sanam aliquis decubuit, onerare eam ex pondere aliquo videtur. [91] Omnis etiam suppuratio quae nondum oculis patet, sic deprehendi potest: si febris non dimittit, eaque interdiu levior est, noctu increscit; multus sudor oritur; cupiditas tussiendi est, et paene nihil in tussi exscreatur; oculi cavi sunt; malae rubent;

lib. 1. legitur *transversum septum, quod membrana quadam superiores partes ab inferioribus diducit; διάφραγμα Graeci vocant* Sed fortasse ibi quoque adnotatio in contextum irrepsit. Celsus lib. 4. cap. 1. ubi interiores corporis partes, earumque sedes ostendit, ita scribit: *sub corde atque pulmone transversum ex valida membrana septum est, quod a praecordiis uterum diducit*; ubi aptius adjicere potuisset, quo modo septum id a Graecis nominaretur. Alibi quoque semper transversum septum vocat. Hippocrates tum in Praenotionibus, unde haec sententia sumpta est, tum alibi φρένας appellat. Plinius lib. 11. cap. 38. sect. 7. ita scribit; *Exta homini ab inferiore viscerum parte separantur membrana, quae praecordia appellant, quia cordi praetenditur.* Galenus tamen lib. 5. de locis Affect. docet, ab antiquis, etiam a Platone, διάφραγμα nominatum fuisse. Sed si haec verba, *διάφραγμα Graeci vocant,* in prooemio retinentur, hic certe retinenda non sunt.

84. *Dolor etiam pulmonis &c.)* ex Praenot. Ita in Codd. Mss. Antiquae Edd. habent *Dolor autem pulmonis;* Ed. Lindenii, *Dolor pulmonis.*

85. *si neque per sputa, neque per sanguinis detractionem)* Ita in Coacis n. 394. In Praenot. additur *neque per faecum alvi dejectionem...... aut medicamenta purgantia.* Aliqui Codd. habent *neque per sputa cucurbitulas, neqoe per sanguinis detractionem;* Med. IV. in margine *neque per,* ut sit *neque per cucurbitulas;* sed et vox *cucurbitulas,* et duae *neque per* ab eadem manu expunctae sunt. Vulgo legit. *si neque per sputa, neque per cucurbitulas, neque per sanguinis detractionem.*

86. *intus excitat)* Ita Codd. paene omnes, itemque Edd. Manutiorum, et Constantini. In ceteris Edd. legit. *interdum excitat;* ex Cod. Med 1. in quo scriptum est *int̃*, et supra ab antiqua manu additum *dum.*

87. *aut circa vicesimum diem, aut circa tricesimum)* Ita legit Lindenius; et ita est in Praenotionibus: in Coacis autem 402. vicesimi diei mentio non fit. Cod. Med. 1. et Vat. VIII. multaeque Edd. non habent prius membrum, *aut circa tricesimum;* alii Codd. et Edd. Manutianae habent hoc, non insequens, *aut circa quadragesimum.* Videlicet alterum in his libris, alterum in illis ab indiligentibus librariis omissum fuit.

88. *modo a pulmone, modo a contraria parte rumpuntur)* id est modo rumpuntur a pulmonem parte, at tunc pus per asperam arteriam exit: modo ab exteriore, tuncque pus in cavum thoracis effunditur, et fit id quod ἐμπύημα graece nominatur. Pantinus legendum censuit *a costarum parte;* et ita edidit Lindenius.

89. *Quod suppurat, ab ea parte quam afficit)* ex Praenotionibus. In Ed. Lindenii legitur *Quod suppurat, ea parte quam afficit.*

90. *ipsum calidius est)* In margine Ed. Constantinianae legit. *ipsumque latus calidius est;* in Ed. Lindenii, *ipsumque calidius est.*

91. *Omnis etiam suppuratio quae nondum oculis patet &c.)* ex Praenot.

venae sub lingua inalbescunt; in manibus fiunt adunci ungues; digiti, maximeque summi, [92] calent; in pedibus tumores sunt; spiritus difficilius trahitur; cibi fastidium est; [93] pusulae toto corpore oriuntur. Quod si protinus initio dolor et tussis fuit, et spiritus difficultas, vomica vel ante, vel circa vicesimum diem erumpet: si serius ista coeperint, necesse est quidem increscant; sed quo minus cito [94] affecerint, eo tardius solventur. Solent etiam in gravi morbo pedes cum digitis unguibusque nigrescere: quod si non est mors consecuta, et reliquum corpus [95] invaluit, pedes tamen decidunt.

* [1] Sequitur, ut in quoque morbi genere proprias notas explicem, quae vel spem, vel periculum ostendant. [2] Ex vesica dolenti, si purulenta urina processit, [3] inque ea laeve et album subsedit, metum detrahit. In pulmonis morbo, [4] si sputo ipse levatur dolor, quamvis id purulentum est, [5] tamen aeger facile spirat, facile exscreat, morbum ipsum non difficulter fert, potest ei secunda valetudo contingere. Neque inter initia terreri convenit, si protinus sputum mixtum est [6] rufo quodam, et sanguine, [7] dummodo statim edatur. [8] Laterum dolores, suppuratione facta, deinde intra quadragesimum diem purgata, finiuntur. [9] Si in je- *VIII.

92. *calent)* Ita legitur in Edd. Caesarii, Pantini, et Lindennii, atque ita legendum est. Nam in Praenot. est *θερμαίνονται*; itemque in Coac. 402. Codd. Mss. ceteraeque Edd. habent *pallent*.

93. *pusulae)* Ita scriptum erat in Cod. Vat. VIII. postea, littera *u* erasa et litteris *st* supra scriptis, factum est *pustulae*, ut habent alii Codd. et omnes Editiones. Sed vide adnot. 1. ad sect. 15. cap. 28. lib. 5.

94. *affecerint)* Lindenius, *affuerint*.

95. *invaluit)* Lindenius, *convaluit*; et fortasse rectius. Vide adnot. 1. ad cap. 32. lib. 4.

1. *Sequitur)* Caput hoc duas partes habet: in priore quae hinc incipit, notae quae in quoque morbi genere spem ostendunt, explicantur: in sequenti, quae incipit ab illis verbis *Contra, si vesica*, eae quae periculum denunciant, eodem conservato morborum ordine, exponuntur.

2. *Ex vesica dolenti)* ex Praenot. Alii leg. *Ex vesica dolente*.

3. *inque ea)* urina. Lindenius perperam leg. *inque eo*.

4. *si sputo ipse levatur dolor)* ex Praenot. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii habent *si sputo ipso*; sed in Cod. Mediceo supra litteram *o* vocis *ipso* addita est ab antiqua manu littera *e*, ut sit *ipse*; quo modo legitur in aliis Codd. et in Edd. antiquis.

5. *tamen aeger facile spirat)* Lindenius, *tamen. si aeger facile spirat*.

6. *rufo quodam, et sanguine)* In Praenot. *In pulmonis inflammationibus, si inter initia morbi sputum excernitur flavum, non multo permixtum sanguine, salutare est, et confert admodum*; in Coac. 390. *Sputum flavum, cui paulum sanguinis admixtum est, initio quidem salutem pollicetur; quod vero septimo die. aut longiore spatio apparet, non adeo tutum*. In Codd. Mediceis III. et VI. atque in margine Ed. Constantinianae, itemque in Ed. Lindenii leg. *rufo quodam sanguine*; sed minus recte.

7. *dummodo statim edatur)* videlicet ante diem septimum. Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque omnes Edd. antiquae; alii Codd. et Ed. Lindenii, *dummodo statim sedetur*; sed perperam.

8. *Laterum dolores &c.)* Ex Aphor. 15. Sect. 5.

9. *Si in jecinore vomica est &c)* ex Aphor, 45. Sect. 7.

cinore vomica est, et ex ea fertur pus purum et album, [10] salus facilis est: id enim malum in tunica est. [11] Ex suppurationibus vero eae tolerabiles sunt, quae in exteriorem partem feruntur, et acuuntur: [12] et ex iis quae intus procedunt, eae leviores [13] quae contra se cutem non afficiunt, eamque et sine dolore, et ejusdem coloris cujus reliquae partes sunt, sinunt esse. Pus quoque quacumque parte erumpit, si est laeve, [14] album et unius coloris, sine ullo metu est; et quo effuso, febris protinus conquievit, desieruntque urgere cibi fastidium, et potionis desiderium. Si quando etiam suppuratio descendit in crura, sputumque [[15] ejusdem] factum pro rufo purulentum est, periculi minus est. [16] At in tabe, ejus qui salvus futurus est, sputum esse debet album, aequale totum, ejusdemque coloris, sine pituita; eique etiam simile esse oportet, si quid in nares a capite destillat. Longe optimum est, febrem omnino non esse; secundum est, [17] tantulam esse, [18] ut neque cibum impediat, neque crebram sitim faciat. Alvus in hac valetudine ea tuta est, quae quotidie coacta, eaque convenientia iis quae assumuntur, reddit; corpus id quod minime tenue, maximeque lati pectoris atque setosi est, cujusque cartilago exigua et carnosa est. [19] Super tabem, si mulieri suppressa

10. *salus facili est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *salus ei facilis*.

11. *Ex suppurationibus vero, eae tolerabiles sunt &c.)* ex Praenot.

12. *et ex iis)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Linden. *At ex iis*, vel *his*.

13. *quae contra se cutem non afficiunt)* in Praenot. *Suppurationes quae intro rumpuntur, optimae, ubi nihil cum externa sede communicant, in sese contrahuntur &c.* Celsus dicit, *quae contra se cutem non afficiunt:* qua forma etiam alibi utitur. Lib. 8. cap. 8. *si acuta fragmenta sunt, incidi contra cutis debet*; et cap. 20. lib. 4. *Tum animadvertere oportet, quo loco malum sit: solet enim contra id tumere*. Pantinus putat Celsum scripsisse *contractae*; hanc autem vocem in *contra se* mutatam fuisse ab aliquo sciolo. Hinc *contractae* habet in margine Ed. Constantini. Lindenius leg. *quae conclusae cutem non afficiunt*; ex Scaligero. Is enim haec adnotavit: » *conclusae*; pro quo veteres Editiones, *contra se*. » Sed non solum veteres Editiones, verum etiam Codd. Mss. quotquot ego vidi, habent *contra se*.

14. *album et unius coloris)* verbum ὁμόχροον, quo usus est Hippocrates, Celsus latine reddit *unius coloris*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *album, unius coloris*, Ed. Lindenii, *album et unius modi*.

15. *ejusdem)* Vox haec addita videtur ab illo ipso qui eamdem addidit in eo loco antecedentis cap. 7. de quo dictum est in adnot. 3. et in alio de quo in adnot. 21. ad cap. 3. lib. I.

16. *At in tabe)* ex Praenot. et lib. 2. Praedict. sect. 16.

17. *tantulam)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Edd. Caesarii, et Pantini. Alii Codd. aliaeque Edd. habent *tantulum*; Ed. Lindenii, *tantillam*, ut est in margine Constantinianae.

18. *ut neque cibum impediat)* Lindenius leg. *ut neque tantulum cibum impediat*; sed *tantulum* addidit de suo. Nam in Praenot. unde tota haec sententia sumpta est, ita habetur: *supersunt, qui cibos celeriter appetierint, et siti liberantur*.

19. *Super tabem, si mulieri suppressa quoque menstrua fuerunt)* ex lib. 2. Praedict. sect. 6. Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *super tabem, si mulieri quoque oppressa &c.* Libri vulgati, *super tabem, si mulieri quoque suppressa &c.*

quoque menstrua fuerunt, et circa pectus atque scapulas dolor mansit, subitoque sanguis erupit, levari morbus solet: nam et tussis minuitur, [20] et sitis atque febricula desinunt. Sed iisdem fere, nisi redit sanguis, vomica erumpit; quae quo cruentior, eo melior est. Aqua autem inter cutem minime terribilis est, quae nullo antecedente morbo coepit; deinde, quae longo morbo supervenit: utique [21] si firma viscera sunt; si spiritus facilis; si nullus dolor; si sine calore corpus est, aequaliterque in extremis partibus macrum est; si venter mollis; si nulla tussis; nulla sitis; si lingua ne per somnum quidem inarescit; si cibi cupiditas est; si venter medicamentis movetur; si per se excernit mollia et figurata; [22] si extenuatur; si urina, et vini mutatione, et epotis aliquibus medicamentis mutatur; si corpus sine lassitudine est, [23] et morbum facile sustinet: siquidem in quo omnia haec sunt, is ex toto tutus est; in quo plura ex his sunt, is in bona spe est. [24] Articulorum vero vitia, ut podagrae chiragraeque, si juvenes tentarunt, neque callum induxerunt, solvi possunt: maximeque torminibus leniuntur, [25] et quocumque modo venter fluit. [26] Item morbus comitialis ante pubertatem ortus, non aegre finitur: et in quo ab una parte corporis venientis accessionis sensus incipit, optimum est a manibus pedibusve initium fieri; deinde a lateribus; pessimum inter haec a capite. Atque in his quoque ea maxime prosunt, quae per dejectiones excernuntur. [27] Ipsa autem dejectio sine ulla noxa est, quae sine febre est; si celeriter desinit; si contrectato ventre nullus motus ejus sentitur; si extremam alvum spiritus sequitur. [28] Ac ne tormina quidem pe-

20. *et sitis atque febricula desinunt)* Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *et sitis atque febriculae desinunt.*

21. *si firma viscera sunt)* ex lib. 2. Praedict. sect. 5.

22. *si extenuatur)* scilicet venter. *Id enim quod extenuatur, medicinam sentit*, ut est in lib. 3. cap. 21. Lindenius leg. *Si non extenuatur;* et corpus intelligere videtur: quod minus probandum.

23. *et morbum facile sustinet)* Ita in omnibus antiquis libris. Pantinus vocem *morbum* omnino non rejicit; suspicatur tamen Celsum scripsisse *motum;* quod ταλαιπωρίην, id est laborem, dixerit Hippocrates lib. 2. Praedict. sect. 5. Pantino assentitur Constantinus. Lindenius quoque leg. *et motum facile sustinet.* Sed qui morbum facile sustinet, is videtur laborem quoque aliquem sustinere posse. Ac morbum aut laborem sustinere, recte dicitur; haud tamen scio, num dici possit motum sustinere.

24. *Articulorum vero vitia &c.)* ex lib. 2. Praedict. sect. 7.

25. *et quocumque modo)* Ita Codd. plerique omnes. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae, *et ex quocumque modo*; Ed. Lindenii, *et si quocumque modo.*

26. *Item morbus comitialis &c.)* ex Aphor. 7. Sect. 5. et lib. 2. Praedict. sect. 8.

27. *Ipsa autem dejectio sine ulla noxa est)* ex lib. 2. Praedict. sect. 21.

28. *Ac ne tormina quidem periculosa sunt)* ex lib. 2. Praedict. sect. 19. Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. in Libro Guilandini, et in Ed. Lindenii; nisi quod in Cod. Med. pro *Ac ne* scriptum est *agne.* Alii Codd. habent *Acria tormina quidem periculosa sunt;* Edd. antiquae, *Acria tormina quidem periculosa non sunt.*

riculosa sunt, si sanguis et strigmenta descendunt, dum febris ceteraeque accessiones hujus morbi absint: adeo ut etiam gravida mulier, non solum [29] servari possit, sed etiam partum reservare. Prodestque in hoc morbo, si jam aetate aliquis processit. [30] Contra intestinorum laevitas facilius a teneris aetatibus depellitur; utique si ferri urina, et ali cibo corpus incipit. [31] Eadem aetas prodest, et in coxae dolore, et humerorum, [32] et in omni resolutione nervorum. Ex quibus coxa si sine torpore est, si leviter friget, quamvis magnos dolores habet, tamen et facile, et mature sanatur: resolutumque membrum, si nihilo minus alitur, fieri sanum potest. Oris resolutio etiam alvo cita finitur. [33] Omnisque dejectio lippienti prodest. [34] At varix ortus, vel per ora venarum subita profusio sanguinis, vel tormina, insaniam tollunt. [35] Humerorum dolores qui ad scapulas vel manus tendunt, vomitu atrae bilis solvuntur: [36] et quisquis dolor deorsum tendit, sanabilior est. [37] Singultus sternumento finitur. [38] Longas dejectiones supprimit vomitus. [39] Mulier sanguinem vomens, profusis menstruis liberatur. [40] Quae menstruis non purgatur, si sanguinem ex naribus fudit, omni periculo vacat. [41] Quae locis laborat, aut difficulter partum edit, sternumento levatur. [42] AEstiva quartana fere brevis est. [43] Cui calor et tremor est, saluti delirium est. [44] Lienosis bono tormina sunt. Denique ipsa febris, quod maxime mirum videri potest, saepe praesidio est. [45] Nam et praecordiorum dolores, si sine inflammatione sunt, finit; [46] et jecinoris

29. *servari)* Ita ex emendatione Constantini. Libri antiqui habent *reservari*; Ed. Lindenii, *conservari*.

30. *Contra intestinorum laevitas &c.)* ex lib. 2. Praedict. sect. 20.

31. *Eadem aetas prodest, et in coxae dolore)* ex lib. 2. Praedict. sect. 33. et 34.

32. *et in omni resolutione nervorum)* ex lib. 2. Praedict. sect. 32.

33. *Omnisque dejectio lippienti prodest)* ex Aphor. 17. Sect. 6.

34. *At varix ortus &c.)* ex Aphor. 21. Sect. 6.

35. *Humerorum dolores &c.)* ex lib. 2. Praedict. sect. 33.

36. *et quisquis dolor deorsum tendit, sanabilior est)* ex lib. 2. Praedict. sect. 34.

37. *Singultus sternumento finitur)* ex Aphor. 13. Sect. 6.

38. *Longas dejectiones supprimit vomitus)* ex Aphor. 15. Sect. 6.

39. *Mulier sanguinem vomens, profusis menstruis liberatur)* ex Aphor. 32. Sect. 5.

40. *Quae menstruis non purgatur &c.)* ex Aphor. 33. Sect. 5.

41. *Quae locis laborat &c.)* ex Aphor. 35. Sect. 5.

42. *AEstiva quartana fere brevis est)* ex Aphor. 25. Sect. 2. Lindenius transfert hoc membrum in alteram hujus capitis partem, ubi legit. *Quartana autumnalis &c.*

43. *Cui calor et tremor est, saluti delirium est)* ex Aphor. 26. Sect. 6.

44. *Lienosis bono tormina sunt)* ex Aphor. 48. Sect. 6. Multi legunt *Lienosis bona tormina sunt*, ut est in Ed. 1493.

45. *Nam et praecordiorum dolores &c.)* ex Aphor. 40. Sect. 6.

46. *et jecinoris dolori succurrit)* ex Aphor. 52. Sect. 7. Ita in Cod. Med. 1. sed vox *dolori*, littera *s* supra ultimam ejus syllabam ab antiqua manu addita, mutata est in *doloris*. Eodem modo loquitur Celsus cap. 11. hujus lib. *Neque posse vehementi malo, nisi aeque vehemens auxilium succurrere*; et lib. 4. cap. 11. *Neque tamen ulli*

dolori succurrit; [47] et nervorum distentionem rigoremque, si postea coepit, ex toto tollit; [48] et ex difficultate urinae morbum tenuioris intestini ortum, si urinam per calorem movet, levat. [49] At dolores capitis quibus oculorum caligo et rubor cum quadam frontis prurigine accedunt, sanguinis profusione, vel fortuita, vel etiam petita summoventur. [50] Si capitis ac frontis dolores ex vento, vel frigore, aut aestu sunt, gravedine et sternumentis finiuntur. Febrem autem ardentem, [51] quam Graeci καυσώδη vocant, subitus horror exsolvit. [52] Si in febre aures obtusae sunt, si sanguis e naribus fluxit, aut venter resolutus est, illud malum desinit ex toto. [53] Nihil plus adversus surditatem, quam biliosa alvus potest. Quibus in fistula urinae [54] minuti abscessus, quos φύματα Graeci vocant, esse coeperunt, iis, ubi pus ea parte profluxit, sanitas redditur. Ex quibus cum pleraque per se proveniant, scire licet, [55] inter ea quoque quae ars adhibet, naturam plurimum posse. [56] Contra, si vesica cum febre continenti dolet, [57] neque venter

morbo minori momento succurritur. Cod. Vat. VIII. habet *jocineris dolores currit*; alii atque omnes Edd. *et in jecinoris dolore succurrit*.

47. *et nervorum distentionem, rigoremque* &c.) ex Aphor. 57. Sect. 4.

48. *et ex difficultate urinae morbum intestini tenuioris ortum* &c.) ex Aphor. 44. Sect. 6. Sed Galeno suspectus is Aphorismus est, quia, ut ait, *neque ratio veritatem ejus demonstrat, neque docet experientia*.

49. *At dolores capitis* &c.) ex lib. 2. Praedict. Sect. 26.

50. *Si capitis* &c.) ex eadem Sect.

51. *quam Graeci καυσώδη vocant* &c.) ex Aphor. 58. Sect. 4. Ita Ruellius, Stephanus, et Lindenius; al. *causoden*; al. καύσωνα; Constantinus, pro καυσώδη, καῦσον; Codd. Mss. KAYCOΔEN. Fortasse haec verba ex margine irrepserunt. Celsus cap. 1. hujus libri ita scripsit: *sed adjicit febres vel continuas, vel ardentes*; nec putavit opus esse subjicere quomodo febris ardens a Graecis vocaretur.

52. *Si in febre aures obtusae sunt*) ex Aphor. 60. Sect. 4.

53. *Nihil plus* &c.) ex Aphor. 27. Sect. 4.

54. *minuti abscessus, quos φύματα Graeci vocant*) ex Aphor. 82. Sect. 4. Ita legit Lindenius. Cod. Med. 1. et Edd. antiquae habent *uti minuti abscessus* &c. Cod. Vat. VIII. *uti minutiores abscessus* &c. al. *minuti apices* &c. Tum aliqui Codd. atque Edd. Caesar. Pant. Steph. Linden. φύματα; Cod. Med. 1. ΘYNATA; Vat. VIII. ΘYMIATA; aliae Edd. θύνατα; al. *thynata*. Vide quae adnotavi ad cap. 18. sect. 16. lib. 5.

55. *inter ea quoque quae ars adhibet* &c.) Lindenius, *inter ea, quae ars adhibet* &c.

56. *Contra, si vesica cum febre continenti dolet*) In Edd. antiquis legit. *Contra, si caput febre* &c. in Ed. Linden. *Contra, si caput in febre* &c. Cum Celsus in prima hujus capitis parte, proprias cujusque morbi notas explicans quae spem ostendunt, a vesicae dolore inceperit; in hac altera, ad eas indicandas transiens, quae periculum denuntiant, eodem morborum ordine conservato quo in prima usus est, non a capitis, sed a vesicae dolore debuit incipere. Pantinus conjecit legendum esse *Contra si vesica febre continenti dolet*. Ego reposui *Contra si vesica cum febre continenti dolet*; veteris scripturae vestigia secutus, quae manent in omnibus, quotquot vidi, Codicibus; id est *Contra sive caput febre* &c. Verisimile igitur est, secundam syllabam vocis *sive* primam fuisse vocis *vesicae*; et syllabam *si*, quae sequebatur, diffugiente atramento, evanuisse: librarios autem ex reliquis *si ea cum* fecisse *si caput*.

57. *neque venter quidquam reddit*) Libri antiqui habent *neque quidquam reddit*. Ego restitui vocem *venter*; quae omnino necessaria est. Hippocrates enim in Praeno-

quidquam reddit, malum atque mortiferum est; maximeque id periculum est pueris a septimo anno ad quartumdecimum. [58] in pulmonis morbo, si sputum primis diebus non fuit, deinde a septimo die coepit, et ultra septimum mansit, periculosum est: quantoque magis mixtos, neque inter se diductos colores habet, tanto deterius. Et tamen nihil pejus est, quam sincerum id edi, sive rufum est, sive cruentum, sive album, sive glutinosum, sive pallidum, sive spumans: nigrum tamen pessimum est. In eodem morbo periculosa sunt tussis, destillatio, etiam, quod alias salutare habetur, sternumentum: [59] periculosissimumque est, si haec secuta subita dejectio est. Fere vero quae in pulmonis, eadem [60] in lateris dolore, et mitiora signa, et asperiora esse consuerunt. [61] Ex jecinore si pus cruentum exit, mortiferum est. [62] At ex suppurationibus eae pessimae sunt, quae intus tendunt sic, ut exteriorem quoque cutem decolorent: [63] ex iis deinde quae in exteriorem partem prorumpunt, quae maximae, quaeque planissimae sunt. Quod si ne rupta quidem vomica, vel pure extrinsecus emisso, febris quievit, aut quamvis quieverit, tamen repetit; item si sitis est, si cibi fastidium, si venter liquidus, si pus est lividum et pallidum, si nihil aeger exscreat nisi pituitam spumantem, periculum certum est. Atque ex iis quidem suppurationibus quas pulmonum morbi concitarunt, fere senes moriuntur: ex ceteris juniores. [64] At in tabe sputum mixtum purulentum, febris assidua, quae et cibi tempora eripit, et siti affligit, in corpore tenui periculum subesse [65] testantur. Si quis etiam in eo

tionibus, unde haec sumpsit Celsus, ita scripsit: *At vesicae tum durae, tum dolentes grave prorsus et exitiale periculum portendunt. Maxime autem exitiales, quae cum febre assidua fiunt. Nam et ipsarum vesicarum dolores ad mortem inferendam satis sunt; neque alvi hoc tempore excernunt, nisi durum quiddam et coactum.* Facile autem quatuor ultimae litterae vocis *venter* omitti potuerunt, quod in exemplari fortasse scriptum erat *neq; ven̄.* cujusmodi notis librarii frequenter utebantur. Constantinus putat reponendum esse *neque vesica quicquam reddit.* Lindenius leg. *neque quicquam remittit*, id est dolor; quippe supra habet *Contra, si caput dolet.*

58. *In pulmonis morbo &c.)* ex Praenot.

59. *periculosissimumque est, si haec secuta subita dejectio est)* ex Aphor. 16. Sect. 6.

60. *in lateris dolore)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *in lateris doloribus.*

61. *Ex jecinore si pus cruentum exit, mortiferum est)* ex Aphor. 45. Sect. 7.

62. *At ex suppurationibus &c.)* ex Praenot.

63. *ex iis deinde quae in exteriorem partem prorumpunt, quae maximae &c.)* Ita aliqui Codd. atque Edd. Manut. Ruel. Gryph. Pant. Constant. et Steph. In Edd. sex primis, et Caesariana pro *prorumpunt* est *prorumpit.* Alii Codd. habent *ex iis deinde quae in exteriorem partem prorumpunt, eae pessimae* (Med. I. et Vat. VIII. *heae saepissime*) *quae maximae &c.* Lindenius leg. *quae in exteriorem partem prorumpit; tum quae maximae &c.*

64. *At in tabe &c.)* ex Praenot. et lib. 2. Praedict. sect. 6.

65. *testantur)* Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Constantini; alii Codd. ceteraeque Edd. *testatur.*

morbo diutius traxit, [66] ubi capilli fluunt, ubi urina quaedam araneis similia [67] subsidentia ostendit, [68] atque in sputis odor foedus est; [69] maximeque ubi post haec orta dejectio est, protinus moritur: [70] utique si tempus autumni est; quo fere, qui cetera parte anni traxerunt, resolvuntur. [71] Item pus exspuisse in hoc morbo, deinde ex toto spuere desiisse, mortiferum est. [72] Solet etiam in adolescentibus is morbus ex vomica fistulave oriri: qui non facile sanescunt, nisi si multa signa bonae valetudinis subsecuta sunt. Ex reliquis vero minime facile sanantur virgines, aut eae mulieres [73] quibus super tabem menstrua suppressa sunt. [74] Cui vero sano subitus dolor capitis ortus est, dein somnus oppressit sic, ut stertat, neque expergiscatur, intra septimum diem pereundum est; [75] magis si, cum alvus cita non antecesserit, palpebrae dormientis non coeunt, [76] sed album oculorum apparet. [77] Quos tamen ita mors sequitur, si id malum non est febre

66. *ubi capilli fluunt)* ex Aphor. 11. Sect. 5.

67. *subsidentia)* ex Praenot. Sed graeci Codd. variant: alii habent *ὑφιςταμένας ἀραχνοειδέας*; al. *ἐφιςταμένας ἀραχνοειδέας*; ut adnotat Foesius. Videtur igitur in eo Codice quo usus est Celsus, fuisse *ὑφιςταμένας*. Lindenius leg. *supersidentia*. Vide in calce Epist. 1. et 2.

68. *atque in sputis odor foedus est)* Ita legendum monuerunt Pantinus, et Constantinus ex Aphor. 11. Sect. 5. atque ita edidit Lindenius. Libri antiqui habent *atque in his odor foedus est*.

69. *maximeque ubi post haec orta dejectio est)* ex Aphor. 12. Sect. 5.

70. *utique si tempus autumni est)* ex Praenot. et Aphor. 10. Sect. 3.

71. *Item pus exspuisse in hoc morbo &c.)* ex Aphor. 16. Sect. 7.

72. *Solet etiam in adolescentibus is morbus ex vomica fistulave oriri: qui &c.)* Ita edidit Lindenius ex emendatione Constantini; sed Constantinus minus recte habet ...... *fistulaque oriri; quae* &c. In Codd. Mss. ceterisque Edd. legit. *Solent etiam in adolescentibus ex eo morbo vomicae, fistulaeque oriri; quae* &c. Sed credibile non est, ita a Celso scriptum fuisse; cum haec sumpserit ex lib. 2. Praedict. sect. 6. ubi plana et aperta sententia est: *Juvenes vero qui in pectore pus colligunt ex humorum decubitu, aut fistula, aut alio quopiam id genus, aut ex abscessus reversione, ii, nisi multa admodum bona signa assecuti sint, minime evadunt*.

73. *quibus super tabem menstrua suppressa sunt)* Haec congruunt iis quae sunt in prima hujus capitis parte: *Super tabem, si mulieri suppressa quoque menstrua fuerint*, sed discrepant ab iis quae Hippocrates scripsit lib. 2. Praedict. sect. 6. *Ex reliquis vero minime evadunt, tum mulieres, tum virgines, quibus ex menstruorum suppressione tabes contingit*. In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii leg. *quibus supervenit tabes, quod menstrua suppressa sint*; sed contra veterum Codicum fidem. Ceterum, si super tabem mulieri menstrua suppressa sunt, multum malo adjicitur.

74. *Cui vero sano subitus dolor capitis ortus est &c.)* ex Ahpor. 51. Sect. 6.

75. *magis si, cum alvus cita non antecesserit, palpebrae &c.)* ex Aphor. 52. Sect. 6. Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Cod. Vat. VIII. habet *magis si cum alvus cita non antecesserit, si palpebrae* &c. al. *magis cum alvus cita non antecesserit, si palpebrae* &c. Med. 1. et antiquae Edd. *magis si eum alvus cita non antecesserit. Si palpebrae* &c. Sed in Codice erat *cum*; idque mutatum est in *eum* ab alia manu.

76. *sed album)* Ita Lindenius; alii omnes, *si album*, ut est in Mss.

77. *Quos tamen ita mors sequitur, si &c.)* Hanc dicendi formam Celsus usurpa-

discussum. [78] At aqua inter cutem, si ex acuto morbo coepit, ad sanitatem raro perducitur: utique si contraria iis quae supra posita sunt, subsequuntur. [79] AEque in ea quoque tussis spem tollit: item si sanguis [80] sursum deorsumque erupit, et aqua medium corpus implevit. [81] Quibusdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde desinunt, deinde rursus assurgunt. [82] Hi tutiores quidem sunt, quam qui supra comprehensi sunt, [83] si attendunt; sed fere fiducia secundae valetudinis opprimuntur. Illud jure aliquis mirabitur, quomodo quaedam simul et affligant nostra corpora, et parte aliqua tueantur. [84] Nam sive aqua inter cutem quem implevit, sive in magno abscessu multum puris coiit, simul id omne effudisse, aeque mortiferum est, ac si quis sani corporis vulnere factus exsanguis est. [85] Articuli vero cui sic dolent, ut super eos ex callo quaedam tubercula innata sint, numquam liberantur: quaeque eorum vitia vel in senectute coeperunt, vel [86] ad senectutem ab adolescentia pervenerunt, ut aliquando leniri possunt, sic numquam ex toto finiuntur. [87] Morbus quoque comitialis post annum quintum et vicesimum ortus aegre curatur; multoque aegrius is qui post quadragesimum annum coepit; adeo ut in ea aetate aliquid in natura spei, vix quidquam in medicina sit. In eodem morbo, si simul totum corpus afficitur, neque ante in partibus aliquis venientis mali sensus est, sed homo ex improviso concidit, cujuscumque is aetatis est, vix sanescit: si vero aut mens laesa est, aut nervorum facta resolutio, medicinae locus non est. [88] Dejectionibus quoque si febris accessit; si inflammatio jecinoris, aut praecordiorum, aut ventris; si immodica sitis; si longius tempus; si alvus varia, si cum dolore est, etiam mortis periculum subest: maximeque [89] si inter haec tormina

vit lib. I. cap. I. concubitus *interdiu pejor, noctu tutior: ita tamen, si neque illum cibus, neque hunc cum vigilia labor statim sequitur;* eodemque modo alibi quoque locutus est. Almeloveenius pro *ita* mallet *cita*, vel *certa*: quasi Celsus non pronunciaverit paulo ante, *ei intra septimum diem pereundum esse.*

78. *At aqua inter cutem, si ex acuto morbo coepit &c.)* ex Praenot.

79. *AEque in ea quoque tussis spem tollit)* ex Aphor. 35. Sect. 6.

80 *sursum deorsumque)* Lib. 2 Praedict. sect. 5. *cui multus sanguis supra, infraque perruperit.*&c. Linden. leg *sursum deorsumve.*

81. *Quibusdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur &c.)* ex eodem Praedict. loco.

82. *Hi tutiores quidem sunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Hi quidem tutiores sunt.*

83. *si attendunt)* Ita plerique Codd. et Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. ceteraeque Edd. *si attenduntur.*

84. *Nam sive aqua inter cutem quem implevit &c.)* ex Aphor. 2. Sect. 2.

85. *Articuli vero cui sic dolent &c.)* ex lib. 2. Praedict. sect. 7. Alii leg. *Articuli vero, qui sic dolent* &c.

86. *ad senectutem)* Ita in Mss. Vulgo legit. *in senectutem.*

87. *Morbus quoque comitialis)* ex lib. 2. Praedict. sect. 8.

88. *Dejectionibus quoque si febris accessit &c.)* ex lib. 2. Praedict. sect. 19.

89. *si inter haec tormina [vetera] esse coeperunt)* Vocem *vetera* ex margine irre-

[vetera] esse coeperunt. Isque morbus maxime pueros absumit usque ad annum decimum: ceterae aetates facilius sustinent. Mulier quoque gravida ejusmodi casu rapi potest; atque etiamsi ipsa convaluit, partum tamen perdit. [90] Quin etiam tormina ab atra bile orsa mortifera sunt; aut si sub his, extenuato jam corpore, subito nigra alvus profluxit. [91] At intestinorum laevitas periculosior est, si frequens dejectio est; si venter omnibus horis et cum sono, et sine hoc profluit; si similiter noctu et interdiu; si quod excernitur, aut crudum est, aut nigrum, et praeter id etiam laeve, et mali odoris; si sitis urget; si post potionem urina non redditur; [92] quod evenit quia tunc liquor omnis non in vesicam, sed in intestina descendit; si os exulceratur; si rubet facies, et quasi maculis quibusdam colorum omnium distinguitur; si venter est quasi fermentatus, pinguis atque rugosus; [93] si et cibi cupiditas non est. Inter quae cum evidens mors sit, multo evidentior est, [94] si jam longum quoque id vitium est; [95] maximeque si etiam in corpore senili est. [96] Si vero in tenuiore intestino morbus est, vomitus, singultus, nervorum distentio, delirium, mala sunt. [97] At in morbo arquato durum fieri jecur, perniciosissimum est. [98] Quos lienis male habet, si tormina prehenderunt, deinde [99] versa sunt vel in aquam inter cutem, vel in intestinorum laevitatem,

psisse puto; et *tormina esse coeperunt* dictum esse, ut in prima parte hujus cap. *Quibus in fistula urinae minuti abscessus esse coeperunt*. Quae Hippocrates l. c. Praedict. tradidit de torminibus, ea Celsus ad dejectiones, id est διάῤῥοιαν transtulit. De hac ita scribit lib. 4. cap. 9. *Levior etiam dum recens dejectio est .... sed uno die fluere alvum saepe pro valetudine est; atque etiam pluribus, dum febris absit, et infra septimum diem id conquiescat.... Verum spatium periculosum est: interdum enim tormina ac fabriculas excitat, viresque consumit*.

90. *Quin etiam tormina ab atra bile orsa mortifera sunt)* ex Aphor. 24. Sect. 4.

91. *At intestinorum laevitas periculosior est)* ex lib. 2. Praedict. sect. 20.

92. *quod evenit, quia tunc liquor omnis &c.)* Membrum hoc ab aliquo enarratore additum videtur. Loco quidem citato Praedict. sic habetur: *Laevitates intestinorum ..... sitim exhibent, neque potionem per urinam reddunt, quod in vesicam non descendat*. Sed, ut alias dixi, multa hujusmodi quae sunt apud Hippocratem, Celsus aut prorsus praeterit, aut paucis dicit. Hic quidem satis erat ipsis Hippocratis verbis dicere, *quod in vesicam non descendat*.

93. *si et cibi cupiditas non est)* Particula *et* videtur redundare. Cod. Med. I. et Vat. VIII. ita habent: *si cibi et cupiditas non est*.

94. *si jam longum quoque id vitium est)* Caesarius, et Lindenius leg. *si jam in longinquum quoque id vitium est*.

95. *maximeque si etiam in corpore senili est)* Ita plerique Codd. et Edd. Manutianae, aliaeque multae; Cod. Med. I. *id maxime etiam, si in corpore senili est*; Vat. VIII. *id maxime haec, si id corpore senili est*; Edd. sex primae, Caesariana, Ruelliana, et Lindeniana, *maxime etiam, si in corpore senili est*.

96. *Si vero in tenuiore intestino morbus est)* ex Aphor. 10. Sect. 7.

94 *At in morbo arquato durum fieri jecur, perniciosissimum est)* ex Aphor. 42. Sect. 6.

98. *Quos lienis male habet)* ex Aphor. 43. Sect. 6. Lindenius leg. *Quos lienes male habent*.

99. *versa)* Ita plerique Codd. atque Edd. Manutianae; Cod. Med. I. et Vat. VIII.

vix ulla medicina periculo subtrahit. [1] Morbus intestini tenuioris, nisi resolutus est intra septimum diem, occidit. [2] Mulier ex partu, si cum febre vehementibus etiam et assiduis capitis doloribus premitur, in periculo mortis est. [3] Si dolor atque inflammatio est in iis partibus quibus viscera continentur, frequenter spirare, signum malum est. [4] Si sine causa longus dolor capitis est, et in cervices ac scapulas transit, rursusque in caput revertitur, aut a capite ad cervices scapulasque pervenit, perniciosus est: [5] nisi vomicam aliquam excitavit sic, ut pus extussiretur; aut nisi sanguis ex aliqua parte [6] prorupit; aut nisi in capite [7] multa porrigo, totove corpore [8] pusulae ortae sunt. AEque magnum malum est, ubi torpor atque prurigo pervagantur, modo per totum caput, modo in parte; aut sensus alicujus ibi quasi frigoris est; eaque ad summam quoque linguam perveniunt. [9] Et cum in iisdem abscessibus auxilium sit, [10] eo difficilior sanitas est, quo minus saepe sub his malis illi subsequuntur. [11] In coxae vero doloribus, si vehemens torpor est, frigescitque crus et coxa; [12] alvus nisi coacta non reddit, idque quod excernitur, mucosum est; jamque aetas ejus hominis quadragesimum annum excessit; is morbus erit longissimus, [13] minimeque annuus; neque finiri pote-

atque aliae Edd. *inversa*; Ed. Lindenii, *conversa*, ut est in margine Constantinianae.

1. *Morbus intestini tenuioris, nisi resolutus est intra septimum diem, occidit)* Alii haec verba ita dividunt: *Morbus intestini tenuioris, nisi resolutus est, intra septimum diem occidit*. Constantinus censet legendum esse *Morbus intestini tenuioris ex urinae difficultate, nisi resolutus est, intra* &c. quia haec opponuntur iis quae habentur in prima parte hujus cap. *ex difficultate urinae morbum intestini tenuioris ortum* &c. Lindenius leg. *Morbus intestini tenuioris ex urinae difficultate, nisi febre resolutus est, intra* &c.

2. *Mulier ex partu, si cum febre* &c.*)* ex Praenot. Vide adnot. 16. ad cap. 7. hujus libri.

3. *Si dolor atque inflammatio est* &c.*)* ex Praenot.

4. *Si sine causa longus dolor capitis)* Haec et sequentia usque ad periodum *In coxae vero doloribus*, sumpta sunt ex lib. 2. Praedict. sect. 26. et 27.

5. *nisi vomicam aliquam excitavit sic, ut pus extussiretur)* In margine Ed. Constantinianae leg. *nisi vomicam aliquam excitavit, aut pus extussiatur*; in Ed. Lindenii, *nisi vomicam aliquam excitat sic, ut pus extussiatur*.

6. *prorupit)* Aliqui Codd. et Ed. Lindenii, *prorumpit*.

7. *multa porrigo)* Alii perperam leg. *multa prurigo*.

8. *pusulae)* Ita Cod. Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *pustulae*. Vide adnot. 1. ad sect. 15. cap. 28. libri 5.

9. *Et cum in iisdem abscessibus auxilium sit)* abscessus nomine significat vomicam, sanguinis eruptionem, porriginem et pusulas; quae omnia in longo capitis dolore auxilio esse supra dixit. Lindenius leg. *Et cum in iisdem ex abscessibus auxilium sit*, id est ex vomica.

10. *eo difficilior sanitas est)* Lindenius, *eo tamen difficilior sanitas est*.

11. *In coxae vero doloribus* &c.*)* ex lib. 2. Praedict. sect. 34.

12. *alvus, nisi coacta, non reddit)* Ita Codd. Mss. et Edd. sex primae; caeterae Edd. *alvusque, nisi coacta, non reddit*.

13. *minimeque annuus)* Ita Codd. Mss. atque Edd. antiquae, eodemque modo l. 3. c 4. *dum tamen ante minime pars dimidia praetereatur*. In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii utrobique legit.

rit, nisi aut vere, [14] aut aestate. [15] Difficilis aeque curatio est in eadem aetate, ubi humerorum dolor vel ad manus pervenit, vel ad scapulas tendit, torporemque et dolorem creat, neque bilis vomitu [16] levatur. [17] Quacumque vero parte corporis membrum aliquod resolutum est, si neque movetur, et emacrescit, in pristinum habitum non revertitur; eoque minus, quo vetustius id vitium est, et quo magis in corpore senili est. [18] Omnique resolutioni nervorum ad medicinam non idonea tempora sunt hiems et autumnus: aliquid sperari potest vere et aestate. [19] Isque morbus mediocris vix sanatur, vehemens sanari non potest. Omnis etiam dolor [20] minus medicinae patet, qui sursum procedit. [21] Mulieri gravidae, si subito mammae emacuerunt, abortus periculum est. [22] Quae neque peperit, neque gravida est, si lac habet, a menstruis defecta est. [23] Quartana autumnalis fere longa est; maximeque quae coepit hieme appropinquante. [24] Si sanguis profluxit, deinde secuta est dementia cum distentione nervorum, periculum mortis est: [25] itemque si medicamentis purgatum et adhuc inanem, nervorum distentio oppressit; [26] aut si in magno dolore extremae partes frigent. [27] Neque is ad vitam redit, qui ex suspendio, spumante ore, detractus est. [28] Alvus nigra, sanguini atro similis, repentina, sive cum febre, sive etiam sine hac est, perniciosa est.

* Cognitis indiciis quae nos vel spe consolentur, vel metu * IX.

minimumqe annuus. Varro quidem, Cicero, aliique optimi latinitatis auctores adverbio *minimum* hac significatione usi sunt; Columella tamen multis in locis habet *minime*.

14. *aut aestate)* Omnes libri habent *aut autumno*: sed legendum *aut aestate*. Siquidem in lib. 2. sect. 3. Praedict. unde haec Celsus sumpsit, ita est: *juvamentumque non nisi aut vere, aut aestate sperandum*.

15. *Difficilis aeque curatio est)* ex lib. 2. Praedict. sect. 33.

16. *levatur)* Aliqui Codd. atque Ed. Lindenii, *levata est*.

17. *Quacumque vero parte corporis membrum aliquod resolutum est)* Ex lib. 2. Praedict. sect. 32.

18. *Omnique resolutioni nervorum &c.)* ex eodem Praedict. loco.

19. *Isque morbus mediocris vix sanatur)* ex Aphor. 42. Sect. 2.

20. *minus medicinae patet)* Sic lib. 7. cap. 7. *Lata etiam capita minus medicinae patent*. Lindenius pro *patet* legit *paret*, ut habet in margine Ed. Constantini.

21. *Mulieri gravidae si subito mammae emacuerunt &c.)* ex Aphor. 37. Sect. 5. Alii leg. *emacruerunt*.

22. *Quae neque peperit &c.)* ex Aphor. 39. Sect. 5.

23. *Quartana autumnalis fere longa est)* ex Aphor. 35. Sect. 5. Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Haec verba opponuntur illis *AEstiva quartana fere brevis est*, quae sunt in prima hujus capitis parte. In Ed. Lindenii. ibi omissa sunt; hic legitur *Quartana aestiva brevis: autumnalis fere longa est*; ut habent alii Codices, et omnes antiquae Editiones.

24. *Si sanguis profluxit, deinde &c.)* ex Aphor. 9. Sect. 7.

25. *itemque si medicamentis purgatum &c.)* ex Aphor. 4. Sect. 5.

26. *aut si in magno dolore &c.)* In Aphor. 26. Sect. 7. sic: *Ex vehementi partium quae circa ventrem sunt dolore, extremorum refrigeratio mala*.

27. *Neque is ad vitam redit &c.)* ex Aphor. 43. Sect. 2.

28. *Alvus nigra, sanguini atro similis &c.)* ex Aphor. 21. Sect. 4.

terreant, ad curationes morborum transeundum est. Ex his quaedam communes sunt, quaedam propriae: communes, quae pluribus morbis opitulantur; propriae, quae singulis. Ante de communibus dicam: ex quibus tamen quaedam non aegros solum, sed sanos quoque sustinent; quaedam in adversa tantum valetudine adhibentur. Omne vero auxilium corporis, [1] aut demit aliquam materiam, aut adjicit, aut evocat, aut reprimit, aut refrigerat, aut calefacit, simulque aut durat, aut mollit. Quaedam non uno modo tantum, sed etiam duobus inter se non contrariis adjuvant. Demitur materia sanguinis detractione, cucurbitula, dejectione, vomitu, frictione, gestatione, [2] omnique exercitatione corporis, abstinentia, sudore. De quibus protinus dicam.

* X. * Sanguinem incisa vena mitti, novum non est: sed nullum paene morbum esse, in quo non mittatur, novum est. Item mitti junioribus, et feminis uterum non gerentibus, vetus est: in pueris vero idem experiri, et in senioribus, et in gravidis quoque mulieribus, vetus non est: siquidem antiqui primam ultimamque aetatem sustinere non posse hoc auxilii genus judicabant; [3] persuaserantque sibi, mulierem gravidam quae ita curata esset, abortum esse facturam. Postea vero usus ostendit, [4] nihil ex his esse perpetuum; [5] aliasque potius observationes adhibendas esse, ad quas dirigi curantis consilium debeat. Interest enim, non quae aetas sit, neque quid in corpore intus geratur; sed quae vires sint. Ergo si juvenis imbecillus est, aut si mulier quae gravida non est, parum valet, male [6] sanguis mittitur: emoritur enim vis, [7] si

1. *aut demit* &c.) Hippocrates de Flat. *Medicina additio est, et subtraetio.*

2. *omnique exercitatione corporis*) Vox *corporis* videri potest glossema. Exercitatio apud Celsum passim occurrit; at exercitatio corporis nusquam alibi. Vide cap. 2. et 3. lib. 1.

3. *persuaserantque sibi, mulierem gravidam quae ita curata esset, abortum esse facturam*) Hippocrates Aphor. 30. Sect. 5. *Mulier in utero ferens secta vena abortit; multoque magis si sit foetus grandior.*

4. *ex his*) Cod. Med. 1. et Vat. VIII. *in his.*

5. *aliasque potius observationes*) Ita Codd. Mss. et Edd. princeps, Caesariana, atque Lindeniana; Ed. 1481. et aliae, *aliasque potiones observationes*; Manutianae, ceteraeque, *aliasque potiores observationes.*

6. *sanguis mittitur*) Libri antiqui habent *sanguis emittitur*; Ed. Lindenii, *sanguis mittitur*; et quidem rectius. Cum Celsus simplici verbo uti soleat, hoc praesertim loco videtur uti debuisse, etiam aurium causa; quas offenderet concursus verborum *emittitur: emoritur*. Infra quidem adhibet *emittitur*, sed alio sensu; *avertitur quoque interdum sanguis, ubi alia parte prorumpens, aliae mittitur*, id est educitur: quemadmodum lib. 4. cap. 21. *aqua nisi emittitur, quae contra naturam ibi substitit* &c. et lib. 7. cap. 15. *Aquam iis qui hydropici sunt, emitti oportere, alias dixi.* Illud quoque animadvertendum, *sanguinis missionem* passim, *emissionem* nunquam apud eum inveniri. Etiam Cicero simplici verbo usus est epist. 1. lib. 1. ad Famil. *sanguinem miserit*; et epist. 16. lib. 1. ad Attic. *sanguis est missus*. Alii compositum verbum usurparunt. Seneca epist. 70. *sanguinem saepe emisisti*; Columella lib. 6. R. R. cap. 14. *sanguinem de aure emittere*; Plinius lib. 25. cap. 5. sect. 23. *sanguine e venis emisso.*

7. *si qua supererat, hoc modo erepta*)

qua supererat, hoc modo erepta. At firmus puer, et robustus senex, et gravida mulier valens, [8] tuto curatur. Maxime tamen in his medicus imperitus falli potest; quia fere minus roboris illis aetatibus subest; mulierique [9] praegnanti post curationem quoque viribus opus est, non tantum ad se, sed etiam ad partum sustinendum. [10] Non quidquid autem intentionem animi et prudentiam exigit, protinus ejiciendum est; cum praecipua in hoc ars sit, quae non annos numeret, neque conceptionem solam videat; sed vires aestimet, et ex eo colligat, possit necne superesse, quod vel puerum, vel senem, vel in una muliere duo corpora simul sustineat. Interest etiam inter valens corpus, et obesum; inter tenue, et infirmum: tenuioribus magis sanguis, plenioribus magis caro abundat. Facilius itaque illi detractionem ejusmodi sustinent; celeriusque ea [11], si nimium est pinguis aliquis, affligitur. Ideoque vis corporis melius ex venis, quam ex ipsa specie aestimatur. Neque solum haec consideranda sunt; sed etiam morbi genus quod sit: utrum superans, an deficiens materia laeserit; corruptum corpus sit, an integrum. Nam si materia vel deest, vel integra est, istud alienum est: at si vel copia sui male habet, vel corrupta est, nullo modo melius succurritur. Ergo vehemens febris, ubi rubet corpus, [12] plenaeque venae tument, sanguinis detractionem requirit: item viscerum morbi, [13] nervorumque et resolutio, et rigor, et distentio: quidquid denique fauces difficultate spiritus strangulat; quidquid subito supprimit vocem; quisquis intolerabilis dolor est; et quacumque de causa ruptum aliquid intus atque collisum est: item malus corporis habitus, omnesque acuti morbi, qui modo, ut supra dixi, non infirmitate, sed onere nocent. Fieri tamen potest, ut morbus quidem id desideret, corpus

Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii ex aliis Codd. leg. *si quae his supererat, hoc modo erepta est*; alii cum Manutiis, *si quae his supererat, et hoc modo erepta est*: Lindenius, *si quae supererat, hoc modo erepta*.

8. *tuto curatur)* Ita in Codd. Mss. Edd. antiquae habent *tuto curantur*, ex Palavicino; Ed. Lindenii, *tuto sic curantur*.

9. *praegnanti)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *praegnati*, veteri forma.

10. *Non quidquid autem intentionem animi et prudentiam exigit* &c. Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. atque Edd. sex primae, Manutianae, et Ruelliana habent *Non quidquid autem intentionem animi, aut prudentiam exigit, protinus faciendum est*; Ed. Caesariana, aliaeque, *Non quidquid aut intentionem animi, aut prudentiam exigit, protinus faciendum est*; Lindeniana, *Non quicquid aut intentionem animi, aut prudentiam exigit, protinus ejiciendum est*.

11. *si nimium est pinguis aliquis, affligitur)* Ita Codd. Mss. atque Edd. Ruellii, Gryphii, Pantini, Constantini, et Stephani. In Edd. sex primis, et Caesariana deest *aliquis*. Manutii leg. *si nimium est pinguis quis, affligitur*; Lindenius, *qui nimium est pinguis, affligitur*.

12. *plenaeque venae tument)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. legitur *venaeque plenae tument*.

13. *nervorumque et resolutio)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *nervorumque resolutio*.

autem vix pati posse videatur: sed si nullum tamen appareat aliud auxilium, periturusque sit qui laborat, nisi temeraria quoque via fuerit adjutus; in hoc statu boni medici est ostendere, [14] quam nulla spes sit sine sanguinis detractione, faterique quantus [15] in hac ipsa metus sit: et tum demum [16] si exigetur, sanguinem mittere. De quo [17] dubitari in ejusmodi re non opportet: satius est enim anceps auxilium experiri, quam nullum. Idque maxime fieri debet, ubi nervi resoluti sunt; ubi subito aliquis obmutuit; ubi angina strangulatur; ubi prioris febris accessio paene confecit, paremque subsequi verisimile est, [18] neque eam videntur sustinere aegri vires posse. Cum sit autem minime crudo sanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuum est: neque enim semper concoctionem res exspectat. Ergo si ex superiore parte aliquis decidit, si contusus est, si ex aliquo subito casu sanguinem vomit; quamvis paulo ante sumpsit cibum, tamen protinus ei demenda materia est, ne si subsederit, corpus affligat. Idemque etiam in aliis casibus repentinis qui strangulabunt, dictum erit. At si morbi ratio [19] patietur, tum demum nulla cruditatis suspicione remanente id fiet. Ideoque ei rei videtur aptissimus adversae valetudinis dies secundus, aut tertius. Sed ut aliquando etiam primo die sanguinem mittere necesse est, sic numquam utile post diem quartum est, cum jam [20] spatio ipso materia et exhausta est, et corpus corrupit: ut detraetio imbecillum id facere possit, non possit integrum. Quod si vehemens febris urget, in ipso impetu ejus sanguinem mittere, hominem jugulare est. [21] Exspectanda ergo remissio est; si non decrescit, sed crescere desiit, neque speratur remissio, tunc quoque, quamvis pejor, sola tamen occasio non omittenda est. Fere etiam ista medicina, ubi necessaria est, in biduum dividenda est: satius

14. *quam nulla spes sit, sine sanguinis detractione)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *quam nulla spes, sine sanguinis detractione, sit*

15. *in hac ipsa)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *in hac ipsa re*; scilicet ex glossemate.

16. *si exigetur)* Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *si exigatur*.

17. *dubitari)* Lindenius, *dubitare*.

18. *neque eam)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. ceteraeque Edd. *neque eamdem*.

19. *patietur)* Caesarius, et alii, in his Lindenius, leg. *patiatur*.

20. *spatio ipso materia et exhausta est, et corpus corrupit)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae; sed in omnibus pro *corrupit* est *corrumpit*. Lindenius leg. *spatio ipso materia vel exhausta est, vel corpus corrupit*.

21. *Exspectanda ergo remissio est; si non decrescit, sed &c.)* Ita in omnibus antiquis libris, et quidem, ut monet Morgagnus, *praeclarus ordo, praeclara sententia est*. Nam remissio opponitur impetui; et si febris non decrescit, exspectandum est, dum crescere desinat. In Editione Lindenii omnia turbantur: nam ita legitur *expectanda ergo intermissio est: si non decrescit, cum crescere desiit; si neque remissio speratur* &c.

est enim [22] primum levare aegrum, deinde perpurgare, quam simul omni vi effusa fortasse praecipitare. [23] Quod si in pure quoque, aquaque quae inter cutem est, [24] ita respondet, quanto magis necesse est in sanguine respondeat? Mitti vero is debet, si totius corporis causa fit, ex brachio; si partis alicujus, ex ea ipsa parte, aut certe quam proxima: quia non ubique mitti potest, sed in temporibus, in brachiis, juxta talos. Neque ignoro quosdam dicere, quam longissime sanguinem inde, ubi laedit, [25] esse mittendum: sic enim averti materiae cursum; at illo modo [26] in id ipsum, quod gravat, evocari. [27] Sed id falsum est: proximum enim locum primo exhaurit; ex ulterioribus autem eatenus sanguis sequitur, quatenus emittitur; ubi is suppressus est, quia non trahitur, ne venit quidem. Videtur tamen usus ipse docuisse, si caput fractum est, ex brachio potius sanguinem esse mittendum; si quod in humero vitium est, ex altero brachio: credo, quia si quid parum cesserit, [28] opportuniores eae partes injuriae sunt, quae jam male habent. Avertitur quoque interdum sanguis, ubi alia parte prorumpens, alia emittitur: desinit enim fluere qua nolumus, inde objectis quae prohibeant, [29] alia dato itinere. Mittere autem sanguinem cum sit expeditissimum usum habenti; [30] tamen ignaro difficillimum est. [31] Juncta enim est

22. *primum)* Ita Lindenius, et alii cum Caesario. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *in primo;* alii Codd. atque Edd. sex primae, et Manutianae, *in primum*.

23. *Quod si in pure quoque, aquaque quae inter cutem est)* Sic reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. emendatione adhibita. Nam Mediceus habet *Quod si in pure quoq. aqua quaeq. inter cutem est;* Vat. VIII. *quod si in pure quoque aquaeque inter cutem est*. Fortasse legendum *Quod si in pure quoque, aquaque inter cutem ita respondet;* ex more loquendi Celsiano. Respicit porro Celsus ad id quod ex Aphor. 27. Sect. 6. tradidit in praecedenti cap. 8. *sive aqua inter cutem quem implevit, sive in magno abscessu multum puris coiit, simul id omne effudisse, aeque mortiferum est, ac si quis sani corporis, vulnere factus exsanguis est.* In aliis Codd. et in omnibus Edd. legit. *Quod si in cura quoque aquae, quae inter cutem est:* quibus ex libris vox *cura* pro *curatione* in Scribonianum Rhodii Lexicon relata est.

24. *ita respondet)* Manutii, et Constantinus leg. *ista respondet;* ut est in quibusdam Codicibus.

25. *esse mittendum)* Cod. Med. IV. et libri vulgati, *mittendum esse*.

26. *in id ipsum, quod gravat, evocari)* sensus est; in id ipsum membrum evocari id quod gravat, i. e. sanguinem. Lindenius leg. *in id ipsum, quod gravatur, evocari.*

27. *Sed id falsum est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. princeps; ceterae Edd. *sed id ipsum falsum est*.

28. *opportuniores eae partes injuriae sunt, quae jam male habent)* id est magis obnoxiae. Opportunus hac significatione saepe a Celso usurpatur. Lindenius, et alii cum Manutiis leg. *opportuniores hae partes injuriae sunt, quam quae jam male habent;* sed perperam.

29. *alia dato itinere)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *alio dato itinere*.

30. *tamen ignaro)* Ita liber Guilandini, et Ed. Lindenii. In aliis libris legit. *tam ignaro*.

31. *juncta enim est venae arteria, his nervi)* nervi juncti sunt venae et arteriae. Sic autem habent plerique Codices. In Med. I. Vat. VIII. librisque editis legit. *juncta enim est vena arteriis, his nervi*.

venae arteria, his nervi: ita, [32] si nervum scalpellus attingit, sequitur nervorum distentio, eaque hominem crudeliter consumit. At arteria incisa neque coit, neque sanescit; interdum etiam, ut sanguis vehementer erumpat, efficit. Ipsius quoque venae, si forte praecisa est, capita comprimuntur, neque sanguinem emittunt. At si timide scalpellus demittitur, summam cutem lacerat, neque venam incidit. Nonnumquam etiam ea latet, neque facile reperitur. Ita multae res id difficile inscio faciunt, quod perito facillimum est. Incidenda ad medium vena est: ex qua cum sanguis erumpit, colorem ejus habitumque oportet attendere. Nam si is crassus et niger est, vitiosus est; ideoque utiliter effunditur: si rubet et pellucet, integer est; eaque missio sanguinis adeo non prodest, ut etiam noceat; protinusque is supprimendus est. Sed id evenire non potest sub eo medico qui scit ex quali corpore sanguis mittendus sit. Illud magis fieri solet, [33] ut aeque niger assidue primo die profluat: quod quamvis ita est, tamen si jam satis fluxit, supprimendus est; semperque ante finis faciendus est, quam anima deficiat. Deligandumque brachium superimposito expresso ex aqua frigida penicillo: et postero die [34] adverso medio digito vena ferienda, ut recens coitus ejus resolvatur, iterumque sanguinem fundat. Sive autem primo, sive secundo die sanguis, qui crassus et niger initio fluxerat, et rubere, et pellucere coepit, satis materiae detractum est, atque quod superest, sincerum est: ideoque protinus brachium deligandum, habendumque ita est, donec valens cicatricula sit; quae celerrime in vena confirmatur.

*XI. *Cucurbitularum vero duo genera sunt; aeneum, et corneum. AEnea altera parte patet, altera clausa est: cornea, altera parte aeque patens, altera foramen habet exiguum. [1] In aeneam linamentum ardens conjicitur, ac sic os ejus corpori aptatur, imprimiturque, donec inhaereat. Cornea per se corpori imponitur; deinde ubi ea parte qua exiguum foramen est, ore spiritus adductus est, superque cera cavum id clausum est, aeque inhaerescit. Vtraque non ex his tantum materiae generibus, sed etiam

32. *si nervum scalpellus attingit, sequitur &c.)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *si nervum scalpellus attigit, sequitur* &c. Ed. Lind. *si nervum scalpellus attigit, sequitur* &c.

33. *ut aeque niger assidue primo die profluat)* Ita in Ed. Lindenii. Edd. ceterae et Codd. Mss. perperam habent *ut aeque niger assiduae, ac primo die profluat*.

34. *adverso medio digito vena ferienda)* Codd. Mss. pro *adverso* habent *averso*; mendose. Manutii, et Ruellius leg. *averso medio digito, non autem scalpello, vena ferienda*; Lindenius, *adverso medio digito vena fricanda*.

1. *In aeneam)* Lindenius leg. *In aeneum*. Non recte: nam sequitur *cornea*, non *corneum*.

ex quolibet alio recte fit. Ac si cetera defecerunt, [2] caliculus quoque, aut pultarius oris compressioris, ei rei commode aptatur. Vbi inhaesit, si concisa ante scalpello cutis est, sanguinem extrahit; si integra est, spiritum. Ergo ubi materia quae intus est, laedit, illo modo; ubi inflatio, hoc imponi solet. Vsus autem cucurbitulae praecipuus est, ubi non in toto corpore, sed in parte aliqua vitium est, quam exhauriri ad confirmandam valetudinem satis est. Idque ipsum testimonium est, etiam scalpello sanguinem, ubi membro succurritur, ab ea potissimum parte quae jam laesa est, esse mittendum; quod nemo cucurbitulam diversae parti imponit, nisi cum profusionem sanguinis eo avertit; sed ei ipsi quae dolet, quaeque liberanda est. [3] Opus etiam esse cucurbitula potest in morbis longis, [4] quamvis jam [et] iis spatium aliquod accessit; sive corrupta materia, sive spiritu male habente: in acutis quoque quibusdam, [5] si et levari corpus debet, et ex vena sanguinem mitti, vires non patiuntur. Idque auxilium ut minus vehemens, ita magis tutum; neque umquam periculosum est, etiamsi in medio febris impetu, etiamsi in cruditate adhibetur. Ideoque ubi sanguinem mitti opus est, si incisa vena praeceps periculum est, [6] aut si in parte corporis etiam vitium est, [7] huc potius confugiendum est: cum eo tamen, ut sciamus, hic ut nullum periculum, ita levius praesidium esse; nec posse vehementi malo, nisi aeque vehemens auxilium succurrere.

* Dejectionem autem antiqui variis medicamentis, crebraque alvi ductione [1] in omnibus paene morbis moliebantur: dabantque aut nigrum veratrum, aut filiculam, aut squamam aeris, quam λεπίδα χαλκόυ Graeci vocant; aut lactucae marinae lac, cujus gutta pani adjecta abunde purgat; aut lac vel asininum, vel bubulum, vel caprinum, eique salis paulum adjiciebant, decoquebantque *XII.

2. *caliculus quoque, aut pultarius)* Edd. Caesarii, et Pantini habent *caliculus quoque pultarius*: et ita legendum contendit Scaliger.

3. *Opus etiam esse)* Caesarius, et Lindenius, *Opus esse*.

4. *quamvis jam [et] iis spatium* &c.*)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII., atque Ed. Ruellii. Sed particula *et* redundat. In aliis Codd. atque in Edd. sex primis, et Manutianis legit. *quamvis etiam spatium* &c. in ceteris Edd. *quamvis et iis jam spatium* &c.

5. *si et levari)* Lindenius, *si levari*.

6. *aut si in parte corporis etiam vitium est)* Ita libri antiqui. Particula *etiam* abundat, ut supra particula *et* in verbis illis *et iis spatium aliquod accessit*. Nisi forte transferenda est, et ita legendum: *aut etiam si in parte corporis vitium est*. Ed. Constantini in margine habet *aut si in nobili parte corporis etiam vitium est*; Ed. Lindeniana, *aut nobili in parte corporis vitium est*: male. Nam si in nobili parte corporis, id est in viscere aliquo vitium est, potius incisa vena sanguis mittendus, ut in cap. proxime superiori praeceptum est.

7. *huc potius)* Lindenius, *etiam huc potius*.

1. *in omnibus paene morbis)* Ita in Codd. Mss. Vulgo legit. *in omnibus fere morbis*.

id, et sublatis iis quae coierant, quod quasi serum supererat, bibere cogebant. [2] Sed medicamenta stomachum fere laedunt: alvus si vehementius fluit, aut saepius ducitur, hominem infirmat. Ergo numquam in adversa valetudine medicamentum ejus rei causa recte datur, nisi ubi is morbus sine febre est; ut cum veratrum nigrum aut atra bile vexatis, aut cum tristitia insanientibus, aut iis quorum nervi parte aliqua resoluti sunt, datur. At ubi febres sunt, satius est ejus rei causa cibos potionesque assumere, qui simul et alant, et ventrem molliant. Suntque valetudinis genera, quibus ex lacte purgatio convenit.

* 2. * Plerumque vero [3] alvus potius ducenda est: quod ab Asclepiade quoque [4] sic temperatum, ut tamen servatum sit, video plerumque saeculo nostro praeteriri. Est autem ea moderatio quam is secutus videtur, aptissima: ut neque saepe ea medicina tentetur, et tamen semel, vel summum bis, non omittatur, si caput grave est; si oculi caligant; si morbus majoris intestini est, [5] quod Graeci *κόλον* nominant; si in imo ventre, aut in co-

2. *Sed medicamenta stomachum fere laedunt)* In plerisque Codd. et in omnibus Edd. additur *ideoque omnibus catharticis aloe miscenda est*. Membrum hoc mihi multis de causis suspectum erat. Primum Celsus graecis vocabulis uti non solet sine necessitate, quae hic nulla est: nam potuit scribere *ideoque his aloe miscenda*, vel potius, *adjicienda est*. Deinde ratio non affertur, cur medicamentis alvum moventibus aloe miscenda sit. Denique scammoniae, quae, ut tradit Plinius lib. 26. cap. 8. sect. 38. dissolutionem stomachi facit, Celsus aloen non adjicit; ut apparet ex capp. 18. et 20. lib. 4. Putabam igitur ab aliquo sciolo formatum fuisse ex iis quae idem Plinius habet lib. 27. cap. 4. sect. 5. *Usus aloes in multis, sed principalis alvum solvere, cum paene sola medicamentorum, quae id praestant, confirmet etiam stomachum, adeo non infestet ulla vi contraria*: postea ex margine, ubi adscriptum fuerat, a librariis in contextum traductum. Cum anno 1759. viro doctissimo Bandinio, Laurentianae Bibliothecae Praefecto, haec exposuissem, Codices consuluimus, comperimusque sex recentiores habere haec verba in contextu: at in primo adjecta esse manu Palavicini. Facciolatus, cum eadem quae Bandinio, ipsi quoque anno 1765. ostendissem, sententiae meae facile assensus est: statimque in Lexico Forcellini, quod tunc Ms. in Bibliotheca Seminarii Patavini asservabatur, ad vocem *Catharticus* contra locum illum: » Celsus lib. 2. cap. 10. *Medicamenta stomachum fere laedunt: ideoque omnibus catharticis aloe miscenda est.* » haec margini adscripsit: *sed membrum totum videtur insititium*: quae anno 1772. cum Lexico ipso edita sunt. Membrum hoc, ut in Cod. Med. I. ita etiam in Vat. VIII. margini adscriptum est ab alia recenti manu.

3. *alvus potius ducenda est)* Ita Codd. Mss. atque Edd. sex primae, Manutianae, et Ruelliana. Caesarius, et alii leg. *alvus potionibus ducenda est*; videlicet medicamentis potui datis: quod Celsi praecepto prorsus contrarium est. Nam ideo alvum potius duci vult, quia medicamenta stomachum fere laedunt. Quid autem significent haec verba *alvus potius ducenda est*, ex sequentibus apparet. Lindenius leg. *alvus lotionibus ducenda est*; adductus fortasse, ut suspicatur Morgaguus, a Gallorum consuetudine, qui ad id ipsum significandum voce *lavemens* utuntur.

4. *sic temperatum, ut tamen servatum sit)* Ita Cod. Med. I. et Vaticani III. IV. VI. VIII. atque Edd. paene omnes: idque cum eo congruit, quod dicitur paulo post; *Est autem ea moderatio quam is secutus videtur, aptissima*. In aliis Codd. atque in Edd. Manutiorum minus recte legit. *sic vituperatum*.

5. *quod Graeci κόλον nominant)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *quae Graeci* ΚΟΛΟΥΜ *nominant*; alii; *quod*

xa dolores sunt; si in stomachum quaedam biliosa concurrunt, vel etiam pituita eo se, humorve aliquis aquae similis confert; si spiritus difficilius redditur; si nihil per se venter excernit; utique si juxta quoque stercus est, et intus remanet; aut si stercoris odorem nihil dejiciens aeger ex spiritu suo sentit; aut si corruptum est quod excernitur; aut si prima inedia febrem non sustulit; aut si sanguinem mitti, cum opus sit, vires non patiuntur, tempusve ejus rei praeteriit; aut si multum ante morbum aliquis potavit; aut si is qui saepe vel sponte, vel casu purgatus est, subito habet alvum suppressam. Servanda vero illa sunt: ne ante diem tertium ducatur; ne ulla cruditate substante; ne in corpore infirmo, [6] diuque adversa valetudine exhausto; neve in eo cui satis [7] alvus quotidie reddit, quive eam liquidam habet; [8] neve in ipso accessionis impetu, quia quod tum infusum est, alvo continetur, regestumque in caput, multo gravius periculum efficit. Pridie vero [9] abstinere debet aeger, ut aptus tali curationi sit: [10] eo die [11] ante aliquot horis aquam calidam bibere, ut superiores ejus partes madescant. [12] Tum immittenda in alvum est, si levi medicina contenti sumus, pura aqua; si paulo valentiori, mulsa; [13] si leni, ea in qua foenum graecum, vel ptisana, vel malva decocta sit. [si reprimendi causa, ex verbenis] Acris autem est marina aqua, vel alia sale adjecto: [14] atque utraque de-

Graeci ΚΟΛΟΝ *nominant*; Edd. sex primae *colum* latinis litteris; ceterae *κῶλον*. Verba haec ab interpretibus addita esse puto. Vide adnot. 1. ad cap. 7. lib. 1.

6. *diuque adversa valetudine exhausto)* Ita legunt Manutii; alii, *diuque in adversa valetudine exhausto*; ut est in Mss.

7. *alvus quotidie reddit)* Lindenius, *alvus reddit quotidie*.

8. *neve in ipso* &c.) Ita in Ed. Lindenii; in libris antiquis, *ne in ipso*.

9. *abstinere)* Ita legunt Manutii, et alii multi, in his Lindenius; alii, *abstineri*; et ita habent Codd. Mss. Sed in Med. 1. antiqua manu emendatum est *abstinere*.

10. *eo die)* Sic legendum, non *eodem die*, ut habent libri omnes. Multa alia loca sunt eodem modo corrupta. Vide adnot. 17. ad verba illa prooemii lib. 1. *aliter id eveniat*. Lib. 7. cap. 19. ita loquitur Celsus: *homo ante per triduum bibere aquam; pridie abstinere etiam a cibo debet; ipso autem die collocari supinus* &c.

11. *ante aliquot horis)* Sic reposuit Lindenius. Antea legebatur *ante aliquot horas*.

12. *Tum immittenda in alvum est)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Edd. Manutiorum, et Lindenii; alii Codd. et Ed. princeps, aliaeque multae, *Tum injicienda alvus est*; Ed. 1493. *Tum cienda alvus est*; Caesariana, ceteraeque, *Tum dejicienda alvus est*.

13. *si leni, ea in qua* &c.) Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *si leni ex aqua in qua* &c. Ed. Lindenii, *si leni, aqua in qua* &c. Morgagnus notat, in Cod. Foroliviensi supra vocem *leni* scriptum esse *leniendi causa*, et in margine, *molliendi causa*; subjicit autem » quae an glossemata, an variantes, ut saepenumero in eodem codice, ex aliis descriptae lectiones sint, non facile dixerim; sed tamen dixerim, apte his respondere, quae mox sequuntur, *si reprimendi causa, ex verbenis*. » Ego postremum hoc membrum insititium esse puto; et quia mutatur constructio, et quia agitur de alvo ducenda vel levi medicina, vel paulo valentiori, vel leni, vel acri, vel etiam acriori; ut reprimentia locum hic habere non possint.

14. *atque utraque)* Lindenius legit *at utraque*.

cocta commodior est. Acrior fit adjecto vel oleo, vel nitro, [15] vel melle: quoque acrior est, eo plus extrahit, sed minus facile sustinetur. [16] Idque quod infunditur, neque frigidum esse oportet, neque calidum; ne alterutro modo laedat. Cum infusum est, quantum fieri potest, continere se in lectulo debet aeger, nec primae cupiditati dejectionis protinus cedere: ubi necesse est, tum demum desidere. Fereque eo modo dempta materia, superioribus partibus levatis, morbum ipsum mollit. Cum vero quoties res coegit, desidendo aliquis se exhausit, paulisper debet conquiescere; et ne vires deficiant, utique eo die cibum assumere: [17] qui plenior, an exiguus sit dandus, ex ratione ejus accessionis quae exspectabitur, aut in metu non erit, aestimari oportebit.

XIII. * At vomitus, ut in secunda quoque valetudine saepe necessarius biliosis est, sic etiam in iis morbis quos bilis concitavit. Ergo omnibus qui ante febres horrore et tremore vexantur; omnibus qui cholera laborant; omnibus etiam cum quadam hilaritate insanientibus; et comitiali quoque morbo oppressis necessarius est. [1] Sed si acutus morbus est, sicut in cholera; si febris est, ut inter horrores, asperioribus medicamentis opus non est; sicut in dejectionibus quoque supra dictum est: satisque est ea vomitus causa sumi, quae sanis quoque sumenda esse proposui. At ubi longi valentesque morbi sine febre sunt, [2] ut comitialis, ut insania, veratro quoque albo utendum est. Id neque hieme, neque aestate recte datur; optime vere; tolerabiliter autumno. Quisquis daturus erit, id agere ante debet, ut accepturi corpus humidius sit. Illud scire oportet, omne ejusmodi medicamentum quod potui datur, non semper aegris prodesse, semper sanis nocere.

XIV. * [1] De frictione vero adeo multa Asclepiades, tamquam in-

15. *vel melle: quoque acrior est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *vel melle quoque. Si acrior est.*

16. *Idque)* Cod. Med. IV. et omnes Edd. *Id.*

17. *qui plenior, an exiguus sit dandus)* Vox *dandus* abest a Codd. Med. I. et Vat. VIII. Sic quidem *sit* erit pro esse debeat; ut cap. 15. hujus lib. *quemadmodum sani, neque firmi homines se gererent, praecepimus;* id est, se gerere deberent.

1. *Sed si acutus morbus est, sicut in cholera; si febris est, ut inter horrores)* In margine Ed. Constantinianae pro *horrores* est *rigores*. Lindenius leg. *Sed si acutus morbus est, sicut in cholera; si febris est, inter rigores*. Sed si febris est, neque in horrore, neque eo finito asperioribus medicamentis opus est. Lib. 23. c. 12. ita habetur: *Igitur cum primum aliquis inhorruit, et ex horrore incaluit, dare ei oportet, potui tepidam aquam subsalsam, et vomere eum cogere*. Puto Celsum ita scripsisse: *sed si acutus morbus est, si febris est, asperioribus medicamentis opus non est:* reliqua haec *sicut in cholera, et ut inter horrores*, ab explanatore aliquo addita fuisse. Vide quae de vomitu praecepta sunt lib. I. cap. 3.

2. *ut comitialis, ut insania)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *ut comitialis, aut insania*.

1. *De frictione vero)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis, atque in libris vulgatis additur *et gestatione*; sed perperam: nam in hoc capite de frictione tantum agitur. Proximum cap. 15. est de gestatione.

ventor ejus, [2] posuit in eo volumine quod Communium Auxiliorum inscripsit, ut cum trium tantum faceret mentionem, [3] hujus et aquae et gestationis, tamen maximam partem [4] in hac consumpserit. Oportet autem neque recentiores viros in iis fraudare, quae vel repererunt, vel recte secuti sunt; et tamen ea quae apud antiquiores aliquos posita sunt, auctoribus suis reddere. Neque dubitari potest, quin latius quidem, et dilucidius, ubi et quomodo frictione utendum esset, Asclepiades praeceperit; nihil tamen [5] repererit, quod non a vetustissimo auctore Hippocrate paucis verbis comprehensum sit: [6] qui dixit, frictione, si vehemens sit, durari corpus; si lenis, molliri; si multa, minui; si modica, impleri. Sequitur ergo, ut tum utendum sit, [7] cum aut adstringendum corpus est, [8] quod hebes est; aut molliendum,

2. *posuit in eo volumine quod Communium Auxiliorum inscripsit, ut cum trium tantum &c.)* Ita legitur in Ed. Lindenii; Edd. ceterae, et Codd. Mss. habent *posuit, quod in eo volumine quod communium auxiliorum inscripsit, cum trium tantum &c.* Plinius lib. 26. cap. 3. sect. 7. ita scribit: *Asclepiades quinque res maxime communium auxiliorum professus, abstinentiam cibi, alias vini, fricationem corporis, ambulationem, gestationes.* Igitur non tria, ut ait Celsus, sed quinque communia auxilia professus est. Repugnantiam istam Morgagnus ita fortasse tolli posse putat, si dicatur, Celsum de iis auxiliis quae in memorato ab ipso volumine posuerat Asclepiades; Plinium de ceteris quoque eidem usitatis mentionem fecisse.

3. *hujus, et aquae, et gestationis)* Secutus sum Librum Guilandini. Cod. Vat. VIII. habet *hujus itaque et gestationis*; Med. I. *huju, et aquae, et gestationis*, et litteram *s* supra ultimam vocis *huju*; cui litterae vetus emendator addidit *cilicet*, fecitque *scilicet*. Palavicinus autem mutavit *huju* in *viri*. In aliis Codd. et plerisque Edd. legit. *hujus, et equi, et gestationis*; in Cod. Vat. I. et in Edd. Manutianis, *viri s. et aquae, et gestationis*; in Codd. Vaticanis V. et VI. *viri scilicet, et aquae, et gestationis*. In Ed. Lindenii, *hujus, et vini, et gestationis*. Sed recte monet Morgagnus, ex antiquis libris, etiam iis qui habent *equi*, apparere, veriorem lectionem esse *aquae*. Et sane ex Plinii verbis, *abstinentiam cibi, alias vini*, colligitur Asclepiadem, non vinum, sed potius vini abstinentiam inter communia auxilia posuisse: atque adeo aquam potui dari voluisse. Illud etiam animadvertendum, Plinium eodem loco ita scribere: *trahebat praeterea mentes artificio mirabili, vinum promittendo dandoque tempestive*: nempe promittebat, sed non dabat, nisi opportune.

4. *in hac)* in frictione. Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *in hoc*, i. e. auxilio.

5. *repererit)* Cod. Vat. III. et Ed. Lindenii, *reperit*.

6. *qui dixit)* Lib. 6. de Morb. Vulg. sect. 2. n. 2. et 3. Plinius lib. 28. cap. 4. sect. 14. *vehemens fricatio spissat, lenis mollit: multa adimit corpus, auget modica*: quod fortasse non ex Hippocrate, sed, ut alia non pauca, ex Celso sumpsit.

7. *cum aut adstringendum corpus est)* Reposui *est* pro *sit*, quod habent alii libri. In multis Codd. et in Ed. Pantini hoc verbum deest. Jamdudum Critici animadverterunt, hos modos *sit* et *est* a librariis saepe permutatos fuisse. Id ego in Celsi quoque Codicibus deprehendi; ut ex iis apparet, quae subinde adnotavi. Hujusmodi varietas ex eo orta videtur, quod in vetustis exemplaribus scriptum esset *st*: quod semper factum esse in melioribus Plauti, et Terentii Codicibus, suppressa littera *e*, monuit Victorius in adnot. ad haec Ciceronis verba epist. 9. l. I. ad Famil. *impunitatem est illorum sententiis assecutus*.

8. *quod hebes est)* molle, laxum. *hebes* hac significatione usurpatur cap. I. hujus libri; cap. 6. et 19. lib. 7. et alibi quoque. Sic autem reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et libri editi habent *quod fluens est*.

quod induruit; [9] aut digerendum in eo, quod copia nocet; aut alendum id quod tenue et infirmum est. Quas tamen species si quis curiosius aestimet; quod jam ad medicum non pertinet; facile intelliget, omnes ex una causa pendere, quae demit. Nam et adstringitur aliquid, eo dempto quod interpositum, ut id laxaretur, effecerat; et mollitur, eo detracto quod duritiem creabat; et impletur, non ipsa frictione, sed eo cibo qui postea usque ad cutem. digestione quadam relaxatam penetrat. Diversarum vero rerum in modo causa est. Inter unctionem autem et frictionem multum interest. Vngi enim, leniterque pertractari corpus, etiam in acutis et recentibus morbis oportet; in remissione tamen, et ante cibum: longa vero frictione uti, neque in acutis morbis, [10] neque increscentibus convenit; praeterquam eum [11] phreneticis somnus ea quaeritur. Amat autem hoc auxilium valetudo longa, et jam a primo impetu inclinata. Neque ignoro quosdam dicere, omne auxilium necessarium esse increscentibus morbis, non cum jam per se finiuntur. Quod non ita se habet. Potest enim morbus, etiam qui per se finem habiturus est, [12] citius tamen adhibito auxilio tolli: quod duabus de causis necessarium est; et ut quam primum bona valetudo contingat; et ne morbus qui remanet, iterum, quamvis levi de causa, exasperetur. [13] Potest morbus minus gravis esse, quam fuerit, neque ideo tamen solvi; sed reliquiis quibusdam inhaerere, quas admotum aliquod auxilium [14] discutiat. Sed ut levata quoque adversa valetudine, recte frictio adhibetur; sic numquam adhibenda est febre increscente: verum, si fieri poterit, cum ex toto corpus ea vacabit; [15] si minus, certe cum ea remiserit. Eadem autem modo in totis corporibus esse debet, [16] ut cum infirmus aliquis implendus est;

9. *aut digerendum in eo, quod copia nocet)* digerenda materia, quae copia nocet. Sic prope finem hujus cap. *opus est quam plurimam materiae digeri*. Lindenius leg. *aut digerendum in eo, cui copia nocet*; sed minus recte.

10. *neque increscentibus)* Manutii, Ruellius, et Stephanus leg. *neque in crescentibus*. Sed Celsus fere semper utitur verbo *incresco*. Vide adnot. 5. ad cap. 2. hujus libri.

11. *phreneticis)* Manutii, Ruellius, et Stephanus, *phreniticis*.

12. *citius tamen adhibito auxilio tolli)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *celerius tamen adhibito auxilio pelli*. Celsus alibi morbum tollere dixit, nusquam pellere. In prooemio lib. I. *quia non intersit, quid morbum faciat, sed quid tollat*; et lib. 3. cap. 23. *Et saepe eum*, morbum comitialem, *si remedia non sustulerunt, in pueris veneris, in puellis menstruorum initium tollit*.

13. *Potest morbus)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Potest enim morbus*.

14. *discutiat)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *discutit*.

15. *si minus)* In Edd. antiquis, atque in omnibus Codicibus, praeterquam in Med. I. et Vat. VIII. deest particula *si*. Lindenius leg. *sin minus*; ut habet in margine Ed. Constantini.

16. *ut cum infirmus aliquis implendus*

modo in partibus, [17] aut quia ejus ipsius membri imbecillitas id requirit, aut quia alterius. Nam et capitis longos dolores ipsius frictio levat; non in impetu tamen doloris: et membrum aliquod resolutum ipsius frictione confirmatur. Longe tamen saepius aliud perfricandum est, cum aliud dolet; maximeque cum a summis, aut a mediis partibus corporis evocare materiam volumus; ideoque extremas partes perfricamus. Neque audiendi sunt, qui numero finiunt, quoties aliquis perfricandus sit. Id enim ex viribus hominis colligendum est: [18] et si is perinfirmus est, potest satis esse quinquagies; si robustior, potest ducenties [19] [esse faciendum;] inter utrumque deinde, prout vires sunt. Quo fit, ut etiam minus saepe in muliere, quam in viro; minus saepe in puero, vel sene, quam in juvene, manus dimovendae sint. Denique, si certa membra perfricantur, multa valentique [20] frictione opus est. Nam neque totum corpus infirmari cito per partem potest, et opus est quam plurimum materiae digeri, sive [21] id ipsum membrum, sive per id aliud levamus. At ubi totius corporis imbecillitas hanc curationem per totum id exigit, brevior esse debet et lenior; ut tantummodo summam cutem emolliat, quo facilius capax ex recenti cibo novae materiae fiat. [22] In malis jam aegrum esse, ubi exterior pars corporis friget, interior cum siti calet, supra posui. Sed tunc quoque unicum in frictione praesidium est; quae [23] si calorem in cutem evocavit, potest alicui medicinae locum facere.

* Gestatio quoque [1] longis et jam inclinatis morbis aptissima est: utilisque est et iis corporibus quae jam ex toto febre carent, *XV.

est; modo in partibus) Ita in margine Ed. Constantinianae. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae habent *ut cum infirmus aliquis implendus, modo est in partibus*; Ed. Lindenii, *ut cum infirmus aliquis implendus: modo in partibus*.

17. *aut quia ejus ipsius membri imbecillitas &c.)* Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Ruelliana habent *aut quia ipsius ejus membri imbecillitas &c.* Ego pronomen *ejus* alteri *ipsius* praeposui. Ita cap. 16. hujus lib. *ut neque aliud, quam expedit, neque ejus ipsius nimium sumatur*. Edd. Manutiorum, aliorumque habent *aut quia ipsius membri imbecillitas &c.* Ed. Lindenii, *aut quia ipsa ejus membri imbecillitas &c.*

18. *et si is)* Lindenius, *Ut si is*.

19. *esse faciendum)* videtur glossema.

20. *frictione)* Ed. Lindenii habet *fricatione*; ut saepe alibi: sed semel hic adnotasse sufficiat.

21. *id ipsum)* Lindenius, *ipsum*.

22. *In malis jam aegrum esse)* Vide cap. 6. hujus libri. Ita habent Codd. omnes; infra vero pro *supra posui*, Med. I. et Vat. VIII. *ut supra posui*. Vulgo leg. *in malis jam aegrum esse testatur, ubi exterior pars corporis friget, interior cum sibi calet, ut supra posui*: videlicet ex Cod. Med. IV. in quo particula *ut*, et verbum *testatur* margini adscripta sunt ab alia manu.

23. *in cutem)* Duae hae voces in Ed. Salingiacensi, et in Lindeniana desunt.

1. *longis et jam inclinatis morbis)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. *longis et inclinatis morbis*; Edd. antiquae, *longis etiam, et inclinatis morbis*.

sed adhuc exerceri per se non possunt; et iis quibus lentae morborum reliquiae remanent, neque aliter eliduntur. Asclepiades etiam in recenti vehementique, praecipueque ardente febre, ad discutiendam eam, gestatione dixit [2] utendum esse: sed id periculose fit; meliusque [3] quiete ejusmodi impetus sustinetur. Si quis tamen experiri volet, sic experiatur; si lingua non erit aspera, si nullus tumor, nulla durities, nullus dolor visceribus, aut capiti, aut praecordiis suberit. [4] Et ex toto numquam gestari corpus dolens debet, sive id in toto, sive in parte est; nisi tamen solis nervis dolentibus; neque umquam [5] increscente febre, sed in remissione ejus. Genera autem gestationis plura sunt; quae adhibenda sunt et pro viribus cujusque, et pro opibus; ne aut imbecillum hominem nimis digerant, [6] aut humili desint. [7] Lenissima est navi, vel in portu, vel in flumine; [8] vehementior vel in alto [mari navi] [9] vel lectica; etiamnum acrior vehiculo. [10] Atque haec ipsa et intendi et leniri possunt. Si nihil horum est, suspendi lectus debet, et moveri: si ne id quidem est, at certe [11] uni pedi subjiciendum fulmentum est, atque ita lectus huc et illuc manu impellendus. [12] Et lenia quidem genera [13] infirmis conveniunt: valentiora vero iis

2. *utendum esse)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. Lind. omittitur *esse*.

3. *quiete)* Lindenius, *in quiete*.

4. *Et ex toto)* In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legit. *At ex toto*.

5. *increscente)* Perperam alii leg. *in recenti*.

6. *aut humili desint)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. Lindenii; nisi quod in Mediceo est *humidae sint*. Alii Codd. ceteraeque Edd. habent *humili obsint*.

7. *Lenissima est)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et omnes Edd. habent *Gestationum lenissima est*; ex glossemate.

8. *vehementior vel in alto [mari navi])* Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII. sed in iis, *nave*; alii Codd. et Edd antiquae, *vehementior in alto mari navi*. Almeloveenius vocem *mari*; Morgagnus et hanc, et sequentem *navi* ex glossemate irrepsisse putat. Krausius tollit *navi*, retinet *mari*; *quia*, inquit, *non omnino insolenter vox alti jungitur mari*. Ego etiam *navi* tollendam puto, tum judicio Morgagni adductus, tum loco illo cap. 18. hujus lib. *leviorque piscis qui in vado, quam qui in alto vixit*. Nam ibi quoque *alto* substantiva forma adhibetur.

9. *vel lectica; etiamnum acrior vehiculo)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. atque Edd. antiquae habent *vel lectica, aut scamno; acrior vehiculo*. In Ed. Lindenii totus hic locus ita legitur: *Gestationum lenissima est navi, vel in portu, vel in flumine, vel lectica, aut scamno: acrior vehiculo: vehementior, in alto mari navi*; sed minus recte: siquidem gestatio navi in alto, tranquillo scilicet, gestatione quae lectica; multoque magis ea quae vehiculo fit, lenior est; ut animadvertit Morgagnus.

10. *Atque haec ipsa)* Lindenius, *Atque hae ipsae*.

11. *uni pedi subjiciendum fulmentum est)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Lindenius leg. *uni pedi lecti fulmentum* (Almeloveenius, *fulcimentum*) *subjiciendum est*. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *uni pedi lecti funiculus subjiciendus est*. Sed hoc ipsum est, quod Celsus dixit paulo ante, *suspendi lectus debet, et moveri*.

12. *Et lenia quidem genera)* Libri omnes habent *et levia quidem genera exercitationis*. Sed *exercitationis* manifestum glossema est; cum hic sermo sit de gestatione; et infra lenibus gestationis generibus addantur *ea quoque genera exercitationum* &c. *Lenia* autem, non *levia*, legendum; quemadmodum supra, *Lenissima est*.

13. *infirmis)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *infirmissimis*.

qui jam pluribus diebus febre liberati sunt; aut iis qui gravium morborum initia sic sentiunt, ut adhuc febre vacent (quod et in tabe, et in stomachi vitiis, et cum aqua cutem subiit, et interdum in morbo regio fit) aut ubi quidam morbi, qualis comitialis, qualis insania est, sine febre, quamvis diu, manent. In quibus affectibus ea quoque genera exercitationum necessaria sunt, quae comprehendimus eo loco, quo, quaemadmodum sani, neque firmi homines [14] se gererent, praecepimus.

* Abstinentiae vero duo genera sunt: alterum ubi nihil assumit aeger; alterum ubi non nisi quod oportet. Initia morborum primum famem, sitimque desiderant: ipsi deinde morbi, moderationem, ut neque aliud quam expedit, neque ejus ipsius nimium sumatur. Neque enim convenit juxta inediam protinus satietatem esse. Quod si sanis quoque corporibus inutile est, ubi aliqua necessitas famem fecit; [1] quanto inutilius est in corpore etiam aegro? Neque ulla res magis adjuvat laborantem, quam tempestiva abstinentia. Intemperantes homines apud nos, [2] ipsi cibi tempora curantibus dant. Rursus alii tempora medicis pro dono remittunt, sibi ipsis modum vindicant. Liberaliter agere se credunt, [3] qui cum cetera illorum arbitrio relinquant, in genere cibi liberi sint; quasi quaeratur, quid medico liceat, non quid aegro salutare sit. Cui vehementer nocet, quoties in ejus quod assumitur, vel tempore, vel modo, vel genere peccatur. * XVI.

* [1] Sudor etiam duobus modis elicitur: aut sicco calore, aut balneo. Siccus calor est, et arenae calidae, et laconici, et clibani, et quarumdam naturalium sudationum, ubi [2] e terra profusus calidus vapor aedificio includitur, [3] sicut super Bajas in * XVII.

14. *se gererent)* Lindenius, *se gerere debent.*

1. *quanto inutilius est in corpore etiam aegro?)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *quanto inutilius est etiam in corpore aegro?* Lindenius leg. *Quanto inutilius est infirmo, nedum aegro?*

2. *ipsi cibi tempora curantibus dant.)* Ita veteres libri; nisi quod in Codd. Med. I. et Vat. VIII. pro *dant* est *dantur*. Lindenius leg. *sibi cibi tempora, modum curantibus dant*; quae lectio planior est, sed nullius codicis auctoritate firmatur.

3. *qui cum cetera illorum arbitrio relinquant, in genere cibi liberi sint)* Ita ex Cod. Med. I. sed in eo scriptum est $\bar{s}$; quae nota in antiquis libris modo est pro *sint*, modo pro *sunt*. Cod. Vat. VIII. habet *qui cetera illorum arbitrio relinquant in genere cibi liberi sunt*; alii, et omnes Edd. *qui cetera illorum arbitrio relinquunt, in genere cibi liberi sunt.*

1. *Sudor etiam duobis modis elicitur)* Particula *etiam* refertur ad verba illa initio antecedentis cap. *Abstinentiae vero duo genera sunt*. In Edd. Caesarii, et Lindenii deest.

2. *e terra profusus)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *terra profusus*.

3. *sicut super Bajas in myrtetis habemus)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae; sed uterque Codex, et Ed. Ruellii, *in murtetis*. In aliis Codd. legit. *sicut super vias* &c. in Ed. Lindenii, *sicut super Batas* &c. Secutus autem Lindenius est Pantinum, qui in textu habet *bajas*; in Commentariis vero, *Batas*; et Batas hasce in agro Tarentino fuisse putat, quia Stepha-

myrtetis habemus. Praeter haec sole quoque, [4] et exercitatione is movetur. Vtiliaque haec genera sunt, quoties humor intus nocet, isque digerendus est. Ac nervorum quoque quaedam vitia sic optime curantur. [5] Sed cetera infirmis possunt convenire: sol et exercitatio tantum rubustioribus; qui tamen sine febre, [6] vel inter initia morborum, [7] vel etiam non gravibus morbis tenentur. Cavendum autem est, ne quid horum vel in febre, vel in cruditate tentetur. At balnei duplex usus est. Nam modo, discussis febribus, initium cibi plenioris, vinique firmioris valetudini facit; modo febrem ipsam tollit. Fereque adhibetur, ubi summam cutem relaxari, evocarique corruptum humorem, et habitum corporis mutari expedit. Antiqui timidius eo utebantur: Asclepiades audacius. Neque terrere autem ea res, si tempestiva est, debet: [8] ante tempus nocet. Quisquis febre liberatus est, simulatque ea uno die non accessit, eo qui proximus est, post tempus accessionis, tuto lavari potest. At si [9] circumitum habere ea febris solita est sic, ut tertio, quartove die revertatur, quandocumque non accessit, balneum tutum est. Manentibus vero adhuc febribus, [10] si eae sunt lentae, levesque jamdiu male habent, recte medicina ista tentatur: cum eo tamen, ne praecordia dura sint, neve ea tumeant, neve lingua aspera sit, neve aut in medio corpore, aut in capite dolor ullus sit, neve tum febris increscat.

nus Byzantinus scripsit, Tarentinos Βάτας vocari. Recte Almeloveenius adnotat, alios legere *Bajas*; et citat locum illum Horatii epist. 15. lib. 2.

...... *mihi Bajas*
Musa supervacuas Antonius; et tamen illis
Me facit invisum . . Sane myrteta relinqui &c. Sudationes illae nunc vocantur *Stufe di Tritoli*.

4. *et exercitatione is movetur)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *et exercitatione movetur*.

5. *Sed cetera)* Lindenius, *Et cetera*.

6. *vel inter initia morborum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. Eodem modo cap. 8. hujus lib. dicitur, *Neque inter initia terreri convenit*; et lib. 3. cap. 2. *Protinus autem inter initia scire facile est, quis acutus morbus, quis longus sit*. Alii Codd. et libri editi habent *vel initio morbi*.

7. *vel etiam non gravibus morbis tenentur)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *vel etiam gravibus morbis tenentur*.

8. *ante tempus nocet)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et antiquae Edd. *et ante tempus nocet*. Particula *et* orta videtur ex geminatione ultimae syllabae antecedentis verbi *debet*. Lindenius leg. *sed ante tempus nocet*.

9. *circumitum)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. in aliis, et in libris vulgatis, *circuitum*.

10. *si eae sunt lentae, levesque jamdiu male habent)* Vulgo legit. *si hae sunt lentae lienesque jam diu male habent*, ut est in Codicibus plerisque omnibus. Sed haec pugnant cum sequentibus *cum eo tamen, ne praecordia dura sint, neve ea tumeant*. Nam *lienis ubi affectus est, intumescit, simulque cum eo pars sinistra, quae et dura est* &c. ut dicitur lib. 4. cap. 16. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *si eae suntque lentae, lenesque jamdiu male habent*; Ego reposui *levesque*; quod mihi licere putavi, et quia febris a Celso non lenis, sed levis semper dicitur, et quia *levis* et *lenis*, ut etiam *leviter* et *leniter* inter se saepissime commutantur. Fortasse legendum *si eae sunt lentae, atque jamdiu male habent*: qua ratione sententia recte constat.

[11] Atque in iis quidem febribus quae certum circuitum habent, duo balnei tempora sunt; alterum ante horrorem; alterum febre finita: in iis vero qui lentis febriculis diu detinentur, cum aut ex toto recessit accessio; aut si id non solet, certe lenita est; jamque corpus tam integrum est, quam maxime esse in eo genere valetudinis solet; Imbecillus homo iturus in balneum, vitare debet, ne ante frigus aliquod experiatur: ubi in balneum venit, paulisper [12] resistere, experirique, num tempora adstringantur, et an sudor aliquis oriatur: illud si incidit, hoc non secutum est, inutile eo die balneum est; [13] perungendusque is leniter, et referendus est; vitandumque omni modo frigus, et abstinentia utendum. At si temporibus integris, primum ibi, deinde alibi sudor incipit, fovendum os aqua calida; tum [14] in solium descendendum est: atque ibi quoque videndum, num sub primo contactu aquae calidae summa cutis inhorrescat; [15] quod vix tamen fieri potest, si priora recte [16] cesserunt: [17] certum id autem signum inutilis balnei est. [18] Ante vero, an postea, quam in aquam calidam se demittat, aliquis perungi debeat, ex ratione valetudinis suae cognoscat. Fere tamen, nisi ubi nominatim, [19] ut postea fiat id, praecipitur, moto sudore leniter corpus perungendum; deinde in aquam calidam demittendum est.

11. *Atque)* Ita Codd. Mss. et Ed. princeps; aliae Edd. *At*; Lindeniana, *Et*.

12. *resistere)* Ed. an. 1516. Juntina, aliaeque, *residere*.

13. *perungendusque is leniter, et referendus est)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. legitur; alii cum Caesario legunt, *perungendus est is leniter, et referendus est*; Lindenius, *et perungendus est is leniter, et referendus*. Alii Codd. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *perungendus est is leniter, et auferendus*.

14. *in solium descendendum est)* Codd. plerique habent *in solio descendendum est*. Sed legendum *in solium*. Sic lib. I. cap. 3. *intrare, et descendere in solium .... iterum in solium descendere*; et aliquanto inferius, *in solium bene calidum descendendum est*: item cap. 4. ejusdem lib. *in solium non descendere*. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in libris editis legit. *in solio desidendum est*.

15. *quod vix tamen fieri potest)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *quod vix fieri potest*.

16. *cesserunt)* Quidam Codd. atque Edd. sex primae, itemque Caesariana, Ruelliana, et Lindeniana habent *accesserunt*.

17. *certum id autem signum)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *certum autem signum*; Edd. Salingiacensis, et Lindeniana, *certum autem id signum*.

18. *Ante vero, an postea, quam in aquam calidam se demittat, aliquis perungi debeat)* Ita haec verba dividuntur in Ed. Gryphiana; ut *quam* ad *ante* referatur, et sensus sit; Ante vero quam in aquam calidam se demittat, aliquis perungi debeat, an post balneum. In aliis Edd. sic distinguuntur: *Ante vero, an postea, quam in aquam calidam se demittat aliquis, perungi debeat*; in Caesariana, Constantiniana, aliisque sic: *Ante vero, an postea quam in aquam calidam se demittat aliquis, perungi debeat*. In margine vero Constantinianae ita legit. *Ante vero quam in aquam calidam se demittat, an postea, aliquis perungi debeat*; quam lectionem sequitur Lindenius.

19. *ut postea fiat id, praecipitur)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *ut postea fiat praecipietur*; al. *ut postea fiat id praecipitur*. Hos ego sequor; sed addita distinctionis nota post vocem *id*. In libris vulgatis legit. *ut postea fiat id praecipietur*, ex Palavicino.

Atque hic quoque habenda virium ratio est, neque committendum, ut per aestum anima deficiat; sed maturius is auferendus, curioseque vestimentis involvendus est, [20] ut neque ad eum frigus adspiret, et ibi quoque, antequam aliquid assumat, insudet. Fomenta quoque calida sunt milium, sal, arena; quodlibet eorum calefactum, et in linteum conjectum; si minore vi opus est, etiam solum linteum: at si majore, extincti titiones, involutique panniculis, et sic circumdati. Quin etiam calido oleo replentur utriculi, et [21] in vasa fictilia, a similitudine quas lenticulas vocant, aqua conjicitur; et sal [22] sacco linteo excipitur, demittiturque in aquam bene calidam; tum super id membrum, quod fovendum est, collocatur. Juxtaque ignem [23] ferramenta duo sunt, capitibus paulo latioribus: [24] alterumque ex his demittitur [25] in eum salem, et aqua super leviter aspergitur; ubi frigere coepit, ad ignem refertur, [26] et idem in altero fit; deindé invicem in utroque: [27] inter quae descendit salsus et calidus sucus, qui contractis aliquo morbo nervis opitulatur. His omnibus commune est, digerere id quod vel praecordia onerat, vel fauces strangulat, vel in aliquo membro nocet. Quando autem quoque utendum sit, in ipsis morborum generibus dicetur.

XVIII. * Cum de iis dictum sit quae detrahendo juvant; ad ea veniendum est [1] quae alunt, id est cibum et potionem. Haec autem non omnium tantum morborum, sed etiam secundae valetudinis communia praesidia sunt: pertinetque ad rem, omnium proprie-

20. *ut neque ad eum frigus adspiret)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis, et in libris vulgatis est *aspiret*. Lindenius leg. *ut ne ad eum frigus aspiret*.

21. *in vasa fictilia, a similitudine quas lenticulas vocant)* Ita in margine Ed. Constantinianae, atque in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Sed hi habent *in vasa fictilia similitudine*, videlicet ex duabus litteris *a a* sibi proximis altera, ut a librariis saepe fit, omissa. In aliis Codd. et in antiquis Edd. legit. *in vasa fictilia ad similitudinem quas lenticulas vocant*; sed a multis Codd. abest pronomen *quas*. Lindenius leg. *in vasa fictilia (quas a similitudine lenticulas vocant)*.

22. *sacco linteo)* Ita in Med. I. aliisque Codicibus. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *sicco linteo*; Ed. Lindenii, *sacco lineo*. Hippocrates de Vict. Rat. in Morb. Acut. saccum laneum adhibendum jubet.

23. *ferramenta duo)* Lindenius addit *ignita*. Sed juxta ignem habenda sunt, ut incalescant, non ut candentia fiant. Vox *ignitus* deterioris latinitatis est.

24. *alterumque)* Lindenius; *alterum*.

25. *in eum salem)* Lindenius leg. *in siccum salem*. Sed siccum esse non potest, quod jam in aquam calidam demissum fuit.

26. *et idem in altero fit)* Lindenius, *idem et in altero fit*.

27. *inter quae)* Idem, *intereaque*.

1. *quae alunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. Verbum *alo* absolute usurpatur etiam in fine hujus capitis; *Fere vero sequitur ut quo valentior quaeque materia est, eo minus facile concoquatur: sed si concocta est, plus alat*. Eodem modo adhibetur a Seneca lib. 3. Natur. Quaest. cap. 2. *Quaedam aquae tenues, quaedam pingues: quaedam alunt, quaedam sine ulla bibentis ope transeunt*; et a Plinio lib. 29. cap. 3. Sect. 2. de ovis; *Nullus est alius cibus, qui in aegritudine alat, neque oneret*. Alii Codd. et omnes Edd. habent *quae nos alunt*; sed ex glossemate.

tates nosse; primum ut sani sciant, quomodo his utantur; deinde ut exsequentibus nobis morborum curationes, liceat species rerum, [2] quae assumendae erunt, subjicere, neque necesse sit subinde singulas eas nominare. Scire igitur oportet, omnia legumina, quaeque ex frumentis panificia sunt, generis valentissimi esse ([3] valentissimum voco, in quo plurimum alimenti est); item omne animal quadrupes domi natum; omnem grandem feram, quales sunt [4] caprea, cervus, aper, onager; omnem grandem avem, quales sunt anser, et pavo, et grus; omnes belluas marinas, ex quibus [5] cetus est, quaeque his pares sunt: item mel, et caseum. Quo minus mirum est, opus pistorium valentissimum esse, quod ex frumento, adipe, melle, caseo constat. In media vero materia numerari ex oleribus debere ea quorum radices, vel bulbos assumimus; ex quadrupedibus, leporem; aves omnes a minimis ad phoenicopterum; item pisces omnes qui salem non patiuntur, solidive saliuntur. [6] Imbecillissimam vero materiam esse [7] omnem caulem oleris, et quidquid [8] in caule nascitur, qualis est cucurbita, et cucumis, et capparis; omnia poma, oleas, cochleas, itemque conchylia. Sed quamvis haec ita discreta sint, tamen etiam quae sub eadem specie sunt, magna discrimina recipiunt; aliaque res alia vel valentior est, vel infirmior. Siquidem [9] plus alimenti est in pane, quam in ullo alio: firmius est triticum, quam milium; id ipsum, quam hordeum; et ex tritico firmissima siligo, deinde simila, deinde cui nihil [10] demptum est, quod *αὐτόπυρον* Graeci vocant;

2. *quae assumendae erunt*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *quae assidue necessariae erunt*; Ed. Lindenii, *quae assumendae necessario erunt*.

3. *valentissimum voco*) Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. ceteraeque Edd. *Id valentissimum voco*.

4. *caprea*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. atque Edd. 1478. 1481. 1493. 1497. et Manutianae, *capreae*; ceterae Edd. *caprae*.

5. *cetus*) Al. *cetos*; al. *κῆτος*.

6. *Imbecillissimam vero materiam esse*) Ita Edd. omnes. In Cod. Med. I. et Vat. VIII. pro *materiam* est *materiem*. Alii Codd. habent *Imbecillissima vero materia esse*. Videtur legendum *Imbecillissimae vero materiae esse*; ut aliquanto inferius, *Ovum durum valentissimae materiae est; molle, vel sorbile, imbecillissimae*.

7. *omnem caulem oleris*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Ruellii. Alii leg: *omne olus*, ut est in aliis Codd. sed perperam. Nam in antecedenti periodo dictum est, *ex oleribus ea quorum radices, vel bulbos assumimus, in media materia numerari debere*.

8. *in caule*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *in cauliculo*.

9. *plus alimenti est in pane, quam in ullo alio*) id est, quam in ullo alio cibo ex frumentis. Eadem dicendi forma alibi utitur. Lib. 5. cap. 17. *Miscentur autem simplicia varie, neque hujus ullus modus est*, i. e. hujus rei. Sic autem legitur in Codd. plerisque omnibus, et in Ed. Lindenii. Cod. Med. I. et Vat. VIII. ceteraeque Edd. habent *plus alimenti est in carne, quam in ullo alio*; sed perperam. Comparatio enim fit, non inter varias rerum species, sed inter res quae sub eadem specie sunt i. e. inter frumentum et frumentum, inter legumen et legumen &c.

10. *demptum*) Ita Codd. Mss. Vulgo legitur *ademptum*.

infirmior est ex polline; infirmissimus cibarius panis. Ex leguminibus vero valentior faba, vel lenticula, quam pisum. Ex oleribus [11] valentiora rapa, napique, et omnes bulbi; in quibus cepam quoque, et allium numero; quam pastinaca, [12] vel quae [specialiter] radicula appellatur: item firmior brassica, et beta, et porrum, quam lactuca, vel cucurbita, vel asparagus. At ex fructibus surculorum valentiores uvae, ficus, nuces, palmulae, [13] quam quae poma proprie nominantur: atque ex his ipsis firmiora quae sucosa, quam quae fragilia sunt. [14] Itemque ex iis avibus quae in media specie sunt, [15] valentiores eae quae pedibus, quam quae volatu magis nituntur; et ex iis quae volatu fidunt, [16] firmiores quae grandiores [aves], quam quae minutae sunt; ut ficedula et turdus. Atque eae quoque quae in aqua degunt, leviorem cibum praestant, quam quae natandi scientiam non habent. Inter domesticas vero quadrupedes levissima suilla est; gravissima bubula: itemque ex feris, quo majus quodque animal, eo robustior ex eo cibus est. Piscium que eorum qui ex media materia sunt, [17] quibus maxime utimur, tamen gravissimi sunt, ex quibus salsa-

11. *valentiora rapa)* Libri omnes habent *valentior rapa*. Ego reposui *valentiora rapa*, ut cohaereant numero cum *napique*. Facile autem errare potuit librarius ob eamdem syllabam *ra* quae proxime sequitur. Lib. 5. cap. 28. sect. 6. habetur *calida aqua fovendum est, in qua rapa decocta sint; aut si ea non sunt* &c.

12. *vel quae [specialiter] radicula appellatur)* radiculam Celsus appellat, quam alii radicem, alii radicem syriacam, alii raphanum vocant. Lib. 1. cap. 3. *At qui mane vomiturus est, ante bibere mulsum, vel hyssopum, aut esse radiculam debet*. Adverbium *specialiter* insititium est. Celsus, si explicatione opus fuisset, dixisset *proprie:* quo adverbio, et paulo infra, et alibi utitur. Lib. 5. cap. 24. sect. 4. habetur *quod specialiter sic* (vel *sil*) *vocatur;* sed vide quae ibi adnotavi. Apud Columellam quoque lib. 3. cap. 3. R. R. legit. *Haec generatim praecepimus, nunc illud proprie specialiter;* sed Gesnerus recte censet *specialiter* glossema esse.

13. *quam quae poma proprie nominantur)* Supra verbis illis *omnia poma*, uvae quoque, ficus, nuces, palmulae significantur; quae hic a pomis proprie dictis distinguuntur. Perperam Lindenius leg. *quaeque poma proprie nominantur*.

14. *Itemque)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *Item*.

15. *valentiores eae quae pedibus, quam quae volatu magis nituntur)* Ita legit Lindenius; alii, *valentior ea quae pedibus, quam quae volatu magis nititur*. Cod. Med. 1. et Vat. VIII. habent *valentiora ea quae pèdibus, quam quae volatu magis nititur;* sed in Mediceo ultima littera vocis *valentiora* expuncta est a Palavicino. Hinc in Edd. antiquis legit. *valentior ea quae pedibus, quam quae volatu magis nititur*. Alii Codd. habent *valentiora ea quae pedibus, quam quae volatu magis nituntur*. Sed *valentior ea* mendose scriptum est pro *valentiores;* legendumque *valentiores, quae pedibus* &c. ut paulo infra, *firmiores, quae grandiores* &c.

16. *firmiores quae grandiores [aves]. quam quae minutae sunt)* Ita in Codd. Med. 1. et Vat. VIII. sed vox *aves* glossema est. Alii Codd. habent *et ex his quae volant media specie sunt valentiores. Quae grandiores aves, quam quae minutae sunt;* Edd. antiquae, *firmiores sunt quae grandiores aves, quam quae minutae sunt;* Ed. Lindenii, *firmiores sunt grandiores aves, quam minutae*.

17. *quibus maxime utimur, tamen gravissimi sunt, ex quibus* &c.) hoc est,

menta quoque fieri possunt, qualis lacertus est; deinde qui, quamvis teneriores, tamen duri sunt, ut aurata, corvus, [18] sparus, oculata; tum plani; [19] post quos etiamnum leviores lupi, mullique; [20] et post hos, omnes saxatiles. Neque vero in generibus rerum tantummodo discrimen est, sed etiam in ipsis: quod et aetate fit, et membro, et solo, et coelo, et habitu. [21] Nam quadrupes omne animal, si lactens est, minus alimenti praestat: itemque quo tenerior pullus cohortalis est: in piscibus quoque media aetas, [22] quae nondum summam magnitudinem implevit. Deinde ex eodem sue ungulae, rostrum, aures, cerebellum; ex agno, hoedove cum petiolis totum caput aliquanto quam cetera membra leviora sunt: adeo ut in media materia poni possint. Ex avibus colla, alaeve recte [23] infirmissimis adnumerantur. Quod ad solum vero pertinet, [24] frumentum quodque valentius est collinum, quam campestre: levior piscis inter saxa editus, quam in arena; levior in arena, quam in limo: quo fit, ut [25] ex stagno, vel lacu, vel flumine eadem genera graviora sint: leviorque qui in alto, quam qui in vado [26] vixit. Omne etiam ferum animal domestico levius; et quodcumque humido coelo, quam quod sicco natum est. Deinde eadem omnia pinguia, quam macra; recentia, quam salsa; nova, quam vetusta plus alimenti habent. Tum res eadem magis alit jurulenta, quam assa; magis assa, quam

gravissimi ii sunt, ex quibus &c. Cum infra Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii habeant *deinde ii* (Ed. Lindenii *hi*) *qui quamvis teneriores* &c. fortasse pronomen *ii* huc transferendum est, et legendum *tamen gravissimi sunt ii, ex quibus salsamenta quoque fieri possunt: deinde, qui quamvis teneriores* &c. Fieri etiam potuit, ut vox *ii* hic ab indiligenti librario omissa fuerit. Lindenius leg. *quamvis maxime utimur, tamen gravissimi sunt: tum ex quibus* &c.

18. *sparus)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. ceteraeque Edd. *scarus*; sed perperam. Nam scarus inter saxatiles numeratur: quod genus omnium levissimum est; ut dicitur paulo post.

19. *post quos etiamnum leviores lupi)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *post quos etiam leviores lupi*; Ed. Lindenii, *post quos etiam leviores sunt, lupi*.

20. *et post hos, omnes saxatiles)* Hippocrates lib. 2. de Vict. Rat.

21. *Nam quadrupes omne animal, si lactens est)* Alii leg. *lactans*; sed minus recte. Lindenius ita edidit: *Nam quadrupes vel omne animal si lactens est*. Voluit, opinor, belluas quoque marinas comprehendere, quae, ut ait Plinius lib. 9. cap. 8. sect. 7. et cap. 13. sect. 15. *mammis educant foetus*. Sed Celsus de piscibus, atque adeo de belluis marinis infra sermonem facit; hic de quadrupedibus terrestribus loquitur.

22. *quae nondum summam magnitudinem implevit)* Lindenius leg. *quaeque nondum* &c. ut non solum de media, sed etiam de provectiore aetate intelligatur: quod minus probandum.

23. *infirmissimis)* Ita plerique Codd. atque Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. ceteraeque Edd. *infirmis*.

24. *frumentum quodque)* Sic reposui pro *frumentum quoque*.

25. *ex stagno)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *e stagno*. Vide lib. 2. Hippocratis de Vict. Rat.

26. *vixit)* Lindenius leg. *vivit*.

[27] elixa. Ovum durum valentissimae materiae est; molle, vel sorbile, imbecillissimae. Cumque panificia omnia firmissima sint, [28] elota tamen quaedam genera frumenti, ut alica, oryza, ptisana, vel ex iisdem facta sorbitio, [29] aut pulticula, et aqua quoque madens panis, imbecillissimis adnumerari potest.

Ex potionibus vero quaecumque ex frumento facta est, itemque lac, mulsum, defrutum, passum, vinum aut dulce, aut vehemens, aut mustum, aut magnae vetustatis, valentissimi generis est. At acetum, et id vinum quod paucorum annorum, vel austerum, [30] vel pingue est, in media materia est: [31] ideoque infirmis numquam generis alterius dari debet. Aqua omnium imbecillissima est. Firmiorque ex frumento potio est, [32] quo firmius est ipsum frumentum: firmior ex eo vino quod bono solo, quam quod tenui; quodque temperato coelo, quam quod aut nimis humido, aut nimis sicco, nimiumque aut frigido, aut calido natum est. Mulsum, quo plus mellis habet; defrutum, quo magis [33] incoctum; passum, quo ex sicciore uva est, eo valentius est. [34] Aqua levissima pluvialis est; deinde fontana; tum ex flumine; tum ex puteo; posthaec ex nive, aut glacie; gravior his ex lacu; gravissima ex palude. Facilis etiam et necessaria cognitio est naturam ejus requirentibus. Nam levis, pondere apparet; et ex

27. *elixa)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Manutianae, et Ruelliana; alii Codd. et ceterae Edd. *frixa*. Celsus carnis elixae saepe mentionem facit; frixae numquam. Assa, elixa, jurulenta in usu erant. Varro lib. 4. de L. L. *Hinc, ab oleribus, ad pecudis carnem perventum est. Suilla sic ab illis generibus cognominata. Hanc primo assam, secundo elixam, tertio e jure uti coepisse, natura docet.*

28. *elota tamen quaedam genera frumenti, ut alica &c.)* haec aqua perfundebantur; tum siccabantur, aut torrebantur; deinde molebantur. Vide quae tradit Plinius de oryza lib. 18. cap. 7. sect. 13. de ptisana sequenti sect. 14. de alica cap. 11. sect. 29. ejusdem libri.

29. *aut pulticula)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *vel pulticula*.

30. *vel pingue)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Ruellii, et Lindenii. Pingue vinum commemorat Celsus lib. 3. cap. 6. et lib. 6. cap. 6. sect. 15. In aliis Codd. ceterisque Edd. pro *pingue* est *lene*; et fortasse rectius. Lene enim videri potest vehementi oppositum, quod *valentissimi generis est*. Adde huc, pingue vinum corpora magis alere; ut scribit Plinius lib. 23. cap. 1. sect. 22. ideoque valentius esse, quam ut in media materia poni possit. Vini autem lenis mentio fit cap. 20. hujus lib. cap. 4. lib. 1. cap. 12. et 13. lib. 4. et alibi.

31. *ideoque infirmis numquam alterius generis dari debet)* Lindenius leg. *ideoque infirmis nunquam ejus generis dari debet*. Num igitur valentissimi generis dandum est? Atqui *imbecillis hominibus rebus infirmissimis opus est; mediocriter firmos media materia optime sustinet*; ut dicitur in fine hujus capitis.

32. *quo firmius est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, atque omnes Edd. *quo firmius fuit*.

33. *incoctum)* Ita plerique Codd. inter quos Med. I. et Vat. VIII. itemque Edd. antiquae; alii Codd. *exeditum*; Ed. Constantini in margine, *excoctum*; Ed. Lindenii, *decoctum*.

34. *Aqua levissima pluvialis est)* Hippocrates de Aere, Locis, et Aquis. Lindenius leg. *pluviatilis*.

iis quae pondere pares sunt, [35] eo melior quaeque est, quo celerius et calefit et frigescit; quoque celerius [36] ex ea legumina percoquuntur. Fere vero sequitur, ut quo valentior quaeque materia est, eo minus facile concoquatur; sed si concocta est, plus alat. Itaque utendum est materiae genere pro viribus; [37] modusque omnium pro genere sumendus. Ergo imbecillis hominibus, rebus infirmissimis opus est; mediocriter firmos media materia optime sustinet; [38] et robustis apta validissima est. Plus deinde aliquis assumere ex levioribus potest: [39] magis in iis quae valentissima sunt, temperare sibi debet.

* Neque haec sola discrimina sunt; sed etiam [1] aliae res bo- *XIX.
ni suci sunt, aliae mali, [2] quas εὐχύλους vel κακόχυλους Graeci vocant; aliae lenes, aliae acres; [3] aliae crassiorem pituitam faciunt, aliae tenuiorem; [4] aliae idoneae stomacho, aliae alienae sunt: itemque [5] aliae inflant; aliae ab hoc absunt; aliae calefaciunt, aliae refrigerant; aliae facile in stomacho acescunt, aliae non facile intus corrumpuntur; aliae movent alvum, aliae supprimunt; aliae citant urinam, [6] aliae tardant; quaedam somnum movent, quaedam sensus excitant. Quae omnia ideo noscenda sunt, quoniam [7] aliud alii vel corpori, vel valetudini convenit.

* Boni suci sunt triticum, siligo, alica, oryza, [1] amylum, *XX.

35. *eo melior quaeque est &c.)* ex Aphor. 26. Sect. 5.

36. *ex ea)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *in ea*.

37. *modusque omnium pro genere sumendus)* omnium rerum. Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. itemque Ed. Constantini in margine. In aliis Codd. atque in ceteris Edd. perperam legit. *modusque omnibus* &c.

38. *et robustis)* Malim *robustis*, extrusa particula *et*.

39. *magis in iis)* Cod. Vat. VIII. *in iis magis*; Ed. Lindenii, *in his magis*.

1. *aliae res boni suci sunt, aliae mali)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *aliae res boni suci, aliae mali sunt*.

2. *quas εὔχυλους, vel κακόχυλους Graeci vocant)* Interpretatio ex margine adscita. Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Ruellii, et Stephani; alii Codd. *quas* ΧΥΛΟΤΡΟΦΑΣ (al. ΧΥΧΟΤΡΟΦΑΣ) *Graeci vocant*; aliae Edd. *quas εὐχύλας, vel κακοχύλας* &c. Constantiniana, *quas εὔχυλα, vel κακόχυλα* &c. in margine autem, *et* pro *vel*; Lindeniana, *quae εὔχυμα, et κακόχυμα* &c.

3. *aliae crassiorem pituitam faciunt)* Libri omnes habent *aliae crassiorem pituitam faciunt*. Sed duae voces *in nobis* additae sunt ex glossa. Cap. 23. hujus lib. *Crassiorem autem pituitam faciunt*; lib. 4. cap. 5. et lib. 6. cap. 6. sect. I. *quae pituitam faciunt crassiorem*.

4. *aliae idoneae stomacho, aliae alienae sunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *aliae idoneae stomacho sunt, aliae alienae sunt*; Ed. Lindenii, *aliae idoneae stomacho sunt, aliae alienae*.

5. *aliae inflant)* In multis Codd. additur *nos*; scilicet ex glossemate, ut supra, *in nobis*.

6. *aliae tardant)* Duo haec verba aliena videntur. Quae res urinam moveant, docet Celsus cap. 31. hujus libri: at quae eam tardent, nusquam proponit; ne ibi quidem ubi maxime opus esset; videlicet lib. 4. cap. 27. sect. 2. *ubi urina super potionum modum, etiam sine dolore profluens, maciem et periculum facit*.

7. *aliud alii vel corpori &c.)* Al. *aliud aliter vel corpori* &c.

1. *amylum, tragum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii. In aliis

tragum, ptisana, lac, caseus mollis, omnis venatio, omnes aves quae ex media materia sunt; ex majoribus quoque eae quas supra [2] nominavi: medii inter teneros durosque pisces, [3] ut mullus, et lupus: verna lactuca, urtica, malva, [4] cucumis, cucurbita, [5] ovum sorbile, portulaca, cochleae, palmulae: ex pomis quodcumque neque acerbum, neque acidum est: vinum dulce, vel lene, passum, defrutum, oleae [6] quae ex his duobus in alterutro servatae sunt: vulvae, rostra, [7] trunculique suum, omnis pinguis caro, omnis glutinosa, omne jecur.

* XXI. * Mali vero suci sunt milium, panicum, hordeum, legumina, caro domestica permacra, omnisque caro salsa, omne salsamentum, garum, vetus caseus, [1] siser, radicula, rapa, napi, bulbi, brassica, magisque etiam cyma ejus, asparagus, beta, cucumis, [2] porrum, eruca, nasturtium, thymum, nepeta, satureia, hyssopum, ruta, anethum, foeniculum, cuminum, anisum, lapathum, sinapi, allium, cepa, lienes, renes, intestina, pomum quodcumque acidum vel acerbum est, acetum, omnia acria, acida, acerba, oleum, pisces quoque saxatiles, omnesque qui ex tenerrimo genere sunt, [3] aut qui rursus nimium duri virosique sunt, ut fere quos stagna, lacus, limosique rivi ferunt, quique in nimiam magnitudinem excesserunt.

* XXII. * Lenes autem sunt [1] sorbitio, pulticula, laganum, amylum, ptisana, pinguis caro, et quaecumque glutinosa est: [2] quod fere quidem in omni domestica fit, praecipue tamen in ungulis, trunculisque suum, in petiolis capitulisque hoedorum et vitulorum

Codd. ceterisque Edd. legit. *amylum. Item et lenes sunt, et stomacho aptae, et calefaciunt, tragum.*

2. *nominavi)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *nominavimus.*

3. *ut mullus, et lupus: verna lactuca)* nam lactuca aestiva, cujus cauliculus jam lacte repletus est, somno apta, sed mali suci est, ut fere omnia, quae somnum faciunt. Vide cap. 32. hujus libri. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *ut mullus, ut lupus verna lactuca*; Ed. Lindenii, *ut mullus, et lupus: olera, lactuca.*

4. *Cucumis)* Haec vox delenda est. Nam cucumis cap. proximo verius adnumeratur cibis mali suci. Vide Galenum lib. de Euchymia, et Cacochymia.

5. *ovum sorbile)* Duae hae voces absunt a Cod. Med. I. et Vat. VIII. Lindenius eas ponit in fine hujus capitis. Sane ovum hic inter olera locum habet minus aptum.

6. *quae)* Ed. Lindenii, *quaeve.*

7. *trunculique suum)* exponunt extrema pedum suillorum, quae *ἀκρόκωλια* Graeci vocant. Alii leg. *trunculique. In summa.*

1. *siser)* Al. *cicer.*

2. *porrum)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *porrus* tum hic, tum cap. 32. hujus libri.

3. *aut qui rursus)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. iidemque infra, *limosique rivi ferunt, quique* &c. alii Codd. et omnes Edd. *aut hi* (Ed. princeps, *aut ii*) *qui rursus*; et infra, *limosive rivi ferunt, quive* &c.

1. *sorbitio)* Al *sorbitiones.*

2. *quod fere quidem in omni domestica fit)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Med. III. atque Edd. Manutianae, aliaeque habent *quod fere quidem in omni. quae domestica sit*; Ed. Lindenii, *quod fere quidem in omni, quae domestica, fit.*

et agnorum, omnibusque cerebellis: [3] item qui proprie bulbi nominantur, lac, defrutum, passum, nuclei pinei. Acria sunt omnia nimis austera, omnia acida, omnia salsa, [4] mel, et quidem quo melius est, eo magis: item allium, cepa, eruca, ruta, nasturtium, cucumis, beta, brassica, asparagus, sinapi, radicula, intubus, ocimum, lactuca, maximaque olerum pars. * XXIII.

* Crassiorem autem pituitam faciunt ova sorbilia, alica, oryza, amylum, ptisana, lac, bulbi, omniaque fere glutinosa. Extenuant eamdem omnia salsa, atque acria, [5] atque acida.

* Stomacho autem [1] apta sunt, quaecumque austera sunt, * XXIV. [2] etiam quae acida sunt, quaeque [3] contacta sale modice sunt: item panis sine fermento, et elota alica, vel oryza, vel ptisana; omnis avis, omnis venatio; atque utraque vel assa, vel elixa: ex domesticis animalibus bubula: si quid ex ceteris sumitur, macrum potius, quam pingue: ex sue ungulae, rostra, aures, vulvaeque steriles: ex oleribus [4] intubus, lactuca, pastinaca, cucurbita elixa, siser: ex pomis [5] cerasum, morum, sorbum, pirum fragile, quale crustuminum vel naevianum est: item pira quae [6] reponuntur tarentina atque signina; malum orbiculatum, aut scandianum, vel amerinum, [7] vel cotoneum, [8] vel punicum; uvae ex olla, molle ovum, palmulae, nuclei pinei, oleae albae ex du-

3. *item qui proprie bulbi nominantur)* Ita legitur in Ed. Constantini. Recte. Cap. 18. hujus lib. cepa, et allium in bulbis numerantur: hic a bulbis proprie dictis discernuntur, et infra inter acria ponuntur. Plerique Codd. et ceterae Edd. antiquae habent *item si qui proprie bulbi nominantur*; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *item quod proprie dulce nominatur*; sed in Mediceo *proprie* ab antiqua manu mutatum est in *porri*. Lindenius leg. *Item lac, et quae proprie dulcia nominantur, defrutum*.

4. *mel, et quidem quo melius est* &c.*)* Ita plerique Codices. Med. I. et Vat. VIII. atque omnes Edd. *mel quidem, et quo melius est* &c.

5 *atque acida)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, atque omnes Edd. *et acida*.

1. *apta sunt)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *aptissima sunt*.

2. *etiam quae acida sunt, quaeque* &c*)* Lindenius, *et quae acida, quaeque* &c.

3. *contacta sale modice sunt)* Ita in Codd. Mss. Vulgo ex Palavicino legit. *contacta sale modico sunt*.

4 *intubus)* Ed. Lindenii, *intuba*; sed cap. 22. hujus lib. *intubus*. In Cod. Veneto utroque loco vox *intubus* in *intuba* mutata est ab alia manu.

5. *cerasum)* Ita Edd. Constantini, et Lindenii hic, atque alibi. Codd. Mss. ceteraeque Edd. *cerasium*.

6. *reponuntur)* Lindenius, *ponuntur*.

7. *vel cotoneum)* Scaliger haec adnotat: „ cotoneum *corruptum est, meo judicio, barbaro more officinarum, ut* cotoneum malum *pro* cydonio *dicatur. Nam certe* cotoneum *vox latina non est: et si latina, a barbaris mutuata. Nam Syri, Arabes, Hebraei, et Turcae etiam* Keton *dicunt*. „ Sed undecumque vocem *cotoneum* petiverint Latini, ea certe pro latina utebantur. Plinius lib 15. cap. 11. sect. 10. *mala, quae vocamus cotonea, et Graeci cydonia*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. hic, et alibi habent *cotoneum*; uno tantum loco, *cotonium*: alii Codd. modo *citonium*, modo *cydoneum*, modo *cydonium*.

8. *vel punicum)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Edd. Ruellii, et Lindenii adduntur *absinthium, murices, purpurae, cochleae*; in Edd. Manutiorum additur tantum *absinthium*. Sed haec rectius infra ponuntur. Vide adnot. 12.

ra muria, eaedem aceto intinctae, vel nigrae, quae in arbore [9] bene maturuerunt, vel quae in passo, defrutove [10] servatae sunt: vinum austerum, [11] licet etiam asperum sit, item resinatum; duri ex media materia pisces, ostrea, pectines, [12] murices, purpurae, cochleae: cibi, [13] potionesque vel frigidae, vel ferventes; absinthium.

XXV. * Aliena vero stomacho sunt omnia tepida, omnia salsa, omnia jurulenta, omnia praedulcia, omnia pinguia, sorbitio, [1] panis fermentatus, idemque vel ex milio, [2] vel ex hordeo, [oleum] radices olerum, et quodcumque olus ex oleo garove estur, mel, mulsum, defrutum, passum, lac, omnis caseus, uva recens, ficus et viridis et arida, legumina omnia, quaeque inflare consueverunt: item thymum, nepeta, satureia, hyssopum, nasturtium, lapathum, [3] lapsana, juglandes. Ex his autem intelligi potest, non quidquid

9. *bene maturuerunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *bene permaturuerunt*.

10. *servatae)* Ed. utraque Almeloveenii habet *versatae*; sed cap. 20. hujus lib. *oleae quae ex his duobus in alterutro servatae sunt*; ut est in aliis omnibus libris.

11. *licet etiam asperum sit)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *licet jam asperum sit*.

12. *murices, purpurae, cochleae)* Ita libri editi. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. legitur *murices, turtures, nuclei pinei*. Sed vox *turtures* mendosa est; ultimae autem duae perperam repetitae sunt: nam *nuclei pinei* superius positi sunt. Alii Codd. habent *murices, purpurae*: in Med. autem IV. addita est a secunda manu vox *cochleae*, sumpta ex Cod. I. qui eam, ut jam adnotavi, superius habet. Rhodius in Not. ad Compos. 104. Scribonii, ubi legitur *conchulae marinae, purpurae, murices*, contendit, et a Scribonio, et a Celso, et a Plinio purpuras a muricibus perperam distingui: existimat enim cum Fabio Columna, qui de Purpura librum edidit, voces has *ejusdem esse significatus*. Ipsi igitur videtur non male fecisse, quisquis fuit, qui in Ms. Celsi, qui Venetiis in Coenobio Tolentinorum asservatur, hoc loco inter utramque vocem particulam *sive* inseruit. In Cod. illo, quem ego quoque tractavi, scriptum est *murices purpuracе*, ab alia autem manu inserta particula *vel*, non *sive*: sed cum ea particula, tum littera *e* vocis *purpuracе* expuncta est.

13. *potionesque vel frigidae, vel ferventes; absinthium)* Ita in plerisque Codd. et in Edd. antiquis. Cod. Med. I. et Vat. VIII. cum *absinthium* supra habeant, hic non habent. Vox haec, quamvis in libris omnibus alterutro loco inveniatur, tamen videri potest insititia: nam absinthium a Galeno, et aliis antiquis medicis, non cibis, sed medicamentis adnumeratur; ac vinum ipsum absinthites, ut alia omnia vini fictitii genera, ad medicinae usus pertinere Plinius tradit lib. 14. cap. 16. sect. 19. Hic autem de cibo et potione Celsus agit. Eamdem suspicionem injicit *absinthium* inter ea quae urinam movent cap. 31. hujus libri. Lindenius leg. *potionesque frigidae, vel fervidae*.

1. *panis fermentatus, idemque &c.)* Ita legit Lindenius. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque omnes fere Edd. antiquae habent *panis fermentatus, itemque* &c. alii Codd. et Edd. Manutianae *panis, itemque* &c.

2. *vel ex hordeo, [oleum] radices olerum)* Vox *oleum* non bene inseritur frumentis atque oleribus. Si retinenda sit, malim eam transferre post voces *radices olerum*. Sed cum sequatur *quodcumque olus ex oleo garove estur*, supervacua videtur, et insititia. Et sane in Cod. Vat. VIII. non invenitur.

3. *lapsana)* Ita quidam legunt cum Caesario tum hic, tum cap. 31. hujus libri. Ita vocatur etiam a Varrone lib. 3. cap. 26. R. R. a Columella lib. 9. cap 4. et a Plinio lib. 19. cap. 8. sect. 41. Codd. Mss. atque Edd. sex primae, Manutianae, et Rnelliana utrobique habent *lapsanum*; Ed. Lindenii, *lampsana*.

boni suci est, protinus stomacho convenire; neque quidquid stomacho convenit, protinus boni suci esse.

* Inflant autem omnia fere legumina, omnia pinguia, omnia *XXVI. [1] dulcia, omnia jurulenta, mustum, atque etiam id vinum cui nihil adhuc aetatis accessit: ex oleribus allium, cepa, brassica, omnesque radices, excepto sisere et pastinaca, bulbi, ficus etiam aridae, sed magis virides, uvae recentes, nuces omnes, exceptis nucleis pineis, lac, omnisque caseus; [2] quidquid denique subcrudum aliquis assumpsit. Minima inflatio fit ex venatione, aucupio, piscibus, pomis, oleis, conchiliis, ovis vel mollibus vel sorbilibus, vino vetere. Foeniculum vero, et anethum inflationes etiam levant.

* At calefaciunt piper, sal, caro omnis jurulenta, allium, *XXVII. cepa, ficus arida, salsamentum, vinum, et quo meracius est, eo magis. Refrigerant olera quorum crudi caules assumuntur, ut intubus, et lactuca: [1] item coriandrum, cucumis, elixa cucurbita, beta, mora, cerasa, mala austera, pira fragilia, caro elixa, praecipueque acetum, sive cibus ex eo, sive potio assumitur.

* Facile autem intus corrumpuntur panis fermentatus, [1] et *XXVIII. quisquis alius quam qui ex tritico est, [2] lac, mel; ideoque etiam lactantia, atque omne pistorium opus; teneri pisces, ostrea, olera, caseus et recens et vetus, crassa vel tenera caro, vinum dulce, mulsum, defrutum, passum; [3] quidquid denique vel jurulentum est, vel nimis dulce, vel nimis tenue. At minime intus vitiantur panis sine fermento, aves, et eae potius duriores, duri pisces; neque solum aurata, puta, aut [4] sparus, sed etiam lolligo, locusta, polypus: item bubula, omnisque dura caro; eademque

1. *dulcia)* Lindenius, *praedulcia*.

2. *quidquid denique)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *quidquid deinde*.

1. *item)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *et item*; Ed. Lindenii, *itemque*.

1. *et quisquis alius, quam qui ex tritico est)* Libri omnes habent *et quisquis alius quam ex tritico est*. Ego addidi vocem *qui*. Librarius eam omisit deceptus a similitudine antecedentis vocis *quam*.

2. *lac, mel; ideoque etiam lactantia)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *lac, mel, ideoque etiam lactentia*; sed proximo cap. 19. in iisdem Codd. legitur, ut in aliis omnibus, *mel crudum, lac, lactantia omnia*. Itaque hic quoque *lactantia* reposui ex aliis Codd. atque ex Edd. sex primis, Manutianis, et Ruelliana; sed in his omnibus deest particula *etiam*. Apicius lib. 7. cap. 11. dixit, *temperabis lac cum melle tamquam ad lactantia*. Ed. Caesarii, et aliae habent *lac, mel; ideoque lactaria*; et ita legendum contendit Casaubonus, quod lactarii saepe, ac dulciarii inveniantur apud Historicos. Ego ipsam vocem *lactaria* invenio apud Lampridium in Eliogabalo cap. 27. neque tamen *lactantia* mutandam puto. Lindenius leg. *et omne pistorium opus, lac, mel; itemque lactentia, atque teneri pisces*. Vide adnot. 5. proximo cap. 29.

3. *quidquid denique)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui hic quoque, ut cap. 26. *quidquid deinde*.

4. *sparus)* Reposui *sparus*, qui simul cum aurata inter duros pisces numeratur cap. 18. Antea legebatur *scarus*. Sed is eodem cap. 18. inter saxatiles ponitur, qui omnium levissimi dicuntur.

aptior est, si macra, si salsa est; omniaque salsamenta; cochleae, murices, purpurae; vinum austerum, vel resinatum.

XXIX. * At alvum movent panis fermentatus, magisque si cibarius vel hordeaceus est; brassica si suberuda est, lactuca, anethum, nasturtium, ocimum, urtica, portulaca, radicula, capparis, allium, cepa, malva, lapathum, beta, asparagus, cucurbita, cerasa, mora, [1] poma omnia mitia, ficus etiam arida, sed magis viridis, [2] uvae recentes, pingues minutae aves, cochleae, garum, [3] salsamentum, ostrea, pelorides, echini, musculi, et omnes fere conchulae, maximeque jus earum; saxatiles, et omnes teneri pisces, sepiarum atramentum; [4] si qua caro assumitur, pinguis, eadem vel jurulenta, vel elixa; aves quae natant; mel crudum, lac, [5] lactantia omnia, mulsum, vinum dulce vel salsum, [6] aqua tenera, omnia tepida, dulcia, pinguia, elixa, jurulenta, salsa, diluta.

XXX. * Contra adstringunt panis ex siligine, vel ex simila; magis si sine fermento est; magis etiam [1] si tostus est; intenditurque vis ejus etiam si bis coquitur: pulticula vel ex alica, vel ex panico, vel ex milio; itemque ex iisdem sorbitio; et magis si haec ante fricta sunt: lenticula cui vel beta, vel intubus, vel [2] ambubeja, vel plantago [3] adjecta sit; magisque etiam si illa ante

1. *poma omnia mitia)* Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *uva: omnia mitia*.

2. *uvae recentes, pingues minutae aves)* Ita haec verba dividuntur in Ed. Constantini. Alii sic distinguunt: *uvae recentes pingues, minutae aves*; sed perperam. Nam cap. sequenti *minutae aves* alvum adstringere dicuntur, ut, nisi hic *pingues minutae aves* legatur, repugnantia oriatur. Morgagnus igitur non dubitat, quin *pingues* de avibus sit accipiendum, etiam hac de causa, quod mox *caro pinguis* in iis commemoratur, quae alvum movent.

3. *salsamentum)* Al. *salsamenta*.

4. *si qua caro assumitur, pinguis, eadem &c.)* Ita haec verba distinguenda puto, ut sensus sit; caro pinguis sit, eademque &c. Alii leg. *si qua caro assumitur, pinguis eadem*.

5. *lactantia omnia)* Ita omnes Codd. atque Edd. sex primae, et Manutianae. Alii legunt cum Caesario, *lactaria omnia*; Lindenius, *lactentia omnia*.

6. *aqua tenera, omnia tepida)* Ita haec verba dividunt Caesarius, Pantinus, et Constantinus. Pantinus haec adnotat: » *ipsa* aqua tenera *suo epitheto causam facilis descensus ostendit* »: Constantinus » *tenera opponitur durae*, ut infra »; videlicet proximo capite 30. Hippocrates lib. de Aere, Aquis, et Locis, aquam mollem nominat, et durae opponit. Alii leg. *aqua, tenera omnia*; Lindenius, *aqua, omnia tenera*. Morgagnus videtur Caesarii lectionem probare.

1. *si tostus est)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Codd. Mss. et Edd. antiquae habent *si ustus est*. Lib. 3. cap. 6. omnes leg. *panis tostus*.

2. *ambubeja)* Ita Codd. Mss. et Edd. omnes, excepta Caesariana, in qua est *ambuja*. Salmasius contendit *ambula* legendum esse ex Plinio, qui lib. 20. cap. 8. sect. 29. ita scripsit: Intubum *erraticum apud nos quidam ambulam appellavere*. Ad quem locum haec adnotat Harduinus: » Ita Mss. omnes, quos vidimus, quasi indita appellatione ab ambulando, qua satis apte convenit cum altera erratici intubi nomenclatione. Iidem tamen libri in Indice, *ambubaja*; Celsus lib. 2. cap. 30. *vel intubus, vel ambubeja*, non semel ». Bodaeus in notis ad Hist. Plant. Theophrasti censet vocem hanc mendosam esse, et legendum *ambuleja*.

3. *adjecta sit)* Alii omnes, *adjecta est*.

fricta est: per se etiam intubus, [4] vel plantago, vel ambubeja [fricta]; minuta olera, brassica bis decocta: dura ova, magisque si assa sunt: minutae aves, merula, [5] palumbus, magisque si in posca decoctus est; [6] grus, omnes aves quae magis currunt, quam volant; lepus, caprea; jecur ex iis quae sevum habent, maximeque bubulum, ac sevum ipsum: caseus qui vehementior vetustate fit, vel ea mutatione [7] quam in [caseo] transmarino videmus; aut si recens est, ex melle, mulsove decoctus: item mel coctum, pira immatura, sorba, magisque ea quae torminalia vocantur, mala [8] cotonea, et punica, oleae vel albae vel [9] permaturae, myrta, palmulae, purpurae, murices, vinum resinatum vel asperum, item meracum, acetum, mulsum quod inferbuit; [10] item defrutum, passum, aqua vel tepida vel [11] praefrigida, dura, id est ea quae tarde [12] putescit; idcoque [13] pluvia potissimum: omnia dura, macra, austera, aspera, tosta, et in eadem carne, assa potius, quam elixa.

* Vrinam autem movent quaecumque in horto nascentia boni odoris sunt, ut apium, ruta, anethum, ocimum, menta, hyssopum, anisum, coriandrum, nasturtium, eruca, foeniculum: praeter haec asparagus, capparis, nepeta, thymum, satureia, lapsana, pastinaca, magisquae agrestis, radicula, siser, cepa; ex venatione [1] maxime lepus; vinum tenue, piper et rotundum et longum, sinapi, absinthium, [2] nuclei pinei. *XXXI.

* Somno vero aptum est papaver, [1] lactuca, maximeque aesti- *XXXII.

4. *vel plantago, vel ambubeja [fricta])* Codd. Mss. habent *vel ex plantagine, vel ambubeja facta*. Vulgo legit. *vel ex plantagine, vel ambubeja fricta*. Ego reposui *vel plantago* ex emendatione Constantini; vocem autem *fricta* tollendam puto. Non enim beta, vel intubus, vel ambubeja frigebantur, sed lenticulae frictae adjiciebantur, aut per se sumebantur.

5. *palumbus)* Lindenius, *palumbes*; et infra, *decocta* pro *decoctus*.

6. *grus, omnes aves)* Ita habent plerique Codd. atque Edd. sex primae, et Caesariana; Cod. Vat. VIII. *grues, omnes aves*; Med. I. multaeque Edd. *graves omnes aves*; Edd. Manutianae, *graves quoque aves*; Lindeniana, *grus, omnesque aves*.

7. *quam in [caseo] transmarino videmus.)* Ita Codd. plerique, et Edd. omnes; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *quam in eo transmarino videmus*. Sed *caseo* glossema est; itemque *eo*.

8. *cotonea)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. *citonia*; al. *cydonea*; alii, et Edd. antiquae, *cydonia*.

9. *permaturae)* Cesarius, Pantinus, et Lindenius, *praematurae*.

10. *item defrutum)* Lindenius leg. *asperum item defrutum*.

11. *praefrigida)* Stephanus leg. *perfrigida*, ut habet in margine Ed. Constantini.

12. *putescit)* Al. *putrescit*.

13. *pluvia)* Lindenius, *pluviatilis*.

1. *maxime lepus)* ex Hippocrate lib. 2. de Vict. Rat.

2. *nuclei pinei)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. additur *et quae tertio libro hydropi enumerantur titulo XV*. Scilicet adnotatio irrepsit in contextum.

1. *lactuca, maximeque aestiva &c.)* Plinius lib. 20. cap. 7. sect. 26. *Succus omnibus*, lactucis sponte nascentibus, *candidus, viribus quoque papaveri similis: carpitur per menses inciso caule: conditur in fictili novo ad multa praeclarus &c. Quidam et e sativis colligunt succum minus efficacem*,

va, cujus cauliculus jam lacte repletus est, morum, [2] porrum. [3] Sensus excitant nepeta, thymum, saturcia, hyssopum, praecipueque pulegium, ruta, et cepa.

XXXIII. * Evocare vero materiam multa admodum possunt: [1] sed ea quae ex peregrinis medicamentis maxime constant, aliisque magis quam quibus ratione victus succurritur, opitulantur, in praesentia differam: ponam vero ea quae prompta, et iis morbis de quibus protinus dicturus sum, apta, corpus erodunt, [2] et sic eo, quod mali est, extrahunt. Habent autem hanc facultatem semina erucae, nasturtii, radiculae; praecipue tamen omnium [3] sinapi. Salis quoque et fici eadem vis est.

Leniter vero simul et reprimunt, et molliunt lana sucida ex aceto vel vino, cui oleum [4] adjectum sit; contritae palmulae, furfures in salsa aqua vel aceto decocti. [5] At simul et reprimunt, et refrigerant herba muralis, [6] *παρθένιον* vel *περδίκιον* appellant, serpyllum, pulegium, ocimum, herba sanguinalis, quam Graeci *πολύγονον* vocant, portulaca, papaveris folia, capreolique vitium, [7] coriandri folia, hyoscyamum; muscus, siser, apium, solanum;

Peculiares earum vires partim jam dictae sunt, somnum faciendi &c. Defervefacti hi caules et stomacho utilissimi traduntur: sicut somno aestiva maxime lactuca, et amara lactensque, quam meconidem vocavimus. Anno 1758. cum ruri satis magnam lactentis lactucae copiam haberem, curavi, ut sucus ex ea exprimeretur, atque ad defruti crassitudinem decoqueretur. Is pondere dimidii scripuli datus, somnum aegris attulit, etiam in febri.

2. *porrum)* Pantino porrum somno aptum non videtur, quod acre sit, ideoque sensus excitet. Sed Plinius quoque lib. 20. cap. 6. sect. 22. tradit *porrum capitatum multum somno conferre*.

3. *Sensus excitant)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. *Sensum excitat*; Ed. Lindenii, *Sensus vero excitant*.

1. *sed ea quae ex peregrinis medicamentis maxime constant)* Ita in plerisque Codd. et in Edd. antiquis. Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii habent *sed ea, cum ex peregrinis medicamentis maxime constent*; infra vero, *opitulentur* pro *opitulantur*.

2. *et sic eo, quod mali est, extrahunt)* Ita Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae. Caesarius, et alii legunt *et sic ex eo, quod mali est, extrahunt*; Lindenius, *et sic ex eo, quidquid mali est, extrahunt*.

3. *sinapi)* Cod. Vat, VIII. et Ed. Lindenii, *sinapis*.

4. *adjectum sit)* Alii omnes leg. *adjectum est*.

5. *At simul et reprimunt)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *At simul reprimunt*.

6. *παρθένιον vel περδίκιον)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. habent ΠΑΡΘΕΝΙΟΝ *vel* ΠΕΡΔΕΙΚΙΟΝ; al. ΠΑΡΘΕΝΙΟΝ *vel* ΠΕΡΔΙΚΙΟΝ; al. *vel* ΠΑΡΘΕΝΙΟΝ, *vel* ΠΕΡΔΙΚΙΟΝ; Vat. VI. et omnes Edd. excepta Ruelliana, *parthenium, vel perdicium*. Sed is Codex nullam habet auctoritatem; cum in Med. 1. ex quo descriptus est, duae hae voces graece scriptae sint. Morgagnus censet legendum omnino esse *παρθένιον vel περδίκιον*, ut edidit Ruellius. Plinius quidem lib. 21. cap. 30. sect. 10. ita scribit: *Parthenium, alii leucanthes, alii ammacum. Celsus apud nos, perdicium, et muralem.* Sed Morgagno Plinius potius ex Celso, non Celsus ex Plinio emendandus videtur: cui facile assentior. Et sane herba haec non alio nomine a Celso commemoratur, quam muralis; ut lib. 4. cap. 24. et lib. 5. cap. 28. sect. 18. Lapsus fortasse Plinius est, et Celso attribuit *parthenium*, quam ille Graecis attribuerat.

7. *coriandri folia, hyoscyamum)* Ita omnes Editiones. Cod. Med. 1. *coriandrum*,

[8] quam στρύχνον Graeci vocant, brassicae folia, intubus, plantago, foeniculi semen, contrita pira vel mala, praecipueque cotonea, lenticula, aqua frigida, maximeque [9] pluvialis, vinum, acetum, [10] et horum aliquo madens vel panis, vel farina, vel spongia, vel [11] cinis, vel lana sucida, vel etiam linteolum, creta cimolia, gypsum, melinum, myrteum, rosa, acerbum oleum, verbenarum contusa cum teneris caulibus folia; cujus generis sunt olea, cupressus, myrtus, lentiscus, tamarix, ligustrum, rosa, rubus, laurus, hedera, punicum malum. Sine frigore autem reprimunt [12] cocta mala cotonea, malicorium, aqua calida, in qua verbenae [13] coctae sint, quas supra [14] posui, pulvis vel ex faece vini, vel ex myrti foliis, amarae nuces. Calefacit vero ex qualibet farina cataplasma, [15] sive tritici, sive farris, sive hordei, sive ervi, vel lolii, vel milii, vel panici, vel lenticulae, vel fabae, vel lupini, vel lini, vel foeni graeci; ubi ea deferbuit, calidaque imposita est. Valentior tamen ad id omnis farina est ex mulso ,quam ex aqua cocta. Praeterea cyprinum, irinum, medulla, [16] adeps

folia hyoscyamum; Vat. VIII. *coriandrum folia, hyo*CKINΘ*um*; alii, *coriandri folia*, YOCKYAMI. Sunt qui negent, hyoscyamum neutro genere apud Celsum reperiri; atque etiam dubitent, num apud ullum auctorem reperiatur. Sed reperitur apud Plinium. En loca duo, de quibus dubitare non licet. Lib. 25. cap. 9. sect. 58. *Hyoscyamum contusum cum foliis ex vino recte datur*; lib. 28. cap. 10. sect. 45. *Si hyosciamum potum sit*. Immo genere masculino fortasse apud eum non invenitur, nisi lib. 25. cap. 4. *apud Graecos vero hyoscyamus appellatur*. Sed ibi ὑοσκύαμος graecis litteris scribendum videtur. Et sane in Ed. principe 1469. est *hyostyamos*; in pervetusto Cod. Ms. Florentiae apud Riccardos. *hyoscyamos*, graeca terminatione.

8. *quam στρίχνον Graeci vocant*) Plinius lib. 27. cap. 13. sect. 108. *Solanum Graeci strychon vocant, ut tradit Cornelius Celsus*.

9. *pluvialis*) Lindenius, *pluviatilis*.

10. *et horum aliquo madens*) Sic reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. sed in iis pro *aliquo* est *aliquod*. Eadem dicendi forma ex Celsus alibi utitur. Cap. 18. hujus lib. *aqua madens panis*; lib. 5. cap. 26. sect. 33. *linteolum frigida aqua madens*; lib. 8. cap. 7. *linteolum duplex madens vino et oleo*. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *et ex horum aliquo magis madens*; Ed. Lindenii, *et ex horum aliquo madens*.

11. *cinis*) Sic lib. 7. cap. 1. *Tum superdanda reprimentia sunt . . . et si nihil aliud est, cinis quoque, maxime ex sarmentis; si is non est, quilibet alius ex aceto, vel etiam ex aqua coactus*. Lindenius leg. *lacinia*.

12. *cocta mala cotonea*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et pleraeque Edd. *cocta mala cydonia*; Ed. Salingiacensis, et Pantiniana, *cocta cydonia*; Lindeniana, *cocta cotonea*.

13. *coctae sint*) Alii omnes, *coctae sunt*.

14. *posui*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *proposui*.

15. *sive tritici* &c.) Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *sive ex tritici*. Ego praepositionem sustuli. In aliis Codd. et in libris vulgatis legit. *sive ex tritici, sive ex farris*.

16. *adeps ex fele*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, atque omnes Edd. *adeps ex felle*. Sed neque felis adipem, neque adipem cum felle mixtum ad unctionem et frictionem adhibitum fuisse, in veterum medicorum monumentis reperire potui. Fortasse legendum *adeps ex sale*, id est adeps salsus. Plinius lib. 28. cap. 9. sect. 37. *In communibus* remediis *adipi laus est, sed maxime suillo . . . . . . Axungiam Graeci etiam appellaverunt jam in voluminibus suis . . . . . Vsus igitur axungiae est ad emollienda, excalefacienda, discutienda, purgandaque . . . Convenitque salsam magis emollire, excalefacere, discutere*.

ex fele, [17] oleum, magisque si vetus est, junctaque oleo sal, nitrum, git, piper, quinquefolium. Fereque [18] quae vehementer et reprimunt, et refrigerant, durant; [19] quae calefaciunt, et digerunt, emolliunt: praecipueque ad emolliendum potest cataplasma ex lini vel foeni graeci semine. His autem omnibus, et simplicibus, et permixtis, varie medici utuntur; ut magis quid quisque persuaserit sibi, appareat, quam quid evidenter compererit.

17. *oleum, magisque si vetus est, junctaque oleo sal, nitrum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *juncta oleo, magisque, si vetus est, sal, nitrum;* Edd. Manutiorum, *sal nigrum*.

18. *quae vehementer et reprimunt &c.)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *quae vehementer reprimunt*.

19. *quae calefaciunt, et digerunt, emolliunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *quae calefaciunt, et digerunt, et emolliunt;* Ed. Lindenii, *quae autem calefaciunt et digerunt, ea emolliunt*.

A. CORNELII CELSI
ARTIVM LIBER OCTAVVS
IDEM
MEDICINAE TERTIVS.

*[1] Provisis omnibus quae pertinent ad universa genera morborum, ad singulorum curationes veniam. Hos autem in duas species Graeci diviserunt; aliosque ex his acutos, alios longos esse dixerunt: ideoque, quoniam non semper eodem modo respondebant, eosdem alii inter acutos, alii inter longos retulerunt. Ex quo plura eorum genera esse manifestum est. Quidam enim breves [2] acutique sunt, qui cito vel tollunt hominem, vel ipsi cito finiuntur: quidam longi, sub quibus neque sanitas in propinquo, neque exitium est: tertiumque genus eorum est, qui modo acuti, modo longi sunt; idque non in febribus tantummodo, in quibus frequentissimum est, sed in aliis quoque fit. Atque etiam praeter hos, quartum est, quod neque acutum dici potest, quia non perimit; neque utique longum, quia, si occurritur, facile sanatur. Ego eum de singulis dicam, cujus quisque generis sit indicabo. Dividam autem omnes in eos qui in totis corporibus consistere videntur, et eos qui oriuntur in partibus. Incipiam a prioribus, pauca de omnibus praefatus. In nullo quidem morbo [3] minus fortuna sibi vindicare, quam ars potest; utpote cum, repugnante natura, nihil medicina proficiat. Magis I.

A. CORNELII CELSI ARTIVM LIBER OCTAVVS &c.) Cod. Med. I. et Vat. VIII. *A. CORNELII CELSI ARTIVM LIBER II. EXPLICIT. INCIPIT LIBER TERTIVS.* Alii Codd. *ARTIVM AVRELII CORNELII CELSI LIBER VIII. IDEM MEDICINAE TERTIVS INCIPIT.* Edd. antiquae, *LIBER TERTIVS. De morborum generibus. Cap. 1.* Ed. Lindenii, *LIBER TERTIVS. CAPVT PRIMVM.*

1. *Provisis)* In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii, *Praevisis*.

2. *acutique)* Ita reposuit Lindenius ex emendatione Constantini. Antea legebatur *utique*.

3. *minus fortuna sibi vindicare, quam ars potest: utpote cum, repugnante natura &c.)* Est enim in fortuna positum, repugnet nec ne natura. Eadem ratione in prooemio lib. 7. dicitur, *Siquidem in morbis cum multum fortuna conferat, eademque saepe salutaria, saepe vana sint; potest dubitari, secunda valetudo medicinae, an corporis beneficio contigerit;* id est beneficio naturae. Aliqui Codd. et Edd. Manutianae pro *repugnante natura* habent *repugnante fortuna*. Caesarius leg. *minus fortuna sibi vindicat, quam ars potest;* Lindenius, *plus fortuna sibi vendicare, quam ars: ars, quam natura, potest.*

tamen ignoscendum medico est parum proficienti in acutis morbis, quam in longis. Hic enim breve spatium est, intra quod, si quod auxilium non profuit, aeger extinguitur: ibi et deliberationi, et mutationi remediorum tempus patet; adeo ut raro, si inter initia medicus accessit, obsequens aeger sine illius vitio pereat. Longus tamen morbus cum penitus insedit, quod ad difficultatem pertinet, acuto par est. Et acutus quidem, quo vetustior est; longus autem, quo recentior, eo facilius curatur. Alterum illud ignorari non oportet, quod non omnibus aegris eadem auxilia conveniunt. Ex quo incidit, ut alia atque alia summi auctores quasi sola [4] venditaverint, prout cuique cesserant. Oportet itaque, ubi aliquid [5] non respondet, non tanti putare auctorem, quanti aegrum; et experiri aliud atque aliud: sic tamen, ut in acutis morbis cito mutetur, quod nihil prodest; in longis, quos tempus ut facit, sic etiam solvit, non statim condemnetur, si quid non statim profuit; minus vero removeatur, si quid paulum saltem juvat; quia profectus tempore expletur.

* II. * Protinus autem inter initia scire facile est, quis acutus morbus, quis longus sit: [1] non in iis solis in quibus semper ita se habet; sed in iis quoque in quibus variat. Nam ubi sine intermissionibus accessiones et dolores graves urgent, acutus morbus est: ubi lenti dolores, lentaeve febres sunt, et spatia inter accessiones porriguntur, acceduntque ea signa quae in priore volumine exposita sunt, longum hunc futurum esse manifestum est. Videndum etiam est, morbus an increscat, an consistat, an minuatur: quia quaedam remedia increscentibus morbis, plura [2] inclinatis conveniunt; eaque quae [3] increscentibus apta sunt, ubi acutus increscens urget, in remissionibus potius experienda sunt. Increscit autem morbus, dum graviores dolores, accessionesque veniunt; haeque et ante quam proximae revertuntur, et postea desinunt. Atque in longis quoque morbis, etiam tales notas non habentibus, scire licet increscere, si somnus incertus est, si deterior concoctio, si foetidiores dejectiones, si tardior sensus, si pigrior mens, si percurrit corpus frigus aut calor, si id magis pallet. Ea vero quae contraria his sunt, decedentis ejus notae

4. *venditaverint)* Ita in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *vendicaverint*, al. *vindicaverint*, al. *vindicarint*.

5. *non respondet)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Ruellii, et Almeloveenii; alii Codd. ceteraeque Edd. *non respondit*.

1. *non in iis solis &c.)* Sic lib. I. cap. 5. *Neque vero iis solis &c.* Lindenius leg. *non in his solum*.

2. *inclinatis)* Al. *inclinantibus*.

3. *increscentibus)* In libris antiquis mendose est *decrescentibus*. Lindenius leg. *crescentibus*, ut est in margine Ed. Constantinianae: ego, *increscentibus*; quod antecedat *increscat*, sequatur *increscens*, *increscit*, *increscere*.

sunt. Praeter haec in acutis morbis serius aeger alendus est, nec nisi jam inclinatis; [4] ut primo dempta materia impetum frangat: in longis maturius, ut sustinere spatium [5] affecturi mali possit: [6] ac si quando is non in toto corpore, sed in parte est; magis tamen ad rem pertinet, vim totius corporis moliri [quam proprie partis aegrae sanitatem]. Multum etiam interest, ab initio quis recte curatus sit, an perperam: quia curatio minus iis prodest, in quibus assidue frustra fuit. Si quis temere habitus adhuc integris viribus vivit, admota curatione momento restituitur.

Sed cum ab iis coeperim quae notas quasdam futurae adversae valetudinis exhibent, curationum quoque principium ab animadversione ejusdem temporis faciam. Igitur si quid, ex iis quae proposita sunt, incidit, omnium optima sunt quies et abstinentia; [1] si quid bibendum est, aqua; idque interdum uno die fieri satis est; interdum, si terrentia manent, biduo: proximeque abstinentiam sumendus est cibus exiguus, bibenda aqua; [2] postero die etiam vinum; deinde invicem alternis diebus modo aqua, modo vinum, donec [3] omnis causae metus finiatur. Per haec enim saepe instans gravis morbus discutitur. Plurimique falluntur, dum se primo die protinus sublaturos languorem aut exercitatione, aut balneo, aut coacta dejectione, aut vomitu, aut sudationibus, aut vino sperant. [4] Non quo non interdum id incidat; sed quo

4. *ut primo dempta materia)* Lindenius, *ut inedia, dempta materia*.

5. *affecturi)* Multi Codd. atque Edd. Manutiorum, Ruellii, et Stephani, *adventuri*.

6. *ac si quando is non in toto corpore, sed in parte est; magis tamen ad rem pertinet vim totius corporis moliri [quam proprie partis aegrae sanitatem])* Ita in Cod. Vat. VIII. nisi quod pro *moliri* est *molliri*. Med. I. et pleraeque Edd. habent *ac si quando is non in toto corpore . . . vim totius corporis molliri, quam proprie partes* (Cod. *partis*) *aegre sanentur*; alii Codd. *ac si quando is non in toto corpore . . . vim totius corporis moliri, quam propriae partes aegrae sanentur*. Quocumque modo legatur, sententia falsa est. Nam cum morbus non in toto corpore, sed in parte est, nihil magis ad rem pertinet, quam partem ipsam sanari. Puto igitur membrum hoc *quam proprie partis aegrae sanitatem*, sive, *quam proprie* (vel *propriae*) *partes aegrae sanentur* ab explanatoribus additum fuisse. Constantinus ita emendandum censet: *At si quando is non in toto corpore, sed in parte est, magis tamen ad rem pertinet vim totius corporis moliri, per quam propriae partes aegrae sanentur*. Lindenius vero ita legit: *At, si quando is non in toto corpore, sed in parte est; magis tamen ad rem pertinet, vim totius corporis moliri, quam partis; cum per eam partes aegrae sanentur*.

1. *si quid bibendum est, aqua)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *si quid bibendum, aqua*.

2. *postero die)* Al. *postera die*.

3. *omnis causae metus) causae* pro morbi; ut infra, *tantum causam metuentibus*. Caesarius, et Lindenius legunt *omnis causa metus*.

4. *Non quo non interdum id incidat)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. additur *aut non deciperet*: in aliis, et in omnibus Edd. *aut non decipiat*. Ego haec verba sustuli. Quis enim ita loquatur, *non quo interdum id non decipiat, sed quo saepius fallat?* Ed. Lindenii habet *Non quod*; et infra, *sed quod*.

saepius fallat, solaque abstinentia sine ullo periculo medeatur: cum praesertim etiam pro modo terroris moderari liceat; et si leviora indicia [5] fuerint, satis sit a vino tantum abstinere, quod subtractum, plus quam si cibo [6] quid dematur, adjuvat: si paulo graviora [7] [facile sit], non aquam tantum bibere, sed etiam cibo carnem subtrahere; interdum panis quoque minus quam pro consuetudine assumere, humidoque cibo esse contentum, et olere potissimum: satisque sit, tunc ex toto a cibo, a vino, ab omni motu corporis abstinere, cum vehementes notae terruerunt. Neque dubium est, quin vix quisquam qui non dissimulavit, sed per haec mature morbo occurrit, aegrotet.

III. * Atque haec quidem sanis facienda sunt, tantum causam metuentibus. Sequitur vero curatio febrium, quod et in toto corpore, et vulgare maxime morbi genus est. Ex his una quotidiana, altera tertiana, altera quartana est: interdum etiam longiore circuitu quaedam redeunt; sed id [1] raro fit. In prioribus et morbi sunt, et medicina. [2] Et quartanae quidem simpliciores sunt. Incipiunt fere ab horrore; deinde calor erumpit; finitaque febre biduum integrum est: ita quarto die revertitur. Tertianarum vero duo genera sunt: alterum eodem modo quo quartana, et incipiens, et desinens; illo tantum interposito discrimine, quod unum diem praestat integrum, tertio redit: alterum longe perniciosius, quod tertio quidem die revertitur, ex octo autem et quadraginta horis fere sex et triginta per accessionem occupat, interdum etiam vel minus, vel plus; neque ex toto in remissione desistit, sed tantum levius est. Id genus plerique medici ἡμιτριταῖον appellant. Quotidianae vero variae sunt, et multiplices. Aliae enim protinus a calore incipiunt, aliae a frigore, aliae ab horrore. Frigus voco, ubi extremae partes membrorum inalgescunt: horrorem, ubi [3] corpus totum intremit. Rursus aliae sic desinunt, ut ex toto sequatur integritas: aliae sic, ut aliquantum quidem minuatur ex febre, nihilo minus tamen quaedam reliquiae remaneant, donec altera accessio accedat: ac saepe [4] aliae vix

5. *fuerint*) Ita Codd. Mss. atque Edd. Manutiorum, Gryphii, Constantini, et Stephani. Alii leg. *fuerunt*.

6. *quid dematur*) Ita in Mss. et in Edd. Manutianis: in ceteris Edd. *aliquid dematur*.

7. [*facile sit*]) Manutii, et Lindenius leg. *satis sit*. Vtrumque glossema est. Intelligendum *satis sit*, et ex membro antecedenti, et ex periodo sequenti.

1. *raro fit*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *raro evenit*.

2. *Et quartanae quidem*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. Edd. antiquae, *At quartanae quidem*; Ed. Lindenii, *Ac quartanae quidem*.

3. *corpus totum intremit*) Sic in Codd. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi habent *totum corpus intremit*.

4. *aliae vix quidquam. aut nihil remittunt*) Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *aliae vix quidquam, aut nihil remittant, sed continuent*. Ego pro *remittant*

quidquam aut nihil remittunt [sed continuent]. Deinde aliae fervorem ingentem habent, aliae tolerabilem: aliae quotidie pares sunt, aliae impares; atque invicem altero die [5] leviores, alterò vehementiores: aliae tempore eodem postridie revertuntur, aliae vel serius vel celerius: aliae diem noctemque accessione et decessione implent, aliae minus, aliae plus: aliae cum decedunt, sudorem movent, aliae non movent; atque alias per sudorem ad integritatem venitur, alias corpus tantum imbecillius redditur. Accessiones etiam modo singulae singulis diebus fiunt, modo binae pluresve concurrunt: ex quo saepe evenit, ut quotidie plures accessiones remissionesque sint; sic tamen, ut unaquaeque alicui priori respondeat. Interdum vero accessiones quoque confunduntur sic, ut notari neque tempora earum, neque spatia possint. Neque verum est quod dicitur a quibusdam, nullam febrem inordinatam esse, nisi aut ex vomica, aut ex inflammatione, aut ex ulcere: facilior enim semper curatio foret, si hoc verum esset. [6] Sed quod evidentes causae faciunt, facere etiam abditae possunt. Neque de re, sed de verbo controversiam movent, qui cum aliter aliterque in eodem morbo febres [7] accedunt, non easdem inordinate redire, sed alias aliasque subinde oriri dicunt. Quod tamen ad curandi rationem nihil pertineret, etiamsi vere diceretur. Tempora quoque remissionum modo liberalia, modo vix ulla sunt.

* Et febrium quidem ratio maxime talis est. Curationum vero diversa genera sunt, [1] prout auctores alios habent. Asclepiades officium esse medici dicit, ut tuto, ut celeriter, ut jucunde curet. Id votum est: sed fere periculosa esse nimia et festinatio et voluptas solet. Qua vero moderatione utendum sit, ut, quantum fieri potest, omnia ista contigant, prima semper habita salute, in ipsis partibus curationum considerandum erit. Et ante omnia quaeritur, primis diebus aeger qua ratione continendus sit. Antiqui medicamentis quibusdam datis concoctionem moliebantur; eo quod cruditatem maxime horrebant: deinde eam materiam quae laedere videbatur, ducendo saepius alvum subtrahebant. Asclepiades medicamenta sustulit; [2] alvum non toties, * IV.

reposui *remittunt*; et sustuli duas voces *sed continuent*: quae ex margine irrepserunt. In aliis Codd. et in Edd. antiquis legit. *aliae vix quicquam, aut nihil remittunt, sed ita, ut continuent*; in Ed. Lindenii, *aliae vix quicquam, aut nihil remittunt, sed ita, ut coepere, continuant*.

5. *leviores)* Alii omnes, *leniores*.

6. *Sed quod)* Lindenius, *Nam quod*.

7. *accedunt)* Al. *accedant*.

1. *prout auctores alios habent)* Codd. Mss. et Edd. omnes, praeter Manutianus, *prout auctores aliquos habent*. Manutii pro *aliquos* legunt *aliqui*. ego, *alios*.

2. *alvum non toties, sed fere tamen in omni morbo subduxit)* Ita habent Codd.

sed fere tamen in omni morbo subduxit: febre vero ipsa praecipue se [3] ad remedium ejus uti professus est. [4] Convellendas etiam vires aegri putavit luce, vigilia, siti ingenti sic, ut ne os quidem primis diebus elui sineret. Quo magis falluntur, qui per omnia jucundam ejus disciplinam esse [5] concipiunt. [6] Is enim ulterioribus quidem diebus cubantis etiam luxuriae subscripsit; primis vero tortoris vicem exhibuit. Ego autem medicamentorum dari potiones, et alvum duci non nisi raro debere concedo; [7] non ideo tamen id agendum, ut aegri vires convellantur, existimo; quoniam ex imbecillitate summum periculum est. Minui ergo tantum materiam superantem oportet, quae naturaliter digeritur, ubi nihil novi accedit. Itaque abstinendus a cibo [8] primis diebus, et in luce habendus aeger, nisi infirmus, interdiu est; quoniam corpus ista quoque digerit: isque cubare quam maximo conclavi debet. Quod ad sitim vero somnumque pertinet, moderandum est; ut interdiu vigilet; noctu, si fieri potest, conquiescat: ac neque potet, neque nimium siti crucietur. Os etiam ejus elui potest, ubi et siccum est, et ipsi foetet; quamvis id tempus [9] potioni aptum non est. Commodeque Erasistratus dixit, saepe, interiore parte humorem non requirente, os et fauces requirere; neque ad rem male haberi aegrum pertinere. Ac primo quidem sic tenendus est. Optimum vero medicamentum est, opportune cibus datus: qui quando primum dari debeat, quaeritur. Plerique ex antiquis tarde dabant, saepe quinto die, saepe sexto: et id fortasse vel in Asia, vel in AEgypto, [10] coeli ratio patitur. Asclepiades, ubi aegrum triduo per omnia fatigaverat, [11] quarto die

omnes; sed in Med. I. particula *ab* expuncta est. Sane Celsus lib. 2. cap. 12. sect. 2. dixit *alvus potius ducenda est*; et alibi *alvum ducere, alvus ducta, alvi ductio*; lib. tamen 6. sect. 16. eodem sensu dixit *alvus ab inferiore parte evocanda est.*

3. *ad remedium ejus uti)* Ita in Mss. et in Edd. Manutianis; in ceteris Edd. deest vox *ejus*.

4. *Convellendas etiam &c.)* Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *Convellendas enim &c.*

5. *concipiunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et antiquae Edd. *contendunt*.

6. *Is enim)* Lindenius, *Etenim*.

7. *non ideo tamen id agendum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, atque omnes Edd. *et id non ideo tamen agendum*.

8. *primis diebus, et in luce habendus aeger, nisi infirmus, interdiu est)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. pleraeque habent *primis diebus est, in luce habendus aeger &c.* Ego reposui *et* pro *est*, atque interpunctionem mutavi. In aliis Codd. et in Ed. Ruellii legitur *primis diebus est, in luce habendus aeger, nisi infirmus, dum interdiu est*; in Ed. Lindenii, *primis diebus est, et in luce habendus aeger (nisi infirmus) interdiu*.

9. *potioni aptum non est)* Ita Cod. Med. I. et Vat VIII. alii, et libri editi, *aptum potioni non est*.

10. *coeli ratio patitur)* In prooemio lib. I. *Famem facilius adolescens, quam puer; facilius in denso coelo, quam in tenui ... facilius inexercitatus, quam exercitatus homo sustinet*; Porro in Asia, et in AEgypto densum coelum est.

11. *quarto die cibo destinabat)* In Cod. Vat. VIII. et in Ed. Almelovenii legit. *quar-*

cibo destinabat. At Themison nuper, non quando coepisset febris, sed quando desiisset, aut certe levata esset considerabat; et ab illo tempore, exspectato die tertio, si non accesserat febris, statim: si accesserat, ubi ea vel desierat, vel, si assidue inhaerebat,[12] certe sese inclinaverat, cibum dabat. Nihil autem horum utique perpetuum est. Nam potest primo die primus cibus dandus esse, potest secundo, potest tertio, potest non nisi quarto, aut quinto; potest post unam accessionem, potest post duas, potest post plures. Refert enim qualis morbus sit, quale corpus, quale coelum, quae aetas, quod tempus anni: minimeque in rebus multum inter se differentibus perpetuum esse praeceptum temporis potest. In morbo qui plus virium aufert, celerius cibus dandus est: itemque eo coelo[13] quod magis digerit. Ob quam causam in Africa nullo die aeger abstineri recte videtur. Maturius etiam puero, quam juveni; aestate, quam hieme dari debet.[14] Vnum illud est, quod semper, quod ubique servandum est, ut aegri vires subinde assidens medicus inspiciat, et quamdiu supererunt, abstinentia pugnet; si imbecillitatem vereri coeperit, cibo subveniat. Id enim ejus officium est, ut aegrum, neque supervacua materia oneret,[15] neque [imbecillitatem] fame perdat. Idque apud Erasistratum quoque invenio: qui quamvis parum docuit, quando venter, quando corpus ipsum exinaniretur, dicendo tamen haec esse videnda, et tum cibum dandum, cum corpori deberetur, satis ostendit, dum vires superessent, dari non oportere; ne deficerent consulendum esse. Ex his autem intelligi potest, ab

tum diem cibo destinabat. In Ed. Lindenii mendose est *quartum die*; pro *quartum diem*, an pro *quarto die?* Infra pleraeque Edd. inter quas Lindeniana, pro *desiisset* habent *desisset*.

12. *certe sese inclinaverat)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *certe si se inclinaverat*. Ego mutavi *si se* in *sese*. In aliis Codd. et in libris vulgatis legit. *si certe se inclinaverat*. Excipienda est Ed. Caesarii, quae habet *certe se inclinaverat*.

13. *quod magis digerit)* Ita ex emendatione Constantini. Intelligendum autem corpus. Sic supra Celsus dixit: *corpus ista quoque, lux, digerit*. Libri omnes habent *quo magis digerit;* sed perperam. Neque enim sermo est de cibo concoquendo, sive digerendo; sed de coelo quod corpus digerit; cujusmodi est in Africa; tenue scilicet, et calidum.

14. *Vnum illud est, quod semper, quod ubique servandum est)* ex Aphor. 9. Sect. I. Ita Cod. Med. I. atque Vaticani III. IV. VI. et VIII. Alii Codd. atque Edd. sex primae, et Ruelliana, *Vnum illud est semper, quod* &c. Manutii leg. *Vnum illud est, quod semper ubique* &c. Lindenius, et alii cum Caesario, *Vnum illud, et semper, et ubique* &c.

15. *neque [imbecillitatem] fame perdat)* Ita in Ed. 1481. et aliis multis; in Cod. Med. I. *prodat;* in Vat. VIII. et in Ed. principe, *pdat*. Scilicet verba *perdo* et *prodo*, cum saepe per has notas *pdo* et *pdo* scriberentur, facile inter se commutabantur. Vide sis adnotat. Faerni ad Terentii Heautont. Act. 4. sect. 3. Vox autem *imbecillitatem* ex antecedenti periodo repetita est. Puto igitur legendum esse *neque fame perdat*. Alii Codd. et Edd. Manutianae habent *neque imbecillitatem fami prodat;* Ed. Constantini in margine, *neque imbecillum fame perdat*. Lindenius leg. *neque imbecilliorem fame perdat*.

uno medico multos non posse curari: cumque, si artifex est, idoneum esse, qui non multum ab aegro recedit. Sed qui quaestui serviunt, quoniam is major ex populo est, libenter amplectuntur ea praecepta quae sedulitatem non exigunt; ut in hac ipsa re. Facile est enim dies vel accessiones numerare iis quoque qui aegrum raro vident: ille assideat necesse est, qui, quod solum opus est, visurus est, quando nimis imbecillus futurus sit, nisi cibum acceperit. In pluribus tamen ad initium cibi dies quartus aptissimus esse consuevit.

Est autem alia etiam de diebus ipsis dubitatio; quoniam antiqui potissimum impares sequebantur, eosque, tamquam tunc de aegris judicaretur, *κρισίμους* nominabant. Hi erant dies tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus, quartusdecimus, unus et vicesimus; ita ut summa potentia septimo, deinde quartodecimo, deinde uni et vicesimo daretur. Igitur sic aegros nutriebant, ut dierum imparium accessiones exspectarent; deinde postea cibum, quasi levioribus accessionibus instantibus, darent: [16] adeo ut Hippocrates, si alio die febris desiisset, recidivam timere sit solitus. Id Asclepiades jure ut vanum repudiavit; [17] atque in nullo die, quia par imparve esset, [18] iis vel majus vel minus periculum esse dixit. Interdum enim pejores dies pares fiunt; et opportunius [19] post eorum accessiones cibus datur. Nonnumquam etiam in ipso morbo dierum ratio mutatur; fitque gravior, qui remissior esse consueverat. Atque ipse quartusdecimus par est, in quo esse magnam vim antiqui fatebantur. [20] Qui cum octavum primi naturam habere contenderent, ut ab eo [21] secundus septenarius inciperet, ipsi sibi repugnabant, non octavum, neque decimum, neque duodecimum diem sumendo, quasi potentiorem: plus enim tribuebant nono, et undecimo. Quod cum fecissent sine ulla probabili ratione, ab undecimo, non ad tertiumdecimum, sed ad quartumdecimum transibant. Est etiam apud Hippocratem, ei quem septimus dies liberaturus sit, quartum esse gravissimum. Ita, illo quoque auctore, in die pari et gravior febris esse po-

16. *adeo ut Hippocrates &c.)* in Aphor. 61. Sect. 4. Membrum hoc minime apte cohaeret cum antecedenti; et fortasse ex Aphorismo illo ab aliquo enarratore additum fuit. Si retinendum est, superius transferendum puto, et ita legendum: *tamquam tunc de aegris judicaretur, κιρσίμους nominabant: adeo ut Hippocrates &c.*

17. *atque in nullo die)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *neque in ullo die*.

18. *iis vel majus &c.)* Lindenius, *aegris vel majus &c.*

19. *post eorum accessiones)* id est dierum parium. Pantinus, et Stephanus leg. *post earum accessiones*; Lindenius, *post febrium accessiones*.

20. *Qui cum octavum &c.)* Hippocrates in Aphor. 24. Sect. 2.

21. *secundus septenarius inciperet)* Ita in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *secundus septenarius numerus*; ex glossemate.

test, et certa futuri nota. Atque idem alio loco quartum quemque diem, ut in utrumque efficacissimum apprehendit; id est quartum, septimum, undecimum, quartumdecimum, decimumseptimum. [22] In quo et ab imparis ad paris rationem transiit, [23] et ne hoc quidem propositum conservavit; cum a septimo die undecimus, non quartus, sed quintus sit. Adeo apparet, quacumque ratione ad numerum [24] respexerimus, nihil rationis sub illo quidem auctore reperiri. Verum in his quidem antiquos tunc celebres admodum Pythagorici numeri fefellerunt: cum hic quoque medicus non numerare dies debeat, sed ipsas accessiones intueri; et ex his conjectare, quando dandus cibus sit. Illud autem magis ad rem pertinet scire, [25] tum oporteat dari, cum jam bene venae conquieverunt, [26] an etiamnum manentibus reliquiis febris. Antiqui enim quam integerrimis corporibus alimentum offerebant: Asclepiades inclinata quidem febre, sed adhuc tamen inhaerente. In quo vanam rationem secutus est: [27] non quo non sit interdum maturius cibus dandus, si mature timetur altera accessio; [28] sed quo scilicet quam sanissimo dari debeat: minus enim corrumpitur, quod integro corpori infertur. Neque tamen verum est quod Themisoni videbatur, si duabus horis integer futurus esset aeger, satius esse tunc dari, ut ab integro corpore potissimum diduceretur. Nam si diduci tam celeriter posset, id esset optimum: sed cum hoc breve tempus non praestet, satius est principia cibi a decedente febre, quam reliquias ab incipiente excipi. Ita si longius tempus [29] secundum est, quam integerrimo dandus est; [30] si breve, etiam antequam ex toto integer fiat. Quo loco vero inte-

22. *In quo et ab imparis ad paris rationem transiit*) Cod. Vat. VIII. habet *in quo et ab imparis numeri rationem transit*; Med. I. *in quo et ab imparis, et paris numeri rationem transit*. Ego pro *et paris* reposui *ad paris*; et pro *transit*, *transiit*. Alibi quoque *transit* pro *transiit* in Mss. occurrit. Glossema autem *numeri*, ante me Lindenius ejecit; sed ita edidit: *in quo ab impari ad paris rationem transit*. In multis Codd. legitur *in quo et ab impari ad paris numerationem transit*; in antiquis Edd. *in quo et ab impari ad paris numeri rationem transit*.

23. *et ne hoc quidem propositum conservavit*) Lindenius, *et ne in hoc quidem propositum conservavit*.

24. *respexerimus*) Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *respeximus*.

25. *tum oporteat dari*) Manutii, *num oporteat dari*; alii cum Caesario, *tumne oporteat dari*; Lindenius, *cibumne oporteat dari*.

26. *an etiamnum*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *aut etiamnum*.

27. *non quo . . sed quo*) Caesarius, Pantinus, et Lindenius, *non quod . . sed quod*.

28. *sed quo scilicet quam sanissimo dari debeat*) Lindenius legit *sed quod non nisi quam sanissimo dari debeat*: quod cum eo pugnat, quod postea sequitur, *si longius tempus secundum est, quam integerrimo cibus dandus est; si breve, etiam antequam ex toto integer fiat*. Infra alii omnes leg. *tunc dare*.

29. *secundum est*) id est felix et opportunum integritatis tempus; ut explicat Morgagnus. Lindenius legit *secuturum est*.

30. *si breve, etiam antequam &c.*) In Edd. Bevel. Junt. Caesar. et Linden. perperam legit. *si etiam breve, antequam &c.*

gritas est, eodem est remissio, [31] quae maxima in febre continua potest esse. [32] Atque hoc quoque quaeritur, utrum tot horae exspectandae sint, quot febrem habuerunt; [33] an satis sit primam partem earum praeteriri, ut aegris jucundius insidat, quibus interdum non vacat. Tutissimum est autem ante totius accessionis tempus [34] praeteriri: quamvis ubi longa febris fuit, potest indulgeri aegro maturius; dum tamen ante [35] minime pars dimidia praetereatur. Idque non in ea sola febre de qua proxime dictum est, sed in omnibus ita servandum est.

V. * Haec magis per omnia genera febrium perpetua sunt: nunc ad singulas earum species descendam. Igitur si semel tantum accessit, deinde desiit, eaque [1] vel ex inguine, vel ex lassitudine, vel ex aestu, aliave simili re fuit sic, ut interior nulla causa metum fecerit, postero die, cum tempus accessionis ita transiit, ut nihil [2] moverit, cibus dari potest. At si ex alto calor venit, et gravitas vel capitis vel praecordiorum secuta est, neque apparet quid corpus confuderit; quamvis unam accessionem secuta integritas est; tamen, quia tertiana timeri potest, expectandus est dies tertius: et ubi accessionis tempus praeteriit, cibus dandus est, sed exiguus; quia quartana quoque timeri potest: [3] et die quarto demum, si corpus integrum est, eo cum fiducia utendum. Si vero postero, tertiove, aut quarto die secuta febris est,

31. *quae maxima*) Ita Edd. 1478. et 1481. aliae, et Codd. Mss. *quae maxime*; Edd. Manutianae, *si qua maxime*; Constantiniana in margine, *quanta maxime*.

32. *Atque hoc*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et pleraeque Edd. *Atque hic*; Ed. Salingiacensis, et aliae, *At hic*; Lindeniana, *At hoc*.

33. *an satis sit primam partem earum praeteriri*) Post haec verba addenda illa, *Tutissimum autem est* &c. Nam quae interjiciuntur, videntur aliena. Quaeritur enim quot horae expectandae sint post febrem, non ut jucunde, sed ut tuto cibus sumi possit. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *quod aegris jucundius insidit, si interdum non vacat*. Constantinus haec margini adscripsit: „ *incidat*, nempe alimentum et cibum sumere. „

34. *praeteriri*) Sic multi Codices. Med. I. et Vat. VIII. atque omnes Edd. *praeterire*.

35. *minime*) Lindenius legit *minimum*; ut est in margine Ed. Constantinianae. Sed vide adnot. 4. ad cap. 8. libri 2.

1. *vel ex inguine*) Almeloveenius haec adnotat: „ Malim *sanguine* vel *ingluvie*: quomodo enim ex inguine posset oriri febris? dein enumerat causas externas, quas inter inguen censeri non potest „. Morgagnus vero quaerit ex Almeloveenio, si inter externas causas censeri inguen non potest, qua ratione sanguis censeretur? *Certe autem*, inquit, *inter causas externas censetur ictus, vel alia ejusmodi, ipsi etiam pedi vis illata a qua et inguinis tumor, et hujus socia diaria febris existit*. Hippocrates Aphor. 55. Sect. 4. *Ex glandularum inflammationibus febres omnes malae, praeter ephemeras*: Galenus autem in Comment. *febres ephemeras, seu diarias appellat, quaecumque secundum suam naturam diem unum durant. De quarum genere sunt febres illae quae* bubones, *id est in collo, alis, inguine, et secundum aures glandularum tumores sequuntur, ex causis evidentibus ortae*.

2. *moverit*) Ita Manutii, Gryphius, Pantinus, Constantinus, et Stephanus. Alii, *moveret*, ut est in Mss.

3. *et die quarto*) Lindenius, *At die quarto*.

scire licet morbum esse. Sed tertianarum, quartanarumque, quarum [4] et certus circumitus est, et finis integer, et liberaliter quieta tempora sunt, expeditior ratio est: de quibus suo loco dicam. Nunc vero eas explicabo, quae quotidie urgent. Igitur tertio quoque die cibus aegro commodissime datur; ut alter febrem minuat, alter viribus subveniat. Sed is dari debet, si quotidiana febris est quae ex toto desinat, simul atque corpus integrum factum est: [5] si quamvis non accessiones, febres tamen junguntur, et quotidie quidem increscunt, sed sine integritate tamen remittunt, cum corpus ita se habet, ut major remissio non exspectetur: si altero die gravior, [6] altero levior accessio est, post graviorem. [7] Fere vero graviorem accessionem levior nox sequitur: quo fit, ut graviorem accessionem nox quoque tristior antecedat. At si continuatur febris, neque levior umquam fit, et dari cibum necesse est, quando dari debeat, magna dissensio est. Quidam, quia fere remissius matutinum tempus aegris est, tunc putant dandum. Quod si respondet, non quia mane est, [8] sed quia remissio est [aegro] dari debet. Si vero ne tunc quidam ulla requies aegris est, [9] hoc ipso pejus id tempus est, quod cum sua natura melius esse debeat, morbi vitio non est: simulque insequitur tempus meridianum, a quo cum omnis aeger fere pejor fiat, timeri potest, ne ille magis etiam quam ex consuetudine urgeatur. Igitur alii vespere tali aegro cibum dant. Sed cum eo tempore fere pessimi sint qui aegrotant, verendum est, ne si quid tunc moverimus, fiat aliquid asperius. [10] Ob haec ad me-

4. *et certus circumitus est*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *et certus circuitus est*; Ed. Lindenii, *et certus circuitus*.

5. *si quamvis*) Lindenius leg. *sin quamvis*, ut habet in margine Ed. Constantini.

6. *altero levior*) Hae duae voces in Codd. Med. I. et Vat. VIII. desunt. Vt hic, ita alibi quoque, ex duobus membris ab eadem voce incipientibus, alterum a librariis omissum fuit. Cap. 9. hujus libri, ubi legitur *neque cibo, neque ulli remedio locus est*, duae voces, *neque cibo*, in Codd. Med. I. et Vat. VIII. desunt, et sub initium cap. 27. ubi alii Codd. habent *interdum tota corpora, interdum partes*, in illis deest primum incisum.

7. *Fere vero graviorem accessionem*) ex Aphor. 13. Sec. 2.

8. *sed quia remissio est [aegro]*) Ita Edd. Ruellii, et Constantini; aliae, inter quas est Lindeniana, *sed quia remissio est aegris*; Cod. Med. I. et Vat VIII. *sed quia remissior est aeger*. Videlicet voci *remissior* aliquis addidit *aeger*, cum potius littera *r* demenda esset. Alii postea *aeger* in *aegro*; alii in *aegris* mutarunt. Edd. Bevelaquae, et Juntae habent *sed quia remissio est aeger*.

9. *hoc ipso*) Lindenius, *quia hoc ipso*.

10 *Ob haec ad mediam noctem decurro &c.*) Lindenius leg. *Ob haec alii differunt ad mediam noctem, decurso jam gravissimo tempore, eodemque longissime distante. Securius vero datur antelucanis horis &c. Dicet hic aliquis* (ita Morgagnus) *et jure dicet, cum cibum dare matutino tempore ob insequens meridianum improbaverit paulo superius; quomodo nunc probat? Deinde quomodo antelucanis praesertim horis? quibus cum omnes fere maxime dormiant, expergefaciendi essent importunissime, nec sine detrimento.*

diam noctem decurro; id est finito jam gravissimo tempore, eodemque longissime distante: secuturis vero antelucanis horis, quibus omnes fere maxime dormiunt; deinde matutino tempore, quod natura sua levissimum est. Si vero febres vagae sunt, quia verendum est, ne cibum statim subsequantur, quandocumque quis ex accessione levatus est, [11] tunc debet assumere. At si plures accessiones eodem die veniunt, considerare oportet, pares ne per omnia sint; quod vix fieri potest; an impares. Si per omnia pares sunt, post eam potius accessionem cibus dari debet, quae non inter meridiem et [12] vesperem desinit: si impares sunt, considerandum est quo distent. Nam si altera gravior, altera levior est, post graviorem dari debet: si altera longior, altera brevior, post longiorem: si altera gravior, altera longior est, considerandum est utra magis affligat; illa vi, an haec tempore; et post eam dandus est. Sed plane plurimum interest, quantae qualesque inter eas remissiones sint. Nam si post alteram febrem motio manet, post alteram integrum corpus est, integro corpore cibo tempus aptius est: si semper febricula manet, sed alterum tamen longius tempus remissionis est, id potius eligendum est; adeo ut, ubi accessiones continuantur, protinus inclinata priore dandus cibus sit. Etenim perpetuum est, ad quod omne consilium dirigi potest: cibum quam maxime semper ab accessione futura reducere; et hoc salvo, dare quam integerrimo corpore. Quod non inter duas tantum, sed etiam inter plures accessiones servabitur. Sed cum sit aptissimum tertio quoque die cibum dare; tamen, si corpus infirmum est, quotidie dandus est; multoque magis, si continentes febres sine remissione sunt, [13] quanto magis corpus affligunt; aut si duae pluresve accessiones eodem die veniunt. Quae res efficit, [14] ut et a primo die protinus cibus dari quotidie debeat, si protinus venae conciderunt, et saepius eodem die, si inter plures accessiones subinde vis corpori deest. Illud tamen in his servandum est, ut post eas febres minus cibi detur, post quas, si per corpus liceret, omnino non daretur. Cum vero febris instet, incipiat, augeatur, consistat, decedat, deinde in decessione consistat, aut finiatur; scire licet, optimum cibo tem-

11. *tunc debet assumere*) Ita Codices Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. paene omnes. Alii Codd. Editionesque Manutianae, *eum debet assumere*.

12. *vesperem*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Manutiorum, et Stephani, *vesperum*; Ed. Constantini, *vesperam*. Ego malui *vesperem*; quia Celsus *vespere* in sexto casu uti solet.

13. *quanto magis corpus affligunt.*) Ita libri antiqui, Lindenius leg. *quantoque minus corpus affligunt*, ut habet Cod. Med. I. a manu Palavicini.

14. *ut protinus cibus dari quotidie debeat*) Alii Codices, *ut protinus quotidie dari debeat*.

pus esse febre finita; deinde cum decessio ejus consistit; tertium, si necesse est, quandocunque decedit; cetera omnia periculosa esse. Si tamen propter infirmitatem necessitas urget, satius esse consistente jam incremento febris aliquid offerre, quam increscente; satius esse instante, quam incipiente: cum eo tamen, ut nullo tempore is qui deficit, non sit sustinendus. Neque hercule satis est, ipsas tantum febres medicum intueri, sed etiam totius corporis habitum, et ad eum dirigere curationem; seu supersunt vires, seu desunt, [15] seu quidam alii affectus interveniunt. Cum vero semper aegros securos agere conveniat, ut corpore tantum, non etiam animo laborent: tum praecipue ubi cibum sumpserunt. Itaque si qua sunt quae exasperatura eorum animos sunt, optimum est [16] ea, dum aegrotant, eorum notitiae subtrahere: si id fieri non potest, sustinere tamen post cibum [17] usque somni tempus; et cum experrecti sunt, tum exponere.

* [1] Sed de cibo quidem facilior cum aegris ratio est; [2] quorum saepe stomachus hunc respuit, etiamsi mens concupiscit: de potione vero ingens pugna est; eoque magis, quo major febris est. Haec enim sitim accendit, et tum maxime aquam exigit, cum illa periculosissima est. Sed docendus aeger est, ubi febris [3] quieverit, protinus sitim quoque quieturam; longioremque accessionem fore, si quod ei datum fuerit alimentum: ita celerius eum desinere sitire, qui non bibit. Necesse est tamen, quanto facilius etiam sani famem quam sitim sustinent, tanto magis aegris in potione, quam in cibo indulgere. Sed primo quidem die nullus humor dari debet, nisi subito sic venae conciderunt, ut cibus quoque dari debeat: secundo vero, ceterisque etiam quibus cibus non dabitur, tamen, si magna sitis urgebit, potio dari potest. Ac ne illud quidem ab Heraclide Tarentino dictum ratione caret: ubi aut bilis aegrum, aut cruditas male habet, expedire

* VI.

15. *seu quidam alii affectus intervenerint)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. Sic cap. 18. hujus lib. *Et febrium quidem curatio exposita est. Supersunt vero alii corporis affectus*. In aliis Codd. et in libris vulgatis leg. *seu quidam mali affectus*.

16. *ea, dum aegrotant, eorum notitiae subtrahere)* Plures Codd. atque Edd. Manutiorum, et Ruellii, *eadem aegrotantium notitiae subtrahere*.

17. *usque somni tempus)* id est toto somni tempore. Sic lib. 8. cap. 4. *vulnus deligare oportet, et quotidie resolvere, similiterque curare usque ad diem quintum,* id est usque ad finem diei quinti: nam sequitur *A sexto die etiam vapore aquae calidae fovere*. Lindenius leg. *postque somni tempus*.

1. *Sed de cibo quidem facilior cum aegris ratio est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Sed de cibo facilior quidem cum aegris ratio est*.

2. *quorum saepe stomachus &c.)* Lindenius, *quoniam saepe stomachus &c.*

3. *quieverit)* Ita plerique Codd. et Edd. sex primae; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Ruellii, *quierit*; Edd. ceterae, *conquieverit*.

quoque [4] per modicas potiones misceri novam materiam corruptae. Illud videndum est, ut qualia tempora cibo leguntur, [5] talia potioni quoque, ubi sine illo datur, deligantur; aut cum aegrum dormire cupiemus; quod fere sitis prohibet. Satis autem convenit, cum omnibus febricitantibus nimius humor alienus sit, tum praecipue esse feminis, quae ex partu in febres inciderunt.

Sed cum tempora cibo potionique febris et remissionis ratio det, non est expeditissimum scire quando aeger febricitet, quando melior sit, quando deficiat; sine quibus dispensari illa non possunt. Venis enim maxime credimus, fallacissimae rei; quia saepe istae [6] leniores celerioresve sunt et aetate, et sexu, et corporum natura: et plerumque satis sano corpore, si stomachus infirmus est, nonnumquam etiam incipiente febre, subeunt et quiescunt; ut imbecillus is videri possit, cui facile laturo gravis instat accessio. [7] Contra saepe eas concitat et sol, et balneum, et exercitatio, et metus, et ira, et quilibet alius animi affectus: adeo ut, cum primum medicus venit, solicitudo aegri dubitantis quomodo illi se habere videatur, eas moveat. Ob quam causam periti medici est, non protinus ut venit, apprehendere manu brachium: sed primum residere hilari vultu, [8] percontarique quem-

4. *per modicas potiones &c.)* Lib. 4. cap. 11. *miscuisse tamen corruptae novam materiam prodest*. Aliqui Codd. et omnes Edd. praeter Lindenianam, habent *per medicas potiones*.

5. *talia potioni quoque, ubi sine illo datur, deligantur; aut cum aegrum dormire cupiemus)* Constantinus particulam *aut* delendam putat. In Ed. Lindenii ita legit. *talia potioni quoque: ubi sine illo datur, deligantur, cum aegrum dormire cupiemus:* quae lectio sententiam quidem non valde mutat; sed turbat orationis contextum. Sensus est; ubi potio sine cibo datur, id tempus deligendum, quod cibo, cum datur, deligitur; aut tunc danda, cum aegrum dormire cupiemus. Morgagnus censet legendum esse *ut cum aegrum dormire cupiemus*; vel potius omnia haec verba transferenda, et locum ita restituendum: *Ac ne illud quidem, ab Heraclide Tarentino dictum, ratione caret: ubi aut bilis aegrum, aut cruditas male habet, expedire quoque per modicas potiones misceri novam materiae corruptae, aut cum aegrum dormire cupiemus; quod fere sitis prohibet. Illud videndum est* &c. Putat enim Heraclidem voluisse *tempora illa non tunc dumtaxat esse deligenda cum aegrum dormire cupiemus, sed tunc etiam cum materiam novam corruptae misceri volemus*. Sed animadvertendum est, illud quidem praeceptum de modicis potionibus corruptae materiae miscendis, Heraclidis esse: hoc autem monitum *Illud videndum est* &c. non Heraclidis esse, sed Celsi.

6. *leniores)* Ita Med. I. Vat. VIII. aliique Codd. et omnes Edd. antiquae. Eodem sensu *lenitas* est apud Caesarem lib. 1. cap. 12. B. G. *Flumen est Arar, quod per fines AEduorum, et Sequanorum in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis utram in partem fluat, judicari non possit*. Aliqui Codd. habent *leviores*. Lindenius leg. *lentiores*, ut est in margine Ed. Constantinianae.

7. *Contra saepe eas concitat et sol, et balneum)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *Contra saepe eas concitare solet balneum*. Ego mutavi *concitare solet* in *concitat et sol*. Alii ex aliis Codd. leg. *Contra saepe eas concitat, et resolvit sol, et balneum*; Manutii, *Contra saepe eas concitare solet sol, et balneum*.

8. *percontarique)* Lindenius, et alii cum Ruellio leg. *percunctarique*.

admodum se habeat; et si quis ejus metus est, eum probabili sermone lenire; tum deinde [9] ejus corpori manum admovere. Quas venas autem conspectus medici movet, quam facile mille res turbant! Altera res est cui credimus, calor, aeque fallax: nam hic quoque excitatur aestu, labore, somno, metu, solicitudine. Igitur intueri quidem etiam ista oportet; sed his non omnia credere. Ac protinus quidem [10] scire, non febricitare eum cujus venae naturaliter ordinatae sunt, teporque talis est, [11] qualis esse sani solet: [12] non protinus autem sub calore motuque [13] febrem esse concipere; sed ita, si summa quoque arida inaequaliter cutis est; si calor et in fronte est, [14] et ex imis praecordiis oritur; si spiritus ex naribus cum fervore prorumpit; si color aut rubore, aut pallore novo mutatus est; si oculi graves, et aut persicci, aut subhumidi sunt; si sudor cum fit, inaequalis est; si venae [15] non aequalibus intervallis moventur. Ob quam causam medicus neque in tenebris, neque a capite aegri debet residere; [16] sed illustri loco adversus, ut omnes notas ex vultu quoque cubantis [17] percipiat. Vbi vero febris fuit, [18] ac decrevit, [19] spectare oportet, num tempora, partesve corporis aliae paulum madescant, quae sudorem venturum esse testentur: [20] ac si qua nota est, tunc demum dare potui calidam aquam; cujus salubris effectus est, si sudorem per omnia membra diffundit. Hujus autem rei causa con-

9. *ejus corpori manum admovere)* Ita in omnibus antiquis libris. Constantinus margini adscripsit: „ *carpo, aut thoraci* „. Scilicet explicationis gratia. Lindenius id pro emendatione accepit, et ita edidit: *ejus carpo manum admovere*. Sed vox *carpus* ne latina quidem est, ut monet Morgagnus.

10. *scire)* Verbum hoc pendet ab antecedenti *oportet*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *scire est*.

11. *qualis esse sani solet)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. atque omnes Edd. *qualis esse sanis solet*.

12. *non protinus autem)* Lindenius, *nec protinus etiam*.

13. *febrem esse concipere)* Ita liber Guilandini; alii omnes, *febrem sese concipere*. Pro *sese* Pantinus putat reponendum esse *potuisse*; Constantinus, *posse*. Morgagnus *esse* legendum conjecit ex aliis locis, in quibus Celsus eodem modo locutus est; scilicet lib. 4. c. I. *inde descendentem urinam in vesicam destillare concipiunt*; et in prooemio lib. 7. *ego eumdem quidem hominem posse omnia ista praestare concipio*.

14. *et ex imis praecordiis)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. multae. Virgilius, *magnumque sub imo corde premit gemitum*; Ovidius, *suspirat ab imo*. Alii Codd. et Ed. Lindenii habent *et ex intimis praecordiis*; Edd. sex primae, *et intimis praecordiis*.

15. *non aequalibus intervallis)* Vulgo legitur *non aequis intervallis*, ut est in plerisque Codicibus. Ego pro *aequis* reposui *aequalibus* ex Codd. Med. I. et Vat. VIII.

16. *sed illustri loco adversus)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, atque omnes Edd. *sed illustri loco adversus eum*.

17. *percipiat)* Ita Cod Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Ruellii; alii Codd. *prospiciat*; alii, et ceterae Edd. *perspiciat*.

18. *ac decrevit)* Ita Cod Med. I. et Vat. VIII., alii, et omnes Edd. *atque decrevit*.

19. *spectare)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Stephani, *expectare*; alii Codd. et ceterae Edd. *expectari*.

20. *ac si qua nota est)* Lindenius leg. *ac si qua ejus nota est*.

tinere aeger sub veste satis multa manus debet; eademque crura, pedesque contegere: [21] qua [male] plerique aegros in ipso febris impetu [potissimeque ubi ardens ea est] male habent. Si sudare corpus coepit, linteum tepefacere oportet, paulatimque singula membra detergere. At ubi sudor omnis finitus est, aut si is non venit, [22] ubi quam maxime potuit, idoneus esse cibo aeger videtur, sub veste leniter ungendus est, tum detergendus, deinde ei cibus dandus. [23] Is autem febricitantibus humidus est aptissimus, aut humori certe quam proximus: utique ex materia quam levissima, maximeque sorbitio; eaque, si magnae febres [24] fuerint, quam tenuissima esse debet. Mel quoque despumatum huic recte adjicitur, quo corpus magis nutriatur: sed id, si stomachum offendit, supervacuum est; sicut ipsa quoque sorbitio. Dari vero in vicem ejus potest vel intrita ex aqua calida, vel alica elota; si firmus est stomachus, et compressa alvus, ex aqua mulsa; si vel ille languet, vel haec profluit, ex posca. Et primo quidem cibo [25] id satis est. Secundo vero aliquid adjici potest, ex eodem tamen genere materiae, vel olus, vel conchylium, vel pomum. [26] Et dum febres quidem increscunt, [27] hic solus cibus idoneus est. Vbi vero aut desinunt, aut levantur, semper quidem incipiendum est ab aliquo ex materia levissima, adjiciendum vero aliquid ex media; ratione habita subinde et virium hominis, et morbi. [28] Ponendi vero aegro varii cibi, sicut Asclepiades prae-

21. *qua [male] plerique aegros in ipso febris impetu [potissimeque ubi ardens ea est], male habent*) Ita veteres libri; sed Cod. Med. I. et Vat. VIII. *in ipso febris impetu*; alii, et omnes Edd., *in ipso impetu febris*. Constantinus censet delendum esse adverbium *male* quod est in fine periodi. Sed ibi quidem, ut mihi videtur, retinendum, hic tollendum. Celsiana enim est dicendi forma *aegrum male habere*. Lindenius ita leg. *qua mole plerique aegros in ipso impetu febris, potissimeque ubi ardens ea est, male habent*. Celsus dixit, *veste satis multa*; vox *mole* nimio plus significat. Ac neque *potissime* umquam adibuit pro *maxime* vel *praecipue*: et ubi quaeritur, utrum de duobus, aut pluribus faciendum sit, non *potissime*, sed *potissimum* semper usurpavit. Mihi et adverbium *male*, et verba illa *potissimeque ubi ardens ea est*, videntur margini ab aliquo adscripta fuisse ad monendum, perperam medicos illos agere, qui in ipso febris impetu aegros multa veste contegunt.

22. *ubi quam maxime potuit, idoneus esse cibo aeger videtur*) Lindenius leg. *ubi quam maxime tepuit, et idoneus esse cibo aeger videtur*.

23. *Is autem*) ex Aphor. 16. Sect. I. Sic reposui ex multis Codd. atque ex Ed. Ruellii; sed in iis pro *Is* est *His*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. ceteraeque Edd. habent *Cibus autem*.

24. *fuerint*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *fuerunt*.

25. *id satis est*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Manutianae; alii Codd. ceteraeque Edd. *ita satis est*.

26. *Et dum*) Lindenius, *At dum*.

27. *hic solus cibus idoneus est*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *is solus idoneus cibus est*.

28. *Ponendi*) Lindenius leg. *Apponendi*; ut habet in margine Ed. Constantini. Sed alii quoque optimi Auctores *pono* pro *appono* usurparunt. Cato cap. 79. RR. *globos melle inungito, papaver infriato: ita ponito*; Varro lib. 3. cap. 0. R. R. *Primus*

cepit, tum demum sunt, ubi fastidio urgetur, neque satis vires sufficiunt; ut paulum ex singulis degustando, famem vitet. At si neque vis, neque cupiditas deest, nulla varietate solicitandus aeger est; ne plus assumat, quam concoquat. Neque verum est quod ab eo dicitur, facilius concoqui cibos varios. [29] Eduntur enim facilius: ad concoctionem autem materiae genus et modus pertinent. [30] Neque inter magnos dolores, neque increscente morbo, tutum est aegrum cibo impleri; sed ubi inclinata jam in melius valetudo est.

Sunt aliae quoque observationes in febribus necessariae. [31] Atque id quoque videndum est, quod quidam solum praecipiunt, [32] adstrictum corpus sit, an profluat; quorum alterum strangulat, alterum digerit. Nam si adstrictum est, ducenda alvus est, movenda urina, eliciendus omni modo sudor. In hoc genere morborum sanguinem etiam misisse, concussisse vehementibus gestationibus corpus, in lumine habuisse, imperasse famem, sitim, vigiliam prodest. Vtile est etiam ducere in balneum, prius demittere in solium, tum ungere, iterum ad solium redire, multaque aqua fovere inguina; interdum etiam oleum in solio cum aqua calida miscere; uti cibo [33] serius et rarius, tenui, simplici, molli, calido, exiguo; maximeque oleribus, qualia sunt lapathum, urtica, malva; vel jure etiam concharum, musculorumve, aut locustarum: neque danda caro, nisi elixa, est. At potio esse debet magis liberalis et ante cibum, et post hunc, et cum hoc, ultra quam sitis coget: poteritque a balneo [34] etiam pinguius, aut dulcius dari vinum; poterit semel, aut bis interponi graecum salsum. Contra vero, si corpus [35] profluet, sudor coercendus, quies adhibenda erit; tenebris, somnoque, quandocumque volet, uten-

hos pavones *Q. Hortensius adjiciali coena posuisse dicitur*; Horatius Satyra 6. libri 2. *Vncta satis pingui ponentur oluscula lardo*.

29. *Eduntur enim facilius)* Lindenius, *Eduntur quidem facilius*.

30. *Neque inter magnos dolores, neque increscente morbo)* Vide Aphor. 7. et 8. Sect. I. Edd. Manutiorum, Gryphii, Constantini, et Stephani habent *Neque inter magnos dolores, ut neque increscente morbo*; quidam Codd. *Neque inter magnos dolores, aut neque* &c. Videtur legendum *Neque inter magnos autem dolores, neque increscente morbo*.

31. *Atque id quoque videndum est)* Lindenius leg. *Atque id quidem videndum est*, ut malebat Pantinus: sed standum antiquis libris.

32. *adstrictum corpus sit, an profluat)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *an strictum corpus sit, an profluat*; libri editi, *an adstrictum corpus sit, an profluat*.

33. *serius et rarius)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *rarius et serius*.

34. *etiam pinguius, aut dulcius dari vinum)* Ed. Constantini in margine pro *pinguius* habet *jus pingue*. Lindenius leg. *etiam pingue jus, aut dulcius dari vinum*.

35. *profluet)* Ita libri vulgati; quod cohaeret tempore cum antecedenti verbo *poterit*, et cum sequentibus *erit*, *volet*. In Codd. Mss. est *profluit*.

dum; non nisi [36] leni gestatione corpus agitandum; et pro genere mali subveniendum. Nam si venter fluit, aut si stomachus non continet, ubi febris decrevit, liberaliter oportet aquam tepidam potui dare, et vomere cogere; nisi aut fauces, aut praecordia, aut latus dolet, aut vetus morbus est. Si vero sudor exercet, duranda cutis est [37] nitro, vel sale, quae cum oleo miscentur: [38] ac si levius id vitium est, oleo corpus ungendum; si vehementius, rosa, vel melino, vel myrteo, cui vinum austerum sit adjectum. Quisquis autem fluore aeger est, cum venit in balneum, prius ungendus, deinde in solium demittendus est. Si in cute vitium est, frigida quoque, quam calida aqua melius utetur. Vbi ad eibum ventum est, [39] dari debet is valens, frigidus, siccus, simplex, qui quam minime corrumpi possit, panis tostus, caro assa, [40] vinum austerum, vel certe subausterum; [41] si venter profluit, calidum; si sudores nocent, vomitusve sunt, frigidum.

VII. * Desiderat etiam propriam animadversionem in febribus pestilentiae casus. In hac minime utile est aut fame, aut medicamentis uti, aut ducere alvum. Si vires sinunt, sanguinem mittere optimum est; praecipueque si [1] cum dolore febris est: si id parum tutum est, [2] ubi febris levata est, vomitu pectus purgare. Sed in hoc maturius quam in aliis morbis, ducere in balneum opus est; vinum calidum et meracius dare, et omnia glutinosa; [3] inter quae carnem quoque generis ejusdem. Nam quo celerius ejusmodi tempestates corripiunt, eo maturius auxilia, etiam cum quadam temeritate rapienda sunt. Quod si puer est qui laborat, neque tantum robur ejus est, ut sanguis mitti possit, [4] cucurbitulis ei utendum est; ducenda alvus vel aqua vel ptisanae cremore; [5] tum demum levibus cibis nutriendus. Et ex toto non sic

36. *leni gestatione)* Lindenius, *levi gestatione*.

37. *nitro, vel sale)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *vel nitro, vel sale*.

38. *ac si)* Ita in Mss. Vulgo leg. *At si*.

39. *dari debet is valens)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *dari debet his valens*.

40. *vinum austerum, vel certe subausterum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et Edd. antiquae, *vinum asperum, vel certe subausterum*.

41. *si venter)* Lindenius, *et si venter*.

1. *cum dolore)* nam dolor ipse per se sanguinis detractionem requirit. Vide lib. 2. cap. 10. Quidam Codd. habent *cum sudore*; Ed. Lindenii, *cum ardore*.

2. *ubi febris levata est)* Ita in plerisque Codicibus. Med. I. et Vat. VIII. omnesque Edd. habent *ubi febris aut tenuata est, aut levata est*; sed in Edd. Constantini, et Lindenii ultimum *est* omittitur. Celsus levari, minui febrem saepe dixit, numquam tenuari. Glossema in contextum irrepsit.

3. *inter quae carnem quoque)* Ita Codd. Mss. atque Ed. Constantini; ceterae Edd. *inter quae quoque carnem*.

4. *cucurbitulis ei utendum est)* Ita legit Lindenius. Ego mallem *cucurbitulis utendum est*. Veteres libri habent *siti ei utendum est*: sed perperam.

5. *tum demum levibus cibis nutriendus)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII *tum denique his levibus* &c. Vulgo legit *tum demum is levibus* &c.

pueri ut viri curari debent. Ergo, ut in alio quoque genere morborum, parcius in his agendum est: non facile sanguinem mittere, non facile ducere alvum, non cruciare vigilia, fameve, [6] aut nimia siti, non vino curare. Vomitus post febrem eliciendus est; deinde dandus cibus ex levissimis; tum is dormiat; [7] posteroque die, si febris manet, [8] abstineat; tertio ad similem cibum redeat. Dandaque opera est, quantum fieri potest, [9] ut inter opportunam abstinentiam cibo opportuno, omissis ceteris, nutriatur. * 2.

* Si vero ardens febris [1] extorret, nulla medicamenti danda potio est; sed in ipsis accessionibus oleo et aqua refrigerandus est; quae miscenda manu sunt, donec albescant; [2] eo conclavi tenendus, quo multum et purum aerem trahere possit; neque multis vestimentis strangulandus, sed admodum levibus tantum velandus est. Possunt etiam super stomachum imponi folia vitis in aqua frigida tincta. Ac ne siti quidem nimia vexandus est. Alendus maturius est, id est [3] a die tertio; et ante cibum iisdem perungendus. Si pituita in stomacho coiit, inclinata jam accessione vomere cogendus est; [4] tum dandum frigidum olus, aut pomum ex iis quae stomacho conveniunt. Si siccus manet stomachus, protinus vel ptisanae, vel alicae, vel oryzae cremor dandus est, cum quo recens adeps cocta sit. Cum vero in summo incremento morbus est, utique non ante quartum diem, magna siti antecedente, frigida aqua copiose praestanda est, ut bibat etiam ultra satietatem; et cum jam venter et praecordia ultra modum repleta, satisque refrigerata sunt, vomere debet. Quidam ne vomitum quidem exigunt; sed [5] ipsa aqua frigida tantum ad satie-

6. *aut nimia siti, non vino curare)* Ita in Ed. Lindenii. Codd. Mss. et Edd. omnes, praeter Manutianas, habent *non vino curare, satis convenit*: quod ferendum non est. Manutii leg. *aut nimia siti, convenit*.

7. *posteroque die)* Sic reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *postero quoque die*; Ed. Lindenii, *postero die*.

8. *abstineat)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Veteres libri habent *abstineatur*.

9. *ut inter opportunam abstinentiam cibo opportuno, omissis ceteris, nutriatur)* Ita edidit Lindenius. Antea legebatur *ut inter opportunam abstinentiam cibosque opportunos* &c.

1. *extorret)* Caesarius legit *exterret*; Pantinus mallet *exercet*. Sed nihil mutandum. Verbum *extorreo* caret exemplo; tamen, cum de febre ardente sermo sit, aptum videtur.

2. *eo conclavi tenendus, quo multum &c)* Ita in plerisque Codicibus. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. paene omnes habent, *et conclavi tenendus, quo multum* &c. In Ed. Caesarii pro *quo* est *qui*; in Edd. Constantini, et Stephani, *quò*. Lindenius leg. *Etiam amplo conclavi tenendus, quo multum* &c.

3. *a tertio die)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. iidemque infra, *non ante quartum diem*; alii Codd. et omnes Edd. *a die tertio*; et infra, *non ante diem quartum*.

4. *tum dandum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *et tunc dandum*.

5. *ipsa aqua frigida tantum ad satietatem data, pro &c.)* Manutii, et Lindenius haec verba ita dividunt: *ipsa aqua frigida, tantum ad satietatem data, pro* &c.

tatem data, pro medicamento utuntur. Vbi utrumlibet factum est, multa veste operiendus est, et collocandus ut dormiat. Fereque post longam sitim et vigiliam, post multam satietatem, post infractum calorem plenus somnus venit, per quem ingens sudor effunditur; idque [6] praesentissimum auxilium est: [7] sed in iis tamen, in quibus praeter ardorem, nulli dolores, nullus praecordiorum tumor; nihil prohibens, [8] vel in thorace, vel in pulmone, vel in faucibus; non ulcus, [9] non dejectio [non profluvium alvi] fuit. [10] Si quis autem in ejusmodi febre [11] leviter tussit, is neque vehementi siti conflictatur, neque bibere aquam frigidam debet; sed eo modo curandus est, quo in ceteris febribus praecipitur.

* VIII. * At ubi id genus tertianae est, [1] quod *ἡμιτριταῖον* medici appellant, magna cura opus est, ne id fallat. Habet enim plerumque [2] frequentes accessiones decessionesque [3] [ut aliud morbi genus videri possit]; [4] porrigiturque febris inter horas viginti

6. *praesentissimum)* Quidam Codd. *praestantissimum*.

7. *sed in iis tamen)* Lindenius, *sed in his tantum*.

8. *vel in thorace)* Lindenius haec verba omittit.

9. *non dejectio [non profluvium alvi] fuit)* Ita plerique Codd. atque Edd. Manutiorum, Gryphii, Pantini, Constantini, et Stephani; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae, Caesariana, et Ruelliana, *non defectio, non dejectio, non profluvium alvi fuit*. Constantinus pro *dejectio* margini adscripsit: „ *defectio*, animi nempe „. Sed *defectio* hoc sensu numquam Celsus usurpavit, nisi voce *animae* adjuncta: qua ratione lib. 7. cap. 3. dixit *deficere animam*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae, Caesariana, et Ruelliana habent *non defectio, non dejectio, non profluvium alvi fuit*; Ed. Lindenii, *non defectio, non profluvium alvi fuit*. Mihi vox *defectio* videtur ex aliquo Codice addita, in quo mendose scripta erat pro *dejectio*: duas autem voces *profluvium alvi* margini adscriptas fuisse puto ad interpretandam vocem *dejectio*; postea in contextum traductas. Porro apud Celsum *dejectio* passim occurrit; *alvi profluvium* nusquam invenitur.

10. *si quis autem in ejusmodi febre leviter tussit, is neque vehementi siti conflictatur &c.)* ex Aphor. 50. Sect. 4. In Ed. Caesarii pro *conflictatur* est *conflictari*: quod Hippocratis, atque adeo Celsi sententiam plane mutat; ut notat Ronsseus. Sed cum ipse legat *conflictatur*, non, ut ceteri omnes, *conflictari*, non erat, cur suspicaretur periodum hanc ab aliquo sciolo adsutam fuisse. Nam quod in Ed. Pinziana ea non invenitur; nempe Pinzius secutus est Ed. 1493. in qua item ut in duabus prioribus 1478. et 1481. deest. Deest etiam in Cod. Foroliviensi, quem inspexit Morgagnus: sed est in Mediceis, Vaticanis, aliisque omnibus quos ego consului; itemque in Edd. Constantini, Stephani, et Turnesii; quarum ultimam Rousseus ipse sequi solet.

11. *leviter)* Aliqui Codd. et pleraeque Edd. in his Lindeniana, habent *leniter*.

1. *quod ἡμιτριταιῦν medici appellant)* Vox *medici* videtur glossema. Nisi forte desit *plerique*. Cap. 3. hujus lib. *Id genus plerique medici ἡμιτριταῖον appellant*.

2. *frequentes)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *frequentiores*.

3. *[ut aliud morbi genus videri possit])* Totum hoc margini adscriptum fuerat ad explicandum id quod infra est, *ut quod idem est, non idem esse videatur*: postea in contextum irrepsit.

4. *porrigiturque febris inter horas viginti quatuor, et triginta sex)* Libri antiqui habent *porrigitque febris inter horas &c.* Ed. Lindenii *porrigiturque febris in horas &c.* Recte *porrigiturque*; sed *inter horas*

quatuor, et triginta sex; ut quod idem est, non idem esse videatur. Et magnopere necessarium est, neque dari cibum, nisi in ea remissione quae vera est; et ubi ea venit, protinus dari. Plurimique sub alterutro curantis errore [5] subito moriuntur. Ac nisi magnopere aliqua res prohibet, inter initia sanguis mitti debet: tum dari cibus, qui neque incitet febrem, et tamen longum ejus spatium sustineat.

* Nonnumquam etiam lentae febres sine ulla remissione corpus tenent; ac neque cibo, neque ulli remedio locus est. In hoc casu medici cura esse debet, ut morbum mutet: fortasse enim curationi opportunior fiet. Saepe igitur ex aqua frigida, cui oleum sit adjectum, corpus ejus pertractandum est; quoniam interdum sic evenit, ut horror oriatur, et fiat initium quoddam novi motus; exque eo, cum magis corpus incaluit, sequatur etiam remissio. In his frictio quoque ex oleo et sale [1] salubris videtur. At si diu frigus est, et torpor, et jactatio corporis, non alienum est in ipsa febre dare mulsi tres aut quatuor cyathos, vel cum cibo vinum bene dilutum. Intenditur enim saepe ex eo febris; et major ortus calor simul et priora mala tollit, et spem remissionis, inque ea curationis ostendit. Neque [2] hercules ista curatio nova est, [3] qua nunc quidam traditos sibi aegros, qui sub cautioribus medicis trahebantur, interdum contrariis remediis sanant. Siquidem apud antiquos quoque ante Herophilum et Erasistratum, maximeque post Hippocratem fuit [4] Petro quidam, qui febricitantem hominem ubi acceperat, multis vestimentis operiebat, ut simul calorem ingentem, sitimque excitaret: deinde ubi paulum remitti coeperat febris, aquam frigidam potui dabat; ac si moverat sudorem, explicuisse se aegrum judicabat; si non moverat, plus etiam aquae frigidae ingerebat; et tum vomere cogebat. Si alterutro modo febre liberaverat, protinus suillam assam, et vinum homini dabat: si non liberaverat, decoquebat aquam sale adjecto, eamque bibere cogebat, [5] ut movendo ventrem pur- * IX.

non est mutandum: nam Celsus etiam cap. 2. hujus libri dixit, *spatia inter accessiones porriguntur*.

5. *subito moriuntur)* subito in quibusdam Codicibus deest.

1. *salubris)* In multis Codd. et in Ed. Ruellii, *utilis*.

2. *hercules)* Edd. Manutiorum, Stephani, Lindenii, *hercule*.

3. *qua nunc quidam &c.)* Antonium Musam indicare videtur, qui Augustum *contraria medicina periculo exemit*; ut tradit Plinius lib. 29. cap. 1. sect. 5. et Svetonius in Augusto cap. 81. *distillationibus, jocinere vitiato, ad desperationem redactus, contrariam, et ancipitem rationem medendi subiit: quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus auctore Antonio Musa*.

4. *Petro)* Caesarius, et alii, Πέτρων; Lindenius, *Petron*.

5. *ut movendo ventrem purgaret)* Tria remedia videtur tentasse Petro: primum sudoris, deinde vomitus, demum purgationis

garet. Et intra haec omnis ejus medicina erat; eaque non minus grata fuit iis quos Hippocratis successores non refecerant; quam nunc est iis quos Herophili vel Erasistrati aemuli diu tractos [6] non expedierunt. Neque ideo tamen non est temeraria ista medicina: quia plures, si protinus a principiis excepit, [7] interimit. Sed cum eadem omnibus convenire non possint, fere quos ratio non restituit, temeritas adjuvat. Ideoque ejusmodi medici melius alienos aegros, quam suos nutriunt. Sed est circumspecti quoque hominis, et novare interdum, et augere morbum, et febres accendere; quia curationem, ubi id quod est non recipit, potest recipere id quod futurum est.

X. * Considerandum etiam est, febres ne solae sint, [1] an alia quoque his mala accedant; id est num caput doleat, num lingua aspera, num praecordia intenta sint. Si capitis dolores sunt, rosam cum aceto miscere oportet, [2] et in id ingerere: deinde habere duo pitacia, [3] quae frontis latitudinem, longitudinemque aequent; ex his invicem alterum in aceto et rosa habere, alterum in fronte; aut intinctam iisdem lanam sucidam imponere. Si acetum offendit, pura rosa utendum est; si rosa ipsa laedit, oleo acerbo. Si ista parum juvant, teri potest vel iris arida, vel nuces amarae, vel quaelibet herba ex refrigerantibus: quorum quidlibet ex aceto impositum dolorem minuit; sed magis aliud in alio. Juvat etiam panis cum papavere injectus; vel cum rosa cerussa, spumave argenti. Olfacere quoque vel serpyllum, vel anethum non alienum est. At si in praecordiis inflammatio et dolor est, primo superimponenda sunt cataplasmata reprimentia; ne, si calidiora fuerint, plus eo materiae concurrat: deinde [4] ubi prima inflammatio se remisit, tunc demum ad calida et humida

per ventrem, ope aquae salsae. Asclepiades quoque *aquam salsam purgationis causa bibere cogebat*; ut dicitur cap. 24. hujus libri. Cod. Vat. VIII. habet *ut vomendo ventrem purgaret*; atque ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii.

6. *non expedierunt)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *non adjuverunt*.

7. *interimit)* Sic reposui pro *interemit*. Commutatio litterarum *i* et *e* frequentissima est in antiquis libris. Codd. Mss. cap. I. hujus lib. habent *non peremit* pro *non perimit*; et cap. I. lib. 2. *diutinis malis fatigatos interemit* pro *interimit*. Alia alibi adnotavi.

1. *an alia quoque his &c.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *an alia his quoque &c.*

2. *et in id ingerere)* id est in caput. Similiter loquitur lib. 8. cap. 10. sect. 7. *ingerendumque subinde in eas fascias est calidum oleum et vinum*. Scaliger putat haec verba ex glossemate esse addita. In Cod. Vat. V. et in Ed. Lindenii legitur *et id ingerere*.

3. *quae frontis latitudinem, longitudinemque aequent)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *quae latitudinem frontis &c.*

4. *ubi prima inflammatio se remisit)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *si prima*; Ed. Ruellii, *ubi primo*. Fortasse legendum *ubi primum*.

veniendum est; ut ea quae [5] remanserint, discutiant. Notae vero inflammationis sunt quatuor, rubor et tumor, cum calore et dolore. Quo magis erravit Erasistratus, qui febrem nullam sine hac esse dixit. Ergo si sine inflammatione dolor est, nihil imponendum est: hunc enim [6] statim ipsa febris solvet. At si neque inflammatio, neque febris, sed tantum praecordiorum dolor est, protinus calidis et siccis fomentis uti licet. Si vero lingua [7] sicca et scabra est, detergenda primum penicillo est ex aqua calida: deinde ungenda mixtis inter se rosa et melle. Mel purgat, rosa reprimit, simulque siccescere non sinit. At si scabra non est, sed arida, ubi penicillo detersa est, ungi rosa debet, cui cerae [8] paulum sit adjectum.

* Solet etiam ante febres esse frigus; idque vel molestissimum morbi genus est. Vbi id exspectatur, omni potione prohibendus aeger est: haec enim paulo ante data multum malo adjicit. Item maturius veste multa tegendus est; admovenda partibus iis pro quibus metuimus, sicca et calida fomenta [1] sic, ne statim vehementissimi calores incipiant, sed paulatim increscant; perfricandae quoque eae partes manibus unctis ex vetere oleo sunt, eique adjiciendum aliquid ex calefacientibus; contentique medici quidam una frictione, etiam ex quolibet oleo, sunt. In harum febrium remissionibus nonnulli [2] tres, aut quatuor sorbitionis cyathos, etiamnum manente febre, dant: deinde, ea bene finita, reficiunt stomachum cibo frigido et [3] levi. Ego tum hoc puto tentandum, cum parum cibus semel, et post febrem datus prodest. Sed curiose [4] prospiciendum est, ne tempus remissionis decipiat: saepe enim in hoc quoque genere valetudinis jam minui febris videtur, et rursus intenditur. Itaque ei remissioni credendum est, quae etiam immoratur, et jactationem, [5] foetoremque

* XI.

5. *remanserint)* Cod. Med. I. et Ed. Lindenii, *remanserunt*; Cod. Vat. VIII. *remanscr*.

6. *statim ipsa febris solvet)* Al. *solvit*. In quibusdam Codd. deest *statim*.

7. *sicca et scabra est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *sicca est, et scabra*.

8. *paulum sit adjectum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *sit paulum adjectum*.

1. *sic, ne statim)* Lindenius, *sic, ut ne statim*.

2. *tres, aut quatuor sorbitionis cyathos)* Lindenius, *tres quatuor* &c.

3. *levi)* Al. *leni*.

4. *prospiciendum est, ne* &c.*)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *prospiciendum, ne* &c. alii Codd. et antiquae Edd. *perspiciendum est, ne* &c.

5. *foetoremque quemdam oris, quem ὄζην Graeci vocant)* Verba haec ab aliquo sciolo addita videntur. Mulierculae ajunt, ex pravo quodam odore quem aliquis ab ore efflat, se noscere hominem febricitare. Lindenius ita leg. *fervoremque corporis, quem ζέσιν Graeci vocant*. Ad hunc locum ita scribit Morgagnus: *Non displiceret haec lectio; si modo editiones veteres, codicesve eamdem haberent. Sed quotquot illarum apud me sunt, et codex quoque hic mire inter se consentiunt, in omnibusque sic legitur*, foetoremque quemdam oris, quem ὄξην Graeci vocant.

quemdam oris, quem ὄζην Graeci vocant, minuit. Illud satis convenit, si quotidie pares accessiones sunt, [6] quotidie [parvum] cibum dandum: si impares, post graviorem, cibum; post leviorem, aquam mulsam.

* XII. * Horror autem eas fere febres antecedit, quae certum habent [1] circumitum, et ex toto remittuntur; ideoque [2] tutissimae sunt, maximeque curationes admittunt. Nam ubi incerta tempora sunt, neque alvi ductio, neque balneum, neque vinum, neque medicamentum aliud recte datur. Incertum est enim quando febris ventura sit: ita fieri potest, ut si subito venerit, summa in eo pernicies sit, quod auxilii causa [3] sit inventum. Nihilque aliud fieri potest, quam ut primis diebus bene [4] abstineat aeger; deinde sub decessu febris ejus quae gravissima est, cibum sumat. At ubi certus circuitus est, facilius omnia illa tentantur; [5] quia magis proponere nobis et accessionum et decessionum vices possumus. In his autem, cum [6] inveteraverunt, utilis fames non est: primis tantummodo diebus ea pugnandum est: deinde dividenda curatio est, et ante horror, tum febris discutienda. Igitur cum primum aliquis inhorruit, et ex horrore incaluit, dare ei oportet potui tepidam aquam subsalsam, et vomere eum cogere: nam fere talis horror ab iis oritur, quae biliosa in stomacho resederunt. Idem faciendum est, si proximo quoque circuitu aeque accessit: saepe enim sic discutitur. Jamque quod genus febris sit, scire licet. Itaque sub exspectatione proximae accessionis, quae instare tertia potest, deducendus in balneum est; [7] dandaque opera, ut per tempus horroris in solio sit. Si ibi quoque senserit, nihilo minus idem sub exspectatione [8] quartae accessionis faciat: siquidem eo quoque modo [9] saepe is discutitur. Si ne balneum

6. *quotidie [parvum] cibum dandum)* Vox *parvum* tollenda est. Celsus numquam dixit *cibum parvum*; dixit *exiguum* in lib. 2. cap. 12. et alibi. Sed hic praecipit, non qui modus cibi, sed quo die dandus, quo non dandus cibus sit; ut apparet ex verbis sequentibus *si impares accessiones sunt, post graviorem, cibum; post leviorem, aquam mulsam.*

1. *circumitum)* Ita Cod. Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *circuitum.*

2. *tutissimae sunt)* ex Aphor. 43. Sect. 4.

3. *sit inventum)* Lindenius, *fuit inventum.*

4. *abstineat)* Med. I. Vat. VIII. aliique Codd. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *abstineatur*; sed in Cod. Mediceo emendatum est *abstineat*; et ita legitur in Veneto, et in Edd. Caesarii, Lindenii, aliorumque.

5. *quia magis proponere nobis)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *quia facilius proponere nobis.* Sed et *magis* et *facilius* glossemata sunt.

6. *inveteraverunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *veteraverunt.*

7. *dandaque opera)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *dandaque opera est.*

8. *quartae accessionis)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *accessionis quartae.*

9. *saepe is discutitur)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque aliae Edd. *saepe id discutitur*; alii Codd. *saepe id excutitur*; Ed. Salingiac. *saepe discutitur.*

quidem profuit, ante accessionem allium edat, aut bibat [10] aquam calidam cum pipere: siquidem ea quoque assumpta calorem movent, qui horrorem non admittit. Deinde [11] eodem modo quo in frigore praeceptum est, antequam inhorrescere possit, operiatur: [12] fomentisque, sed protinus validioribus, totum corpus circumdare convenit, maximeque involutis extinctis testis et titionibus. Si nihilo minus horror perruperit, multo oleo calefacto inter ipsa vestimenta perfundatur, cui aeque ex calefacientibus aliquid sit adjectum; adhibeaturque frictio, quantam is sustinere poterit, maximeque in manibus [13] et cruribus; et spiritum ipse contineat. Neque desistendum est, [14] etiamsi horror est: saepe enim pertinacia juvantis malum corporis vincit. Si quid evomuit, danda aqua tepida, iterumque vomere cogendus est: utendumque eisdem est, donec horror finiatur. Sed praeter haec ducenda alvus est, si tardius horror [15] quiescit: siquidem id quoque exonerato corpore prodest. [16] Vltimaque post haec auxilia sunt gestatio [17] et frictio. Cibus autem in ejusmodi morbis maxime dandus est, qui mollem alvum praestet; [18] caro glutinosa; vinum, cum dabitur, austerum.

* Haec ad omnes [1] circumitus febrium pertinent: discernendae tamen singulae sunt, sicut rationem habent dissimilem. Si quotidiana est, triduo primo magnopere abstinere oportet; tum cibis altero quoque die uti. Si res inveteraverit, post febrem experiri balneum et vinum; magisque si, horrore sublato, haec superest. *XIII.

10. *aquam calidam)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *calidam aquam*.

11. *eodem modo quo* &c.*)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *eo modo qui*; infra vero, *praeceptus est* pro *praeceptum est*.

12. *fomentisque, sed protinus validioribus)* Dicit *sed protinus*; quia capite antecedenti dixit *admovenda esse sicca et calida fomenta sic, ne statim vehementissimi calores incipiant*. Sic autem reposui ex Cod. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. habent *fomentisque se protinus validioribus*; Edd. antiquae, *fomentisque protinus validioribus*; Ed. Lindenii, *fomentisque protinus calioribus*. Sed cur non *validioribus?* cum etiam lib. 4. cap. 14. ita sit: *admovere sicca et calida fomenta, sed primo lenia, deinde validiora*.

13. *et cruribus)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *et pedibus*.

14. *etiamsi horror est)* In Cod. Vat. VIII. deest verbum *est*. Med. I. habet *etiamsi horret*; Ed. Lindenii, *etiamsi horror redit*.

15. *quiescit)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Manutiorum, et Stephani; alii Codd. ceteraeque Edd. *quiescet*.

16. *Vltimaque)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *Vltima quoque*; Ed. Lindenii, *Vltima*.

17. *et frictio)* in qua persistendum: *saepe enim pertinacia juvantis malum corporis vincit*, ut modo dictum est. Constantinus haec adnotat: » frictionem jam posuit. Ergo hic *vectatio*. Alii *itio*, vel *ambulatio* «. Quasi vero non praecedat *gestatio*; et inter plura gestationis genera non sit etiam vehiculum. Vide lib. 2. cap. 15. Lindenius leg. *et ambulatio*.

18. *caro glutinosa* &c.*)* Lindenius, *ac caro glutinosa. Vinum cum dabitur, austerum sit*.

1. *circumitus)* Ita Cod. Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *circuitus*.

XIV. * Si vero tertiana quae ex toto intermittit, aut quartana est, mediis diebus et ambulationibus uti oportet, aliisque exercitationibus, et unctionibus. Quidam [2] ex antiquis medicis Cleophantus, in hoc genere morborum, multo ante accessionem, [3] per caput aegrum multa calida aqua perfundebat, deinde vinum dabat. Quod, quamvis pleraque ejus viri praecepta secutus est Asclepiades, recte tamen praeteriit: est enim anceps. Ipse, si tertiana febris est, tertio die post accessionem dicit alvum duci oportere; quinto post horrorem vomitum elicere; deinde post febrem, sicut illi mos erat, adhuc calidis dare cibum et vinum; sexto die in lectulo detineri: sic enim fore, ne septimo die febris accedat. Id saepe fieri posse verisimile est. [4] Tutius tamen est, ut hoc ipso ordine utamur; tria remedia, vomitus, alvi ductionis, [5] vini, per triduum, id est [6] tertio die et quinto, et septimo tentare: [7] nec vinum, nisi post accessionem diei septimi bibat. Si vero primis diebus discussus morbus non est, inciditque in vetustatem, quo die febris exspectabitur, in lectulo se contineat; post febrem perfricetur; tum, cibo assumpto, bibat aquam; [8] postero die [qui vacat] ab exercitatione unctioneque, aqua tantum contentus, conquiescat. Et id quidem optimum est. Si vero imbecillitas urgebit, et post febrem vinum, et medio die paulum cibi debebit assumere.

2. *ex antiquis medicis)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *ex antiquioribus medicis*.

3. *per caput aegrum multa calida aqua perfundebat)* Eadem forma utitur cap. 20. hujus lib. *corpus tribus aut quatuor amphoris*, aquae frigidae, *totum per caput perfundendum est*; et cap. 23. *per caput multa aqua frigida aeger perfundatur*. Sic autem reposui ex Cod. Med. I. Vat. VIII. aliisque multis. In quibusdam legit. *per caput aegri* &c. in omnibus Edd. *caput aegri* &c.

4. *Tutius tamen est, ut hoc ipso ordine utamur; tria* &c.*)* Vox *ipso* aliena videtur, minimeque sententiae congruit. Nam Celsus praecipit, non eodem ordine quo Asclepiades, sed diverso, eoque tutiori utendum esse. Caesarius leg. *Tutius tamen est, ut ipso ordine utamur, tria* &c. Lindenius, *Tutius tamen est, hoc ipso ordine, tria* &c.

5. *vini)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis, et in libris vulgatis additur *potus*; ex glossemate.

6. *tertio die)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *die tertio*.

7. *nec vinum, nisi post accessionem diei septimi bibat)* Ita in plerisque Codicibus. Vat. VIII. habet *ne vinum, nisi post accessionem diei septimi bibat*; Med. I. *ne vinum, nisi post accessionem die septimi bibat*; ab antiqua autem manu, *ne* mutatum in *nec*, *septimi* in *septimo*. Inde Edd. antiquae, *nec vinum, nisi post accessionem, die septimo bibat*. Lindenius leg. *nec vinum, nisi post accessionem, die septimo bibere*.

8. *postero die [qui vacat] ab exercitatione* &c.*])* Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *postero die quo* (al. Codd. *qua*) *cibo vacat, et ab exercitatione* &c. Sed consideranti facile apparet, duas voces *qui vacat* supervacuas esse, et addititias. Nemo enim ignorat, in tertiana, quae ex toto intermittit, alternum diem esse integrum; idque Celsus jam dixit cap. 3. hujus libri. Supervacuum etiam est *quo cibo vacat*, ut alii legunt; itemque, *quo a cibo vacat*, ut est in Ed. Lindenii: cum sequatur *aqua tantum contentus conquiescat*. Omnino legendum *postero die ab exercitatione* &c.

* Eadem in quartana facienda sunt. Sed cum haec tarde admodum finiatur, nisi primis diebus discussa est, diligentius ab initio praecipiendum est, quid in ea [1] fieri debeat. Igitur si cui cum horrore febris accessit, eaque desiit, eodem die et postero tertioque continere se debet, et aquam tantummodo calidam primo die post febrem sumere; biduo proximo, quantum fieri potest, ne hanc quidem. [2] Si quarto die cum horrore febris revertitur, vomere, sicut ante praeceptum est; deinde post febrem modicum cibum sumere, vini quadrantem; postero tertioque die abstinere, aqua tantummodo calida, si sitis est, assumpta. [3] Septimo die balneo frigus praevenire; si febris redierit, ducere alvum; ubi ex eo corpus conquieverit, [4] in unctione vehementer perfricari; [5] eodem modo sumere cibum et vinum; biduo proximo se abstinere, frictione servata. [6] Decimo die rursus balneum experiri; et si postea febris accessit, aeque perfricari, vinum copiosius bibere. [7] Ac sic proximum est, ut quies tot dierum, et abstinentia cum ceteris quae praecipiuntur, febrem tollant. Si vero nihilo minus remanet, aliud ex toto sequendum est curationis genus; idque agendum, ut quod diu sustinendum est, corpus facile sustineat. Quo minus etiam curatio probari Heraclidis Tarentini debet, qui primis diebus ducendam alvum, deinde [8] abstinendum in septimum diem dixit. Quod ut sustinere aliquis possit, tamen, etiam febre liberatus, vix refectioni valebit: adeo, si febris saepius accesserit, concidet. Igitur si tertio decimo die morbus [9] manebit, balneum neque ante febrem, neque post eam tentandum XV.

1. *fieri debeat)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *debeat fieri*.

2. *Si quarto die cum horrore &c.)* Lindenius, *quarto die, si cum horrore &c.*

3. *Septimo die balneo frigus praevenire, si febris redierit &c.)* Ita Med. I. Vat. VIII. aliique Codd. atque Edd. sex primae, et Caesariana. In aliis Codd. ceterisque Edd. multis vocibus perperam iteratis, legitur *Septimo* (in al. Codd. *octava*) *die balneo frigus praevenire, abstinere, continere se debet, et aqua tantummodo calida, si sitiet* (in Ed. Linden. *si sitis est*) *uti, ac tum ita septimo* (in Edd. Manut. Steph. et Linden. *nono*) *die balneo frigus praevenire, et si febris redierit &c.*

4. *in unctione)* Ita multi Codd. et Ed. princeps; Cod. Med. I. et Vat. VIII. ceteraeque Edd. *inunctione*.

5. *eodem modo sumere cibum et vinum; biduo proximo se abstinere)* Celsus alias dixit, *a cibo abstinere*; et *abstinere* absolute: *se abstinere* numquam dixit. Lindenius legit *eodem modo sumere cibum, et vino biduo proximo se abstinere*: sed perperam.

6. *Decimo die)* die scilicet quartae accessionis. Lindenius leg. *Decimo tertio die*; haud animadvertens, infra sequi *Igitur si tertio decimo die morbus manebit*.

7. *Ac sic proximum est, ut quies tot dierum, et abstinentia &c.)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Codd. Med. I. et Vat. VIII. habent *Ac proximum est tot dierum ut abstinentia &c.* Alii Codd. *ac si proximum est quies tot dierum et abstinentia &c.* Edd. antiquae ex Palavicino, *ac si proximum est quies tot dierum, ut abstinentia &c.*

8. *abstinendum in septimum diem)* Al. *abstinendum usque in septimum diem*.

9. *manebit)* Ita in Mss. et in Ed. principe; in ceteris Edd. *remanebit*.

erit; nisi interdum jam horrore discusso: horror ipse [10] per ea quae supra scripta sunt expugnandus. Deinde post febrem oportebit ungi, et vehementer perfricari; cibum et validum, et fortiter assumere; [11] vino uti quanto libebit: postero die, cum satis quieverit, ambulare, exerceri, ungi, [12] perfricari [fortiter], [13] cibum capere sine vino: tertio die abstinere. Quo die vero febrem exspectabit, ante surgere, et exerceri, [14] dareque operam, ut in ipsam exercitationem [15] febris tempus incurrat: sic enim saepe illa discutitur. At si in opere occupavit, tum demum se recipere. In ejusmodi valetudine medicamenta sunt oleum, frictio, exercitatio, cibus, vinum. Si venter adstrictus est, solvendus est. Sed haec facile validiores faciunt: [16] si imbecillitas occupavit, pro exercitatione gestatio est: si ne hanc quidem sustinet, adhibenda tamen frictio est: si haec quoque vehemens onerat, intra quietem et unctionem et cibum [17] subsistendum est: dandaque opera est, ne qua cruditas in quotidianam id malum vertat. Nam quartana neminem jugulat: sed si ex ea facta quotidiana est, in malis aeger est: quod tamen, nisi culpa vel aegri vel curantis, numquam fit.

XVI. * At si duae quartanae sunt, [1] neque eae quas proposui, exercitationes adhiberi possunt; aut ex toto quiescere opus est, aut si id difficile est, leniter ambulare; [2] considere diligenter involutis pedibus et capite; quoties febris accessit et desiit, cibum modicum sumere, et vinum; reliquo tempore, nisi imbecillitas urget, abstinere. At si duae febres paene junguntur, post utram-

10. *per ea quae supra scripta sunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *per eadem quae supra praescripta sunt*.

11. *vino uti quanto libebit)* Ita Cod. Vat. VIII. et Ed. Lindenii; alii Codices atque Edd. antiquae, *vino uti quantum libebit*.

12. *perfricari [fortiter])* Celsus *vehementer perfricari* et paulo supra, et alibi dixit: *fortiter* nullibi. Itaque si hoc adverbium retineatur, cum sequenti verbo *cibum capere* conjungendum erit, sicut supra. Mihi perperam inculcatum videtur.

13. *cibum capere)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. in aliis Codd. et in omnibus Edd. *cibum accipere*.

14. *dareque operam)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. Hoc verbum pendet a superiori *oportebit*. In aliis Codd. et in plerisque Edd. legit. *dareque operam non oportet*; in Edd. Pinzii, et Lindenii, *dareque operam oportet*.

15. *febris tempus incurrat)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *tempus febris incurrat*.

16. *si imbecillitas)* Lindenius leg. *sin imbecillitas*, ut habet in margine Ed. Constantini.

17. *subsistendum)* Cod. Med. I. et Vat VIII. atque Edd. multae habent *sistendum*; alii Codd. et Ed. Ruellii, *sustinendum*. Lindenius leg. *consistendum*: ego, *subsistendum*. Sic cap. 20. hujus lib. *in iisdem sorbitionibus subsistendum*.

1. *neque eae quas proposui &c.)* Caesarius, et Lindenius, *neque, quas proposui &c.*

2. *considere)* In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legitur *hinc considere*. Ego, si quid addendum, mallem *dein considere*.

que cibum sumere: deinde vacuo tempore et [3] moveri aliquid, et post unctionem cibo uti. Cum vero vetus quartana raro, nisi vere solvatur; utique eo tempore attendendum est, ne quid fiat, quod valetudinem impediat. Prodestque in vetere quartana mutare subinde victus genus; a vino ad aquam, ab aqua ad vinum, a lenibus cibis ad acres, ab acribus ad lenes transire; esse radicem, deinde vomere; jureve pulli gallinacei ventrem resolvere; oleo ad frictiones adjicere calefacientia; ante accessionem sorbere vel aceti cyathos duos, [4] vel unum sinapis cum tribus graeci vini salsi, vel mixta paribus portionibus, et in aqua diluta piper, castoreum, laser, myrrham. Per haec enim similiaque corpus agitandum est, ut moveatur ex eo statu quo detinetur. Si febris quievit, diu meminisse ejus diei convenit; eoque vitare frigus, calorem, cruditatem, lassitudinem. Facile enim revertitur, nisi a sano quoque aliquamdiu timetur.

* At si ex quartana quotidiana facta est, [1] cum id vitio inciderit, per biduum [2] abstinere oportet, et frictione uti; aquam tantummodo vespere potui dare. Tertio die saepe fit, ne febris accedat: sed sive fuit, sive non fuit; cibus post accessionis tempus est dandus; [3] ac si manet, [4] per triduum [5] abstinentia, quanta maxima imperari [corpori] potest, et frictione quotidie utendum est. *XVII.

* Et febrium quidem [1] curatio exposita est. Supersunt vero alii corporis affectus, qui huic superveniunt; ex quibus eos [2] qui *XVIII.

3. *moveri aliquid)* Lindenius legit *moveri aliquantum*, ut est in margine Ed. Constantinianae. Sed vide adnotationem 12. ad cap. 3. lib. 1.

4. *vel unum sinapis cum tribus graeci vini salsi; vel mixta &c.)* Lindenius legit *vel unum sinapis, cum tribus graeci vini salsi, vel mista paribus portionibus; et in aqua diluta, piper &c.*

1. *cum id vitio inciderit)* scilicet *culpa vel aegri, vel curantis;* ut dixit in fine capitis superioris. Perperam Lindenius legit *cum id initio inciderit.*

2. *abstinere oportet, et frictione uti &c.)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. In aliis Codd. et in antiquis Edd. deest particula *et*. Lindenius legit *abstinere oportet, vespere frictione uti, et aquam tantummodo potui dare.*

3. *ac si manet)* Ita cap. 23. hujus libri *ac si manet, curandus jam ut longus est.* Veteres libri habent *at si manet*: sed particulae *ac* et *at* saepe inter se commutantur. Lindenius legit *et si manet.*

4. *per triduum)* Lindenius, *per biduum.*

5. *abstinentia, quanta maxima imperari [corpori] potest)* Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *quanta maxime &c.* Celsus cap. 6. hujus libri ita scripsit: *In hoc genere morborum imperasse famem, sitim, vigiliam prodest;* et lib. 7. cap. 20. *si vires patiuntur, imperanda tridui abstinentia est.* Eodem modo hic scripsisse puto: *corpori* ineptum glossema esse. Non enim corpori, sed aegro abstinentia imperanda est. Idem glossema est in capp. 20. et 21. hujus libri; in cap. 1. libri 2. et in cap. 15. libri 6. Vide quae ad loca illa adnotavi.

1. *curatio)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Veteres libri habent *ratio*.

2. *qui certis partibus assignari non possunt)* Lindenius Constantinum secutus, qui particulam *non* delendam censuit, ita

certis partibus assignari non possunt, protinus jungam. Incipiam ab insania, primamque hujus ipsius partem aggrediar, quae et acuta, et in febre est: [3] *φρένησιν* Graeci appellant. Illud ante omnia scire oportet, interdum in accessione aegros desipere, et loqui aliena. Quod non quidem leve est; neque incidere potest, nisi in febre vehementi: non tamen aeque pestiferum est: nam plerumque breve esse consuevit, levatoque accessionis impetu, protinus mens redit. Neque id genus morbi remedium aliud desiderat, quam quod in curanda febre praeceptum est. [4] Phrenesis vero tum demum est, cum continua dementia esse incipit; aut cum aeger, quamvis adhuc sapiat, tamen quasdam vanas imagines accipit: perfecta est, ubi mens illis imaginibus addicta est. Ejus autem plura genera sunt: siquidem [5] ex phreneticis alii hilares, alii tristes sunt; alii facilius continentur, et intra verba desipiunt, alii [6] consurgunt, et violenter quaedam manu faciunt; atque ex his ipsis alii nihil nisi impetu peccant, alii etiam artes adhibent, summamque speciem sanitatis in captandis malorum operum occasionibus praebent; sed exitu deprehenduntur. Ex his autem eos qui intra verba desipiunt, aut leviter etiam manu peccant, onerare asperioribus coercitionibus supervacuum est: eos vero qui violentius se gerunt, vincire convenit; [7] ne vel si-

legit *qui certis partibus assignari possunt.* Constantinus noverat insaniam, lethargum, paralysin, comitialem, regium, aliosque morbos, de quibus agitur in reliqua hujus libri parte, certis sedibus assignari posse: sed animum non advertit ad ea quae habentur initio sequentis lib. 4. *Hactenus reperiuntur ea genera morborum quae in totis corporibus ita sunt, ut iis certae sedes assignari non possint.* Morgagnus autem monet *spectandum esse, non quid aliis, et his nostris potissimum, sed quid Celsi, aliorumque latinorum Scriptorum temporibus apud ipsos in usu esset.. et Serenum Sammonicum lethargi, et comitialis,, ac regii morbi, et ceterorum qui sunt supra nominati, curationes seorsum, extraque aliorum qui ceteris partibus assignantur, ordinem proposuisse.* Sed ante Sammonicum, et Valerianum Plinius Major idem fecit quod Celsus. Nam lib. 26. cap. 10. postquam anginam, tussim, pleuritidem, peripneumoniam, stomachi, jecoris, vesicae vitia, eorumque remedia recensuerat, cap. 11. sect. 67. ejusdem lib. ita scripsit: *Nunc peractis malis quae membratim sentiuntur, dicemus de his quae totis corporibus grassantur.* In his autem numeravit insaniam, morbum comitialem, regium, phthisin.

3. *φρένησιν Graeci appellant)* Ita in Codd. Mss. Edd. sex primae habent *Graeci phrenesin appellant;* Manutianae, *Graeci φρένιτιν appellant;* ceterae, *Graeci φρενῖτιν appellant.* Sed a Latinis phrenesin nominari video. Seneca lib. 1. de Ira cap. 13. *isto modo dic, et phrenesin, et insaniam viribus necessariam, quia saepe validiores facit.* Plinius lib. 24. cap. 9. sect. 38. *in lethargia et phrenesi.*

4. *Phrenesis)* Lindenius, et alii cum Manutiis legunt *Phrenitis.*

5. *ex phreneticis)* phrenetici dicuntur etiam a Cicerone in lib. 1. de Divin. cap. 38. a Seneca in lib. 3. de Ira cap. 26. et in lib. de Constant. cap. 13. et in Epist. 15. Lambinus quidem in citato Ciceronis loco pro *phreneticis* margini adscripsit *phreniticis;* sed nullius codicis auctoritate allata. Ego secutus sum Codd. Mss. et Edd. sex primas. Edd. ceterae habent *ex phreniticis.*

6. *consurgunt)* Lindenius, *insurgunt.*

7. *ne vel sibi, vel alteri noceant)* Al. *ne vel alteri, vel sibi noceant.* Id olim M. Aurelii, et Commodi decreto cautum

bi, vel alteri noceant. Neque credendum est, si vinctus aliquis, [8] dum levari vinculis cupit, quamvis prudenter et miserabiliter loquitur; quoniam is dolus insanientis est. Fere vero antiqui tales aegros in tenebris habebant; eo quod illis contrarium esset exterreri, et ad quietem animi tenebras ipsas conferre aliquid judicabant. At Asclepiades, tamquam [9] tenebris ipsis terrentibus, in lumine [10] habendos eos dixit. [11] Neutrum autem perpetuum est: alium enim lux, alium tenebrae magis turbant; reperiunturque in quibus nullum discrimen deprehendi vel hoc, vel illo modo possit. Optimum itaque est utrumque experiri; et habere eum qui tenebras horret, in luce; eum qui lucem, in tenebris. At ubi nullum tale discrimen est, aeger, si vires habet, loco lucido; si non habet, obscuro continendus est. Remedia vero adhibere, ubi maxime furor urget supervacuum est: simul enim febris quoque increseit. [12] Itaque tum nihil nisi continendus aeger est: ubi vero res patitur, festinanter subveniendum est. Asclepiades perinde esse dixit his sanguinem mitti, ac si trucidentur: [13] rationem hanc secutus, quod neque insania esset, [14] nisi febre intenta; neque sanguis, nisi in remissione ejus, recte mitteretur. [15] Sed ipse in his somnum multa frictione quaesivit; cum et intentio febris somnum impediat, et frictio non nisi in remissione ejus utilis sit. Itaque hoc quoque auxilium debuit praeterire. Quid igitur est? Multa in praecipiti periculo recte fiunt, alias omittenda. Et [16] continuata quoque febris habet tempora, quibus, etsi non remittit, non tamen creseit: estque hoc, [17] ut non optimum, sic tamen secundum [18] remediis tempus. Quod si vires aegri [19] patiuntur, sanguis quoque mitti debet. [20] Minus deliberari

fuit. Vide lib. I. Digest. Vet. de Offic. Praesid. Tit. 14.

8. *dum levari vinculis cupit, quamvis prudenter et miserabiliter loquitur)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. omnesque Edd. habent *dum levari vinculis cupit, sanum jam se fingat, quamvis prudenter et miserabiliter loquatur;* scilicet ex glossemate.

9. *tenebris ipsis)* Lindenius, *ipsis tenebris.*

10. *habendos eos dixit)* Alii, *habendos esse dixit.*

11. *Neutrum autem)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Neutrum tamen.*

12. *Itaque tum)* Lindenius, *Tum itaque.*

13. *rationem hanc)* Lindenius, *hanc rationem.*

14. *nisi febre intenta)* Idem, *nisi cum febre intenta.*

15. *Sed ipse in his somnum multa frictione quaesivit; cum et intentio febris &c.)* Lindenius leg. *Ipse in his somnum multa frictione quaesivit. Sed cum et intentio febris somnum impediat; et frictio non, nisi in remissione ejus, utilis sit: hoc quoque auxilium debuit praeterire.*

16. *continuata)* Lindenius, *continua.*

17. *ut non optimum, sic tamen secundum)* Eadem dicendi forma utitur lib. 8. cap. 14. *Ex ejusmodi casibus, ut tardius quam ex capitis, sic tamen intra triduum homo moritur.* Lindenius legit *ut non optimum, sic satis tamen secundum.*

18. *remediis tempus)* Al. *remedii tempus.*

19. *patiuntur)* Caesarius, et alii, *patiantur.*

20. *Minus deliberari potest)* Faciliorem.

potest, an alvus ducenda sit. Tum interposito die convenit caput ad cutem tondere; deinde aqua fovere in qua [21] verbenae aliquae decoctae sint ex reprimentibus; aut prius fovere, deinde [22] tondere, et iterum fovere; ac novissime rosa caput naresque implere: offerre etiam naribus rutam ex aceto contritam; [23] movere sternumenta medicamentis in id efficacibus. Quae tamen facienda sunt in iis quibus vires non desunt: si vero imbecillitas est, rosa tantum caput, adjecto serpyllo [24] similive aliquo, madefaciendum est. Vtiles etiam in quibuscumque viribus herbae duae sunt, solanum et muralis, si simul ex utraque suco expresso [25] caput impletur. [26] Cum febris remisit, frictione utendum est; parcius tamen in iis qui nimis hilares, quam in iis qui nimis tristes sunt. Adversus omnium autem sic insanientium animos gerere se pro cujusque natura necessarium est. Quorumdam enim vani metus levandi sunt; sicut in homine praedivite famem timente [27] incidit, cui subinde falsae haereditates nuntiabantur: quorumdam audacia coercenda est; sicut in iis fit, in quibus continendis plagae quoque adhibentur: quorumdam etiam intempestivus risus [28] et objurgatione et minis [29] finiendus: quorumdam discutiendae tristes cogitationes; ad quod symphoniae, et cymbala, strepitusque proficiunt. Saepius tamen assentiendum, quam repugnandum est; paulatimque, et non evidenter ab iis quae stulte [30] dicentur, [31] ad meliora mens adducenda. Interdum etiam elicienda ipsius

deliberationem habet alvi ductio. Sic autem reposui ex Mss. Vulgo legitur ex Palavicino, *Nec minus deliberari potest*.

21. *verbenae aliquae decoctae sint ex reprimentibus)* Ita legit Lindenius. Libri antiqui habent *verbenae aliquae decoctae sint, vel ex reprimentibus*. Sed verba haec *vel ex reprimentibus* videri possunt supervacua, cum Celsus lib. 2. cap. 33. jam dixerit verbenas simul et reprimere, et refrigerare. In Ed. Constantini ad marginem legitur ... *vel aliud ex reprimentibus*.

22. *tondere)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *radere*.

23. *movere sternumenta medicamentis in id efficacibus)* Lindenius leg. *et movere sternutamenta medicamentis ad id efficacibus*, ut habet in margine Ed. Constantini: quae quidem constructio Celso usitatior est; sed hic omnes veteres libri habent *in id*. Hac autem constructione alii quoque probati Auctores usi sunt. Varro lib. 3. cap. 1. R. R. *in hoc ad te mitto, quod* &c. Cicero lib. 2. de Invent. cap. 34. *in id quoque praecepta trademus*: Paterculus lib. 2. *C. Marius dispositis in id ipsum interemptus est*; Columella lib. 7. cap. 8. *cratibus in id factis*.

24. *similive)* Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *similique*.

25. *caput impletur)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *caput impleatur*.

26. *Cum febris remisit)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Cum se febris remiserit*.

27. *incidit)* Alii cum Caesario, *accidit*.

28. *et objurgatione)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. Lindenii deest *et*.

29. *finiendus)* Ita Cod. Med. I. Vat. VIII. *finiendum*. In Mediceo additum est ab antiqua manu verbum *est*. Seneca de Consol. ad Helviam; *non prohibuerunt luctus, sed finierunt*. Alii Codd. et omnes Edd. habent *prohibendus est*.

30. *dicentur)* Lindenius, *dicuntur*.

31. *ad meliora mens adducenda)* Lindenius leg. *ad meliora mens abducenda*.

intentio; ut fit in hominibus studiosis litterarum, quibus liber legitur, aut recte, si delectantur, aut perperam, si id ipsum eos offendit: emendando enim [32] convertere animum incipiunt. Quin etiam recitare, si qua meminerunt, cogendi sunt. Ad cibum quoque quosdam non desiderantes reduxerunt ii qui inter epulantes eos [33] collocarunt. Omnibus vero sic affectis somnus et difficilis, et praecipue necessarius est: sub hoc enim plerique sanescunt. Prodest ad id, atque etiam ad mentem ipsam componendam, crocinum unguentum cum irino in caput [34] datum. Si nihilo minus vigilant, quidam somnum moliuntur potui dando aquam in qua papaver, [35] aut hyoscyamum decoctum sit: alii mandragorae mala pulvino subjiciunt: alii vel amomum, vel sycamini lacrimam fronti inducunt. Hoc nomen apud Medicos reperio: [36] sed cum Graeci morum συκάμινον appellent, mori nulla lacrima est. Sic vero significatur lacrima arboris in AEgypto nascentis, quam ibi [37] μορόσυκον appellant. Plurimi decoctis papaveris corticibus, [38] ex ea aqua spongia os et caput subinde fovent. Asclepiades ea supervacua esse dixit; quoniam in lethargum saepe [39] converterent. Praecepit autem, ut primo die a cibo, potione, somno abstine-

Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *ad meliora mens ejus adducenda*; alii Codd. et antiquae Edd. *ad meliora mens ejus abducenda*. Vox *ejus* glossema est.

32. *convertere animum incipiunt)* Caelius Aurelianus lib. I. Morb. Chron. cap. 5. *Litteralis etiam lectio adhibenda est, quae sit aliqua falsitate culpata; quo interius mentem exerceant aegrotantes*. Lindenius leg. *advertere animum incipiunt*.

33. *collocarunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *collocaverunt*.

34. *datum)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *additum*.

35. *aut hyoscyamum decoctum sit)* Haec lectio, collatis veteribus libris, mihi ceteris probabilior videtur. Plerique Codd. et Edd. antiquae habent *aut hyoscyamos* (Edd. Manutianae, ὑοσκύαμος) *decocta sit*. Sed *hyoscyamos* genere masculino apud multos auctores invenitur; genere autem feminino, apud nullum, quod ego sciam. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. legitur *aut hyoscyamon decocta sit*. Sed *decocta* non cohaeret genere cum *hyoscyamon*. Praeter quam quod non apparet, cur Celsus, cum *hyoscyamum* latinis litteris ac terminatione multis locis adhibuerit; ut ostendi in adnot. 7. ad cap. 33. lib. 2. hic maluerit *hyoscyamon*. In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legit. *aut hyoscyamus decocta sint*; sed particula *aut* non patitur, ut verbum singulare in plurale mutetur.

36. *sed cum Graeci morum συκάμινον appellent, mori nulla lacrima est)* Constructionem restitui, una tantum littera mutata. Libri antiqui habent *appellant*: ego reposui *appellent*. Lindenius ita edidit: *Sed cur Graeci morum συκάμινον appellant, cum mori nulla lachryma sit?*

37 *μορόσυκον)* Ita Edd. Manutianae; Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. pleraeque, *morosycon*; alii Codd. *moronscyon*. Ed. Constantini in margine, *sycomoron*; Edd. Ruellii, Stephani, et Lindenii, συκόμορον.

38. *ex ea aqua spongia os et caput subinde fovent)* idest spongia ex ea aqua expressa; quo modo alibi loquitur. Ita legitur in Codd. Med. I. et Vat. VIII. in aliis, et in Edd. vetustis, *ex ea aqua subinde spongia os et caput fovent*; in Ed. Lindenii, *ex ea aqua cum spongia os et caput subinde fovent*.

39. *converterent)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. pleraeque; alii Codd. itemque Edd. Manutiorum, Ruellii, et Stephani, *compellerent*; Ed. Lindenii, *convertunt*.

retur; vespere ei daretur potui aqua; tum frictio admoveretur lenis, [40] ut ne manum quidem qui perfricaret, vehementer imprimeret; postero deinde die, iisdem omnibus factis, vespere ei daretur sorbitio et aqua, rursusque frictio adhiberetur: per hanc enim nos consecuturos, ut somnus accedat. Id interdum fit, et quidem adeo, ut illo confitente nimia frictio etiam lethargi periculum afferat. Sed si sic somnus non accessit, tum demum illis medicamentis [41] arcessendus est: habita scilicet eadem moderatione, quae hic quoque necessaria est, ne quem obdormire volumus, excitare postea non possimus. Confert etiam aliquid ad somnum [42] silanus juxta cadens; vel gestatio post cibum, et noctu; maximeque [43] suspensi lecti motus. Neque alienum est, si neque sanguis ante missus est, neque mens constat, neque somnus accedit, occipitio inciso cucurbitulam admovere; quae quia levat morbum, [44] potest etiam somnum facere. Moderatio autem in cibo quoque adhibenda est: nam [45] neque implendus aeger est, ne insaniat; neque jejunio utique [46] vexandus, ne imbecillitate in cardiacum incidat. [47] Opus est cibo infirmo, maximeque sorbitione, [48] potione aquae mulsae, cujus ternos cyathos bis hieme, quater aestate dedisse satis est.

Alterum insaniae genus est, quod spatium longius recipit;

40. *ut ne manum quidem qui perfricaret)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *ita ut ne manum quidem, qui fricaret.*

41. *arcessendus)* Al. *accersendus.*

42. *silanus juxta cadens)* Tubus, ex quo cadens aqua levem susurrum edit. Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII atque Edd. omnes, praeter Ruellianam. In aliis Codd. pro *silanus* est *siularum*; in al. *silarum*; in al. *silvarum*. Contendunt autem Critici vocem hanc ortam esse ex arabica *silan*, quae fluxum aquae significat. Sed verisimilius est vocem *silanus* ortam esse ex graeca σωλὴν, ηνῶς. Quidam, ut notat Victorius ad epist. 9. lib. 3. M. Ciceronis ad Q. fratrem, *in candidissimo auctore Celso, contra veterum codicum auctoritatem,* solenos *graecam vocem pro* silanus *perperam reponere conati sunt.* Caesarius haec margini adscripsit: » *Erat quando hic* saliens rivus *legendum putaram; ac sane ita loco* silanus saliens rivus *substituissem, nisi forte fortuna incidissem in Sext. Pompejum lib* 18. *ubi ita legitur;* Tullios alii dixere Silanos. *Quem locum ex Sexto repetit et Georgius Valla; et Silanum pro rivo exponit* ». Retinuit igitur *silanus*: et quidem recte. Sic Lucretius lib. 6. de R. N. *Corpora silanos ad aquarum strata jacebant Interclusa anima nimia ab dulcedine aquai.* Ruellius leg. *saliens juxta cadens.* Vide quae ad hunc locum scripsit Morgagnus in Epist. I. Quod ad rem attinet, simile remedium proponit Coelius Aurelianus l. I. cap. 5. Morb. Chron. de Mania: *Adhibenda etiam aquae destillatio crebra, cujus sonitu saepe aegrotantes inducti somnum capiunt.*

43. *suspensi lecti motus)* Lindenius, *lecti suspensi motus.*

44. *potest etiam somnum facere)* In Ed. Lindenii deest *etiam.*

45. *neque implendus aeger est)* Lindenius, *neque implendus est aeger.*

46. *vexandus)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis, et in libris vulgatis additur *est.*

47. *Opus est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Opus est autem.*

48. *potione aquae mulsae, cujus ternos cyathos bis hieme, quater aestate &c.)* Perperam Lindenius legit *et potione aquae mulsae, cujus ternos cyathos hieme, aestate vero quatuor &c.*

quia fere sine febre incipit, [49] leves deinde febriculas excitat. Consistit in tristitia, quam videtur bilis atra contrahere. In hac utilis detractio sanguinis est: si quid hanc prohibet, prima est abstinentia; secunda per album veratrum vomitumque purgatio. Post utrumlibet adhibenda bis die frictio est; si magis valet, frequens etiam exercitatio; in jejuno vomitus: cibus sine vino dandus ex media materia est. Quam quoties posuero, [50] scire licebit etiam ex infirmissima dari posse; dum ne ea sola quis utatur: [51] valentissima tantummodo esse removenda. Praeter haec servanda alvus est quam tenerrima; removendi terrores, et potius bona spes afferenda; quaerenda delectatio ex fabulis, ludisque [52] quibus maxime capi sanus assueverat; laudanda, si qua sunt, ipsius opera, et ante oculos ejus ponenda; leviter objurganda vana tristitia; subinde admonendus, in iis ipsis rebus quae solicitant, [53] cur potius laetitiae, quam solicitudinis causa sit. Si febris quoque accessit, sicut aliae febres curanda est.

[54] Tertium genus insaniae est, ex his longissimum; adeo ut vitam ipsam non impediat: quod robusti corporis esse consuevit. [55] Hujus autem ipsius species duae sunt. Nam quidam imaginibus, [56] non mente falluntur; [57] quales insanientem Ajacem vel Orestem percepisse poetae ferunt: quidam animo desipiunt. Si imagines fallunt, ante omnia videndnm est, tristes, an hilares sint. In tristitia nigrum veratrum dejectionis causa; in hilaritate

89. *leves deinde febriculas excitat. Consistit &c.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *leves deinde febriculas excitat: et consistit* &c. Hoc insaniae genus *μελαγχολίαν* Graci appellant.

50. *scire licebit)* Ita Cod Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *scire licet*.

51. *valentissima tantummodo esse removenda)* id est res valentissimas. Sic sub finem cap. 18. lib. 2. *Plus deinde aliquis assumere ex levioribus potest: magis in iis quae valentissima sunt, temperare sibi debet*. Lindenius leg. *valentissimam tantummoda esse removendam*, ut habet in margine Ed. Constantini.

52. *quibus maxime capi)* Cod. Med. I. *maxime quibus capi*; Vat. VIII. *maximeq. quibus capi*.

53. *cur potius laetitiae, quam &c.)* Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII., alii, et libri vulgati, *cur non potius laetitiae, quam* &c.

54. *Tertium genus insaniae est ex his longissimum)* a Graecis *μανία* vocatur. Cicero lib. 3. Tuscul. Quaest. cap. 5. ita scribit: *Graeci autem μανίαν unde appellant, non facile dixerim. Eam tamen ipsam distinguimus nos melius, qaam illi. Hanc enim insaniam, quae juncta stultitiae patet latius, a furore disjungimus. Graeci volunt illi quidem sed parum valent verbo: quem nos furorem, μελαγχολίαν illi vocant*. Non est ita: quem Latini furorem, Graeci *μανίαν* vocant: quam illi atram bilem, vel atrae bilis morbum, hi *μελαγχολίαν* appellant.

55. *Hujus autem ipsius)* In Cod. Vat. VIII. atque in Ed. Lindeniana deest vox *ipsius*.

56. *non mente falluntur)* Lindenius legit *non mente fallunt*. Male.

57. *quales insanientem Ajacem vel Orestem percepisse poetae ferunt)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et omnes Edd. habent *qualem insanientem Ajacem vel Orestem poetarum fabulae ferunt*. Cicero l. c. *Athamantem, Alcmaeonem, Ajacem furere dicimus*. Virgilius AEneid. I. v. 45. *furias Ajacis Oilei*.

album ad vomitum excitandum dari debet: idque, si in potione non accipit, pani adjiciendum est, quo facilius fallat. Nam si bene se purgaverit, ex magna parte morbum levabit. Ergo etiam si semel datum veratrum parum profecerit, interposito tempore iterum dari debet. [58] Neque ignorare oportet leviorem esse morbum cum risu, quam serio insanientium. [59] Illud quoque perpetuum est in omnibus morbis, ubi ab inferiore parte purgandus aliquis est, ventrem ejus ante solvendum esse; ubi a superiore, comprimendum. Si vero consilium insanientem fallit, tormentis quibusdam optime curatur. Ubi perperam aliquid dixit, aut fecit, fame, vinculis, plagis coercendus est. Cogendus est et attendere, et ediscere aliquid, et meminisse: sic enim fiet, ut paulatim metu cogatur considerare quid faciat. Subito etiam terreri, et expavescere, in hoc morbo prodest; et fere quidquid animum vehementer [60] perturbat. Potest enim quaedam fieri mutatio, cum ab eo statu mens in quo fuerat, abducta est. Interest etiam, [61] is ipse sine causa subinde rideat, an moestus demissusque sit; nam [62] demens hilaritas terroribus iis, de quibus supra dixi, melius curatur: si nimia tristitia est, prodest lenis, sed multa bis die frictio; [63] item per caput aqua frigida infusa, demissumque corpus in aquam et oleum. Illa communia sunt: insanientes vehementer exerceri debere; multa frictione uti; neque pinguem carnem, neque vinum assumere; cibis uti post purgationem, ex media materia quam levissimis; non oportere esse vel solos, vel inter ignotos, vel inter eos quos aut contemnant, aut negligant; mutare debere regiones, et si mens redit, annua peregrinatione esse jactandos.

Raro, sed aliquando tamen, ex metu delirium nascitur. [64] Quod genus insanientium specie simile, similique victus ge-

58. *Neque ignorare oportet &c.)* ex Aphor. 53. Sect. 6.

59. *Illud quoque perpetuum est &c.)* ex Aphor. 72. Sect. 7.

60. *perturbat)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *turbat*.

61. *is ipse)* Sic reposui ex multis Codicibus. Med. I. et Vat. VIII. atque omnes Edd. habent *si ipse*.

62. *demens hilaritas)* Ita apud Ciceronem lib. 3. de Offic. cap. 18. *stulta calliditas*; apud Nepotem in Pausania cap. 3. *demens ratio*; apud Livium lib. 4. cap. 8. *demens imperium*; apud Propertium lib. I. eleg. 13. v. 20. *demens furor*; apud Phaedrum lib. 2. Fab. 5. *stulta credulitas*. Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *dementis hilaritas*.

63. *item per caput aqua frigida infusa)* Lindenius legit *item super caput aqua frigida infusa*. Vide adnot. 2. ad cap. 14. hujus libri.

64. *Quod genus insanientium specie simile, similique victus genere &c.)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *quod genus insanientium specie, similique victus genere curandum est*. Addita voce *simile* constat quidem sensus aliquis: vera tamen lectio restituta non videtur. Vox *insanientium* potest esse glossema, et intelligendum insaniae, vel morbi; quemadmodum cap. 23.

nere curandum est: praeterquam quod in hoc insaniae genere solo recte vinum datur.

* [1] His morbis praecipue contrarium est id genus, quod *καρδιακὸν* a Graecis nominatur; quamvis saepe ad eum [2] phrenetici transeunt: siquidem [3] mens in illis labat, in hoc constat. Id autem nihil aliud est, quam nimia imbecillitas corporis, quod stomacho languente, immodico sudore digeritur. Licetque protinus scire id esse, ubi venarum exigui imbecillique pulsus sunt; sudor autem supra consuetudinem, et modo, et tempore, ex toto thorace et cervicibus, [4] atque etiam capite prorumpit, pedibus tantummodo et cruribus siccioribus atque [5] frigentibus. [6] Acutique id morbi genus est. Curatio prima est, supra praecordia imponere, [7] quae reprimant, cataplasmata: secunda, sudorem [8] prohibere. Id praestat acerbum oleum, vel rosa, vel melinum, aut myrteum: quorum aliquo corpus leniter perungendum; ceratumque ex aliquo horum tum imponendum est. Si sudor vincit, delinendus homo est vel gypso, vel argenti spuma, vel cimolia creta, [9] vel etiam subinde horum pulvere respergendus. Idem praestat pulvis [10] ex contritis aridis myrti vel rubi foliis, aut ex austeri et boni vini arida faece: pluraque similia sunt, quae si desunt, satis utilis est quilibet ex via pulvis injectus. Super haec vero, quo minus corpus insudet, levi veste debet esse contectus, [11] loco non calido, fenestris patentibus sic, ut perflatus quoque aliquis accedat. Tertium auxilium est, imbecillitati jacentis cibo vinoque succurrere. Cibus non multus quidem, sed saepe tamen nocte ac die dandus est; ut nutriat, neque oneret. Is esse debet ex infirmissima materia, et stomacho aptus. [12] Nisi si neces- XIX.

hujus lib. *Id genus saepius viros, quam feminas occupat*; et lib. 4. c. 12. *Huic generi inutilissimum balneum est*: aut fortasse legendum *Quod genus insaniae*.

1. *His morbis*) id est his tribus insaniae generibus. Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. ceteraeque Edd. *Huic morbo*.

2. *phrenetici*) Manutii, Caesarius, Stephanus, et Lindenius leg. *phrenitici*.

3. *mens in illis labat, in hoc constat*) Lindenius leg. *mens in illis laborat, in hoc vero constat*.

4. *atque etiam capite*) Lindenius, *atque atiam ex capite*.

5. *frigentibus*) Idem, *frigidis*.

6. *Acutique id morbi genus est. Curatio &c.*) Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. sed in Mediceo Palavicinus, crassis verbis *Acutique id*, scripsit *At ubi*. In aliis Codd. atque in Edd. antiquis leg. *At ubi id morbi genus est, curatio &c.* in Ed. Lindenii, *Acuti id morbi genus est. Curatio &c.*

7. *reprimant*) Lindenius, *reprimunt*.

8. *prohibere*) Idem, *cohibere*.

9. *vel etiam subinde*) Idem, *vel subinde*.

10. *ex contritis aridis myrti vel rubi foliis*) Libri antiqui habent *ex contritis aridi myrti vel rubi foliis*. Ego pro *aridi* reposui *aridis* ex aliis similibus locis. Lib. 5. cap. 23. sect. 2. *foliorum rosae aridorum*; lib. 6. cap. 18. sect. 9. *malicorium cum aridis rosae foliis contritum*. Lindenius leg. *ex contritis aridae myrti vel rubi foliis*.

11. *loco non calido*) Lindenius, *positusque loco non calido*.

12. *Nisi si necesse est*) Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Nisi*

se est, ad vinum festinare non oportet: si verendum est ne deficiat, tum et intrita ex hoc, et hoc ipsum austerum quidem, sed tamen tenue, [13] meraculum, egelidum subinde et liberaliter dandum est; adjecta polenta, si modo is aeger parum cibi assumit: idque vinum esse debet, neque nullarum virium, neque ingentium; recteque tota die ac nocte [14] vel tres heminas aeger bibet; si vastius corpus est, plus etiam. Si cibum non accipit, perunctum ante perfundere aqua frigida convenit, et tum dare. Quod si stomachus resolutus parum continet, et ante cibum, et post eum sponte vomere oportet; rursusque post vomitum cibum sumere. [15] Si ne id quidem manserit, sorbere vini cyathum, interpositaque hora [16] sumere alterum. Si id quoque stomachus reddiderit, totum corpus bulbis contritis superillinendum est; qui ubi inaruerunt, efficiunt, ut vinum in stomacho contineatur, exque eo toti corpori calor, venisque vis redeat. Vltimum auxilium est, [17] in alvum ptisanae vel alicae cremorem ex inferioribus partibus indere: siquidem id quoque vires tuetur. Neque alienum est, naribus quoque aestuantis admovere quod reficiat; [18] id est rosam et vinum: et si qua in extremis partibus frigent, unctis et calidis manibus fovere. Per quae si consequi potuimus, ut et sudoris impetus minuatur, et vita prorogetur, incipit jam tempus ipsum esse praesidio. [19] Vbi esse in tuto videtur, [20] verendum tamen est, ne in eamdem imbecillitatem cito recidat: itaque vino [21] tantummodo remoto, quotidie validiorem cibum debet assumere, donec satis virium corpori redeat.

XX. * Alter quoque morbus est, aliter [1] phrenetico contrarius.

autem necesse est. Plinius lib. 23. cap. 1. sect. 25. *Cardiacorum morbo unicam spem in vino esse, certum est.*

13. *meraculum)* Al. *meracum.*

14. *vel tres heminas)* vel pro etiam. Lindenius leg. *duas vel tres heminas*, ut habet in margine Ed. Constantini.

15. *Si ne id quidem manserit)* id refertur ad vinum. Lindenius leg. *si ne is quidem manserit.*

16. *sumere alterum)* vini cyathum. Lindenius, *sumere iterum.*

17. *in alvum ptisanae vel alicae cremorem ex inferioribus partibus indere)* In multis Codd. legitur *ex inferioribus injicere*; in Edd. Manutiorum, *ex inferioribus partibus injicere.* Morgagnus animadvertit *Celsum primum fortasse ex omnibus quos nunc de re medica habemus, Scriptoribus, nutrientium, ut vocant, Clysterum usum et opportunitatem litteris mandavisse.*

18. *id est rosam et vinum)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *id est rosa et vinum*; Ed. Lindenii, *ut est rosa et vinum.*

19. *Vbi esse in tuto videtur)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. nisi quod in Vaticano pro *tuto* est *toto*: alii Codd. et omnes Edd. *Vbi in tuto esse videtur.*

20. *verendum tamen est, ne in eamdem imbecillitatem &c.)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. I. *verendum tamen, ne &c.* Vat. VIII. *verendum est tamen, ne in eamdem infirmitatem &c.* alii, et Edd. antiquae, *verendum tamen est*, (al. *est tamen*) *ne ad eamdem imbecillitatem &c.*

21. *tantummodo)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *tantum.*

1. *phrenetico)* Quidam Codd. *phreneticis*; Edd. Manutiorum, Caesarii, Pantini, Stephani, et Lindenii, *phrenitico.*

[2] In eo difficilior somnus, prompta ad omnem audaciam mens est: [3] in hoc maeror, et inexpugnabilis paene dormiendi necessitas. [4] Λήθαργον Graeci nominarunt. [5] Atque id quoque genus acutum est, et nisi succurritur, celeriter jugulat. [6] Hos aegros quidam subinde excitare nituntur, admotis iis per quae sternumenta evocantur, et iis quae odore foedo movent; qualis est [7] pix cruda, lana sucida, piper, veratrum, castoreum, acetum, allium, cepa. Juxta etiam galbanum incendunt, [8] aut pilos, aut cornu cervinum; [9] si id non est, quodlibet aliud. [10] [Haec enim cum comburuntur, odorem foedum movent]. Tharrias vero quidam [11] accessionis id malum esse dixit; levarique cum ea decessit: itaque eos, qui subinde excitant, sine usu male habere. Interest autem in decessione expergiscatur aeger, [12] an cum febris levatur, aut levata quoque ea somnus urgeat. Nam si expergiscitur, adhibere ei ut sopito, supervacuum est: neque enim vigilando melior fit; sed per se, si melior est, vigilat. Si vero continens ei somnus est, utique excitandus est; sed iis temporibus quibus febris levissima est, [13] ut et excernat aliquid, et sumat. Excitat autem validissime repente aqua frigida [14] infusa. Post remissionem itaque [15] perunctum oleo multo corpus, tribus aut quatuor amphoris totum per caput perfundendum est. Sed hoc utemur, si aequalis aegro spiritus erit, si mollia praecordia: sin aliter haec erunt, ea potiora, quae supra comprehensa sunt. Et quod ad somnum quidem pertinet, commodissima haec ratio est. Medendi autem cau-

2. *in eo difficilior somnus)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. ceteraeque Edd. *in illo difficilis somnus*.

3. *in hoc)* Al. *at in hoc*.

4. *Λήθαργον Graeci nominarunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et pleraeque Edd. *λήθαργον* Cal. *lethargum) Graeci nominant*; Edd. Caesarii et Pantini, *λήθαργος graece nominatur*; Ed. Gryphii, *λήθαργον graece nominant*.

5. *Atque id quoque &c.)* Lindenius, *Id quoque &c.*

6. *Hos aegros quidam &c.)* Lindenius, *Proinde ex eo aegros quidam* ec.

7. *pix cruda)* Idem, *pix usta*.

8. *aut pilos)* Duae hae voces in Ed. Lindenii desunt.

9. *si id non est)* Ita Codd. Mss. atque Edd. Manutiorum, Gryphii, Constantini, et Stephani. In ceteris Edd. deest *id*.

10. [*Haec enim cum comburuntur, odorem foedum movent*].) Membrum supervacuum et adscriptitium. Lindenius legit *Haec enim cum comburuntur, odore foedo movent*.

11. *accessionis id malum esse dixit)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *accessionis esse id malum dixit*.

12. *an cum febris levatur)* Ita in Ed. Lindenii. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *an aut febris non levetur*; alii, et Edd. antiquae, *an cum febris non levetur*.

13. *ut et excernat aliquid)* Lindenius, *ut excernat aliquid*.

14. *infusa)* Idem, *superinfusa*.

15. *perunctum oleo multo corpus)* In Ed. Lindeniana legitur *perunctum oleo multo totum corpus*. Sed vox *totum* redundat: nam sequitur *totum per caput perfundendum est*.

sa, caput radendum;[16] deinde posca fovendum est, in qua [17] laurus, aut ruta decocta sit: [18] altero die imponendum castoreum, aut ruta ex aceto contrita, aut lauri baccae, aut hedera cum rosa et aceto. Praecipueque proficit et ad excitandum hominem, naribus admotum, et ad morbum ipsum depellendum, capiti frontive impositum sinapi. Gestatio etiam in hoc morbo prodest; maximeque opportune cibus datus, id est in remissione, quanta maxima inveniri poterit. Aptissima autem sorbitio est, donec morbus decrescere incipiat:[19] sic, ut si quotidie gravis accessio est, haec quotidie detur; si alternis, post graviorem sorbitio, post leviorem mulsa aqua. Vinum quoque cum tempestivo cibo datum non mediocriter adjuvat. Quod si post longas febres [20] ejusmodi torpor accessit, cetera eadem servanda sunt: ante accessionem autem tribus quatuorve horis [21] castoreum, si venter adstrictus est, mixtum cum scammonia; si non est, per se ipsum cum aqua dandum est. Si praecordia mollia sunt, cibis utendum est plenioribus; si dura, in iisdem sorbitionibus subsistendum; imponendumque praecordiis, quod simul et reprimat, et emolliat.

* XXI. * Sed hic quidem acutus est morbus. Longus vero fieri potest eorum quos aqua inter cutem male habet; nisi primis diebus discussus est: ὕδρωπα Graeci vocant. [2] Atque ejus tres species sunt. Nam modo, ventre vehementer intento, creber intus ex motu spiritus sonus est: modo corpus inaequale est, tumoribus aliter aliterque per totum id orientibus: modo intus

16. *deinde posca fovendum est, in qua &c.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii. Etiam Heraclides Tarentinus ad id ipsum posca utebatur. Caelius Aurelianus lib. 2. de Morb. Acut. cap. 9. ita scribit: *Heraclides caput posca fovet, in qua laurus fuerit decocta, et ruta; rasis quoque capillis ungit castoreo* &c. In aliis Codd. et in Edd. antiquis legitur *deinde postea fovendum est aqua, in qua* &c.

17. *laurus, aut ruta decocta sit)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque omnes Editiones. In aliis Codd. legit. *laurus et ruta decocta sit*. Si legeretur *laurus et ruta decoctae sint*, haec plane consentirent cum ea curandi ratione, quam ab Heraclide adhibitam fuisse ex allato Aureliani loco discimus.

18. *altero die)* Lindenius legit *Altera vero die*.

19. *sic, ut si quotidie)* Lindenius, *Si autem quotidie*.

20. *ejusmodi torpor accessit)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. Lindenii. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *ejusmodi torpor corpori accessit*; ex glossemate.

21. *castoreum, si venter adstrictus est, mixtum cum scammonia* &c.) Lindenius leg. *si venter adstrictus est, dandum est castoreum cum scammonea; si non est, per se ipsum castoreum cum aqua dandum est*.

1. *nisi primis diebus discussus est: ὕδρωπα Graeci vocant)* Lindenius legit *nisi enim primis diebus succurritur, in ὕδρωπα, quam Graeci vocant, incidunt*: hoc, opinor, sensu: si leucophlegmatiae non succurritur, ascites ex ea oritur. Sed Graeci ὕδρωπα communi nomine tres hujus morbi species appellant; easdemque Celsus communi item nomine *aquam inter cutem* vocat; ut manifesto apparet ex iis quae de hoc morbo ex Hippocrate tradidit lib. 2. cap. 7. et 8.

2. *Atque ejus tres species sunt)* Lindenius leg. *Ejus tres species sunt*.

[3] in uterum aqua contrahitur, et moto corpore ita movetur, ut impetus ejus conspici possit. Primum τυμπανίτην; secundum λευκοφλεγματίαν, [4] vel ὑποσάρκα; tertium ἀσκίτην Graeci [5] nominarunt. Communis tamen omnium est humoris nimia abundantia; [6] ob quam ne ulcera quidem in his aegris facile sanescunt. Saepe vero hoc malum per se incipit; saepe alteri vetusto morbo, maximeque quartanae supervenit. Facilius in servis quam in liberis tollitur: quia cum desideret famem, sitim, [7] mille alia taedia, longamque patientiam, promptius iis succurritur qui facile coguntur, quam quibus inutilis libertas est. Sed ne ii quidem qui sub alio sunt, si ex toto sibi temperare non possunt, ad salutem perducuntur. Ideoque non ignobilis medicus Chrysippi discipulus apud Antigonum regem, amicum quemdam ejus notae intemperantiae mediocriter eo morbo implicitum negavit posse sanari. Cumque alter medicus Epirotes Philippus se sanaturum polliceretur; respondit, illum ad morbum aegri respicere; se ad animum. Neque eum res fefellit. Ille enim cum summa diligentia non medici tantummodo, sed etiam regis custodiretur, tamen malagmata sua devorando, bibendoque suam urinam, in exitium [8] se praecipitavit. Inter initia tamen [9] non difficilis curatio est, [10] si imperata sunt [corpori] quies, sitis, inedia: [11] at si malum inveteravit, [12] non nisi magna mole discutitur. Metrodorum tamen Epicuri discipulum [13] ferunt, cum hoc morbo tentaretur, [14] nec aequo

3. *in uterum)* Ita in veteri libro apud Constantinum, et in Ed. Lindenii. Ceterae Edd. et Codd. omnes quos ego vidi habent *in unum:* sed profecto mendose. In ultima parte hujus cap. in omnibus libris legitur *Si vero id morbi genus est, quo in uterum multa aqua contrahitur.*

4. *vel ὑποσάρκα)* Ita Codd. Mss. atque Edd. multae; alii Codd. et Edd. sex primae, *vel hyposarca*, latinis litteris; Stephanus legit *vel ὑπὸ σάρκα*; Lindenius, *vel ὑπό τὴν σάρκα*. Fortasse duae hae voces additiae sunt.

5. *nominarunt)* Alii, *nominant*.

6. *ob quam ne ulcera quidem in his aegris facile sanescunt)* ex Aph. 8. Sect. 6.

7. *mille alia taedia)* Lindenius, *et mille alia taedia*.

8. *se praecipitavit)* In margine Ed. Constantinianae, et in Edd. Stephani, et Lindenii legitur *sese praecipitavit*.

9. *non difficilis curatio est)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii, et libri vulgati habent *non difficillima curatio est*.

10. *si imperata sunt [corpori] quies, sitis)* Vox *corpori* addita est ex glossemate, ut cap. 17. hujus libri. Vide quae ad eum locum adnotavi. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *si imperata corpori sitis, requies*.

11. *at si malum inveteravit)* Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et Edd. antiquae, *at si malum inveteraverit*.

12. *non nisi magna mole discutitur)* Sic in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *non sine magna molestia discutitur*; Ed. Lindenii, *non sine magna mole discutitur*.

13. *ferunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *referunt*.

14. *nec aequo animo necessariam sitim sustineret)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; sed haec, *neque* pro *nec*. Alii Codd. ceteraeque Edd. *neque aequo animo ferret necessariam sitim*.

animo necessariam sitim sustineret, ubi diu abstinuerat, [15] bibere solitum, deinde evomere. Quod si redditur quidquid receptum est, multum taedio demit; si a stomacho retentum est, morbum auget: ideoque in quolibet tentandum non est. Sed si febris quoque est, haec in primis submovenda est, per eas rationes, per quas huic succurri posse propositum est: si sine febre aeger est, tum demum ad ea veniendum est quae ipsi morbo mederi solent. Atque hic quoque quaecumque species est, si nondum nimis occupavit, iisdem auxiliis opus est: multum ambulandum, [16] currendum aliquid est; superiores maxime partes sic perfricandae, [17] ut spiritum ipse contineat; evocandus est sudor, [18] non per exercitationem tantum, sed etiam in arena calida, vel laconico, vel clibano, similibusque aliis; [19] maximeque utiles naturales et siccae sudationes sunt [20] [quales super Bajas in myrtetis habemus]. Balneum atque omnis humor alienus est. Jejuno recte catapotia dantur, facta [21] ex absinthii duabus, myrrhae tertia parte. Cibus esse debet ex media quidem materia, sed tamen generis durioris: potio non ultra danda est, quam ut vitam sustineat; optimaque est, quae urinam movet. [22] Sed id ipsum tamen moliri cibo, quam medicamento melius est. Si tamen res coget, ex iisdem aliquid [23] quae id praestant erit decoquendum, eaque aqua potui danda. Videntur autem hanc facultatem habere iris, nardum, crocum, [24] cinnamum, amomum, casia, myrrha,

15. *bibere solitum)* Lindenius legit *solitum bibere*.

16. *currendum aliquid est; superiores &c.)* currendum aliquantum. Aliqui cum Caesario legunt *currendum aliquando est, superiores &c.* Lindenius, *currendum aliquando, et superiores &c.*

17. *ut spiritum ipse contineat)* Lindenius legit *ut calorem in cutem evocet*; *inter quae, spiritum ipse contineat.*

18. *non per exercitationem tantum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et Edd. antiquae, *non exercitatione tantummodo &c.*

19. *maximeque utiles naturales et siccae sudationes sunt)* Lindenius, *maximeque utiles sunt naturales, et siccae sudationes.*

20. *[quales super Bajas in myrtetis habemus])* Haec ab ennarratore aliquo in margine descripta fuerant ex cap. 17. lib. 2. et inde in contextum irrepserunt. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *quales super Bahias in murtetis habemus*; alii, *quales super vias habemus in myrtetis*; Med. IV. ab alia manu, et Edd. antiquae, *quales super Bajas habemus in myrtetis*; Ed. Lindenii, *quales super Baias habemus in myrtetis*.

21. *ex absinthii duabus)* Lindenius, *ex duabus apsinthii.*

22. *Sed id ipsum tamen moliri cibo &c.)* urinam cibo melius est quam medicamento movere. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Edd. paene omnibus pro *moliri* est *molliri*. Alii Codd. habent *Sed id tamen moliri cibo &c.* Lindenius legit *Alvum moliri cibo melius est, quam medicamento*; sed perperam. Nam haec sequuntur, *Videntur autem hanc facultatem habere iris, nardum, crocum &c.* quae urinam, non alvum movent.

23. *quae id praestant)* Alii legunt *quae id praestent.*

24. *cinnamum, amomum, casia)* Ita in plerisque Codd. et in Edd. antiquis. Amomo urinam moveri tradit etiam Galenus lib. 6. cap. I. de S. M. F. Cod. Med. I. et Vat.

balsamum, galbanum, ladanum, oenanthe, panaces, cardamomum, hebenus, cupressi semen, [25] uva taminia, quam σταφίδα ἀγρίαν Graeci nominant; [26] abrotonum, rosae folia, acorum, amarae nuces, tragoriganum, styrax, [27] costum, [28] junci quadrati et rotundi semen; [29] illum κύπειρον, hunc σχοῖνον Graeci vocant: quae quoties posuero, non quae hic nascuntur, sed quae inter aromata afferuntur significabo. Primo tamen quae [30] levissima ex his sunt, id est rosae folia, vel nardi spica tentanda sunt. Vinum quoque utile est austerum, sed quam tenuissimum. Commodum est etiam lino quotidie ventrem metiri, et qua comprehendit alvum, notam imponere; [31] posteroque die videre, plenius corpus sit, an extenuetur: id enim quod [32] extenuatur, medicinam sentit. Neque alienum est metiri et potionem ejus, et urinam: nam si plus humoris excernitur, quam assumitur, ita demum secundae valetudinis spes est. Asclepiades in eo qui ex quartana in hydropa deciderat, se abstinentia bidui, et frictione usum; tertio die, jam et febre et aqua liberato, cibum et vinum dedisse memoriae prodidit.

Hactenus communiter de omni specie [33] praecipi potest: si vehementius malum est, diducenda ratio curandi est. Ergo si inflatio, et ex ea dolor creber est, utilis quotidianus, aut [34] altero quoque die post cibum vomitus est: [35] fomentis siccis cali-

VIII. atque Ed. Lindenii habent *cinnamomum, casia*; sed Editio, *cassia*.

25. *uva taminia, quam σταφίδα ἀγρίαν Graeci nominant)* Archigenes quoque uvam taminiam σταφίδα ἀγρίαν nominat; ut colligitur ex iis quae tradit Galenus lib. I. cap. 7. de C. M. S. L. Plinius lib. 23. cap. I. sect. 13. ita scribit: *Astaphis agria, sive staphis, quam uvam taminiam aliqui vocant falso; suum enim genus habet;* et sect. 14. ejusdem cap. *Labrusca quoque oenanthen fert .... hanc potius crediderim esse, quam vulgus uvam taminiam vocat.*

26. *abrotonum)* Ita Ed. Stephani; ceterae Edd. et plerique Codd. *abrotanum*; Cod. Med. 1. et Vat. VIII. tum hic, tum alibi, *habrotanum*.

27. *costum)* Aliqui Codd. *costus*.

28. *junci quadrati, et rotundi semen)* Constantinus haec adnotavit: *medicis in usu est cyperi radix, et junci rotundi flos et paleae: neutrius autem semen.* Lindenius igitur pro *semen* reposuit *flos*. Sed etiam junci semen a medicis adhiberi Plinius tradit lib. 21. cap. 18. sect. 71.

29. *illum κύπειρον, hunc σχοῖνον Graeci vocant)* Ita legit Lindenius; al. *illud κύπειρον, σχοῖνον hoc* &c. al. *illud cyperon, hoc σχοῖνον* &c. Ruellius, *illud κύπειρον, hoc σχοῖνον* &c. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *illud cyperon, hoc σχοῖνον* &c. al. *illum κυπερων, σχοῖνον, hunc* &c.

30. *levissima)* Lindenius, *lenissima*.

31. *posteroque die videre, plenius corpus sit, an* &c.) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *postero die videre, si plenius corpus sit, an* &c. Ed. Lindenii, *postero quoque die videre, plenius corpus sit, an* &c.

32. *extenuatur)* Al. *tenuatur*.

33. *praecipi)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *decipi*; alii, et Edd. antiquae, *dici*.

34. *altero)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et Edd. antiquae, *alterno*.

35. *fomentis siccis)* In Ed. Lindenii legitur *Fomentis deinde siccis*. Ego si quid addendum sit, legerim *et fomentis siccis*. Saepe autem, ut alias dixi, ubi duae voces *est et* sibi proximae sunt, altera ab indiligentibus librariis omittitur.

disque utendum est. Si per haec dolor non finitur, necessariae sunt sine ferro cucurbitulae: si ne per has quidem tormentum tollitur, incidenda cutis est, et tum his utendum. Vltimum auxilium est, si cucurbitulae nihil profuerunt, per alvum infundere copiosam aquam calidam, eamque recipere. Quin etiam quotidie ter quaterve opus est uti frictione vehementi, cum oleo et quibusdam calefacientibus: sed in hac frictione a ventre abstinendum est. Imponendum vero in eum crebrius sinapi, donec cutem erodat: [36] ferramentisque candentibus pluribus locis venter exulcerandus est, et servanda ulcera diutius. Vtiliter etiam [37] scilla cocta delingitur. Sed diu post has inflationes abstinendum est ab omnibus inflantibus.

At si id vitium est, cui λευκοφλεγματία nomen est, eas partes quae tument, subjicere soli oportet; sed non nimium, [38] ne febriculam accendat: si is vehementior est, caput velandum est: utendumque frictione, madefactis tantum manibus aqua, cui [39] sal et nitrum et olei paulum sit adjectum, sic, ut aut pueriles aut muliebres manus adhibeantur, quo mollior earum tactus sit: idque si vires patiuntur, ante meridiem tota hora; post meridiem semihora fieri oportet. [40] Vtilia etiam sunt cataplasmata quae reprimunt; maximeque si corpora teneriora sunt. [41] Incidendum quoque est super talum quatuor fere digitis ex parte interiore, [42] qua per aliquot dies frequens humor feratur; atque ipsos tumores incidere altis plagis oportet: [43] concutiendumque multa gestatione corpus est: atque ubi inductae vulneribus cicatrices sunt, [44] adjiciendum et exercitationibus est, et cibis, donec corpus [45] ad pri-

36. *ferramentisque candentibus pluribus locis venter exulcerandus est)* Paulus AEgineta lib. 3. cap. 50. super stomachum, jecur, lienem, umbilicum, et imam abdominis partem exulcerari jubet.

37. *scilla cocta delingitur)* Ita in Cod. Med. I. Sic lib. 4. cap. 4. sect. 4. *scillam delingere*. Cod. Vat. VIII. habet *scilla cocta delinguitur*; alii Codd. et Edd. antiquae, *scilla cocta delinitur cutis*; Ed Lindenii, *scilla cocta deligatur super cutim*.

38. *ne febriculam accendat)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. I et Vat. VIII. *ne frigulam incendat*; alii, et Edd. antiquae, *ne febricula incidat*.

39. *sal et nitrum)* Lib. 8. cap. 10. sect. 7. *perfricandum est ex oleo, et sale, et nitro*. In multis Codd. legit. *sal, vel nitrum*.

40 *Vtilia etiam sunt)* Lindenius, *Vtilia sunt etiam*.

41. *Incidendum quoque est super talum &c.)* Lindenius, *Incidendum quoque super talum, quatuor fere digitis, ex parte interiore est*.

42. *qua)* Lindenius leg. *quo*; sed minus recte. Caelius Aurelianus lib. 3. Morb. Chron. cap. 8. *Laudat etiam Asclepiades punctionem, quatuor digitis a talo distantem faciendam superius ab interiore parte, sicut in phlebotomia, ut per eamdem punctionem humore effuso, corpora extenuentur*.

43. *Concutiendumque multa gestatione corpus est)* Lindenius, *concutiendumque corpus est multa gestatione*.

44. *adjiciendum et exercitationibus est, et cibis)* Ita plerique Codd. et Edd. antiquae; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *adjiciendum et exercitationibus, et cibis*; Ed. Lindenii, *adjiciendum exercitationibus et cibis*.

45. *ad pristinum habitum)* Sic lib. 4.

stinum habitum revertatur. Cibus valens esse debet, et glutinosus, maximeque caro: vinum, si per stomachum licet, dulcius; sed ita, ut invicem biduo triduove modo aqua, modo id bibatur. Prodest etiam lactucae marinae, [46] quae grandis juxta mare nascitur, semen cum aqua potui datum. [47] Si valens est qui id accipit, [48] et scilla cocta, sicut supra dixi, delingitur. Auctoresque multi sunt, [49] inflatis vesicis pulsandos tumores esse.

Si vero id morbi genus est quo in uterum multa aqua contrahitur, ambulare, sed magis modice oportet; malagma quod digerat, impositum habere; idque ipsum superimposito triplici panno, fascia, non nimium tamen vehementer adstringere. Quod a Tharria profectum, servatum esse a pluribus video. Si jecur, aut lienem affectum esse manifestum est, ficum pinguem contusam, adjecto melle, superponere. Si per talia auxilia venter non siccatur, sed humor nihilo minus abundat, celeriori via succurrere, ut is per ventrem ipsum emittatur. Neque ignoro Erasistrato displicuisse hanc curandi viam: morbum enim hunc jecinoris putavit: [50] ita illud esse sanandum; frustraque aquam emitti, quae vitiato illo subinde [51] nascatur. Sed primum non hujus visceris unius hoc vitium est: [52] nam et liene affecto, et in totius corporis malo habitu fit. Deinde, ut inde coeperit, tamen aqua nisi emittitur, quae contra naturam ibi [53] substitit, et jecinori, et ceteris interioribus partibus nocet. Convenitque corpus nihilo minus esse curandum. Neque enim sanat emissus humor, sed medicinae locum facit, quam intus inclusus impedit. Ac ne illud quidem in controversiam venit, quin non omnes in hoc morbo

cap. 4. *donec fauces ad pristinum habitum revertantur*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii habent *ad pristinum statum*.

46. *quae grandis juxta mare nascitur)* Suntne Celsi verba haec? et si sunt Celsi, est ne ejus etiam antecedens verbum *marinae*? nam aut illud, aut hoc supervacuum videtur. Lib. 2. cap. 12. sect. I. ita scripsit: *lactucae marinae lac, cujus gutta pani adjecta abunde purgat*. Plinius lib. 26. cap. 8. sect. 39. *Tithymalum nostri herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam . . . Genera ejus multa. Primum cognominatur characias . . . Nascitur in asperis maritimis . . . Est semen in usu cum melle decoctum ad catapotia, solvendae alvi gratia*.

47. *Si valens est)* Lindenius, *quod si valens est*.

48. *et scilla cocta, sicut supra dixi, delingitur)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *ei scilla cocta, sicut supra dixi, delinitur*; Ed. Lindenii, *ei scilla cocta simul super ventrem deligatur*.

49. *inflatis vesicis pulsandos tumores esse)* Hoc auxilium memoratur etiam ab Aetio lib. 10. cap. 9.

50. *ita illud esse sanandum)* jecur. Ita legitur in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *ideoque ita illum esse sanandum*; Ed. Lindenii, *ideoque illud esse sanandum*.

51. *nascatur)* Constantinus, *enascatur*; Lindenius, *renascatur*.

52. *nam et liene affecto)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *Nam splene affecto*; Ed. Lindenii, *Nam et splene affecto*.

53. *substitit)* Al. *subsistit*.

sic curari possint; sed juvenes robusti, qui vel ex toto carent febre, vel certe satis liberales intermissiones habent. Nam quorum stomachus corruptus est, quive ex atra bile huc deciderunt, [54] quive malum corporis habitum habent, idonei huic curationi non sunt. Cibus autem quo die primum humor emissus est, supervacuus est, [55] nisi si vires desunt: [56] insequentibus diebus et is, et vinum meracius quidem, sed non ita multum dari debet, paulatimque [57] evocandus aeger est ad exercitationes, frictiones, solem, sudationes, [58] navigationes, et idoneos cibos, donec ex toto convalescat. Balneum rarum res amat; [59] frequentiorem in jejuno vomitum. Si aestas est, in mari natare commodum est. Vbi convaluit aliquis, diu tamen alienus ei veneris [60] usus est.

XXII. * Diutius saepe et periculosius tabes eos male habet, quos invasit. Atque hujus quoque plures species sunt. Vna est, qua corpus non alitur; et naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum subeuntibus, summa macies oritur; et nisi occurritur, tollit. Ἀτροφίαν hanc Graeci [1] vocant. Ea duabus fere de causis incidere consuevit. Aut enim nimio timore aliquis minus, aut aviditate nimia plus quam debet assumit: ita vel quod deest, infirmat, vel quod superat, corrumpitur. Altera species est, quam Graeci καχεξίαν appellant: ubi malus corporis habitus est; ideoque omnia alimenta corrumpuntur. Quod fere fit cum longo morbo vitiata corpora, etiamsi illo vacant, refectionem tamen non accipiunt; aut cum malis medicamentis corpus affectum est; aut cum diu necessaria defuerunt; aut cum inusitatos [2] et inutiles cibos aliquis assumpsit; aliquidve simile incidit. Huic praeter tabem, illud quoque nonnumquam [3] accedere solet, ut per assiduas [4] pusulas, aut ulcera summa

54. *quive &c.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *quique* &c.

55. *nisi si vires desunt)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *nisi vires desunt.*

56. *insequentibus diebus et is, et vinum &c.)* et cibus, et vinum. Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Insequentibus* (Ed. Lindenii, *In sequentibus*) *diebus, et his vinum.*

57. *evocandus)* Lindenius, *revocandus.*

58. *navigationes)* Ita plerique Codd. atque omnes Edd. antiquae. Lindenius leg. *fatigationes*, ut habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. At cum in hominibus sanis, sed imbecillis *exercitationis finis esse debeat sudor, aut certe lassitudo, quae citra fatigationem sit;* ut dictum est in lib. I. cap. 2. quomodo in hoc tam gravi morbo fatigationes utiles esse possunt? Caelius Aurelianus lib. 3. cap. 8. Morb. Chron. ubi agit de Hydrope: *locorum et aquarum mutatio adhibenda, et peregrinatio magis maritima: aegrotantes praeterea navicula exerceri hortamur.*

59. *frequentiorem)* Lindenius, *et frequentiorem.*

60. *usus est)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *usus sit.*

1. *vocant)* Edd. Salingiacensis, Pantiniana, et Lindeniana, *nominant.*

2. *et inutiles)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *aut inutiles.*

3. *accedere)* Sic reposui pro *accidere*, quod est in omnibus libris.

4. *pusulas)* Ita in Cod. Vat. VIII. in aliis, et in omnibus Edd. *pustulas.*

cutis exasperetur, vel aliquae corporis partes intumescant. Tertia est, longeque periculosissima species, quam Graeci φθίσιν nominarunt. Oritur fere a capite; [5] inde in pulmonem destillat; huic exulceratio accedit; ex hac febricula levis fit, quae etiam cum quievit, tamen repetit; frequens tussis est; pus exscreatur; interdum cruentum aliquid. [6] Quidquid exscreatum est, si in ignem impositum est, mali odoris est: itaque qui de morbo dubitant, hac nota utuntur.

Cum haec genera tabis sint, animadvertere primum oportet, [7] quid sit id quo laboretur. Deinde [8] si tantum non ali corpus apparet, causam ejus attendere; [9] et si cibi minus aliquis quam debet assumit, adjicere, sed paulatim; ne si corpus insuetum subita multitudine oneraverit, [10] concoctionem impediat. Si vero plus justo quis assumere solitus est, abstinere uno die; deinde ab exiguo cibo incipere, quotidie adjicere, donec ad justum modum perveniat. Praeter haec convenit [11] ambulare locis quam minime frigidis, sole vitato; per manus quoque exerceri: si infirmior est, gestari, ungi, perfricari si potest, maxime per seipsum, saepius eodem die et ante cibum, et post eum sic, ut interdum oleo quaedam adjiciantur calefacientia, donec insudet. Prodestque jejuno prehendere per multas partes cutem et attrahere, ut relaxetur; aut imposita resina et abducta subinde idem facere. Vtile est etiam interdum balneum, sed post cibum exiguum. Atque in ipso solio recte cibi aliquid assumitur; aut si sine hoc frictio fuit, post eam protinus. Cibi vero esse debent [12] ex iis

5. *inde in pulmonem destillat; huic exulceratio accedit* &c.) Lindenius, *inde in pulmonem distillat. Ex hoc exulceratio accidit, et febricula levis fit, quae etiam cum quievit, tamen repetit. In ea quoque frequens tussis est, et pus excreatur.*

6. *Quidquid exscreatum est, si in ignem impositum est* &c.) ex Aphor. 11. Sect. 5.

7. *quid sit id quo laboretur)* Cod. Med. 1. habet *quid sit quo laboretur;* Vat. VIII. *quid sit qui laboretur;* alii, et omnes Edd. *quid sit in quo laboratur*. Reposui *laboretur* ex Codd. Med. 1. et Vat. VIII. et *in*, quod est in aliis Codd. mutavi in *id*. Hac dicendi forma usus est Cicero lib. 1. de Fin. cap. 9. *Constituam quid et quale sit id, de quo quaerimus*; cap. 2. ejusdem lib. *Negat enim definire rem placere: sine quo fieri interdum non potest, ut inter eos qui ambigunt, conveniat, quid sit id, de quo agatur*; et in prooem. lib. 1. de Officiis, *ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur*.

8. *si tantum)* Alii, *si tantummodo*.

9. *et si cibi minus aliquis quam debet assumit, adjicere)* Ita in plerisque Codd. et in Edd antiquis. Cod. Med. 1. et Vat. VIII. pro *assumit* habent *assumpsit*. Lindenius legit *et si cibi minus assumpsit aliquis, quam debuit, adjicere*.

10. *concoctionem impediat)* Lindenius leg. *stomachus gravetur, et concoctionem impediat*.

11. *ambulare locis quam minime frigidis, sole vitato)* ambulandum est locis tepidis, sed non in sole. Perperam Caesarius, et Lindenius legunt *quam maxime frigidis*. Nam sequitur *sole vitato* &c. et infra, *ungi, perfricari...sic, ut interdum oleo quaedam adjiciantur calefacientia*.

12. *ex iis qui facile concoquantur, qui maxime alunt)* Lindenius legit *ex his, qui facile concoquuntur, maximeque alunt*.

qui facile concoquuntur, qui maxime alunt. [13] Ergo vini quoque sed austeri necessarius usus est. Movenda urina.

At si [14] malus corporis habitus est, primum abstinendum est, deinde alvus ducenda; tum paulatim cibi dandi, adjiectis exercitationibus, unctionibus, frictionibus. Vtilius his frequens balneum est, sed jejunis; [15] etiam usque sudorem. Cibis vero opus est copiosis, variis, boni suci, quique etiam minus facile corrumpantur, vino austero. Si nihil reliqua proficiunt, sanguis mittendus est; sed paulatim, quotidieque pluribus diebus, cum eo, ut cetera quoque eodem modo serventur.

Quod si mali plus est, et vera phthisis est, inter initia protinus occurrere necessarium est; [16] neque enim facile is morbus cum inveteravit, evincitur. [17] Opus est, si vires patiuntur, longa navigatione, coeli mutatione sic, ut densius quam id est ex quo discedit aeger petatur: ideoque aptissime Alexandriam ex Italia itur. Fereque id posse inter principia corpus pati debet, cum hic morbus aetate firmissima maxime oriatur, id est [18] ab anno duodevicesimo ad annum quintum et tricesimum. Si id imbecillitas non sinit, [19] nave tamen non longe gestari commodissimum est: si navigationem aliqua res prohibet, lectica, vel alio

13. *Ergo vini quoque, sed austeri necessarius usus est. Movenda urina*) Lindenius legit .... *necessarius usus est, movendae urinae*. Sed particula *Ergo* ostendit usum vini austeri eadem de causa necessarium esse, ob quam ex cibis qui facile concoquuntur, ii necessarii sunt, qui maxime alunt. Porro vinum austerum et alit, et stomacho aptum est, et facile concoquitur; ut colligitur ex cap. 24. et 28. lib. 2. et maxime ex hoc loco lib. 4. cap. 12. *sumendi cibi faciles et stomacho non alieni, vinum austerum*. Lib. 4. cap. 19. *Movenda urina* eodem modo per se ponitur.

14. *malus corporis habitus*) Lindenius, *malus habitus corporis*.

15. *etiam usque sudorem*) Ita plerique Codd. atque Edd. sex primae, et Manutianae. In Codd. Med. 1. et Vat. VIII. deest *etiam*. Lindenius, et alii cum Caesario legunt *etiam usque ad sudorem*.

16. *neque enim facile is morbus cum inveteravit, evincitur*) Ita Codd. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *neque enim facile is morbus*, (quaedam Edd. *hic morbus*) *cum inveteraverit, evincitur*; Ed. Lindenii, *neque facile enim hic morbus, cum inveteravit, evincitur*.

17. *Opus est, si vires patiuntur, longa navigatione, coeli mutatione &c.*) Plinius lib. 28. cap. 3. sect. 14. *Phthisi navigatio utilissima, longis morbis locorum mutatio*; et lib. 31. cap. 6. sect. 33. *Neque enim AEgyptus propter se petitur, sed propter longinquitatem navigandi*. At lib. 24. cap. 6. sect. 19. ita scribit: *Silvas eas dumtaxat, quae picis resinaeque gratia radantur, phthisicis, aut qui longa aegritudine non recolligant vires, satis constat: et illum caeli aera plus ita, quam navigationem AEgyptiam, proficere, plusquam lactis herbidos per montium aestiva potus*.

18. *ab anno duodevicesimo ad annum quintum et tricesimum*) ex Aphor. 9. Sect. 5. Ita in veteri Cod. apud Constantinum, et in Ed. Lindenii. Cod. M. 1. habet *ab anno duodecimo ad annum trigesimum quintum*; Vat. VIII. *ab anno VII. ad ann. XXXX.* alii, *ab anno XXII. ad annum XXX.* mendose scilicet *XXII.* pro *XIIX.* In Edd. antiquis legitur *ab anno duodecimo ad annum quintum et trigesimum*.

19. *nave tamen non longe gestari*) Lib. 2. cap. 15. *Genera autem gestationis plura sunt...... Lenissima est navi, vel in portu, vel in flumine*. Non erat igitur,

modo [20] corpus dimovendum est. Tum a negotiis abstinendum est, omnibusque rebus quae solicitare animum possunt; somno indulgendum; cavendae destillationes, ne si quid cura levarit, exasperent; et ob id vitanda cruditas, [21] simulque et sol, et frigus; os obtegendum, fauces velandae, tussicula suis remediis finienda: et quamdiu quidem febricula incursat, huic interdum abstinentia, interdum etiam tempestivis cibis medendum; eoque tempore bibenda aqua. [22] Lac quoque, quod in capitis doloribus, et in acutis febribus, et per eas facta nimia siti, ac sive praecordia tument, sive biliosa urina est, sive sanguis fluxit, pro veneno est; in phthisi tamen, sicut in omnibus longis difficilibusque [23] febriculis, recte dari potest. Quod si febris aut nondum incursat, aut jam remisit, decurrendum est ad modicas exercitationes, maximeque ambulationes; item lenes frictiones. Balneum alienum est. Cibus esse debet primo acer, ut allium, porrum, idque ipsum ex aceto, vel ex eodem intubus, ocimum, lactuca: [24] deinde lenis, ut sorbitio ex ptisana, vel ex alica, vel ex amylo, lacte adjecto. [25] Idem oryza quoque, et si nihil aliud est, far praestat. Tum invicem modo his cibis, modo illis utendum est, [26] adjiciendaque quaedam ex media materia, praecipueque [vel ex prima] cerebellum, vel pisciculus, et his similia. Farina etiam cum sevo ovillo caprinove mixta, deinde incocta, pro medicamento est. [27] Vinum assumi debet leve, austerum. Hactenus non magna mole pugnatur: si vehementior noxa est, ac neque febricula, neque tussis quiescit, tenuari-

cur Lindenius ab antiquis libris discederet, et ita mutaret: *nave tamen, sed non longe vectari*.

20. *corpus dimovendum)* Ita plerique Codd. omnesque antiquae Editiones; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *corpus movendum*. Sed verbum *dimoveo* hoc sensu Celso usitatius est. Cap. 27. sect. 3. hujus lib. *pila, similibusque superiores partes dimovendae*; lib. I. cap. 6. *neque ambulatione quamvis leni dimoveri*; lib. 4. cap. 7. *aegrum intra domum tamen dimovere*.

21. *simulque et sol)* Al. *simulque sol*.

22. *Lac quoque)* ex Aphor. 64. Sect. 5.

23. *febriculis)* Edd. Griphii, Pantini, Constantini, et Stephani, *febribus*.

24. *deinde lenis, ut sorbitio)* Lindenius, *deinde lenis sorbitio*.

25. *Idem oryza quoque &c.)* Lindenius, *Oryza quoque, et, si nihil aliud est, far idem praestat*.

26. *adjiciendaque quaedam ex media materia, praecipueque [vel ex prima] cerebellum &c.)* Ita aliqui Codices. In Med. I. Vat. VIII. aliisque pro *ex prima* est *ex pruna*, syllaba *im* in *nu* commutata; ut saepe fit in Mss. Alii Codd. atque Edd. sex primae, Manutianae, Caesariana, et Ruelliana habent *ex apruna*; Ed. Gryphiana, et aliae, *ex aprugna*. Lindenius leg. *adjiciendaque quaedam ex media materia, praecipue vero ex prima cerebellum &c.* Morgagnus putat Celsum scripsisse ex quonam animali cerebrum sumendum esset; idque nomen in mendo latere. Mihi verba *vel ex prima* addititia videntur; ut alia quaedam in fine hujus capitis. Vide adnot. 40.

27 *Vinum assumi debet leve, austerum)* Ita in Med. I. Vat. VIII. aliisque Codd. atque in Edd. sex primis, et Lindeniana. Alii Codd. ceteraeque Edd. pro *leve, austerum* habent *lene, austerum*. Scaliger haec adnotavit: » Mirum qui possit *lene* esse *austerum*.

que corpus apparet, validioribus auxiliis opus est. [28] Exulcerandum est ferro candenti, uno loco sub mento, altero in gutture, duobus ad mammam utramque; item sub imis ossibus scapularum, [29] quas ὠμοπλάτας Graeci vocant, sic, [30] ne sanescere ulcera sinamus, nisi tussi finita: cui per se quoque medendum esse manifestum est. Tunc ter [31] quaterve die vehementer extremae partes perfricandae, thorax [32] levi manu pertractandus, post cibum intermittenda hora, et perfricanda crura, brachiaque. Interpositis [33] denis diebus, [34] demittendus est aeger in solium, in quo sit aqua calida et oleum: ceteris diebus bibenda aqua: [35] tum et vinum, si tussis non est, potui frigidum dandum; [36] si est, egelidum. Vtile est etiam [37] cibos in remissionibus quotidie dari: frictiones gestationesque similiter adhiberi: [38] eadem acria quarto, aut quinto die sumere: interdum herbam sanguinalem ex aceto, vel plantaginem esse. Medicamentum est etiam vel plantaginis sucus per se, [39] vel marrubii cum melle incoctus; ita ut illius

Puto autem ita dici mixtum ex utroque, ut dicimus γλυκυπικρὸν *dulceamarum*. Itaque tollenda virgula ». Sed *lene* non ad saporem, sed ad vires referri potest; atque id vinum illi opponi, quod vehemens vocatur lib. 2. cap. 18. Hoc sensu Columella lib. 3. cap. 2. dixit de vite aminea lanata, *sane boni vini, sed lenioris*. In Ed. tamen Gesneri 1773. legitur *levioris*. Cum voces *leve* et *lene* in veteribus libris saepe commutentur; et praestantiores Codd. hic habeant *leve*; atque etiam lib. 4. cap. 18. in plerisque, inter quos est Med. 1. legatur *vinum leve, austerum*; et cap. 21. ejusdem lib. *leve et austerum*; hic quoque *leve* legendum videtur. Alii quoque antiqui auctores vini levis mentionem faciunt. Cicero lib. 5. cap. 5. Tuscul. Quaest. *Levia quaedam vina nihil valent in aqua*. Plinius lib. 23. cap. 1. sect. 22. Vinum *levissimum est, quod celerrime inveteratur*. Ab Italis dicitur *vino leggiero*.

28. *Exulcerandum est ferro candenti)* corpus. *exulcero* absolute usurpatur etiam lib. 4. cap. 9. et 10. et alibi. Sic autem legitur in Codd. Med. 1. et Vat. VIII. in aliis, et in omnibus Edd. *Exulcerandus est ferro candente*. Vide Aphor. 27. Sect. 6.

29. *quas ὠμοπλάτας Graeci vocant)* Eadem verba habentur lib. 8. cap. 1. Hic ex eo loco addita videntur ab aliquo interprete. In Cod. Med. IV. cum graecae vocis loco lacuna esset, ab alia manu scriptum fuit *omotidas*; et ita legitur in Edd. sex primis; in Ed. Ruellii, ὠμότιδας.

30. *ne sanescere ulcera sinamus, nisi tussi finita)* Cod. Med. et Vat. VIII. habent *sinas* pro *sinamus*. Lindenius leg. *ne sanescere ulcera sinas, nisi tussis finita fuerit*.

31. *quaterve)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *quaterque*.

32. *levi manu)* Lindenius, *leni manu*.

33. *denis diebus)* Codd. multi, *decem diebus*.

34. *demittendus est aeger in solium)* Lindenius, *demittendus aeger in solium est*.

35. *tum et vinum)* Ita plerique Codd. et Edd. antiquae. Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *tum vinum*.

36. *si est, egelidum)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *si aestas est, egelidum*; Ed. Lindenii, *si vero est, egelidum*.

37. *cibos in remissionibus quotidie dari)* Lindenius, *in remissionibus quotidie cibos dari*.

38. *eadem acria)* id est allium, porrum &c. ut supra praeceptum est. Alii leg. cum Caesario, *itemque acria*. In Ed. Lindenii haec verba desunt; sequentia ita dividuntur: *quarto aut quinto die sumere, interdum herbam sanguinalem ex aceto, vel plantaginem esse*.

39. *vel marrubii cum melle incoctus)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et Edd.

cyathus sorbeatur, hujus cochleare plenum paulatim delingatur: vel inter se mixta et incocta resinae terebinthinae pars dimidia, butyri et mellis pars altera. [40] [Praecipua tamen ex his omnibus sunt victus, vehiculum, et navis, et sorbitio]. Alvus cita utique vitanda est. [41] Vomitus in hoc morbo frequens perniciosus est, [42] maximeque sanguinis. Qui meliusculus esse coepit, adjicere debet exercitationes, frictiones, cibos: deinde ipse se suppresso spiritu perfricare: diu abstinere a vino, balneo, venere.

* Inter notissimos morbos est etiam is qui comitialis, vel major nominatur. Homo subito concidit; ex ore spumae moventur; deinde interposito tempore ad se redit, et [1] per seipsum consurgit. Id genus saepius viros quam feminas occupat. [2] Ac solet quidem etiam longum esse usque ad mortis diem, et vitae non periculosum; interdum tamen cum recens est, hominem consumit: et saepe eum, si remedia non sustulerunt, [3] in pueris veneris, in puellis menstruorum initium tollit. [4] Modo autem cum distentione nervorum prolabitur aliquis, modo sine illa. Quidam hos quoque iisdem, quibus lethargicos excitare conantur: quod * XXIII.

antiquae, *vel marrubium ex melle concoctum*; Ed. Lindenii, *vel marrubii, si cum melle sit incoctus*.

40. [*Praecipua tamen ex his omnibus sunt victus, vehiculum, et navis, et sorbitio*]) Omnia haec adulterina sunt. Vox *vehiculum*, quam habent Codd. Med. 1. et Vat. VIII. abest ab aliis Codicibus: ac neque Celsus vehiculi mentionem supra fecit; neque ubi *plus mali est, et vera phthisis est*, acre id gestationis genus idoneum est. Sorbitio autem qua ratione praecipuum auxilium esse dicitur, cum tot alii lenes cibi, et lac praecipue, supra propositi sint? Cum omnia haec adeo inepta intrudere scioli ausi sint; minus mirum est supra, post ea verba *adjiciendaque quaedam ex media materia*, addidisse *vel ex prima*.

41. *Vomitus in hoc morbo frequens perniciosus est*) Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII.; alii, et omnes Edd. *Vomitus in hoc morbo, si frequens est, perniciosus est*.

42. *maximeque sanguinis*) sanguinis sputum intelligit; ut lib. 3. cap. 27. sect. 4. ubi agit de suppurationibus quae in aliqua interiori parte oriuntur: *Vitandumque erit, ne vel luctando, vel currendo, vel alia ratione sanescentia ulcera exasperentur. In hoc enim morbo perniciosus, ideoque omni modo cavendus sanguinis vomitus est*. Item lib. 4. cap. 11. de sanguinis sputo: *Neque vomitum hujus, sanguinis, afferre periculum, etiam cum repetit, si ante confirmare et implere corpus licuit*.

1. *per seipsum consurgit*) Cod. Med. 1. et Vat. VIII. *per se ipse consurgit*.

2. *Ac solet quidem etiam longum esse*) Aliqui Codices, *Ac solet quidem longum esse*.

3. *in pueris veneris, in puellis* &c.) Hippocrates in Aphor. 7. Sect. 5. quo Celsus respicit, ita scripsit: *Comitiales, quibus ante pubertatis annos contingunt, depositionem accipiunt. At quibus quintum et vigesimum annum agentibus fiunt, eos fere ad mortem usque comitantur*.

4. *Modo autem cum distentione nervorum* &c.) Cod. Vat. VIII. habet *Modo cum distentione autem nervorum* &c. Ego particulam *autem* suo loco reposui. In aliis Codd. legitur *Modo cum distentione nervorum* &c.; in Med. 1. et in libris editis, *Modo cum distentione membrorum, aut nervorum* &c. Sed duae voces *membrorum aut* addititiae sunt, et absunt ab aliis Codicibus. Morbum eum quem Graeci σπασμὸν vocant, Celsus non membrorum, sed nervorum distentionem semper nominat. Sic paulo infra, *Ubi concidit aliquis, si nulla distentio nervorum accessit* &c.

admodum supervacuum est; et quia ne lethargicus quidem his sanatur; et quia, cum possit ille numquam expergisci, atque ita fame interire, hic ad se utique revertitur. Vbi concidit aliquis, si nulla nervorum distentio accessit, utique sanguis mitti debet: si accessit, non utique mittendus est, nisi alia quoque hortantur. Necessarium autem est ducere alvum, vel nigro veratro purgare, vel utrumque facere, si vires patiuntur: [5] tum caput tondere, oleoque et aceto perungere: cibum post diem tertium, [6] simul transiit hora qua concidit, dare. [7] Neque sorbitiones autem his, aliique molles et faciles cibi, neque caro, minimeque suilla convenit; [8] sed mediae materiae: nam et viribus opus est, et cruditates cavendae sunt. Cum quibus fugere oportet solem, balneum, ignem, omniaque calefacientia; item frigus, vinum, venerem, loci praecipitis conspectum, omniumque terrentium, vomitum, lassitudinem, sollicitudines, negotia omnia. [9] Vbi tertio die cibus datus est, intermittere quartum, et invicem alterum quemque, eadem hora cibi servata, donec quatuordecim dies transeant. Quos ubi morbus excessit, acuti vim deposnit: [10] ac si manet, curandus jam ut longus est. Quod si non quo die primum [11] id incidit, medicus accessit, [12] sed is qui cadere consuevit, ei traditus est; protinus eo genere victus habito qui supra comprehensus est, exspectandus est dies, quo prolabatur; utendumque tum vel sanguinis missione, vel ductione alvi, vel nigro veratro, sicut praeceptum est: [13] insequentibus deinde diebus per eos cibos quos proposui, vitatis omnibus quae cavenda dixi, [14] nutriendus. Si per haec morbus finitus non fuerit, confugiendum erit ad album veratrum; ac ter quoque aut quater eo utendum, non ita multis interpositis diebus; sic tamen, ne iterum umquam sumat, nisi conciderit. Mediis autem diebus vires ejus erunt nutriendae, quibusdam, praeter ea quae supra scripta sunt, adje-

5. *tum)* Alii omnes, *tunc*.

6. *simul transiit hora)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. nisi quod in utroque est *transit*. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *simul cum transit hora*; Ed. Lindenii, *simul ac transit hora*.

7. *Neque sorbitiones autem his, aliique molles &c.)* Lindenius leg. *Neque sorbitiones aut alioqui molles &c.*

8. *sed mediae materiae)* Plerique Codd. habent *sed media materia*. Fortasse legendum *sed ex media materia*; qua forma Celsus uti solet.

9. *Vbi tertio die)* Lindenius legit *et ubi tertio die*; ut habet ab alia manu Cod. Med. IV. et in margine Ed. Constantini.

10. *ac si manet)* Ita Codd. Mss. plerique omnes; Med. I. et Vat. VIII. *ad si manet*; libri vulgati, *at si manet*.

11. *id incidit*) Lindenius, *is incidit*.

12. *sed is qui cadere consuevit, ei traditus est)* In Ed. Lindenii legitur *sed is, qui cadere consuevit, post ei traditus est*. Sed qui norunt quae sit vis verbi *consuevit*, facile intelligunt particulam *post* esse supervacuam.

13. *insequentibus)* Lindenius legit, ut habent nonnulli Codices, *In sequentibus*.

14. *nutriendus)* Editor Salingiacensis, Pantinus, et Lindenius addunt *est*.

ctis. Vbi mane experrectus est, [15] corpus ejus leniter ex oleo vetere, cum capite excepto ventre, permulceatur: tum ambulatione quam maxime [16] longa et recta utatur: post ambulationem loco tepido vehementer et diu, ac non minus ducenties, nisi infirmus erit, perfricetur: deinde [17] per caput multa aqua frigida perfundatur; paulum cibi assumat; conquiescat; rursus ante noctem ambulatione utatur; iterum vehementer perfricetur sic, ut neque venter, neque caput contingatur; post haec coenet: interpositisque tribus aut quatuor diebus, uno aut altero acria assumat. Si ne per haec quidem fuerit liberatus, [18] caput radat; ungatur oleo vetere, adjecto aceto et nitro; perfundatur aqua salsa; bibat jejunus ex aqua castoreum; nulla aqua, nisi decocta, potionis causa utatur. Quidam [19] jugulati gladiatoris calido sanguine epoto tali morbo [20] se liberarunt: apud quos miserum auxilium tolerabile miserius malum fecit. [21] Quod ad medicum vero pertinet, ultimum est juxta talum ex utroque crure paulum sanguinis mittere; occipitium incidere, et cucurbitulas admovere; [22] ferro candenti [23] in occipitio et infra quoque, qua summa vertebra cum capite committitur, adurere duobus locis, ut per ea perniciosus humor evadat. Quibus si finitum malum non fuerit, prope est, ut perpetuum sit. Ad levandum id tantummodo utendum erit [24] exercitatione, multa frictione, cibisque iis qui supra comprehensi sunt: praecipueque vitanda omnia quae ne fierent, excepimus.

15. *corpus ejus leniter ex oleo vetere, cum capite excepto ventre, permulceatur)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. deest vox *vetere*. Caesar. Pant. Constant. et Steph. legunt *corpus ejus ex oleo vetere cum capite (excepto ventre) permulceatur*; sed perperam, ut apparet ex his quae paulo post sequuntur: *iterum vehementer perfricetur sic, ut neque venter, neque caput contingatur*.

16. *longa et recta)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *recta et longa*.

17. *per caput)* Duae hae voces in quibusdam Codd. desunt. Lindenius leg. *super caput*.

18. *caput radat)* Caesarius, et alii, in quibus est Lindenius, leg. *caput radatur*.

19. *jugulati gladiatoris calido sanguine epoto &c.)* Lindenius, *poto*. Plinius lib. 28. cap. I. sect. 2. *Sanguinem quoque gladiatorum bibunt, ut bibentibus procul sint comitiales morbi: quod spectare facientes in eadem arena feras quoque, horror est.* Aretaeus lib. I. Diuturn. Morb. cap. 4. *Nonnullos vidi, nuper jugulati hominis vulneri phialam subjicientes, atque inde haustum cruorem bibentes. O ingentem necessitatem, quemdam sustinere, malo malum depellere! Atqui ex eo ad sanitatem, nec ne, isti pervenerint, nemo vere mihi affirmare potest.*

20. *se liberarunt)* Manut. Gryph. Constant. et Stephan. leg. *sese liberarunt*.

21. *Quod ad medicum vero pertinet)* Linden. *Quod ad medicinam vero pertinet*.

22. *ferro candenti)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *ferro candente*.

23. *in occipitio, et infra quoque, qua &c.)* Sic legendum, non, ut est in libris omnibus, *in occipitio quoque, et infra, qua &c.*

24. *exercitatione, multa frictione, cibisque &c.)* In Ed. Lindenii desunt duae voces *multa frictione*.

XXIV. * AEque notus est morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant. [1] Quem Hippocrates ait, si post septimum diem febricitante aegro supervenit, tutum esse; mollibus tantummodo praecordiis substantibus: Diocles ex toto, si post febrem oritur, etiam prodesse; si post hunc febris, occidere. Color autem eum morbum detegit, maxime oculorum, in quibus quod album esse debet, fit luteum. Soletque accedere et sitis, et dolor capitis, et frequens singultus, et praecordiorum dextra parte durities, et ubi corporis vehemens motus est, spiritus difficultas, membrorumque resolutio: atque ubi diutius manet morbus, totum corpus cum pallore quodam inalbescit. Primo die abstinere aegrum oportet; secundo ducere alvum: tum si febris est, eam victus genere discutere; si non est, [2] scammoniam potui dare, vel cum aqua betam albam contritam, vel cum aqua mulsa nuces amaras, absinthium, anisum sic, ut pars hujus minima sit. Asclepiades aquam quoque salsam, et quidem per biduum, purgationis causa bibere cogebat, iis quae urinam movent rejectis. Quidam superioribus omissis, per haec, et per eos cibos qui extenuant, idem se consequi dicunt. [3] Ego utique si satis virium est, validiora; si parum, [4] imbecilliora auxilia praefero. Si purgatio fuit, post eam triduo primo modice cibum oportet assumere ex media materia, et vinum bibere graecum salsum, [5] ut resolutio ventris maneat: tum altero triduo validiores cibos, et carnis quoque aliquid esse, [6] intra aquam manere: deinde ad superius genus victus reverti, cum eo, ut magis satietur; omisso graeco vino, [7] bibere integrum, austerum; atque ita per haec variare, ut interdum acres quoque cibos interponat, interdum ad salsum vinum redeat. Per omne vero tempus utendum est exercitatione, frictio-

1. *Quem Hippocrates ait)* in Aphor. 63. Sect. 4. in praecedenti autem Aphor. 62. *Quibus morbus regius ante diem septimum obortus fuerit, malum.* Aphorismum hunc spectat Plinius, qui lib. 26. cap. 12. sect. 76. ita scribit: *Hippocrates ante septimum diem in febre mortiferum signum esse docuit. Nos scimus vixisse aliquos etiam ab hac desperatione.* Hippocrates pronunciavit malum id signum esse: sed etiam ex morbis cum malis signis aliqui evadunt. Harduinus legit *Hippocrates a septimo die* &c. ex omnibus, ut testatur, libris tum scriptis, tum editis. Sed aut Plinii Codices corrupti sunt, aut Plinius depravato aliquo Hippocratis Codice usus est. Itaque etiam in Plinio multi legunt *ante septimum diem.*

2. *scammoniam)* Ita Ed. Stephani; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *scamoniam*; alii Codd. ceteraeque Edd. antiquae, *scam neam*; Ed. Lindeniana, *scammoneam*. In Codd. Med. I. atque in Vat. VIII. lib. 5. cap. 6. est *scammonia.*

3. *Ego utique)* Ita Ed. Lindenii; Codd. Mss. et antiquae Edd. *Ego ubique.*

4. *imbecilliora)* Al. *imbecillia.*

5. *ut resolutio ventris maneat)* Lindenius, *ut solutio ventris remaneat.*

6. *intra aquam manere)* Idem, *intraque aquam manere.*

7. *bibere integrum)* Ita omnes veteres libri. Vinum integrum videtur opponi vino graeco, quod quasi corruptum est aqua marina, vel sale. Vide Catonem cap. 24. R. R. et Columellam lib. 12. cap. 37. Lindenius leg. *nigrum.*

ne: [8] si hiems est, balneo; si aestas, frigidis natationibus: lecto etiam, et conclavi cultiore, [9] lusu, joco, ludis, [10] lascivia, per quae mens exhilaretur: ob quae regius morbus dictus videtur. Malagma quoque quod digerat, super praecordia datum prodest; vel arida ibi ficus [11] imposita, si jecur aut lienis affectus est.

* Ignotus autem paene in Italia, [1] frequentissimus in quibusdam regionibus is morbus est, quem [2] ἐλεφαντίασιν Graeci vocant: isque longis adnumeratur. [3] Totum corpus afficitur ita, ut ossa quoque vitiari dicantur. Summa pars corporis crebras maculas, crebrosque tumores habet; rubor earum paulatim in atrum colorem convertitur; summa cutis inaequaliter crassa, tenuis, dura, mollisque, quasi squamis quibusdam exasperatur; corpus emacrescit; os, surae, pedes intumescunt: ubi vetus morbus est, digiti in manibus pedibusque sub tumore conduntur, febricula oritur, quae facile tot malis obrutum hominem consumit. Protinus ergo inter initia sanguis [4] per biduum mitti debet, aut nigro veratro venter solvi: [5] adhibenda tum, quanta sustineri potest, inedia est: paulum deinde vires reficiendae, et ducenda alvus: post haec, ubi corpus levatum est, utendum est exercitatione, praecipueque cursu: sudor primum labore ipsius corporis, deinde etiam siccis sudationibus evocandus: frictio adhibenda: moderandumque inter haec, ut vires conserventur. Balneum rarum esse debet; cibus sine pinguibus, sine glutinosis, sine inflantibus: vinum, praeterquam primis diebus, recte datur. Corpus contrita plantago et illita optime tueri videtur. *XXV.

* Attonitos quoque raro videmus; [1] quorum et corpus et mens *XXVI.

8. *si hiems est)* Linden. *et si hiems est.*

9. *lusu, joco, ludis)* Ita olim hunc locum restitui ex Cod. Med. I. in quo est *lusui coludis*. Vat. VIII. habet *lusuico ludis*; Lib. Guilandini plane, *lusu, joco, ludis*. In aliis Codd. et in Edd. antiquis legit. *clauso loco, ludis*; in Ed. Lindenii, *usu, loco, ludis*. Sed quis ita loquatur, *utendum est usu?* Trillerus duplicem lectionem proponit: *lusu, joco, ludis*; et *risu, joco, ludis*. Krausius in textu habet *clauso loco, ut et ludis*; ut est in margine Ed. Constantinianae; sed legendum putat *celso loco*.

10. *lascivia, per quae &c.)* Lindenius, *lascivia, aliis, per quae &c.*

11. *imposita)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *superimposita*.

1. *frequentissimus in quibusdam regionibus)* Lucretius lib. 6. de R. N. *Est elephas morbus, qui propter flumina Nili Gignitur AEgypto in media, neque praeterea usquam.*

2. *ἐλεφαντίασιν)* Ita in Mss. atque in Edd. Stephani, et Lindenii; in Edd. sex primis, *elephantian*; in aliis Edd. *ἐλεφαντίαν*, ut habet ab alia manu Cod. Med. IV.

3. *Totum corpus afficitur)* Cod. Vat. VIII. Liber Guilandini, et Ed. Lindenii, *Quo totum corpus afficitur*.

4. *per biduum)* Quidam Constantini Codex, *per triduum*.

5. *adhibenda tum, quanta sustineri potest &c.)* Lindenius, *adhibenda triduum, quanta sustinere potest &c.*

1. *quorum et corpus et mens stupet. Fit interdum ictu fulminis &c.)* Servius ad locum illum Virgilii lib. 3. AEneid. *Talibus attonitus visis, et voce deorum*, ita scribit: *proprie attonitus dicitur, cui casus vicini fulminis, et sonitus tonitruum dant*

stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo: [2] ἀποπληξίαν hunc Graeci appellant. His sanguis mittendus est: veratro quoque albo, vel alvi ductione utendum. Tum adhibendae frictiones, et ex media materia minime pingues cibi; quidam etiam acres; [3] a vino abstinendum.

XXVII. * At resolutio nervorum frequens ubique morbus est: sed [1] interdum tota corpora, interdum partes infestat. Veteres auctores illud ἀποπληξίαν, hoc παράλυσιν nominaverunt: nunc utrumque παράλυσιν appellari video. Solent autem [2] qui per omnia membra vehementer resoluti sunt, celeriter rapi: [3] ac si correpti non sunt, diutius quidem vivunt; sed raro tamen ad sanitatem perveniunt, et plerumque miserum spiritum trahunt, memoria quoque amissa. In partibus vero [4] numquam acutus, saepe longus, [5] fere insanabilis morbus est. Si omnia membra vehementer resoluta sunt, sanguinis detractio [6] vel liberat, vel occidit: aliud curationis genus vix umquam sanitatem restituit, saepe mortem tantum differt, vitam interim infestat. Post sanguinis missionem, si non redit et motus et mens, nihil spei superest: si redit, sanitas quoque prospicitur. At ubi pars resoluta est, [7] pro vi et mali, et corporis, vel sanguis mittendus, vel alvus ducenda. Ce-

stuporem. Vide Senecam lib. I. Natur. Quaest. cap. 27.

2. *ἀποπληξίαν hunc Graeci appellant)* Morbus quem Celsus hic describit, et a Graecis ἀποπληξίαν appellari ait, is est, quem alii *κατάληψιν* vocant; ut jampridem docuerunt Switenius, et Morgagnus. Sed cum Celsus in capite proxime sequenti dicat, nervorum resolutionem quae tota corpora infestat, ἀποπληξίαν a veteribus auctoribus vocatam fuisse, Morgagno non videtur verisimile duos morbos adeo diversos eodem nomine a Graecis esse appellatos; ideoque suspicatur vocem ἀποπληξίαν hoc in loco mendosam esse. Fortasse totum hoc membrum addititium est. In Ed. Lindenii legit. *hunc ἀποπληξίαν Graeci appellant*.

3. *a vino abstinendum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *et a vino abstinendum*.

1. *interdum tota corpora)* Membrum hoc in Codd. Med. I. et Vat. VIII. deest.

2. *qui per omnia membra vehementer resoluti sunt* &c.*)* Hippocrates Aphor. 42. Sect. 2. *Solvere apoplexiam fortem impossibile, levem vero, non facile*. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. legit. *qui per omnia membra resoluti sunt*.

3. *ac si correpti non sunt)* si morte celeriter rapti non sunt. Ita legitur in Codd. multis, et in Ed. Lindenii; in Med. I. et Vat. VIII. aliisque Codd. atque in Edd. antiquis, *correcti*. Sed neutrum videtur recte habere.

4. *numquam acutus)* In Cod. Vat. VIII. et in Ed. Lindenii legit. *nonnunquam acutus*; sed perperam. Nam morbus hic, ubi in partibus est, numquam hominem celeriter rapit.

5. *fere insanabilis)* Veteres libri habent *fere sanabilis*; Ed. Constantini in margine, *insanibilis*, mendose pro *insanabilis*. Sic autem legendum esse docet Bartholinus de Paralyt. Nov. Testam. itaque legit Lindenius.

6. *vel liberat, vel occidit)* Ita plerique Codices. Med. I. et Vat. VIII. omnesque Edd. *vel occidit, vel liberat.*

7. *pro vi et mali et corporis, vel sanguis mittendus, vel alvus ducenda)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *providet malo corporis, vel sanguis missus, vel alvus ducta*; aliae Edd. *proderit malo corporis, vel sanguis missus, vel alvus ducta*; Ed. Lindenii, *pro vi et malo corporis, vel sanguis mittendus est, vel alvus ducenda*, ut est in margine Constantinianae.

tera eadem in utroque casu facienda sunt; siquidem vitare praecipue convenit frigus; paulatimque ad exercitationes revertendum est sic, ut ingrediatur ipse protinus, si potest; si id crurum imbecillitas prohibet, vel gestetur, vel motu lecti concutiatur: tum id membrum [8] quod deficit, si potest, per se, [9] sin minus, per alium moveatur, et vi quadam [10] ad consuetudinem redeat. Prodest etiam torpentis membri summam cutem exasperasse, vel urticis caesam, vel imposito sinapi sic, ut ubi rubere coeperit corpus, haec removeantur. Scilla quoque contrita, bulbique contriti cum ture recte imponuntur. Neque alienum est, [11] resina cutem tertio quoque die diutius vellere, pluribus etiam locis; aliquando sine ferro cucurbitulas admovere. Vnctioni vero aptissimum est vetus oleum, vel nitrum aceto et oleo [12] mixtum. Quin etiam fovere aqua calida marina, vel, si ea non est, tamen salsa magnopere necessarium est. [13] Ac si quo loco vel naturales, vel etiam manufactae tales natationes sunt, iis potissimum utendum est; praecipueque in his agitanda membra, quae maxime deficiunt: si id non est, balneum tamen prodest. Cibus esse debet ex media materia, maximeque ex venatione; potio sine vino aquae calidae: si tamen vetus morbus est, interponi quarto vel quinto die purgationis causa vinum graecum salsum [14] potest. Post coenam utilis vomitus est.

* Interdum vero etiam [1] nervorum dolor oriri solet. In hoc 2.

8. *quod deficit*) Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *quod deficiet*. Paulo infra libri omnes, *membra quae maxime deficiunt*.

9. *sin minus*) Ita in Cod. Vat. VIII. et in Ed. Lindenii; in aliis Codd. et in Edd. antiquis, *si minus*.

10. *ad consuetudinem redeat*) Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Eodem modo lib. 7. cap. 6. dicitur, *deinde ad consuetudinem redire*. Alii Codd. et omnes Edd. habent *ad consuetudinem suam redeat*.

11. *resina cutem tertio quoque die diutius vellere, pluribus etiam locis* &c.) Lindenius haec verba ita dividit: *resina cutem tertio quoque die diutius vellere; pluribus etiam locis aliquando, sine ferro, cucurbitulas admovere*.

12. *mixtum*) Stephanus, & Lindenius, *admixtum*.

13. *Ac*) Alii, *At*.

14. *potest*) Alii, *prodest*.

1. *nervorum dolor oriri solet*) dolor scilicet tendinum, et ligamentorum: hacc enim Celsus nervos appellare solet. Videtur autem is morbus esse, quem nunc rheumatismum, sive arthritidem vocant, diversum a podagra chiragraque; quae a Celso articulorum vitia dicuntur. In prima parte capitis 8. lib. 2. *articulorum vitia, ut podagrae chiragraeque, si juvenes tentarunt* &c. et in secunda parte ejusdem cap. *articuli vero cui sic dolent, ut super eos ex callo quaedam tubercula innata sint, numquam liberantus: quaeque eorum vitia vel in senectute coeperunt* &c. Ea initio lib. 4. cap. 22. et 23. et 24. adnumerat iis morbis qui fiunt in partibus; nervorum autem dolorem hic ponit inter eos corporis affectus qui *certis partibus assignari non possunt*; ut ostendunt ea verba cap. 1. proximi lib. 5 *ea genera morborum, quae in totis corporibus ita sunt, ut iis certae sedes assignari non possint*. In hoc morbo non vomitum, non urinam, non sudorem movendum, et in ipso potissimum dolore gestatione vehementi utendum esse docet; in dolore articulorum et urinam et sudorem movere jubet; et in podagra chiragraque, *cum dolor urget, mane gestari*

casu non vomere, non medicamentis urinam movere, non exercitatione sudorem, ut quidam praecipiunt, expedit. [2] Bibenda aqua est, bis die in lectulo [3] leniter satis diu corpus perfricandum est, deinde retento spiritu: ab ipsa exercitatione potius superiores partes movendae: balneo raro utendum: mutandum subinde peregrinationibus coelum. Si dolor est, ea ipsa pars sine oleo, nitro ex aqua perungenda est; deinde involvenda, et subjicienda pruna lenis, et sulphur, atque ita id suffumigandum; idque aliquandiu faciendum, sed jejuno, cum bene jam concoxerit. Cucurbitulae quoque saepe dolenti parti admovendae sunt; pulsandusque leniter inflatis vesicis bubulis is locus est. Vtile est etiam sevum miscere [4] cum hyoscyami et urticae contritis seminibus sic, ut omnium par modus sit, idque imponere: fovere aqua, in qua sulphur decoctum sit. Vtriculi quoque recte imponuntur aqua calida repleti, aut bitumen cum hordeacea farina mixtum. Atque in ipso potissimum dolore utendum gestatione vehementi est: quod in aliis doloribus pessimum est.

*3. * Tremor autem nervorum aeque vomitu, medicamentisque urinam moventibus intenditur. Inimica etiam habet balnea, assasque sudationes. Bibenda aqua est: acri ambulatione utendum; [1] itemque unctionibus, frictionibusque, maxime per seipsum: pila, similibusque superiores partes dimovendae: cibo quolibet utendum, [2] dummodo concoctioni utique studeatur: secundum cibum curis abstinendum: rarissima venere utendum est. Si quando quis

(non tamen vehementer) *deinde ferri in ambulationem, ibi se dimovere* &c. Animadvertendum etiam, quaedam medicamenta quae partibus nervorum dolore affectis imponenda esse dicit, in articulorum dolore idonea non esse.

2. *Bibenda aqua est: bis die in lectulo* &c.) Ita haec verba dividenda puto. Sic in sequenti sect. *Bibenda acqua est: acri ambulatione utendum.* Libri omnes habent *Bibenda aqua est bis die: in lectulo* &c.

3. *leniter satis diu corpus perfricandum est, deinde retento spiritu: ab ipsa exercitatione* &c.) Ita haec verba dividenda censent Facciolatus, et Morgagnus. In Codicibus, atque in Edd sex primis, et Manutianis sic distinguuntur: *leniter satis diu corpus perfricandum est, deinde retento spiritu ab ipsa exercitatione* &c. In aliis Edd. sic: *leniter satis diu corpus perfricandum, deinde retento spiritu, ab ipsa exercitatione* &c. Constantinus praepositionem *ab* delendam putat. Lindenius legit *leniter satis diu corpus perfricandum est; deinde, retento spiritu, in ipsa exercitatione* &c. Sed Facciolatus retinet *ab ipsa exercitatione*; quia id genus constructionis aliquanto quidem rarius, sed tamen latinum est: quod his exemplis confirmat: Cicero in Bruto cap. 16. *Graecus ab omni laude felicior;* et cap. 43. *a philosophia, a jure civili, ab historia instructior;* Avienus Fab. 31. *Ausus ab exiguo fallere dente bovem.*

4. *cum hyoscyami et urticae contritis seminibus)* Dioscorides lib. 4. cap. 69. tradit hyoscyami semen et assumptum, et extrinsecus impositum dolorem levare. Aliqui Codd. et Edd. Manutiorum habent *cum ὑοσχύαμον* &c.: Ed. Lindenii, *cum cumini et urticae contritis seminibus*.

1. *itemque*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII.; alii, et libri vulgati, *item*.

2. *dummodo concoctioni utique studeatur)* Sic lib. I. cap. I. *Prodest bis die potius, quam semel cibum capere, et semper quam plurimum, dummodo hunc concoquat.*

in eam prolapsus est, tum oleo leniter diuque in lectulo perfricari manibus puerilibus potius, quam virilibus debet.

* Suppurationes autem quae in aliqua interiori parte oriuntur, [1] ubi natae fuerint, primum id agere oportet per ea cataplasmata quae reprimunt, ne coitus inutilis materiae fiat; deinde si haec victa sunt, [2] per ea malagmata quae digerunt, ut dissipetur. Quod si consecuti non sumus, sequitur ut evocetur; deinde ut maturescat. Omnis tum vomicae finis est, ut rumpatur: indiciumque est pus vel alvo vel ore redditum. Sed nihil facere oportet, quo minus quidquid est puris [3] excedat. Vtendum maxime [4] sorbitione est, et aqua calida. Vbi pus [5] ferri desiit, transeundum ad faciles quidem, sed tamen validiores et frigidos cibos, frigidamque aquam sic, ut ab egelidis tamen initium fiat. Primoque cum melle quedam edenda, ut nuclei pinei, vel graecae nuces, vel [6] abellanae: postea submovendum id ipsum, quo maturius induci cicatrix possit. Medicamentum eo tempore ulceri est sucus assumptus vel porri vel marrubii, et omni cibo porrum ipsum adjectum. Oportebit autem uti in iis partibus quae non afficientur, frictionibus; item ambulationibus lenibus: vitandumque erit, ne vel luctando, vel currendo, vel alia ratione sanescentia ulcera exasperentur. In hoc enim morbo perniciosus, ideoque omni modo cavendus sanguinis vomitus est.

* 4.

1. *ubi natae fuerint)* Libri antiqui habent *ubi notae fuerint*. Lindenius pro *notae* legit *ortae*; ego, *natae*, quod propius abest a *notae*.

2. *per ea malagmata quae digerunt, ut dissipetur)* videlicet materia. Ita infra; *ut evocetur; deinde, ut maturescat*. Sic autem reposui ex multis Codicibus; sed in iis est *dissipentur*. Med. 1. et Vat. VIII. habent *per ea malagmata quae digerunt, dissipetur*; Edd. pleraeque, *per ea malagmata quae digerunt, dissipentur*. In margine Ed. Costantinianae legitur *ut per ea malagmata quae digerunt, ut dissipentur*; in Ed. Lindenii, *ut per ea malagmata, quae digerunt, dissipetur*.

3. *excedat)* verbum *excedo* eodem sensu est in lib. 8. cap. 10. sect. 5. *In canalis et inferiori parte foramina habere debet, per quae, si quis humor excesserit, descendat* &c. Caesarius legit *excidat*; Lindenius, *exeat*.

4. *sorbitione)* Ita Codd. Med. 1. et Vat. VIII. alii Codd. et omnes Edd. *sorbitionibus*.

5. *ferri desiit)* id est fluere. Sic lib. 5. cap. 25. sect. 8. *sanguis multus fertur*; cap. 28. sect. 12. ejusdem lib. *ex carne pus laeve, album, copiosius fertur*. Gryphius, Pantinus, Constantinus leg. *fieri desiit*; sed perperam. Ad locum illum Plinii lib. 32. cap. 10. sect. 42. *Sanguinem fieri piscium cibo putant; sisti, polypo tuso illitoque*; Harduinus haec adnotat: *Sic Mss. omnes, non cieri*; *etsi sequitur* sisti: *Sanguinem fieri, gigni ex eo cibo significat, vimque hanc ei alimento inesse*. Ego legerim *sanguinem ferri*.

6. *abellanae)* Ita in Codd. Med. 1. et Vat. VIII. in aliis, et in libris editis, *avellanae*.

7. *quae non afficientur)* Lindenius legit *quae non afficiuntur*.

A. CORNELII CELSI
ARTIVM LIBER NONVS
IDEM
MEDICINAE QVARTVS.

*I. * Hactenus reperiuntur ea genera morborum quae in totis corporibus ita sunt, ut iis certae sedes assignari non possint: nunc de iis dicam quae sunt in partibus. Facilius autem omnium interiorum morbi curationesque in notitiam venient, si prius eorum sedes breviter ostendero. Caput igitur, eaque quae in ore sunt, non lingua tantummodo palatoque terminantur, sed etiam quatenus oculis nostris exposita sunt. [1] In dextra sinistraque circa guttur venae grandes, quae σφαγίτιδες nominantur; itemque arteriae, quas καρωτίδας vocant, sursum procedentes ultra aures feruntur. [2] At in ipsis cervicibus glandulae positae sunt, quae interdum cum dolore intumescunt. Deinde duo itinera incipiunt: alterum asperam arteriam nominant: alterum [3] stomachum. Arteria exterior ad pulmonem; stomachus interior ad ventriculum fertur: illa spiritum; hic cibum recipit. Quibus cum diversae viae sint, qua coeunt, exigua in arteria sub ipsis faucibus [4] lingua est; quae cum spiramus, attollitur; cum cibum potionemque assumimus, arteriam claudit. Ipsa autem arteria dura et cartilaginosa in gutture assurgit; ceteris partibus [5] residit. Constat ex circulis quibusdam compositis ad imaginem earum vertebrarum quae in spina sunt: ita tamen, ut ex parte exteriore aspera,

A. CORNELII CELSI ARTIVM LIBER NONVS IDEM MEDICINAE QVARTVS) In Cod. Vat. VIII. deest libri hujus inscriptio. In Med. I. legitur *explicit liber III. incipit liber IIII.* in aliis, *Artium Aurelii Cornelii Celsi Liber VIIII Idem Medicinae Liber IIII.* in Ed. Lindenii, *LIBER QVARTVS. CAP. I.*

1. *In dextra sinistraque)* Fortasse legendum *Dextra sinistraque;* ut infra, *Haec viscera proximae, sed infra tamen posita dextra sinistraque sunt.*

2. *At in ipsis cervicibus glandulae positae sunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Atque in ipsis cervicibus glandulae positae sunt.*

3. *stomachum)* Cicero lib. 2. de N. D. cap. 45. *Linguam ad radices ejus haerens, excipit stomachus . . . . . . Is utraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur.* Graeci οἰσοφάγον appellant.

4. *lingua)* Ed. Lindenii, *lingula.*

5. *residit)* Ita Codd. multi, atque Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. ceteraeque Edd. *residet.*

ex interiore stomachi modo laevis sit: eaque descendens ad praecordia cum pulmone committitur. [6] Is spongiosus, ideoque spiritus capax, et a tergo spinae ipsi junctus, in duas fibras ungulae bubulae modo dividitur. Huic cor annexum est, natura musculosum, in pectore sub sinisteriore mamma situm; duosque quasi ventriculos habet. At sub corde atque pulmone transversum ex valida membrana septum est, quod a praecordiis uterum diducit; [7] idque nervosum, multis etiam venis per id discurrentibus, a superiore parte non solum intestina, sed jecur quoque lienemque discernit. [8] Haec viscera proxime, sed infra tamen posita dextra sinistraque sunt. [9] Jecur a dextra parte sub praecordiis ab ipso septo [10] orsum, [11] intrinsecus cavum, extrinsecus gibbum: quod prominens leviter ventriculo insidet, et in quatuor fibras dividitur. Ex inferiore vero parte ei fel inhaeret. [12] At lienis sinistra, non eidem septo, sed intestino [13] innexus est, natura mollis et rarus, longitudinis crassitudinisque modicae; isque paulum a costarum regione in uterum excedens, ex maxima parte sub his conditur. Atque haec quidem juncta sunt. [14] Renes vero diversi; qui lumbis sub imis costis inhaerent, [15] a parte earum rotundi, ab altera resimi; qui et venosi sunt, [16] et ventriculos habent, et tunicis [17] superconteguntur. Ac viscerum quidem hae sedes sunt.

6. *Is spongiosus)* Cicero lib. 2. de N. D. cap. 55. *In pulmonibus autem inest raritas quaedam, et assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima.*

7. *idque nervosum)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *aeque nervosum*; sed perperam. Nam *aeque* referri non potest, nisi ad cor: id autem paulo ante dictum est musculosum esse. Revera septum quoque transversum musculorum est, excepta ea parte quam centrum appellant. Haec enim tendinosa, id est, ut Celsiano verbo utar, nervosa est.

8. *Haec viscera proxime &c.)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *Haec viscera proxima* &c.

9. *Jecur a dextra parte)* Fortasse legendum *Jecur dextra parte*. Sic infra, *At lienis sinistra*.

10. *orsum)* Al. *ortum*.

11. *intrinsecus cavum, extrinsecus gibbum)* Sic de calvaria lib. 8. cap. 1. *ex interiore parte concava, extrinsecus gibba*. Lindenius leg. *intrinsecus cavum, extrinsecus gibberum est*.

12. *At lienis sinistra)* Lindenius, *At lien in sinistra*.

13. *innexus)* Lindenius, *annexus*.

14. *Renes vero diversi, qui lumbis sub imis costis inhaerent)* Ita in Edd. Manutiorum. Pro *sub imis costis* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Edd. multae habent *sub imis coxis*; alii Codd. et Ed. Ruellii, *summis coxis*. Lindenius leg. *Renes vero divisi, qui lenibus sub imis coxis inhaerent*. Omnino male.

15. *a parte earum rotundi, ab altera resimi)* Ita ex emendatione Morgagni. Alii leg. *a parte earum resimi, ab altera rotundi*, ut est in Mss videlicet altera voce in alterius locum perperam translata; quemadmodum lib. 2. cap. 4. *caput et pedes, ventre et lateribus frigentibus* pro *ventre et lateribus calentibus*.

16. *et ventriculos habent)* Lindenius haec verba omittit: *quasi* (ita scribit Morgagnus) *Hippocrates* (de Ossium Nat.) *non ita esset locutus*; etiam ipsi *renes* ventriculos habent.

17. *superconteguntur)* Ita Codd. Med. 1. et Vat. VIII. alii, *super teguntur*; libri editi, *super conteguntur*.

Stomachus vero, qui intestinorum principium est, nervosus a septima spinae vertebra incipit; [18] circa praecordia cum ventriculo committitur. Ventriculus autem, [19] qui receptaculum cibi est, constat ex duobus tergoribus; isque inter lienem et jecur positus est, utroque ex his paulum super eum ingrediente. Suntque etiam membranulae tenues, per quas inter se [20] tria ista connectuntur, junguntur que ei septo, quod transversum esse supra posui. Inde ima ventriculi pars paulum in dexteriorem partem conversa, in summum intestinum coartatur. Hanc juncturam *πυλωρὸν* Graeci vocant, quoniam portae modo in inferiores partes ea quae excreturi sumus, emittit. Ab ea jejunum intestinum incipit, non ita implicitum: cui tale vocabulum est, quia numquam, [21] quod accipit, continet; sed protinus in inferiores partes transmittit. Inde tenuius intestinum est, in sinus vehementer implicitum: orbes vero ejus [22] per membranulas singuli cum inferioribus connectuntur; qui in dexteriorem partem conversi, et e regione dexterioris coxae finiti, superiores tamen partes magis complent. Deinde id intestinum cum crassiore altero transverso committitur, quod a dextra parte incipiens, in sinisteriorem pervium et longum est, in dexteriorem non est; ideoque caecum nominatur. At id quod pervium est, late fusum atque sinuatum, minusque quam superiora intestina nervosum, ab utraque parte huc atque illuc volutum, magis tamen sinisteriores inferioresque partes tenens contingit jecur atque ventriculum; deinde cum quibusdam membranulis a sinistro rene venientibus jungitur; [23] atque hinc dextra recurvatum [24] in imo dirigitur, qua excernit; ideoque id ibi rectum intestinum nominatur. Contegit vero universa haec omentum, ex

18. *circa praecordia)* Ita Codd. Mss. Vulgo legitur ex Palavicino, *ac circa praecordia*.

19. *qui receptaculum cibi est)* Cicero lib. 2. de N. D. cap. 54. *Sed cum alvi natura subjecta stomacho, cibi et protinus receptaculum sit*.

20. *tria ista connectuntur)* ventriculus, lienis, jecur. Manutii; et Ruellius leg. *omnia ista connectuntur*, ut est in quibusdam Codicibus.

21. *quod accipit)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae; alii Codd. et Ed. Lindenii, *quod accepit*.

22. *per membranulas singuli cum inferioribus connectuntur)* Lindenius leg. *cum interioribus*. Haec Morgagno videntur ex bruto aliquo a Celso fuisse descripta; *neque enim*, inquit, *nisi ex obvio animante aliqua, canis simili, mesaraeum spectasset, membranulas dixisset, aut certe adipem, unde crassescerent, his innasci, non siluisset, qui id in omento non erat taciturus*.

23. *atque hinc dextra recurvatum)* Mallem *atque hinc in dextram*, vel *in dextra recurvatum*. Sic lib. 8. cap. I. *os, quod pectinem vocant . . . . rectius in viris, recurvatum magis in exteriora in feminis*. Lindenius leg. *atque hinc ad dextra recurvatum*.

24. *in imo dirigitur)* in ima parte; ut *in summo* pro in summa parte lib. 8. cap. I. lata scapularum ossa *in imo cartilaginosa, posteriore parte velut innatant, quoniam nisi in summo, nulli ossi inhaerescunt*. In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legit. *in ima dirigitur*.

inferiore parte laeve et [25] strictum, ex superiore mollius; cui adeps quoque innascitur; quae sensu, sicut cerebrum quoque et medulla, caret. At a renibus singulae venae colore albae ad vesicam feruntur: οὐρητῆρας Graeci vocant, quod per eas inde descendentem urinam in vesicam destillare concipiunt. Vesica autem in ipso sinu nervosa et duplex, cervice plena atque [26] carnosa, jungitur per venas cum intestino, eoque osse quod pubi subest: ipsa soluta atque liberior est: aliter in viris atque in feminis posita. Nam in viris juxta rectum intestinum est, potius in sinistram partem inclinata; in feminis super genitale earum [27] sita est, superque elapsa ab ipsa vulva sustinetur. Tum in masculis iter urinae spatiosius et compressius a cervice hujus descendit ad colem: in feminis brevius et plenius super vulvae cervicem se ostendit. Vulva autem in virginibus quidem admodum exigua est: in mulieribus vero, nisi ubi gravidae sunt, non multo major, quam ut manu comprehendatur. Ea [28] recta tenuataque cervice, [29] quem canalem vocant, contra mediam alvum orsa, inde paulum ad dexteriorem coxam convertitur; deinde super rectum intestinum progressa, iliis feminae latera sua innectit. Ipsa autem ilia inter coxas et pubem imo ventre posita sunt. A quibus ac pube abdomen sursum versus ad praecordia pervenit; ab exteriore parte evidenti cute; ab interiore laevi membrana inclusum, quae omento jungitur; περιτόναιος autem a Graecis nominatur.

* [1] His veluti in conspectum quemdam, quatenus scire curanti necessarium est, adductis, remedia singularum laborantium partium exsequar, orsus a capite: sub quo nomine nunc significo * II.

25. *strictum)* Cod. quidam apud Constantinum, et Ed. Lindenii, *adstrictum*.

26. *carnosa)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. legitur *nervosa*; sed perperam.

27. *sita est, supraque elapsa)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *posita est, superque elapsa*; Ed. Lindenii, *posita est, et superne lapsa*.

28. *recta tenuataque cervice)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. Lindenii. Alii Codd. ceteraeque Edd. habent *recta continuataque cervice*. Quaerunt Anatomici, humanumne uterum, an bruti alicujus Celsus descripserit. Quidam putant humanae magis quam brutorum vaginae convenire; multoque magis, quod super non, ut in brutis, sub recto intestino progredi dicitur: fatentur tamen in brutis quoque idem dici posse, si supino, ut fit in dissectionibus, corporis situ spectentur. Vide Acta Eruditorum Lipsiensia an. 1745. m. Jun. p. I. Morgagno pleraque quae in toto hoc capite traduntur, videntur potius ut in stante homine, quam ut in supino intelligi posse.

29. *quem canalem vocant)* Nunc vaginam appellant. Lindenius leg. *quam canalem vocant*.

1. *His veluti in conspectum* &c.*)* Ordo reliquorum capitum hujus libri in Ed. Lindenii confusus est et perturbatus; videlicet Cap. II. *Circa faciem*. Cap. III. *At si lingua*. Cap. IV. *Destillat*. Cap. III. *A capite*. Cap. IV. *Ut hoc*. 2. *Est etiam*. 3. *In interiore*. 4. *Tussis*. 5. *Magis terreri*. Cap. V. *Faucibus*. Cap. VI. *Stomachus*. Ita caput ultimum *Ex quocumque autem morbo quis convalescit* in ea Editione est XXV. quod recte continuato ordine esse debet *XXXII*.

eam partem [1] quae capillo tegitur: nam oculorum, aurium, dentium dolor, et si quis similis est, alias erit explicandus. In capite autem interdum acutus et pestifer morbus est, quam κεφαλαίαν Graeci vocant: cujus notae sunt horror validus, nervorum resolutio, oculorum caligo, mentis alienatio, vomitus sic, ut vox supprimatur; vel sanguinis ex naribus cursus sic, ut corpus frigescat, anima deficiat: praeter haec dolor intolerabilis, maxime circa tempora, vel occipitium. Interdum autem in capite longa imbecillitas, sed neque gravis, neque periculosa, per hominis aetatem est: interdum gravior dolor, sed brevis, neque tamen mortiferus; qui vel vino, vel cruditate, vel frigore, vel igne, aut sole contrahitur. Hique omnes dolores modo [2] cum febre, modo sine hac sunt; modo in toto capite, modo in parte; interdum sic, ut oris quoque proximam partem excrucient. Praeter haec [3] etiamnum invenitur genus, quod potest longum esse; ubi humor cutem inflat, eaque intumescit, et prementi digito cedit: ὑδροκέφαλον Graeci appellant. Ex his id quod secundo loco positum est, dum leve est, qua sit ratione curandum, dixi, cum persequerer ea quae sani homines in imbecillitate partis alicujus facere deberent. Quae vero auxilia sint capitis, ubi cum febre dolor est, eo loco explicitum est quo febrium curatio exposita est. Nunc de ceteris dicendum est. Ex quibus id quod acutum est, et id quod supra consuetudinem intenditur, idque quod ex subita causa, etsi non pestiferum, tamen vehemens est, primam curationem habet, qua sanguis mittatur. Sed id, nisi intolerabilis [4] dolor est, supervacuum est: satiusque est abstinere a cibo; si fieri potest, etiam a potione; si non potest, aquam bibere. Si postero die dolor remanet, alvum ducere, sternumenta evocare, nihil assumere, nisi aquam. Saepe enim dies unus aut alter totum dolorem hac ratione discutit; utique si ex vino vel cruditate origo est. Si vero in his auxilii parum est, [5] tonderi oportet ad cutem: deinde consi-

1 *quae capillo tegitur)* Ita plerique Codices. Sic lib. 6. cap. 2. *fereque id in capillo fit*; lib. 8. cap. 1. calvaria *utrimque laevis, et qua cerebri membranam contegit, et qua cute capillum gignente contegitur*; et aliquanto in ferius *quarta*, sutura *sub imo capillo desinit*. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Edd. antiquis legit. *quae capillis tegitur*; in Ed. Lindenii, *quae capillitio tegitur*.

2. *cum febre)* Ita legitur in margine Ed. Consatntinianae. Codd. Mss. et omnes Edd. habent *in febre*: Sed paulo infra libri omnes, *ubi cum febre dolor est*.

3. *etiamnum invenitur genus)* Ita Codd. multi. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. pleraeque, inter quas Lindeniana, *etiam invenitur genus*; alii Codd. atque Edd. Manutinorum, Gryphii, Constantini, et Stephani, *etiam unum invenitur genus*.

4. *dolor est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *est dolor*.

5. *tonderi oportet ad cutem)* Sic sub finem hujus sect. *tonderi ad cutem necessarium est*. Lindenius leg. *tondere oportet ad cutem*; ut est in Ed. Salingiacensi.

derandum est quae causa dolorem excitarit. Si calor, aqua frigida multa perfundere caput expedit: spongiam concavam imponere subinde [6] in aqua frigida expressam: ungere rosa et aceto, vel potius his tinctam lanam sucidam imponere, aliave refrigerantia cataplasmata. At si frigus nocuit, caput oportet perfundere aqua calida marina, vel certe salsa, aut in qua laurus decocta sit: tum caput vehementer perfricare: deinde calido [7] oleo implere et veste velare. Quidam etiam id devinciunt; alii cervicalibus vestimentisque onerant, et sic levantur; alios calida cataplasmata adjuvant. Ergo etiam, ubi causa incognita est, videre oportet, refrigerantia magis, an calefacientia leniant; et iis uti, quae experimentum approbarit. At si parum causa discernitur, perfundere caput primum aqua calida, sicut supra praeceptum est, vel salsa, vel ex lauro decocta; tum frigida posca. Illa in omni vetusto capitis dolore communia sunt: sternumenta excitare; inferiores partes vehementer perfricare; gargarizare iis quae salivam movent; cucurbitulas temporibus et occipitio admovere; sanguinem ex naribus [8] detrahere; resina subinde tempora pervellere, et imposito sinapi exulcerare ea quae male habent, ante linteolo subjecto, ne vehementer [9] arrodat; candentibus ferramentis, ubi dolor est, ulcera excitare; [10] cibum permodicum cum aqua sumere: ubi levatus est dolor, in balneum ire, ibi multa aqua prius calida, deinde frigida [11] per caput perfundi: si discussus ex toto dolor est, etiam ad vinum reverti; sed postea semper antequam quidquam aliud, aquam bibere. Dissimile est id genus quod humorem in caput contrahit. In hoc tonderi ad cutem necessarium est; deinde imponere sinapi sic, ut exulceret: si id parum profuit, scalpello utendum est. Illa cum hydropicis communia sunt; ut exerceatur, insudet, vehementer perfricetur, cibis potionibusque utatur urinam praecipue moventibus.

* Circa faciem vero morbus innascitur, quem Graeci *κυνικὸν* *III.

6. *in aqua frigida expressam)* Ita libri antiqui; Ed. Lindenii, *aqua frigida expressam*. Morgagno videtur legendum *ex aqua frigida expressam*, ut cap. 24. hujus lib. *levat spongia imposita, quae subinde ex oleo et aceto, vel aqua frigida exprimitur*. Addo loca duo lib. 5. cap. 26. alterum sect. 21. alterum sect. 23.

7. *oleo implere et veste velare)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *oleo implere, veste velare*.

8. *detrahere)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *extrahere*.

9. *arrodat)* In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii tum hic, tum sequenti cap. 3. est *erodat*. Cap. 19. hujus lib. et Constantinus, et Lindenius legunt *sinapi imponere per omnia membra excepto capite, donec arrodantur et rubeant*; alii, *donec arrodatur et rubeat*.

10. *cibum permodicum)* Aliqui Codd. atque Edd. Ruellii, et Lindenii, *cibum semper modicum*.

11. *per caput perfundi)* Caesarius, Pantinus, et Lindenius, *caput perfundi*.

σπασμὸν nominant. [1] Isque cum acuta fere febre oritur; [2] os cum motu quodam pervertitur; [3] [ideoque nihil aliud est, quam distentio oris]; accedit crebra coloris in facie totoque corpore mutatio; somnus in promptu est. In hoc sanguinem mittere optimum est: si finitum eo malum non est, ducere alvum: si ne sic quidem discussum est, albo veratro vomitum movere. Praeter haec necessarium est vitare solem, lassitudinem, vinum. [4] Si discussum his non est, utendum est cursu; [5] frictione in eo quod laesum est leni et multa; in reliquis partibus breviore, sed vehementi. Prodest etiam movere sternumenta; caput radere; idque perfundere [6] aqua calida [vel] marina, vel certe salsa [7] sic, ut ei sulphur quoque adjiciatur; post perfusionem [8] iterum perfricare; sinapi manducare; eodemque tempore affectis oris partibus ceratum, integris [9] idem sinapi, donec arrodat, imponere. Cibus aptissimus ex media materia est.

* IV. * At si lingua resoluta est; quod interdum per se, interdum ex morbo aliquo fit, sic ut sermo hominis non explicetur; oportet gargarizare ex aqua in qua vel thymum, vel hyssopum, vel nepeta decocta sit; aquam bibere; caput, et os, et ea quae sub mento sunt, et cervicem vehementer perfricare; lasere linguam ipsam [1] linere; manducare quae sunt acerrima, id est sinapi, allium, cepam; magna vi luctari, ut verba exprimantur; exerceri retento spiritu; caput saepe aqua frigida perfundere; nonnumquam multam esse radiculam, deinde vomere.

1. *Isque cum acuta fere febre oritur)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *Is cum acuta fere febre oritur*: Lindenius leg. *Is cum acuta febre oritur*; sed minus recte. Nam dempta particula *fere*, sententia minus vera est; ut monet Morgagnus. Caelius Aurelianus lib. 2. cap. 2. Morb. Chron. ita scribit: *spasmus acuta atque celer passio perspicitur; caninus vero raptus, etiam tarda*.

2. *os cum motu quodam pervertitur)* Linden. *Os cum rictu quodam pervertitur*.

3. *[ideoque nihil aliud est, quam distentio oris])* Membrum hoc insititium est. Celsus dixisset *distentio nervorum*; sed existimavit supervacuum esse addere quod significat graeca vox *σπασμὸς*: quae ab ipso semper latine redditur *distentio nervorum*. Lindenius leg. *distortio oris*.

4. *Si discussum his non est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, atque Edd. Manutiorum, Gryphii, Pantini, Constantini, et Lindenii, *Sed si discussum his non est*; Edd. sex primae, et Caesariana, *Si discussum id non est*; Ruelliana; et Stephani, *Si discussum id his non est*.

5. *frictione)* Lindenius, *et fricatione*.

6. *aqua calida [vel] marina, vel certe salsa)* Ita habent libri omnes. Sed legendum *aqua calida marina, vel certe salsa*. Sic cap. proxime antecedenti; *caput oportet perfundere aqua calida marina, vel certe salsa*; et lib. 3. cap. 27. sect. I. *fovere aqua calida marina, vel, si ea non est, tamen salsa*.

7. *sic, ut ei sulphur quoque adjiciatur)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *sic, ut ei quoque sulphur adjiciatur*.

8. *iterum perfricare)* caput. Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Stephani; alii Codd. ceteraeque Edd. *iterum perfricari*.

9. *idem sinapi)* Lindenius legit *item sinapi*; ut habet in margine Ed. Constantiniana.

1. *linere)* Codd. Mss. et Edd. sex primae, *linire*.

V. * [1] Destillat autem humor [2] de capite interdum in nares, quod [3] leve est; interdum in fauces, quod pejus est; interdum etiam in pulmonem, quod pessimum est. Si in nares [4] destillat, tenuis per has pituita profluit, caput [5] leviter dolet, [6] gravitas ejus sentitur, frequentia sternumenta sunt: si in fauces, has exasperat, tussiculam movet: si in pulmonem, praeter sternumenta et tussim, est etiam capitis gravitas, lassitudo, sitis, aestus, biliosa urina. Aliud autem, quamvis non multum distans, malum gravedo est. Haec nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam movet: [7] sub eadem salsa est saliva, sonant aures, venae moventur in capite, turbida urina est. Haec omnia *κορύζας* Hippocrates nominat: nunc video apud Graecos in gravedine hoc nomen servari; [8] destillationem *καταςταγμὸν* appellari. [9] Haec autem et brevia, et si neglecta sunt, longa esse consuerunt. Nihil pestiferum est, [10] nisi quod pulmonem exulcerat. Vbi aliquid ejusmodi sentimus, protinus [11] abstinere a sole, balneo, vino, venere debemus: inter quae unctione, et assueto cibo nihilo minus uti licet. [12] Ambulatione tantum acri, sed tecta utendum est, et post eam caput atque os supra quinquagies perfricandum. Raroque fit, ut si biduo, vel certe triduo nobis temperavimus, id vitium non levetur. Quo levato, si in destillatione crassa facta pituita est, vel in gravedine [13] nares magis patent, balneo utendum est; mul-

1. *Destillat)* Edd. Cesarii, et Lindenii, *Distillat*.

2. *de capite)* Al. *ex capite*.

3. *leve)* Lindenius, et alii, *lene*.

4. *destillat)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *destillavit*; Ed. Lindenii, *distillaverit*.

5. *leviter dolet)* Edd. sex primae, Caesariana, et Lindeniana, *leniter dolet*.

6. *gravitas ejus sentitur)* Lindenius, *gravitas in eo sentitur*.

7. *sub eadem)* Linden. *sub eadem vero*.

8. *destillationem καταστaγμὸν appellari)* Ita in Mss. Edd. sex primae habent *destillationem catastagmos appellari*; Manutianae, *destillationem, καταστάγμους appellari*; ceterae, *distillationes* (Constantiniana, *destillationes*) *καταστάγμους* (Lindeniana, *καταστaγμòυς*) *appellari*.

9. *Haec autem et brevia, et si neglecta sunt* &c.) Brevia sunt, quia si occurritur, facile sanantur. Vide cap. I. lib. 3. Lindenius leg. *Haec communia et brevia*; *sed si neglecta sunt* &c.

10. *nisi quod pulmonem exulcerat. Vbi aliquid ejusmodi sentimus* &c.) Ita Ed. Lindenii; ceterae, et Codd. Mss. *nisi quod pulmonem exulceravit. Vbi aliquid ejusmodi sensimus* &c.

11. *abstinere a sole, balneo, vino, venere*) Lindenius legit *abstinere a sole, a balneo, a venere*; sed vocem *vino* retinendam esse, ex his apparet quae infra habentur: *deinde cum cibo pleniore vinum bibendum*.

12. *Ambulatione tantum acri, sed tecta utendum est)* Ita in Codd. Mss. (in Med. I. et Vat. VIII. *agris detecta*), et in Edd. paene omnibus. Codex quidem Med. VI. habet *recta*; sed III. ex quo descriptus est, *tecta*. Hieronymus Rubeus probat *tecta*; Ruellius, et Stephanus leg. *recta*; Lindenius, *ambulatione tantum non acri, sed recta utendum est*. Fortasse legendum *ambulatione tantum acri et recta utendum est*. Cum *set* pro *sed* saepe scriberetur, *et* cum *set* facile mutari potuit.

13. *nares magis patent)* His verbis infra opponuntur illa, *At si nares aeque clausae videntur*. Ita legitur in Med. I. Vat. VIII. aliisque Codd. et in plerisque Editionibus. Quidam Codd. atque Edd. Caesarii, Ruellii, et Lindenii perperam habent *nares magis pallent*.

taque aqua prius calida, post egelida fovendum os, caputque; deinde cum cibo pleniore vinum bibendum. At si aeque tenuis [14] quarto die pituita est, vel nares aeque clausae videntur, assumendum est vinum [15] amineum austerum; deinde rursus biduo aqua; post quae ad balneum, et ad consuetudinem revertendum est. [16] Neque tamen illis ipsis diebus, quibus aliqua omittenda sunt, expedit tamquam aegros agere; sed cetera omnia quasi sanis facienda sunt, praeterquam si diutius aliquem et vehementius ista solicitare consuerunt: huic enim quaedam curiosior observatio necessaria est. Igitur huic, [17] si in nares vel in fauces destillat, praeter ea quae supra retuli, protinus primis diebus multum ambulandum est; perfricandae vehementer inferiores partes; [18] lenior frictio [19] adhibenda thoraci, ori, capiti; demenda assueto cibo pars dimidia; sumenda ova, amylum, similiaque, quae pituitam faciunt crassiorem; [20] siti contra, quanta maxima sustineri potest, pugnandum. Vbi per haec idoneus aliquis balneo factus, eoque usus est, adjiciendus est cibo pisciculus, aut caro; sic tamen, ne protinus justus modus cibi sumatur: vino meraco copiosius utendum est. At si in pulmonem quoque destillat, multo magis et ambulatione [21] et frictione opus est; eademque adhibita ratione in cibis, si non satis illi proficiunt, acrioribus utendum est; magis somno [22] indulgendum, abstinendumque a negotiis omnibus; aliquando, sed serius, balneum tentandum. In gravedine autem primo die quiescere, neque esse, neque bibere, caput velare, fauces lana circumdare: postero die surgere,

14. *quarto die)* Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et libri vulgati, *die quarto*.

15. *amineum)* Ita in Cod. Med. I. et aliis, itemque in Edd. Manutianis; in Cod. Vat. VIII. *aminneum*; in aliis Codd. atque in ceteris Edd. *aminaeum*. De varia hujus vocis scriptione vide Lexicon Rusticum Gesneri.

16. *Neque tamen illis ipsis diebus)* Lindenius, *Neque tamen ipsis diebus*.

17. *si in nares vel in fauces destillat)* Sic infra; *At si in pulmonem quoque destillat*. Alii omnes leg. *si in nares, vel in fauces destillavit*, vel *distillavit*.

18. *lenior)* Alii omnes, *levior*.

19. *adhibenda thoraci, ori, capiti)* Sic reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. Similiter cap. 4. hujus lib. dicitur, *caput, et os, et ea quae sub mento sunt, et cervicem vehementer perfricare*. Alii Codd. et omnes Edd. habent *adhibenda thoraci erit, levior capiti*.

20. *siti contra, quanta maxima sustineri potest, pugnandum)* Ita in Cod. Med. I. nisi quod pro *quanta* est *quantū*. Hac forma usus est Cicero pro Quintio cap. 14. *cum qui contra pugnent, video*. Celsus autem eodem fere modo loquitur cap. 26. hujus lib. *Ex toto donec convalescat, contra siti, fame, vomitu niti*. In aliis Codd. et in libris vulgatis legit. *siti quanta maxime* (in Ed. Lindenii, *maxima*) *sustineri potest, pugnandum est*.

21. *et frictione opus est; eademque adhibita ratione in cibis, si non satis &c.)* Caesarius, Constantinus, et Lindenius perperam legunt *et frictione opus est, eademque adhibita ratione in cibis. Si non satis &c.*

22. *indulgendum)* Lindenius, *indulgendum est*.

[23] abstinere a potione, aut si res coegerit, non ultra heminam aquae assumere: tertio die panis [24] non ita multum ex parte interiore cum pisciculo, vel levi carne sumere, aquam bibere: si quis sibi temperare non potuerit, quo minus pleniore victu utatur, vomere: ubi in balneum ventum est, [25] multa calida aqua caput et os fovere usque ad sudorem: tum ad vinum redire. Post quae vix fieri potest, ut idem incommodum maneat: sed si manserit, utendum erit cibis frigidis, aridis, levibus, humore quam minimo, servatis frictionibus exercitationibusque, quae in omni tali genere valetudinis necessariae sunt.

* A capite transitus ad cervicem est; quae gravibus admodum morbis obnoxia est. Neque tamen alius importunior acutiorque morbus est, quam is qui quodam rigore nervorum, modo caput scapulis, modo mentum pectori adnectit, modo rectam et immobilem cervicem intendit. [1] Priorem Graeci ὀπισθότονον, insequentem ἐμπροσθότονον, ultimum τέτανον appellant: quamvis minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus utuntur. [2] Ea saepe intra quartum diem tollunt; si hunc evaserunt, sine periculo sunt. [3] Eadem omnia ratione curantur; idque convenit. [4] Sed Asclepiades utique mittendum sanguinem credidit: quod quidam vitandum esse dixerunt, eo quod maxime tum corpus calore egeret; [5] isque esset in sanguine. Verum hoc quidem falsum est. [6] Neque enim natura sanguinis est, ut utique caleat; sed ex iis quae *VI.

23. *abstinere a potione)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis Codd. et in omnibus Edd. legitur *diu abstinere a potione*; sed perperam. Non enim *diu*, sed tantum postero die *a potione abstinere oportet: tertio die . . aquam bibere.*

24. *non ita multum)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae, et Manutianae, *non tam multum.*

25. *multa calida aqua)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *multa aqua calida.*

1. *Priorem ὀπιστότονον, insequentem &c.)* Sic cap. 20. hujus lib. *Prior acutus est; insequens esse longus potest.* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. Lindenii legit. *Primum ὀπιστότονον, sequentem &c.*

2. *Ea saepe intra quartum diem tollunt)* ex Aphor. 6. Sect. 5.

3. *Eadem omnia ratione curantur)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindeniana; alii Codd. ceteraeque Edd. *Omnia eadem ratione curantur.*

4. *Sed Asclepiades utique mittendum sanguinem credidit: quod quidam vitandum &c.)* Ita plerique Codd. et omnes Edd. antiquae. Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Sed Asclepiades utique emittendum sanguinem credidit, quidam utique vitandum &c.* Ed. Lindenii: *Sed Asclepiades utique mittendum sanguinem credidit. Id quidam utique vitandum &c.*

5. *isque esset in sanguine. Verum hoc quidem falsum est)* Simili dicendi forma utitur etiam lib. 7. cap. 2. *Verum hoc quidem promptum est.* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Edd. Lindenii legit. *isque esset in sanguine venarum. Hoc quidem falsum est.*

6. *Neque enim natura sanguinis est, ut utique caleat)* Hippocrates in lib. de Corde; *Neque enim sanguis natura calidus est, ut neque alia quaedam aqua, sed calescit. Plerisque tamen calidus videtur.*

in homine sunt, [7] hic celerrime vel calescit, vel refrigescit. Mitti vero nec ne debeat, ex iis intelligi potest, quae de sanguinis missione praecepta sunt. Vtique autem recte datur castoreum, et cum hoc piper, vel laser: deinde opus est fomento humido et calido. Itaque plerique aqua calida multa cervices subinde perfundunt. Id in praesentia [8] levat; sed opportuniores nervos frigori reddit: quod utique vitandum est. Vtilius igitur est [9] cerato liquido primum cervicem perungere; deinde admovere vesicas bubulas vel utriculos oleo calido repletos, vel ex farina calidum cataplasma, [10] vel piper rotundum cum ficu contusum. Vtilissimum tamen est humido sale fovere: quod quomodo [11] fieret jam ostendi. Vbi eorum aliquid factum est, admovere ad ignem, vel si aestas est, in sole aegrum oportet; maximeque oleo vetere; si id non est, syriaco; si ne id quidem est, adipe quam vetustissima cervicem, et scapulas, et spinam perfricare. [12] Frictio cum omnibus in homine vertebris utilis sit, tum iis praecipue quae in collo sunt. Ergo die nocteque, interpositis tamen quibusdam temporibus, hoc remedio utendum est: [13] dum id intermittitur, imponendum malagma aliquod ex calefacientibus. Cavendum vero [14] praecipue frigus; ideoque in eo conclavi [15] quo cubabit aeger, ignis continuus esse debebit, maximeque tempore antelucano, quo praecipue frigus intenditur. Neque inutile erit, caput attonsum habere, idque irino vel cyprino calido madefacere, et superimposito pileo velare: nonnumquam etiam in calidum oleum totum descendere, vel in aquam calidam, in qua foenum graecum decoctum sit, et adjecta olei pars tertia. Alvus quoque ducta saepe superiores partes resolvit. Si vero etiam vehementius dolor crevit, admovendae cervicibus cucurbitulae sunt sic, ut cutis incidatur: eadem aut ferramentis, aut sinapi adurenda. Vbi levatus est dolor, moverique cervix coepit, scire licet cedere remediis morbum. Sed diu vitandus cibus, quisquis mandendus est.

7. *hic celerrime &c.)* In multis Codd. pro *calescit* est *calefit*. Lindenius, et alii leg. *is celerrime*, ut est in Ed. Salingiacensi.

8. *levat)* Lindenius, *allevat*.

9. *cerato liquido primum &c.)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. est *cerato primum liquido*. Fortasse verius est *primum cerato liquido*.

10 *vel piper rotundum cum fico contusum)* Lindenius, *vel piper cum ficu contusum*.

11. *fieret)* Lindenius, *fieri debeat*.

12. *Frictio cum omnibus in homine vertebris utilis sit)* Idem, *Fricatio, cum omnibus hominum vertebris utilis sit*.

13. *dum id intermittitur)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *dum intermittitur*.

14. *praecipue)* Lindenius, *et praecipue*.

15. *quo cubabit aeger, ignis continuus esse debebit)* Sic lib. 5. cap 26. *Locus in quo cubabit, tepidus esse debebit*. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. pro *cubabit* est *curatur*. Caesarius, et alii leg. *in quo cubabit &c.* Lindenius, *quo curatur aeger, ignis continuus esse debet*.

Sorbitionibus utendum, itemque [16] ovis sorbilibus, aut mollibus; jus aliquod assumendum. Id si bene processerit, jamque ex toto recte se habere cervices videbuntur, incipiendum erit a pulticula, vel intrita bene madida. Celerius tamen etiam panis mandendus, quam vinum gustandum: siquidem hujus usus praecipue periculosus; ideoque [17] in longius tempus differendus est.

* [1] Vt hoc autem morbi genus circa totam cervicem; sic alterum aeque pestiferum acutumque in faucibus esse consuevit. Nostri anginam vocant: apud Graecos nomen, prout species est. Interdum enim neque rubor, neque tumor ullus apparet; sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra solvuntur: id συνάγχην vocant. Interdum lingua faucesque cum rubore intumescunt, vox nihil significat, oculi vertuntur, facies pallet, singultusque est: [2] id κυνάγχην vocant. [3] Illa communia sunt: aeger non cibum devorare, non potionem potest; spiritus ejus [4] intercluditur. Levius est, ubi tumor tantummodo [5] ruborque est, cetera non sequuntur: id παρασυνάγχην appellant. Quidquid est, si vires patiuntur, [6] sanguis mittendus est [si non abundat]: secundum est ducere alvum. Cucurbitula quoque recte sub mento, et circa fau- * VII.

16. *ovis sorbilibus aut mollibus; jus aliquod assumendum)* molle, vel sorbile ovum imbecillissimae materiae esse dictum est in lib. 2. cap. 18. Sic autem reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. habent *ovis sorbilibus, aut mollibus apalis*; *jus aliquod assumendum*. Sed graecam vocem *apalis* glossema esse jam monuit Victorius lib. 29. Variar. Lect. cap. 3. In Edd. antiquis legitur ex Palavicino, *ovis sorbilibus, aut a pullis mollibus jus aliquod assumendum*; in Ed. Lindenii, *ovis sorbilibus, aut e pullis mollibusve jus aliquod assumendum*.

17. *in longius tempus)* Al. *in longum tempus*.

1. *Vt hoc autem)* Pronomen *hoc*, quod deerat in Ed. utraque Lindenii, ex antiquis libris restituit Almeloveenius.

2. *id κυνάγχην vocant)* Sic reposui ex multis Codicibus. Veteres medici inter συνάγχην et κυνάγχην discrimen posuerunt; sed non omnes idem. Species haec a Valente Physico κυνάγχη vocata fuit, ut tradit Caelius Aurelianus lib. 3. Morb. Acut. cap. 1. Cod. Med. I. habet *uti* CYNANXHIN *vocatur*; Vat. VIII. UDICYNANXHIN *vocatur*; sex Edd. primae, *uti synanche vocatur*; Manutianae, *id συνάγχη vocatur*; aliae, *id ὡς συάγχη vocatur*; Caesariana, et Lindeniana, ὡς συνάγχη *vocatur*.

3. *Illa communia sunt)* Sic. cap. 20. hujus lib. *Illa communia sunt: calida cataplasmata admovere* &c. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *illi communia sunt*; Ed. Lindenii, *Illis communia sunt*.

4. *intercluditur)* Sic reposuit Lindenius. Antea legebatur *includitur*.

5. *ruborque est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, atque omnes Edd. *et rubor est*.

6. *sanguis mittendus est [si non abundat] : secundum est* &c.) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae. In aliis Codd. pro *si non abundat* est *si non abundant*; scilicet vires. Lindenius leg. *sanguis mittendus est, etsi non abundat: secundum est* &c. Atqui in angina *materia*, id est sanguis, *copia sui male habet*; estque hic morbus ex iis qui *onere nocent*. Vide cap. 10. lib. 2. Voces *si non abundat* alienae sunt: nam Celsi sententia haec est: *Si vires patiuntur, sanguis mittendus est: secundum est* &c. id est, primum remedium est sanguinem mittere, si vires patiuntur: secundum est alvum ducere. Lib. 8. cap. 9. simili modo dicit: *Si vires patiuntur, ab eo brachio qui super eam costam est, sanguis mittendus est: si non patiuntur, alvus tamen sine ullo acri ducenda est*.

ces admovetur, ut id quod strangulat, evocet. Opus est deinde fomentis humidis: nam sicca spiritum elidunt. Ergo admovere spongias oportet; quae melius in calidum oleum, quam in calidam aquam subinde demittuntur: [7] efficacissimusque est hic quoque salis calidus sucus. Tum commodum est hyssopum, vel nepetam, vel thymum, vel absinthium, vel etiam furfures, aut ficus aridas [8] cum mulsa aqua decoquere, eaque gargarizare: post haec palatum ungere vel felle taurino, vel eo medicamento [9] quod ex moris est. Polline etiam piperis [10] id recte respergitur. Si per haec parum proficitur, ultimum est incidere satis altis plagis sub ipsis maxillis supra collum, [11] et in palato circa uvam, vel eas venas quae sub lingua sunt; ut per ea vulnera morbus erumpat. Quibus si non fuerit aeger adjutus, scire licet [12] malo victum esse. Si vero his morbus levatus est, jamque fauces [13] et cibum et spiritum capiunt, facilis ad bonam valetudinem recursus est. Atque interdum natura quoque adjuvat, si ex angustiore sede vitium transit in latiorem: itaque [14] rubore et tumore in praecordiis orto, scire licet fauces liberari. Quidquid autem eas [15] levarit, incipiendum est ab humidis, maximeque [16] aqua mulsa decocta: deinde assumendi molles et non acres cibi sunt, donec fauces ad pri-

7. *efficacissimusque est hic quoque salis calidus sucus)* Vide lib. 2. cap. 17. Ita habent Codd. Med. I. et Vat. VIII. alii, et pleraeque Edd. *salis calidi sucus*. Ruellius leg. *efficacissimusque est salis calidi succus*; Lindenius, *efficacissimumque est hic quoque, salem calidis cum saccellis superimponere*.

8. *cum mulsa aqua decoquere)* Ita Ed. Krausiana; libri antiqui, *aut mulsam aquam decoquere*; Ed. Lindenii, *cum mulsa decoquere*.

9. *quod ex moris est)* Fortasse, *quod ex moris fit*. Alibi quoque pro *fit* perperam legitur *est*. Vide adnot. 4. ad cap. 4. lib. 6.

10. *id recte respergitur)* palatum. In Ed. Lindenii deest *id*.

11. *et in palato circa uvam)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Codd. Mss. et Edd. antiquae habent *et in palato citra uvam*; sed minus recte. Cum enim uva in extremo palato sit, plagae, etiamsi in prima palati parte fiant, citra uvam sunt. Omnino incidendum propius uvam. In Cod. Med. VI. est *circa*; sed Med. III. ex quo ille descriptus est, habet *citra*. Ex quo apparet, has particulas facile inter se commutari. Sic lib. 8. cap. 10. sect. 2. Codd. Mss. et Edd. antiquae habent *citra articulum* pro *circa articulum*: contra lib. 5. cap. 28. sect. 14. multi Codd. et omnes Edd. praeter Lindenianam, *circa magnitudinem* pro *citra magnitudinem*.

12. *malo victum esse)* Sic lib. 5. cap. 26. *ne si victa ars malo fuerit* &c. et cap. 28. sect. 1. ejusdem libri, *medicamentum malo vincitur*. Lindenius leg. *a malo victum esse*.

13. *et cibum et spiritum capiunt)* cibum, qui devorari non poterat; spiritum, qui interclusus erat. Lindenius leg. *cibum et potum capiunt*: quod minime probandum. Omittitur enim spiritus, quem capere incipere, ad salutem magis pertinet, quam cibum et potionem devorare.

14. *rubore et tumore in praecordiis orto)* ex Praenot.

15. *levarit)* Ita Lindenius; Pinzius, Manutii, Stephanus, *levabit*; alii, *levavit*, ut est in Mss.

16. *aqua mulsa decocta)* Veteres utebantur aqua mulsa tum cruda, tum decocta. Vide Dioscoridem lib. 5. cap. 17. In Ed. Lindenii deest vox *decocta*.

stinum habitum revertantur. Vulgo audio, si quis [17] pullum hirundininum ederit, angina toto anno non periclitari; servatumque eum ex sale, cum is morbus urget, comburi, carbonemque ejus contritum in aquam mulsam, [18] quae potui detur, [19] infriari, et prodesse. Id cum idoneos auctores ex populo habeat, neque habere quidquam periculi possit, quamvis in monumentis medicorum non legerim, tamen inserendum huic operi meo credidi.

* Est etiam circa fauces malum, quod apud Graecos [1] aliud aliudque nomen habet, prout se intendit. Omne in difficultate spirandi consistit: sed haec dum modica est, neque ex toto strangulat, δύσπνοια appellatur: cum vehementior est, ut spirare aeger sine sono et anhelatione non possit, ἆσθμα: cum accessit id quoque, ne nisi recta cervice spiritus trahatur, ὀρθόπνοια. Ex quibus id quod primum est, [2] potest diu trahi; duo insequentia acuta esse consuerunt. His communia sunt: quod propter angustias, per quas spiritus evadit, [3] sibilum edit; dolor in pectore praecordiisque est, interdum etiam in scapulis, isque modo decedit, modo revertitur; ad haec tussicula accedit. [4] Auxilium est, nisi aliquid prohibet, in sanguinis detractione. Neque id satis est, [5] sed lacte quoque venter solvendus est: liquanda alvus, interdum etiam ducenda: quibus extenuatum corpus incipit spiritum *VIII.

17. *pullum hirundininum)* Cod. Med. I. et Ed. Lindenii habent *pullum hirundinum*. Olim conjeceram legendum esse *hirundininum*; et ita nunc reposui. Vidi enim in Cod. Vat. VIII. esse *hirundinum*, et syllabam *ni* ab antiqua manu additam supra ultimam ejus vocis syllabam, ut sit *hirundininum*. In aliis Codd. et in Edd. antiquis legitur *pullum hirundinis*. Plinius lib. 30. cap. 4. sect. 12. *Anginis succurritur . . . . . cinere hirundinis ex aqua calida poto. Hujus medicinae auctor est Ovidius poeta. Sed efficaciores ad omnia, quae ex hirundinibus monstrantur &c. pulli silvestrium. . . Sunt qui cujuscumque hirundinis pullum edendum censent, ne toto anno metuatur id malum.*

18. *quae potui detur)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *quae potui datur*.

19. *infriari)* Al. *infricari*.

1. *aliud aliudque)* Sic lib. 5. cap. 26. sect. 31. *aliis aliisque signis*. Alii leg. *aliud atque aliud*.

2. *potest diu trahi)* Sic lib. 7. cap. 26. sect. 2. *si tantum mali subest, ut neque medicamentis vinci possit, neque jam trahi posse videatur, quo minus &c.* Sic autem reposui ex Cod. Med. I. et Vat. VIII. Alii ex aliis Codd. legunt *potest diutius trahi*; Lindenius, *potest diu aliquem trahere*.

3. *sibilum edit)* Ita ex emendatione Morgagni. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *sibilum exit*; alii, et omnes Edd. *sibilum elidit*; Cod. Med. II. *sibilum edidit*, syllaba *di* perperam geminata.

4. *Auxilium est)* Lindenius, *Auxilium vero est*.

5. *sed lacte quoque venter solvendus est: liquanda alvus, interdum etiam ducenda)* Ventrem solvere idem est, quod alvum liquare, purgare. Cap. 12. hujus lib. *ventrem ipsum liquare, dato lacte, et vino salso frigido*; cap. 20. sect. 2. *alvus quoque vel ducenda, vel lacte purganda est*; cap. 24. *vel alvi ductione uti, vel lacte purgari*. Tria verba *venter solvendus est* fortasse margini adscripta fuerant ad haec interpretanda *liquanda alvus*: atque ita legendum est: *sed lacte quoque liquanda alvus, interdum etiam ducenda*. Lindenii Ed. ita habet: *sed lac caprinum calidum jejuno dandum, et, si non febrit, venter solvendus est. Liquanda alvus &c.*

trahere commodius. Caput autem etiam in lecto sublime habendum est; thorax fomentis, cataplasmatisque calidis, aut siccis, aut etiam humidis adjuvandus est; et postea vel malagma superimponendum, [6] vel certe ceratum ex cyprino, vel irino unguento. [7] Sumenda deinde jejuno potui mulsa aqua, cum qua vel hyssopus cocta, vel contrita capparis radix sit. [8] Delingitur etiam utiliter aut nitrum, [9] aut nasturtium, aut allium frictum, deinde contritum et cum melle mixtum: simulque coquuntur mel, galbanum, resina terebinthina, [10] et ubi coierunt, ex his quod fabae magnitudinem habet, quotidie sub lingua liquatur: aut sulphuris ignem non experti [11] p. ж. =. [12] abrotoni p. ж. in vini cyatho teruntur, idque tepefactum sorbetur. Est etiam non vana opinio, vulpinum jecur, ubi siccum et aridum factum est, contundi oportere, [13] polentamque ex eo potioni aspergi: vel ejusdem pulmonem quam recentissimum assum, sed sine ferro coctum, edendum esse. Praeter haec sorbitionibus et lenibus cibis utendum est; interdum vino tenui, austero; nonnumquam vomitu. Prosunt etiam quaecumque [14] urinam movent: sed nihil magis quam ambulatio lenta paene usque ad lassitudinem; frictio mul-

6. *vel certe ceratum)* Lindenius, *vel ceratum*.

7. *Sumenda deinde jejuno potui mulsa aqua)* Sic lib. 6. cap. 6. sect. 1. *nihil ex iis quae extenuant, sumatur, nihil potui, praeter aquam*. Lindenius leg. *Sumenda deinde jejuno in potum mulsa, vel aqua*.

8. *Delingitur)* Ita in multis Codicibus. Med. 1. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii habent *Deligitur*; alii Codd. et Edd. antiquae, *Datur*. Vide adnot. 38. ad cap. 21. lib. 3.

9. *aut nasturtium, aut allium frictum)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae. Plerique Codd. habent *aut nasturtium frictum. Allium*; Edd. Manutianae, *aut nasturtium frictum allium*; Caesariana, aliaeque, *nasturtium allium frictum*; Lindeniana, *aut nasturtium, alliumve frictum*. Plinius lib. 20. cap. 6. sect. 23. ita scribit: *Allium suspiriosis coctum, alii et crudum id dedere*; et paulo post, *suspiriosis aliqui et tritum in lacte dederunt*. In Codd. Med. 1. et Vat. VIII. atque in Edd. sex primis, et Ruelliana legitur *aut nasturtium album frictum*. In Plinio lib. 20. cap. 13. sect. 50. ubi habetur *Duo ejus nasturtii genera. Alvum purgat, detrahit bilem potum in aqua ж. pondere. Alterum est nigrius* &c. Hermolaus Barbarus mavult legere *Album purgat*; sed, ut monet Harduinus, contra veteres libros. Sane adversus morbum de quo hic agitur, non album nasturtium, sed nigrius potius utile est, quod *prodest et contra suspiria et tussim*; ut est in loco Plinii modo memorato.

10. *et ubi)* Lindenius, *ubi autem*.

11. *p. ж. =.)* id est pondere sextantis denarii. Vide lib. 5. cap. 17. sect. 2. Ita habent Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, *p. ж. quadras*; Edd. Manutianae, *pondo et quadrans*; ceterae, *p. ж. et quadrans*.

12. *abrotoni)* Ita aliqui Codd. et Ed. Stephani. Cod. Vat. VIII. *aprotoni*; alii Codd. aliaeque Edd. *abrotani*.

13. *polentamque ex eo)* jecur contritum sic, ut hordeum conteritur ad polentam conficiendam. De hordei polenta vide Plinium lib. 18. cap. 7. sect. 4. Lindenius leg. *pollinemque ex eo*; ut habet in margine Ed. Constantini.

14. *urinam movent)* Ita legit Lindenius; et ita Celsus loqui solet. Veteres libri habent *urinam augent*; Ed. Constantini in margine « *agant*. Al. *urgent* ».

ta, praecipue inferiorum partium, vel in sole, vel ad ignem, et per seipsum, et per alios, usque ad sudorem.

* In interiore vero faucium parte interdum exulceratio esse consuevit. In hac plerique extrinsecus cataplasmatis calidis, fomentisque humidis utuntur: volunt etiam vaporem calidum ore recipi: [1] per quae molliores alii partes eas fieri dicunt, opportunioresque vitio jam haerenti. [2] Sed si bene vitari frigus potest, tuta illa praesidia; si metus ejus est, supervacua sunt. Vtique autem perfricare fauces periculosum est: exulcerat enim. Neque utilia sunt, [3] quae urinae movendae sunt; quia possunt, dum transeunt, ibi quoque pituitam extenuare, quam supprimi melius est. Asclepiades multarum rerum, quas ipsi quoque secuti sumus, auctor bonus, acetum ait quam acerrimum esse sorbendum: hoc enim sine ulla noxa comprimi ulcera. Sed id supprimere sanguinem potest, ulcera ipsa sanare non potest. Melius huic rei lycium est; quod idem quoque aeque probat: vel porri, vel marrubii succus, vel nuces graecae cum tragacantho contritae et cum passo mixtae, vel lini semen contritum et cum dulci vino mixtum. Exercitatio quoque ambulandi currendique necessaria est: frictio a pectore vehemens toti inferiori parti adhibenda. Cibi vero esse debent neque nimium acres, neque asperi; mel, lenticula, tragum, lac, ptisana, [4] pinguis caro, praecipueque porrum, et quidquid cum hoc mixtum est. Potionis quam minimum esse convenit. Aqua dari potest vel pura, vel in qua malum cotoneum, palmulaeve [5] decoctae sint. Gargarizationes quoque lenes; sin hae parum proficiunt, reprimentes utiles sunt. Hoc genus neque acutum est, et potest esse non longum: curationem tamen maturam, ne vehementer et diu laedat, desiderat. * IX.

* Tussis vero fere propter faucium exulcerationem molesta est; [1] quae multis modis contrahitur. Itaque illis restitutis ipsa fi- * X.

1. *per quae)* h. e. per cataplasmata, fomenta, vaporem. Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *per quem*, ut ad vaporem tantum referatur: sed minus recte.

2. *Sed si bene vitari frigus potest)* Sic reposui ex Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis Codd. et in libris vulgatis legit. *Sed si bene sic vitari morbus potest;* sed perperam. Agitur enim non de vitando morbo, sed de curando, qui jam haeret; ut apparet ex his quae proxime antecedunt: *per quae molliores alii partes eas fieri dicunt, opportunioresque vitio jam haerenti.*

3. *quae urinae movendae sunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. Eadem dicendi forma utitur Celsus cap. 9. hujus lib. *Potest etiam dari vinum tenue, austerum, omniaque in cibis et potionibus, quae urinae movendae sunt.* Alii Codd. et omnes Edd. habent *quae urinae movendae sunt apta;* ex glossemate.

4. *pinguis caro)* Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. et cum Edd. sex primis etiam Caesariana; Codd. Medicei III. et VI. *pinguisque caro;* alii, et ceterae Edd. *pinguis quoque caro.*

5. *decoctae sint)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *decoctae sunt.*

1. *quae multis modis contrahitur)* Haec verba Celsi esse non videntur. Neque enim

nitur. Solet tamen interdum per se quoque male habere; et vix, cum vetus facta est, eliditur. Ac modo arida est, modo [2] pituitam citat. [3] Oportet hyssopum altero quoque die bibere; spiritu retento currere, sed minime in pulvere; ac lectione uti vehementi, quae primo impeditur a tussi, post eam vincit: tum ambulare: deinde per manus quoque exerceri, et pectus diu perfricare: post haec, quam pinguissimae ficus uncias tres super prunam incoctas, esse. Praeter haec, si humida est, prosunt frictiones validae cum quibusdam calefacientibus [4] sic, ut caput quoque simul vehementer perfricetur; item cucurbitulae pectori admotae; sinapi ex parte exteriore faucibus impositum, donec leviter exulceret; potio ex menta, nucibusque graecis et amylo; primoque assumptus panis aridus, deinde aliquis cibus lenis. At si sicca tussis est, cum ea vehementissime urget, [5] adjuvat vini austeri cyathus assumptus, dum ne amplius id, interposito tempore aliquo, quam ter aut quater fiat: item laseris quam optimi paulum devorare opus est; porri vel marrubii sucum assumere; scillam delingere; acetum ex ea, vel certe acre sorbere, aut cum spica allii contriti duos vini cyathos. Vtilis etiam in omni tussi est peregrinatio, navigatio longa, loca maritima, natationes: cibus interdum mollis, ut malva, ut urtica; interdum acer, ut lac cum allio coctum: sorbitiones quibus laser sit adjectum, aut in quibus porrum incoctum tabuerit: [6] ovum sorbile sulphure adjecto: potui primum aqua calida, deinde invicem aliis diebus haec, aliis vinum.

XI. * Magis terreri potest aliquis, cum sanguinem exspuit: sed id modo minus, [1] modo plus periculi habet. Exit modo ex gingivis, modo ex ore: et quidem ex hoc interdum etiam copiose,

cohaeret oratio; et sententia, quamvis vera sit, tamen huc non facit; cum Celsus de ea tussi loquatur, quae fit propter faucium exulcerationem; ideoque membrum proximum *itaque* cum antecedentibus verbis *molesta est* conjungendum est, ne abrumpatur sententia. Deinde quinam sunt multi isti modi quibus tussis contrahitur? cur non explicantur? si quidem ad rem pertinebat id commemorari?

2. *pituitam citat)* Sic lib. 5. cap. 26. sect. 27. *pus citet*; et lib. 7. cap. 12. sect. 6. *sanguinem citat*. Lindenius leg. *pituitam facit, vel citat.*

3. *Oportet hyssopum)* Lindenius, *Oportet autem hyssopum.*

4. *sic, ut caput quoque simul vehementer perfricetur)* Ita in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *ut caput quoque siccum vehementer perfricetur.*

5. *adjuvat vini austeri cyathus assumptus)* Plinius lib. 23. cap. 1. sect. 20. *vinum falernum in diutina tussi sorbetur merum utiliter a jejunis.*

6. *ovum sorbile sulphure adjecto &c.)* Lindenius leg. *ovum quoque sorbile, sulphure adjecto, sorbeatur. In potum primum aqua calida, deinde invicem aliis diebus haec, aliis vero vinum.*

1. *modo plus periculi habet. Exit modo &c.)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, *modo plus periculi habet exitu. Et modo.* Vulgo legit. *modo plus periculi habet. Exit enim modo &c.* ex Palavicino.

sed sine tussi, sine ulcere, sine gingivarum ullo vitio; ita ut nihil exscreetur: verum ut ex naribus, sic ex ore aliquando prorumpit. Atque interdum sanguis profluit, interdum simile aquae quiddam, in qua caro recens lota est. Nonnumquam autem is a summis faucibus fertur, modo exulcerata ea parte, modo non exulcerata; sed aut ore venae alicujus adaperto, aut tuberculis quibusdam natis, [2] exque his sanguine erumpente. Quod ubi incidit, neque laedit potio aut cibus, neque quidquam ut ex ulcere exsereatur. Aliquando vero gutture [3] et arteriis exulceratis, frequens tussis sanguinem quoque extundit: interdum etiam fieri solet, ut aut ex pulmone, aut ex pectore, aut ex latere, [4] aut ex jecinore feratur: saepe feminae, quibus sanguis per menstrua non respondet, hunc exspuunt. [5] Auctoresque medici sunt, vel exesa parte aliqua sanguinem exire, vel rupta, vel ore alicuius venae patefacto. Primam διάβρωσιν, secundam [6] ῥῆξιν, tertiam ἀναστόμωσιν appellant. Vltima minime nocet; prima gravissime. Ac saepe quidem evenit, [7] ut sanguinem pus sequatur. Interdum autem qui sanguinem ipsum suppressit, satis ad valetudinem profuit. Sed si secuta ulcera sunt, si pus, si tussis est, prout sedes ipsa est, ita [8] varia et periculosa genera morborum fiunt. Si vero sanguis tantum fluit, expeditius et remedium et finis est. Neque ignorari oportet, [9] iis quibus fluere sanguis solet, [10] aut quibus

2. *exque his)* Sic emendavi scripturam Cod. Med. et Vat. VIII. *ex quib; his*. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *ex his*; Ed. Lindenii, *ex hisque*; ut est in margine Constantinianae.

3. *et arteriis)* id est aspera arteria, et ejus ramis, quos βρόγχια Graeci appellant.

4. *aut ex jecinore)* Edd. Salingiacensis, Gryphiana, Pantiniana, Lindeniana; *aut jocinore*.

5. *Auctoresque medici sunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. princeps. Sic lib. 7. cap. 7. sect. 6. *Heraclides Tarentinus auctor est, scalpello subsecare* &c. Hac forma saepe usus est Livius. Lib. 9. cap. 8. *Samnites sub jugum missos, auctores sunt*; et cap. 31. ejusdem lib. *Hoc bellum a Coss. bellatum, quidam auctores sunt*. Item Plinius lib. 5. cap. 7. sect. 7. *Auctores sunt, et has insulas olim habitatas subsedisse*. Alii Codd. habent *Auctoresque hi medici sunt*. In aliis Edd. legit. *Auctoresque medici fuerunt*; in margine Constantinianae, et in Lindeniana; *Authoresque medici ferunt*.

6. *ῥῆξιν)* Ita in multis Codicibus. Med. I. et Vat. VIII. habent PHΞINCXOCMON. Sed vox XOCMON ex margine irrepsit, ubi non contra ῥῆξιν, sed contra ἀναστόμωσιν posita erat. Edd. sex primae habent *rhesinochasmon*; Manutianae, ἰρηγμὸχασμον; aliae, ῥῆγμόχασμον. Ruellius, Stephanus, et Lindenius legunt ῥηγμοχασμὸν.

7. *ut sanguinem)* Ita in Codd. Mss. Vulgo legitur *uti sanguinem*.

8. *varia et periculosa genera morborum fiunt)* Vide Aphor. 15. et 16. Sect. 7. Ita in Ed. Lindenii; ceterae Edd. et Codd. Mss. habent *sunt*.

9. *iis)* Sic reposui pro *is*, quod est in Cod. Vat. VIII. Cod. Med. I. habet *his*; alii, et libri vulgati, *eis*.

10. *aut quibus dolet spina, coxaeve)* Ita legitur in Cod. Med. I. atque in Vat. VIII. sed in hoc ab alia antiqua manu margini adscriptum est *quibus spinae dolet, aut coxae*. Alii Codd. habent *aut quibus dolet spina, coxaeve*; Edd. omnes, *aut quibus spina dolet, coxaeve*, ut est in Cod. Med. IV.

dolet spina, coxaeve, aut post cursum vehementem vel ambulationem, [11] dum febris absit, non esse inutile sanguinis mediocre profluvium: idque per urinam redditum ipsam quoque lassitudinem solvere: ac ne in eo quidem terribile esse, qui ex superiore loco decidit; si tamen in ejus urina [12] nihil novabit: neque vomitum hujus afferre periculum, etiam cum repetit, si ante confirmare et implere corpus licuit: et ex toto nullum nocere, qui in corpore robusto, neque nimius est, neque tussim aut calorem movet. Haec pertinent ad universum: nunc ad ea loca quae proposui, veniam. Si ex gingivis exit, portulacam manducasse satis est: si ex ore, continuisse eo merum vinum; [13] si parum id proficit, acetum: si inter haec quoque graviter erumpit, quia consumere hominem potest, commodissimum est, impetum ejus, admota occipitio cucurbitula sic, ut cutis quoque incidatur, avertere: si id mulieri cui menstrua non feruntur, evenit, eamdem cucurbitulam incisis inguinibus ejus admovere. At si ex faucibus, interioribusve partibus processit, et metus major est, et cura major adhibenda. Sanguis mittendus est; et si nihilo minus ex ore processit, iterum tertioque, et quotidie paulum aliquid: protinus autem debet sorbere vel acetum, [14] vel cum ture plantaginis aut porri sucum; imponendaque extrinsecus supra id quod dolet, lana sucida ex aceto est, et id spongia subinde refrigerandum. Erasistratus horum crura quoque et femora brachiaque pluribus locis deligabat. Id Asclepiades, [15] adeo non prodesse, etiam inimicum esse proposuit. Sed id saepe commode respondere experimenta testantur. Neque tamen pluribus locis deligari necesse est: sed [16] satis est infra inguina, et super talos, summosque humeros, etiam brachia. Tum si febris urget, danda est sorbitio, et potui aqua, in qua aliquid ex iis quae alvum adstringunt, decoctum sit: at si abest febris, vel elota alica, vel panis ex aqua frigida, [17] et molle quoque ovum dari potest; potui vel idem quod supra scriptum est, vel vinum dulce, vel aqua frigida. Sed sic bibendum erit, ut sciamus huic morbo sitim prodesse. Prae-

11. *dum febris absit)* ex Aphor. 37. Sec. 7.

12. *nihil novabit)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *novavit*; Edd. Salingiacensis, Pantiniana, et Lindeniana, *nihil aliud novabit.*

13. *si parum id proficit)* Lindenius, et alii leg. *si id parum proficit*; ut est in Ed. Salingiacensi.

14. *vel cum ture)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *vel etiam cum ture*; sed Edd. *thure*.

15. *adeo non prodesse, etiam inimicum esse proposuit)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *adeo non prodesse, ut etiam inimicum esset proposuit.*

16. *satis est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *sat est*.

17. *et molle quoque ovum dari potest; potui vel idem quod supra scriptum est)* id est *aqua, in qua aliquid ex iis quae alvum adstringunt, decoctum sit*. Ita haec verba distinguuntur in Edd. Ruellii, et Constantini. Lindenius, et alii perperam ea

ter haec necessaria sunt quies, securitas, silentium. Caput hujus quoque cubantis sublime esse debet; recteque tondetur. Facies saepe aqua frigida fovenda est. At inimica sunt vinum, balneum, venus, in cibo oleum, [18] acria omnia; item calida fomenta, conclave calidum et inclusum, multa vestimenta corpori injecta, [19] etiam frictiones. Vbi bene sanguis conquievit, tum vero incipiendum est a brachiis, cruribusque; a thorace abstinendum. In hoc casu per hiemem locis maritimis; per aestatem mediterraneis opus est.

* Faucibus subest stomachus; in quo plura longa vitia incidere consuerunt. Nam modo ingens calor, modo inflatio hunc, modo inflammatio, modo exulceratio afficit: interdum pituita, interdum [1] bilis oritur: [2] frequentissimumque ejus malum est, quo resolvitur; neque ulla re magis aut afficitur, aut corpus afficit. [3] Diversa autem, ut vitia ejus, sic etiam remedia sunt. Vbi exaestuat, aceto cum rosa extrinsecus subinde fovendus est; imponendusque pulvis cum oleo, et ea cataplasmata quae simul et reprimunt, et [4] emolliunt. Potui, nisi quid obstat, gelida aqua praestanda. Si inflatio est, prosunt admotae cucurbitulae; neque incidere cutem necesse est: prosunt sicca et calida fomenta, sed non vehementissima. Interponenda abstinentia est. Vtilis in jejuno potio est [5] absinthii, [6] vel hyssopi, aut rutae. Exercitatio primo [7] lenis, deinde major adhibenda est; maximeque quae superiores partes moveat: quod genus in omnibus stomachi vitiis aptissimum est. Post exercitationem opus est unctione, frictione; balneo quoque nonnumquam, sed rarius; interdum alvi ductione; cibis deinde calidis, neque inflantibus; eodemque modo calidis potionibus, primo aquae, post, ubi resedit inflatio, vini auste- XII.

sic dividunt: *et molle quoque ovum dari potest potui, vel idem, quod supra scriptum est.*

18. *acria omnia)* Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *acriora omnia*.

19. *etiam frictiones. Vbi bene sanguis conquievit, tum vero &c.)* Ita reposui ex multis Codd. sed in iis haec verba sic dividuntur: *etiam frictiones ubi bene sanguis conquievit. Tum vero &c.* In Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque in Edd. antiquis legit. *etiam frictiones* (in Edd. *fricationes*) *ubi bene etiam sanguis conquievit. Tum vero &c.* in Ed. Lindenii, *etiam fricationes, nisi ubi bene sanguis conquievit. Tum vero &c.*

1. *bilis oritur)* Linden. *bilis adoritur.*

2. *frequentissimumque ejus malum est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *frequentissimumque est ejus malum.*

3. *Diversa autem, ut vitia ejus, sic etiam remedia sunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, & libri vulgati, *Vt diversa autem vitia ejus, sic etiam remedia sunt.*

4. *emolliunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. tum hic, tum infra; alii Codd. et libri vulgati utrobique, *molliunt*.

5. *absinthii)* Cod. Vat. VIII. et Ed. Lindenii, *apsinthii*: infra idem Codex, ut alii, *absinthium*; Ed. Lindenii, *apsinthium*.

6. *vel hyssopi, aut rutae)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *aut hyssopi, aut rutae*.

7. *lenis)* Aliqui Codd. et Ed. Lindenii, *levis*.

ri. Illud quoque in omnibus stomachi vitiis praecipiendum est, ut quo modo se quisque aeger refecerit, [8] eo sanus utatur. Nam redit huic imbecillitas sua, nisi iisdem defenditur bona valetudo, quibus reddita est. At si inflammatio aliqua est, quam ferè tumor et dolor sequitur, prima sunt [9] quies, abstinentia, lana sulphurata circumdata, in jejuno absinthium. Si ardor stomachum urget, aceto cum rosa subinde fovendus est: deinde cibis quidem utendum est modicis; imponenda vero extrinsecus quae simul et reprimunt, et emolliunt: deinde his detractis, utendum calidis ex farina cataplasmatis, quae reliquias digerant: interdum alvus ducenda: adhibenda exercitatio, et cibus plenior. [10] At si exulceratio stomachum infestat, eadem fere facienda sunt, quae in faucibus exulceratis praecepta sunt. Exercitatio, frictio inferiorum partium adhibenda; adhibendi [11] lenes et glutinosi cibi, sed citra satietatem; omnia acria atque acida removenda; vino, si febris non est, dulci, aut si id inflat, certe leni utendum; sed neque [12] praefrigido, neque nimis calido. Si vero pituita stomachus impletur, necessarius modo in jejuno, modo post cibum vomitus est: utilis exercitatio, gestatio, navigatio, frictio: nihil edendum, bibendumque, nisi calidum; vitatis tantum iis quae pituitam contrahere consuerunt. Molestius est, si stomachus bile vitiosus est. Solent autem ii qui sic tentantur, interpositis quibusdam diebus, hanc, et quidem, quod pessimum est, atram vomere. His recte alvus ducitur; [13] potiones ex absinthio dantur; [14] necessaria gestatio, navigatio est; si fieri potest, ex nausea vomitus; vitanda cruditas; sumendi cibi faciles et stomacho non alieni, vinum austerum. Vulgatissimum vero pessimumque stomachi vitium est resolutio, id est cum cibi non tenax est, soletque desinere ali corpus, ac sic tabe consumi. Huic generi inutilissimum balneum est; lectiones, exercitationesque superioris partis necessariae; [15] item un-

8. *eo sanus utatur)* Sic in plerisque Codicibus. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae habent *eo ut sanus utatur*. Olim conjeci legendum esse *eo et*, vel *eo etiam sanus utatur*. Khrausius quoque margini adscripsit *eo et sanus utatur*. Lindenius leg. *eodem sanus utatur*; et fortasse rectius.

9. *quies, abstinentia)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *quies, et abstinentia*.

10 *At si exulceratio stomachum infestat)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *At si ulcera stomachum infestant*.

11. *lenes)* Al. *leves*.

12. *praefrigido)* Lindenius, *perfrigido*.

13. *potiones ex absinthio dantur)* Ita Lindenius, et alii legunt cum Caesario. Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *potiones absinthio*.

14. *necessaria gestatio, navigatio est; si fieri potest &c.)* Caesarius, et alii, in his Lindenius, leg. *necessaria gestatio, navigatio, et, si fieri potest &c.*

15. *item unctiones frictionesque. His &c.)* Lindenius, et alii leg. *item unctiones frictionesque: hinc &c.* ex Ed. Caesarii quae in margine habet „ *hinc*, vel *aliis* „.

ctiones, frictionesque. His perfundi [16] frigida, atque in eadem natare; canalibus ejusdem subjicere [17] et stomachum ipsum, et magis etiam a scapulis id quod contra stomachum est; consistere in frigidis medicatisque fontibus, [18] quales Cutiliarum Sumbruinarumque sunt, salutare est. Cibi quoque assumendi sunt frigidi, qui potius difficulter concoquuntur, quam facile vitiantur. Ergo plerique, qui nihil aliud concoquere possunt, [19] bubulam concoquunt. Ex quo colligi potest neque avem, neque venationem, neque piscem dari debere, nisi generis durioris. Potui quidem aptissimum est vinum frigidum, vel certe bene calidum, meracum, potissimum [20] rheticum, vel allobrogicum, aliudve, quod et austerum et resina [21] conditum sit; si id non est, quam asperrimum, maximeque signinum. Si cibus non continetur, danda aqua, et eliciendus plenior vomitus est, iterumque dandus cibus; et tum admovendae duobus infra stomachum digitis cucurbitulae, ibique duabus aut tribus horis continendae sunt. Si simul et vomitus et dolor est, imponenda supra stomachum est lana sucida, vel spongia ex aceto, vel cataplasma quod refrigeret: perfrican-

16. *perfundi frigida, atque in eadem natare)* frigidam, et calidam aliqui auctores substantivorum more adhibuerunt. Celsus alibi semper *frigidam aquam*, *calidam aquam* dixit. Fortasse igitur hic quoque scripsit *perfundi frigida aqua, in eadem natare:* librarii autem pro *aqua* exscripserunt *atque*. Idque eo magis verisimile est, quia cetera quoque hujus periodi membra carent particula copulativa. Etiam lib. 6. cap. 8. sub initium Cod. Med. I. habet *atque calidae* pro *aquae calidae*; Cod. VIII. *adque calidae*.

17. *et stomachum ipsum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *etiam stomachum ipsum*.

18. *quales Cutiliarum, Sumbruinarumque sunt)* Ita plerique Codd. inter quos Med. I. et Vat. VIII. itemque Edd. sex primae, et Lindeniana. In aliis Codd. et in Edd. Manutianis est *Symbruinarumque* per *y*. Alii legunt cum Caesario, *quales Cutiliarum, Subcutiliarumque sunt*. Nempe Caesarius haec adnotavit: *Sic quidem mihi legendum videtur, non autem, ut hactenus legebatur*, Subruinarumque (sic). *Nam cujusmodi sint hae aquae, nondum apud quemquam reperi scriptorem idoneum et probatum; de Subcutiliis vero Plinius 31. cap. 2. quas in Saliuis calidissimas esse dicit.* Sed Caesarius, vir alioquin doctus et diligens, lapsus est. Nam Plinius non *Subcutilias*, sed *Cutilias* vocat; easque, non *calidissimas*, sed *frigidissimas* esse ait. Tacitus lib. 11. Annal. cap. 13. ita scribit: *Fontesque aquarum Simbruinis collibus deductas* Claudius *urbi intulit*. Lipsius autem adnotat, veteres libros habere *sub Imbruinis*. Ipse tamen *sub Imbriviis* legendum censet. » *Non enim*, inquit, *ex ipsis collibus deductam aquam vult; sed fontes aquarum qui sub collibus, Romam deductos. Locus ipse in melioribus Livii libris* Imbrivium *lib.* 8. *et Silio*, gelidoque rigantur Imbrivio. *Apud Celsum tamen* Simbruinas *item aquas legas lib.* 4. *cap.* 5. consistere in frigidis medicatisque fontibus, quales Cutiliarum, Simbruinarumque sunt ». Videtur igitur legere in Celso *Simbruinarumque* pro *Sumbruinarumque*.

19. *bubulam concoquunt)* Ita Ed. Constantini; ceterae Edd. et Codd. Mss. *bubulam coquunt*; sed perperam. Celsus nec *coquere*, nec *coctionem*; sed *concoquere* et *concoctionem* semper dixit. Itaque etiam supra pro *difficulter coquuntur*, ut legitur in omnibus libris, reposui *difficulter concoquuntur*.

20. *rheticum)* Aliqui Codd. *creticum*.

21. *conditum sit)* Alii omnes, *conditum est*.

da vero non diu, sed vehementer brachia et crura, et calefacienda. Si plus doloris est, infra praecordia quatuor digitis cucurbitula utendum est; [22] et protinus dandus panis ex posca frigida: si non continuit, post vomitum [23] leve aliquid ex iis quae non aliena stomacho sint: si ne id quidem tenuit, singuli cyathi vini singulis interpositis horis, donec stomachus consistat. Valens etiam medicamentum est radiculae sucus: valentius, acidi punici mali, cum pari modo suci qui ex dulci punico malo est, adjecto etiam intubi suco, et mentae, sed hujus minima parte; quibus tantumdem, quantum [24] in his omnibus est, [25] aquae frigidae quam optimae miscetur. [26] Id enim plus quam vinum ad comprimendum stomachum potest. Supprimendus autem vomitus est, qui per se venit, [27] etsi nausea est. Sed si coacuit intus cibus, aut computruit, quorum utrumlibet ructus ostendit, ejiciendus est; protinusque cibis assumptis iisdem quos proxime posui, stomachus restituendus. Vbi sublatus est praesens metus, ad ea redeundum est quae supra praecepta sunt.

XIII. * Stomachus lateribus cingitur; atque in his quoque vehementes dolores esse consuerunt. [1] [Et] initium vel ex frigore, vel ex ictu, vel ex nimio cursu, vel [2] ex morbo est: [3] sed interdum malum intra dolorem est, isque modo tarde, modo celeriter solvitur; interdum ad perniciem quoque procedit, oriturque acutus morbus, qui πλευριτικὸς a Graecis nominatur. Huic dolori lateris febris et tussis accedit; et per hanc exscreatur, si tolerabi-

22. *et protinus dandus)* Restitui particulam *et* ex Codd. Med. I. et Vat. VIII.

23. *leve)* Ita Lindenius; alii, *lene*.

24. *in his omnibus)* Lindenius, *ex his omnibus*.

25. *aquae frigidae quam optimae miscescetur)* Libri omnes habent *quam optime*. Ego reposui *quam optimae*. Sic lib. 6. cap. 11. *interdum etiam quam optima aqua ore continenda est*.

26. *Id enim &c.)* Caelius Aurelianus lib. 2. cap. 14. Acut. Morb. ubi agit de Cardiacis, ita scribit: *At si in totum non tenuerint cibum cum vino accipientes, tunc ex aceto dabimus quicquam. Si neque ita, rursum ex aqua tentabimus dare. Plerique enim ex vino atque aceto sumentes, cum accepta non tenuissent, aqua conjuncta magis cibos tenuerunt*.

27. *etsi nausea est)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *sic si nausea est*.

1. *Et initium)* Legendum puto *Initium*. Particula *et* redundat, ut in aliis locis multis. In prooem. lib. I. ubi legit. *Neque istud antiqui medici nescierunt*, Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *Neque istud et antiqui medici nescierunt*; iidemque Codd. cap. 18. hujus lib. *et quia commune id &c.* pro *quia commune id*; et sub initium cap. 19. ejusdem lib. Codd. omnes, omnesque Edd. *qui et longus* pro *qui longus*: item cap. 25. multi Codd. *et quod τεινεσμὸν Graeci vocant* pro *quod τεινεσμὸν &c.*

2. *ex morbo)* id est ex causa interiore. Sic cap. 26. lib. 3. *Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo*.

3. *sed interdum malum)* Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *Sed interdum ne malum*. Lego *sed interdum malum*, sublata particula *ne*, quae irrepserat. Lib. 5. cap. 28. sect. 12. simili ratione dicitur; *Si molle est, quod ultimo specillo contingitur, intra carnem adhuc vitium est*. Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *Sed interdum id malum*.

lis morbus est, pituita; si gravis, sanguis. Interdum etiam sicca tussis est, quae nihil emolitur: idque [4] primo vitio gravius, secundo tolerabilius est. Remedium vero est magni et recentis doloris, sanguis missus. At sive levior, sive vetustior casus est, vel supervacuum, vel serum id auxilium est; confugiendumque ad cucurbitulas est, ante summa cute incisa. Recte etiam sinapi ex aceto super pectus imponitur, donec ulcera [5] pusulasque excitet; et tum medicamentum, quod humorem illuc citet. Praeter haec [6] circumdare primum oportet latus hapso lanae sulphuratae: deinde cum paulum inflammatio se remisit, siccis et calidis fomentis uti. Ab his transitus ad malagmata est. Si vetustior dolor remanet, novissime resina imposita discutitur. Vtendum cibis potionibusque calidis; vitandum frigus: [7] inter haec tamen non alienum est extremas partes oleo et sulphure perfricare. Si levata tussis est, leni lectione uti; jamque et acres cibos, et vinum meracius assumere. [8] Quae ita a medicis praecipiuntur, ut tamen sine his rusticos nostros [9] epota ex aqua herba trixago satis adjuvet. Haec in omni lateris dolore communia sunt: plus negotii est, si acutus quoque morbus is factus est. In hoc praeter ea quae supra posita sunt, haec animadvertenda sunt: ut cibus sit quam maxime tenuis et lenis, praecipueque sorbitio, eaque ex ptisana potissimum; aut jus in quo porrus cum pullo gallinaceo coctus sit; idque [10] non nisi tertio quoque die detur, si tamen per vires licebit: potui vero aqua mulsa, in qua hyssopum, aut ruta decocta sit. Quae quibus temporibus danda sint, [11] ex ratione [vel adjectae, vel] levatae febris apparebit; sic, ut in remissione quam maxima dentur: cum eo tamen, ut sciamus non esse ejus generis tussi aridas fauces committendas: saepe enim, ubi

4. *primo vitio)* Lindenius, *vitio primo*.

5. *pusulasque)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *pustulasque*.

6. *circumdare primum oportet latus hapso lanae sulphuratae)* Sic lib. 7. cap. 26. sect. 5. *inducendusque hapsus lanae mollis tepido oleo repletus*. Caesarius, et alii, quos inter Lindenius, legunt *circumdare primum oportet latus ipsum lana sulphurata*.

7. *Inter haec tamen)* Fortasse, *Inter haec autem*.

8. *Quae ita a medicis praecipiuntur, ut tamen &c.)* Ita habent Codd. Med. 1. et Vat. VIII. Ed. Lindeniana, *Quae ita a medicis praecipiuntur. Attamen &c.* Alii Codices, omnesque antiquae Editiones, *Quae a medicis praecipiuntur, ut tamen &c.*

9. *epota ex aqua herba trixago &c.)* Ed. Lindenii, *epota ex aqua trixago satis adjuvare dicitur*.

10. *non nisi tertio quoque die detur)* Perperam Lindenius legit *non nisi tertio die detur*.

11. *ex ratione [vel adjectae, vel] levatae febris apparebit)* Lindenius pro *adjectae*; quod ferendum non est; legit *adauctae*. Sed ne hoc quidem verbo alibi usus est Celsus: augeo multis in locis adhibuit. Mihi tres voces, *vel adjectae, vel*, alienae videntur. Cum enim Celsus dicat quibus temporibus cibi dandi sint, ex ratione levatae febris apparere; et in maxima remissione dandos esse; inepte interjiceret *vel adauctae*.

nihil est quod exscreetur, continuatur, et strangulat. Ob quam causam dixi etiam pejus id genus esse tussis, quod nihil, quam quod pituitam moveret. Sed hic vinum sorbere, ut supra praecepimus, morbus ipse non patitur; in vicem ejus cremor ptisanae sumendus est. Vt his autem in ipso morbi fervore sustinendus aeger est, sic ubi paulum is se remisit, alimenta pleniora, et vini quoque aliquid dari potest: dum nihil detur, quod aut refrigeret corpus, [12] aut fauces asperet. [13] Si in refectione quoque manserit tussis, intermittere oportebit uno die: posteroque eum cibo vini paulo plus assumere. [14] Atque incipiente quoque tussi, tum non erit alienum, ut supra quoque positum est, vini cyathos sorbere; sed in hoc genere valetudinis dulce, vel certe lene commodius est. Si malum inveteravit, athletico victu corpus firmandum est.

* XIV. * [1] A compagine corporis ad viscera transeundum est; et imprimis ad pulmonem veniendum; ex quo vehemens et acutus morbus oritur, quem [2] περιπνευμονικὸν Graeci vocant. Ejus haec conditio est: pulmo totus afficitur: [3] hunc ejus casum subsequitur tussis, bilem vel pus trahens, praecordiorum totiusque pectoris gravitas, spiritus difficultas, magnae febres, continua vigilia, cibi fastidium, tabes. Id genus morbi plus periculi, quam doloris habet. Oportet, si satis validae vires sunt, sanguinem mittere: [4] si minores, cucurbitulas sine ferro praecordiis admovere. [5] Tum si satis valet, gestando aegrum digerere: si parum, [6] intra domum tamen dimovere. [7] Potionem autem hyssopi dare, cum quo ficus

12. *aut fauces asperet)* Legerim *aut fauces exasperet*. Sic cap. 5. hujus lib. *Si humor de capite in fauces destillat, has exasperat*; et lib. 2 cap. 3. *Aquilo tussim movet, fauces exasperat*. Vltima syllaba vocis *fauces* absorbuit primam vocis *exasperet*.

13. *Si in refectione quoque)* Lindenius, *Si in refectione vero*.

14. *Atque incipiente quoque tussi* &c.*)* Vinum non modo cum cibo dandum, verum etiam cyathi ejus tunc sorbendi, cum tussis urget. Haec enim non continenter, sed velut per accessiones quasdam subinde molesta fit. Ita haec verba explicanda videntur ex his quae proxime sequuntur: *tum non erit alienum, ut supra quoque positum est, vini cyathos sorbere*; quae spectant locum illum cap. 10. *at si sicca tussis est, cum ea vehementissime urget, adjuvat vini austeri cyathus assumptus* &c. Lindenius leg. *At invalescente quoque tussi*.

1. *A compagine corporis)* Al. *A compagine vero corporis*.

2. *περιπνευμονικὸν)* Ita plerique Codd. atque Edd. Manutiorum, et Stephani. Eadem ratione cap. antecedenti dicitur *πλευριτικὸς*; cap. sequenti, *ἡπατικὸς*. In Codd. Med. 1. et Vat. VIII. atque in Ed. Ruellii est *περιπηευματικὸν*, in Edd. sex primis, et Caesariana, *peripneumaticon*. Lindenius legit *περιπνευμονίαν*, ut habent in margine Edd. Caesarii, et Constantini.

3. *hunc ejus casum)* Ita plerique Codd. atque Edd. Manutiorum, Gryphii, Pantini, Constantini, et Stephani. Codd. Med. 1. et Vat. VIII. ceteraeque Edd. *hunc casum ejus*.

4. *si minores)* Lindenius, *sin minores*.

5. *Tum si)* Idem, *Quod si*.

6. *intra domum tamen dimovere)* Caesarius, et Lindenius legunt *intra domum tantum dimovere*.

7. *Potionem autem hyssopi dare, cum quo* &c.*)* Ita Codd. Med. 1. et Vat. VIII

arida sit incocta; aut aquam mulsam, in qua vel hyssopum, vel ruta decocta sit: frictione uti diutissime in scapulis, proxime ab his in brachiis et pedibus et cruribus, leniter contra pulmonem; idque bis quotidie facere. Quod ad cibum vero pertinet, huic nec salsis opus est, neque acribus, neque amaris, neque alvum adstringentibus, sed paulo lenioribus. Ergo primis diebus danda est sorbitio ptisanae, vel alicae, vel oryzae, cum qua recens adeps cocta sit: cum hac sorbile ovum, [8] nuclei pinei ex melle, panis vel elota alica ex aqua mulsa: [9] potui deinde non solum pura aqua, sed etiam mulsa egelida, aut si aestas est, etiam frigida; nisi quid obstat. Haec autem altero quoque die, increscente morbo, dare satis est: [10] ubi in incremento constitit, quantum res patitur, ab omnibus abstinendum est, praeterquam aqua egelida. Si vires desunt, adjuvandae sunt aqua mulsa. Prosuntque adversus dolores imposita calida fomenta, vel ea quae simul et reprimunt, et emolliunt: [11] prodest impositus super pectus sal bene contritus, cum cerato mixtus; quia leviter cutem erodit, eoque impetum materiae, [12] quo pulmo vexatur, evocat. Vtile etiam aliquod malagma est ex iis [13] quae materiam trahunt. Neque alienum est, dum premit morbus, clausis fenestris aegrum continere: ubi paulum levatus est, ter aut quater die, [14] fenestris aliquantum apertis, purum aerem recipere. Deinde in refectione pluribus diebus a vino abstinere; gestatione, frictione uti; sorbitionibus et prioribus cibis adjicere, ex oleribus porrum, ex

deest verbum *dare*. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *Potionem autem hyssopi dare, cui* &c. Ego retinui *cum quo* ex Codd. vetustioribus; et *dare* ex aliis. Lindenius leg. *In potionem autem hyssopum dare, cum quo* &c. Sed nihil opus est praepositione *in*: cum cap. 12. hujus libri ita sit: *Vtilis in jejuno potio est absinthii, aut hyssopi*.

8. *nuclei pinei ex melle, panis* &c.) Lindenius verba haec ita dividit: *nuclei pinei: ex melle panis* &c. sed perperam. Lib. 3. cap. 27. sect. 4. *primoque cum melle quaedam edenda, ut nuclei pinei* &c.

9. *potui deinde)* Lindenius addit *danda*; scilicet ex glossemate.

10. *Vbi in incremento constitit)* Ita Edd. Caesarii, Gryphii, Pantini, Constantini, et Stephani. In Codd. Mss. atque in Edd. sex primis, et Manutianis deest particula *in*. Sed ea, ut alias dixi, ab indiligentibus librariis saepe omittitur, ubi vox subsequitur incipiens a syllaba *in*. Lindenius leg. *Vbi incrementum constitit*.

11. *prodest impositus)* Lindenius, *prodest etiam impositus*.

12. *quo pulmo vexatur)* Idem, *qua pulmo vexatur*.

13. *quae materiam trahunt)* Videtur legendum *extrahunt*: hoc enim verbo alibi semper utitur Celsus, cum de materia educenda loquitur.

14. *fenestris aliquantum apertis, purum aerem recipere)* Ita Ed. Lindenii. Lib. 3. cap. 7. sect. 2. *eo conclavi tenendus, quo multum et purum aerem recipere possit*. In Codd. Mss. et in ceteris Edd. legit. *fenestris aliquanto* (in Cod. Med. 1. et Vat. VIII. *aliquis*) *apertis parvum aerem recipere*. Scaliger haec adnotat: » *graecissat*, ὀλίγον ἀέρα «. Rhodius quoque leg. *parvum aerem*. Cod. Med. V. habet *paurum*, sed littera *a* expuncta est.

carne ungulas et summa trunculorum atque pisciculos sic, ut diu nihil nisi molle et lene sumatur.

XV. * Alterius quoque visceris morbus, id est jecinoris, [1] aeque modo longus, modo acutus esse consuevit: ἡπατικὸν Graeci vocant. Dextra parte sub praecordiis vehemens dolor est; idemque ad latus dextrum, et ad jugulum, humerumque partis ejusdem pervenit; [2] nonnumquam manus quoque dextra torquetur; horror validus est: ubi male est, bilis evomitur; interdum singultus prope strangulat. [3] Et haec quidem acuti morbi sunt: [4] longioris vero, ubi suppuratio in jecinore est, dolorque modo finitur, modo intenditur; dextra parte praecordia dura sunt, et tument; post cibum [5] major spiritus difficultas est; accedit maxillarum quaedam resolutio. Vbi inveteravit malum, venter et crura pedesque intumescunt; pectus atque humeri, circaque jugulum utrumque extenuatur. [6] Initio sanguinem mittere optimum est: tum venter solvendus est, si non potest aliter, per nigrum veratrum: imponenda extrinsecus cataplasmata, primum quae reprimant, deinde calida quae diducant; quibus recte iris vel absinthium adjicitur: post haec malagma. Dandae vero sorbitiones sunt, omnesque cibi et calidi, et qui non multum [7] alunt, et fere qui pulmonis quoque dolori conveniunt; praeterque eos, qui urinam movent, potionesque ad id efficaces. Vtilia in hoc morbo sunt thymum, satureia, hyssopum, nepeta, [8] amylum, sesamum, lauri baccae, [9] pini flos, herba sanguinalis, menta, ex malo cotoneo medium, columbae jecur recens et crudum: ex quibus quaedam per se esse, quaedam adjicere vel sorbitioni, vel potioni licet; sic tamen, ut parce assumantur. Neque alienum est, absinthium contritum ex melle et pipere, ejusque catapotium quotidie devorare. Abstinen-

1. *aeque modo longus, modo acutus esse consuevit)* Particula *aeque* refertur tum ad pulmonis inflammationem, tum ad suppurationem, seu vomicam, quam interdum ejus inflammatio excitat: quorum morborum alter acutus, alter longus est.

2. *nonnumquam manus quoque dextra torquetur)* Dolor non modo ad latus, jugulum, humerumque pervenit, verum etiam ad manum. Lindenius leg. *torpet* pro *torquetur*.

3. *Et haec quidem acuti morbi sunt)* Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *Et haec quidem acuti morbi signa sunt*; glossemate intruso.

4. *longioris vero, ubi suppuratio in jecinore est, dolorque modo &c.)* Videtur legendum *longioris vero, ubi suppuratio in jecinore est, dolor modo &c.*

5. *major spiritus difficultas)* Ita Cod. Vat. VIII. Liber Guilandini, atque Ed. Lindenii. In aliis Codd. et in Edd. antiquis deest vox *difficultas*.

6. *Initio)* Lindenius, *In initio*.

7. *alunt)* Ita Lindenius; alii omnes, *alant*.

8. *amylum)* Legendum *anisum*, vel *anethum*; quae cum thymo, satureia, & nepeta, iis quae urinam movent, adnumerantur cap. 31. lib. 2. Amylum hanc facultatem non habet.

9. *pini flos)* Ita habent libri omnes et scripti, et impressi. Scaliger censet *chamaepityn* a Celso significari. Sed Morgagni

dum utique est ab omnibus frigidis: neque enim res ulla magis jecur laedit. Frictionibus utendum in extremis partibus: vitandus omnis labor, omnis vehementior motus: ne spiritus quidem diutius continendus est. Ira, trepidatio, pondus, [10] jactus, cursus [11] inimica sunt. Perfusio corporis multa prodest ex aqua, si hiems est, calida; si aestas, tepida: [12] item liberalis unctio, et in balneo sudor. Si vero jecur vomica laborat, eadem facienda sunt, quae in ceteris interioribus suppurationibus. Quidam etiam [13] contra id scalpello aperiunt, et ipsam vomicam adurunt.

* At lienis ubi affectus est, intumescit, simulque cum eo pars sinistra, [1] eaque dura est, et prementi renititur; venter intentus est; [2] aliquis etiam in cruribus tumor est; ulcera aut omnino non sanescunt, aut certe cicatricem vix recipiunt; in intenta ambulatione, [3] cursuque dolor, [4] et quaedam difficultas est. Hoc vitium quies auget: itaque exercitatione et labore opus est; habita tamen ratione, [5] ne febrem ista, si nimium processerint, excitent. Vnctiones, frictionesque, et sudores necessarii sunt. XVI.

videtur, si Celsus herbam hanc significare voluisset, non isto obscuro *pini floris* nomine, sed chamaepytin appellaturum fuisse, ut vocat lib. 5. cap. 4. Ipse, cum Caesalpinus de Plant. lib. 3. cap. 52. scripserit, quosdam, quos ex Theophrasto commemoravit, docuisse pinum praeter fructum, amentum ferre deciduum, quem aliqui florem putarint; et Caesalpinus ipse florem amentaceum ferre non negaverit: ob haec, inquam, existimat legendum esse *pini flos*; et, si quid mutandum, mavult *pini folia*, quam, ut est in margine Ed. Constantinianae, *lini flos*: quod de lini flore, aut foliis nihil ejusmodi invenire potuerit litterarum memoriae mandatum: pini autem folia hepaticis et Diocles dederit, ut tradit Caelius Aurelianus lib. 3. Morb. Chron. cap. 4. et iisdem utilia esse docuerit Dioscorides lib. 1. cap. 74.

10. *jactus)* jaculatio. Ita habet Cod. quidam apud Constantinum, et Ed. Lindenii. In Codd. quos ego inspexi, et in Edd. antiquis mendose est *ictus*.

11. *inimica sunt)* Lindenius, *in hoc inimica sunt*.

12. *item)* Lindenius, *itemque*.

13. *contra id scalpello aperiunt, et ipsam vomicam adurunt)* ex Aphor. 45. Sect. 7. Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. princeps; alii Codd. et ceterae Edd. antiquae, *contra id scalpello aperiunt, ipsam vomicam adurunt*; Cod. quidam Constantini, *ultra id scalpello aperiunt ipsam vomicam, vel adurunt*; Ed. Lindenii, *ultra id scalpello aperiunt, et ipsam vomicam adurunt*.

1. *eaque dura est)* Lindenius, *quae et dura est*; et infra, *venterque* pro *venter*.

2. *aliquis etiam in cruribus tumor est)* Libri omnes habent *aliquis etiam cruribus tumor est*. Ego addidi praepositionem *in* ex similibus locis. Lib. 2. cap. 7. *tumor in pedibus est*; et sub finem ejusdem cap. *in pedibus tumores sunt*.

3. *ambulatione, cursuque)* Lindenius, *ambulatione, vel cursu*.

4. *et quaedam difficultas est)* ob ventrem intentum, et totius corporis gravitatem. Sed videtur legendum *et quaedam spiritus difficultas est*; ut in cap. antecedenti. Caelius Aurelianus lib. 3. cap. 4. Morb. Chron. ita scribit: *Quaedam communia jecorosis et lienosis; quaedam specialiter propria: sed communia gravedo, spirationis difficultas, magisque in itinere et ambulationibus clivosis* &c.

5. *ne febrem ista, si nimium processerint, excitent)* Ita omnino legendum, non *processerit*, ut edidit Lindenius. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *ne febre mixta si nimium processerit, excitent*; alii, et Edd. antiquae, *ne febre mixta, si nimium processerit, excitetur*.

Dulcia omnia inimica sunt; item lac et caseus: acida autem maxime conveniunt. Ergo acetum acre per se sorbere, et magis etiam quod scilla conditum est, expedit. Edenda sunt salsamenta, [6] vel oleae ex muria dura, tinctae in aceto lactucae, [7] intubique ex eodem, betae ex sinapi, asparagus, armoracia, pastinaca, ungulae, rostra, aves macrae, ejusdem generis venatio. Potui vero jejuno dari debet [8] absinthium incoctum: at post cibum aqua a ferrario fabro, in qua candens ferrum subinde [9] tinctum sit: haec enim vel praecipue lienem coercet. Quod animadversum est in iis animalibus, quae apud hos fabros educata exiguos lienes habent. Potest etiam dari vinum tenue, austerum; omniaque in cibis et potionibus quae urinae movendae sunt. Praecipueque ad id valet vel trifolii semen, vel cuminum, vel apium, vel serpyllum, vel cytisus, [10] vel portulaca, vel nepeta, vel thymum, vel hyssopum, vel satureia: haec enim inde commodissime videntur [11] humorem educere. Lienis quoque bubulus utiliter esui datur: praecipueque eruca et nasturtium lienem extenuant. Imponenda quoque extrinsecus sunt, quae levent. [12] Fit ex unguento et palmulis [quod *μυροβάλανον* Graeci vocant]: fit ex lini et nasturtii

6. *vel oleae ex muria dura, tinctae in aceto lactucae)* Stephanus leg. *vel oleae ex muria dura tinctae, in aceto lactucae*; Lindenius, *vel oleae ex muria dura, lactucae in aceto intinctae*.

7. *intubique ex eodem, betae ex sinapi, asparagus &c.)* Ita in Med. I. Vat. VIII. aliisque Codicibus. Plinius lib. 19. cap. 8. sect. 40. *Vsus iis betis et cum lente ac faba, idemque qui oleris: et praecipuus, ut lenitas excitetur acrimonia sinapis*. Alii Codd. habent *intubique ex eodem, betae et sinapi, asparagus* &c. alii, et Edd. antiquae, *intubi et betae ex eodem, ex sinapi asparagus* &c. Ed. Lindenii, *intubi quoque et betae ex eodem; et sinapi, armoraciae, et pastinacae: de carnibus vero ungulae, rostra* &c.

8. *absinthium incoctum)* Sic lib. 2. c. 18. *defrutum, quo magis incoctum*; lib. 4. c. 10. *ficus quam pinguissimae uncias tres super prunam incoctas*; lib. 3. cap. 22. *inter se mixta et incocta resinae terebinthinae pars dimidia, butyri et mellis pars altera*. Lindenius leg. *apsinthium aquae incoctum*. Sed verbum *incoquo* numquam a Celso cum tertio casu construitur, sed cum sexto et praepositione *cum* Lib. 3. cap. 22. *marrubii sucus cum melle incoctus*; lib. 4. cap. 14. *hyssopum dare, cum quo ficus arida sit incocta*. Adde lib. 5. cap. 18. sect. 31. lib. 6. cap. 7. sect. 4. et cap. 18. sect. 10. ejusdem libri.

9. *tinctum sit)* Lib. 5. cap. 28. sect. 2. *pulvis ex contrita testa, ex qua faber ferrarius tingere candens ferrum solitus est*. Lindenius leg. *intinctum sit*.

10. *vel portulaca, vel nepeta)* Haec desunt in Ed. Lindenii.

11. *humorem educere)* Ita in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *humorem deducere*.

12. *Fit ex unguento et palmulis [quod μυροβάλανον Graeci vocant])* Medicamenti quod *μυροβάλανον* vocaretur, nullus, quod sciam, antiquus auctor mentionem fecit. Pantinus, et Constantinus legendum censent *fit ex unguentariis glandibus, quas μυροβαλάνους Graeci vocant*. Lindenius eos sequitur; sed pro *glandibus* leg. *glandulis*. Verum Celsus glandem hanc, non *μυροβάλανον*, sed *βάλανον μυρεψικὴν* a Graecis appellari ait. Lib. 5. cap. 18. sect. 4. *At si lienis torquet, glandis, quam βάλανον μυρεψικὴν Greci vocant, cortex et nitrum* &c. Mihi haec verba *quod μυροβάλανον Graeci vocant* ab interprete addita videntur. Celsus medicamentum imponi vult ex unguento et palmulis factum. Galenus quoque cataplasma ex palmulis mixtis

semine, [13] quo vinum et oleum adjicitur: fit ex cupresso viridi, et arida ficu: fit ex sinapi, cui sevi hircini a renibus quarta pars ponderis adjicitur, teriturque [14] in sole, et protinus imponitur. Multisque modis huic rei cappari aptum est: nam et ipsum cum cibo assumere, et muriam ejus cum aceto sorbere commodum est. Quin etiam extrinsecus radicem contritam, vel corticem ejus cum furfuribus, aut ipsum cappari cum melle contritum imponere expedit. Malagmata quoque huic rei aptantur.

* At renes ubi affecti sunt, diu male habent. [1] Pejus est, si frequens biliosus vomitus accedit. Oportet conquiescere: cubare molliter: solvere alvum; si aliter non respondet, etiam ducere: saepe desidere in aqua calida: neque cibum, neque potionem frigidam assumere: abstinere ab omnibus salsis, acribus, acidis, pomis: bibere liberaliter: adjicere modo cibo, modo potioni piper, porrum, ferulam, album papaver; quae maxime inde urinam movere consuerunt. Auxilio quoque his exulceratis sunt, si adhuc ulcera purganda sunt, cucumeris semina detractis corticibus sexaginta, nuclei ex pinu silvestri [2] duodecim, anisi quod tribus digitis sumi possit, croci paulum, contrita et in duas mulsi potiones divisa. Si vero dolor tantum levandus est, ejusdem cucumeris semina triginta, iidem nuclei viginti, nuces graecae quinque, croci paululum, contrita et cum lacte potui data. [3] Ac super quoque recte quaedam malagmata injiciuntur; maximeque ea quae humori extrahendo sunt. *XVII.

* A visceribus ad intestina veniendum est; quae sunt et acutis et longis morbis obnoxia. Primoque facienda mentio est cholerae; quia commune id stomachi atque intestinorum vitium videri potest. Nam simul et dejectio et vomitus est: praeterque haec inflatio est, intestina torquentur, bilis supra infraque erumpit, primum aquae similis, deinde ut in ea recens caro lota esse videatur, interdum alba, nonnumquam nigra, vel varia. Ergo eo nomine morbum hunc χολέραν Graeci nominarunt. Praeter ea vero quae supra comprehensa sunt, saepe etiam crura manusque contrahuntur, urget sitis, anima deficit: quibus concurrentibus non *XVIII.

cum cerato ex rosa facto, aut cum rosa ipsa in jecinoris, itemque in lienis morbo utile esse tradit. Vide lib. 8. cap. 8. et lib. 9. cap. 2. de C. M. S. L.

13. *quo vinum, et oleum adjicitur)* Ita in Codd. Mss. et in omnibus Editionibus, Ruelliana et Lindeniana exceptis, quae habent *cui vinum* &c.

14. *in sole)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Codd. Mss. et ceterae Edd. habent *in sale*.

1. *Pejus est)* Linden. *Pejus vero est*.

2. *duodecim)* Lindenius, *quindecim*, ut habet in margine Ed. Constantini.

3. *Ac super quoque)* Ita Ed. Constantini; aliae, et Codd. Mss. *At super quoque*; aliae Edd. *At insuper quoque*; aliae, in his Lindeniana, *Ac insuper quoque*.

mirum est, si subito quis moritur. Neque tamen ulli morbo minori momento succurritur. Protinus ergo ubi ista coeperunt, aquae tepidae quam plurimum bibere oportet, et vomere. [1] Vix umquam sic non vomitus sequitur; sed etiamsi non incidit, [2] miscuisse tamen novam materiam corruptae prodest; [3] parsque sanitatis est, vomitum esse suppressum. Si id incidit, protinus ab omni potione abstinendum est. [4] Si vero tormina sunt, oportet frigidis et humidis fomentis stomachum fovere; vel si venter dolet, iisdem egelidis sic, ut venter ipse mediocriter calentibus juvetur. Quod si vehementer et vomitus, et dejectio, et sitis vexant, et adhuc subcruda sunt quae vomuntur, nondum vino maturum tempus est: aqua, neque ea ipsa frigida, sed potius egelida danda est: admovendumque naribus est pulegium ex aceto, vel polenta vino aspersa, [5] vel menta secundum naturam est. At cum discussa cruditas est, tum magis verendum est, ne anima deficiat. Ergo tum confugiendum est ad vinum. Id esse oportet tenue, odoratum, [6] cum acqua frigida mixtum; vel polenta adjecta, [7] vel infracto pane, quem ipsum quoque assumere expedit: quotiesque aliquid aut stomachus, aut venter effudit, toties per haec vires restituere. Erasistratus primo tribus vini guttis, aut quinis aspergendam potionem esse dixit; deinde paulatim merum adjiciendum. [8] Is si et ab initio vinum dedit, [9] et metum cruditatis secutus

1. *Vix umquam sic non vomitus sequitur)* Ita locum hunc emendavi ex lib. 7. cap. 5. sect. 4. ubi Celsus eadem utitur dicendi forma: *Vix umquam sic telum non sequitur*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. aliique habent *Vix umquam sine* (Vat. VIII. *fine)* *vomitus sequatur*; Med. V. *Vix umquam sine vomitus sequiatur*; sed *vomitus*, littera *s* expuncta, mutatum est in *vomitu*, et *sequiatur*, expuncta *i*, in *sequatur*. In Edd. antiquis legit. *Vix umquam sine vomitu sequitur*, ex Palavicino; in Ed. Lindenii, *Vix unquam ea sine vomitu sumitur*.

2. *miscuisse tamen novam materiam corruptae prodest)* Lindenius, *tamen corruptae miscuisse novam materiam prodest*.

3. *parsque sanitatis est, vomitum esse suppressum)* Locum hunc Celsi, ut alios non paucos, imitavit Seneca Epist. 94. *Magna pars sanitatis est, hortatores insaniae reliquisse*.

4. *Si vero tormina sunt)* Verba haec spectant superiora *intestina torquentur*; nec vox *tormina* hic significat δυσεντερίαν, ut cap. 22. hujus libri.

5. *vel menta secundum naturam est)* Ita in Codd. Mss. atque in Edd. sex primis, et Manutianis. Haec verba Morgagnus sic interpretatur: menta ut per se est, non ut pulegium ex aceto, neque ut polenta vino aspersa. Lindenius leg. *vel mentha, vel quod secundum naturam est*; alii cum Caesario, *vel menta, si nondum matura est*; Constantinus autem explicat, *nempe materia*. Sed Morgagnus animadvertit opus non fuisse hoc addere, cum illa imperata sint, *si adhuc subcruda sunt quae vomuntur &c.* Videtur igitur vetus lectio et Caesarianae, et Lindenianae ab eo praeferri.

6. *cum aqua)* Lindenius, *et cum aqua*.

7. *vel infracto pane, quem ipsum quoque assumere expedit)* Ita habent Cod. Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; Liber Guilandini, *fracto pane &c.* In Cod. Med. I. et aliis multis, atque in ceteris Edd. legit. *vel melle quoque assumere expedit*. In Codd. Mediceis V. et VII. et in Vaticanis III. et VII. hujusmodi lacuna est, *vel* quoque *assumere expedit*.

8. *Is si et ab initio &c.)* Lindenius leg. *Is si ab initio &c.* ut malebat Constantinus.

9. *et metum cruditatis secutus est)*

est, non sine causa fecit: si vehementem infirmitatem adjuvari posse tribus guttis putavit, erravit. At si inanis est homo, et crura ejus contrahuntur, interponenda potio absinthii est. Si extremae partes corporis frigent, ungendae sunt calido oleo, cui cerae paulum sit adjectum, calidisque fomentis nutriendae. Si ne sub his quidem quies facta est, extrinsecus contra ventriculum ipsum cucurbitula admovenda est, aut sinapi superimponendum. Vbi is constitit, dormire oportet: postero die utique a potione abstinere: die tertio in balneum ire: paulatim se cibo reficere; [10] somno quisquis facile adquiescit *** itemque lassitudine et frigore. Si post suppressam choleram febricula manet, alvum duci necessarium est: tum cibis, vinoque utendum est.

* Sed hic quidem morbus et acutus est, et inter intestina stomachumque versatur sic, ut cujus potissimum partis sit, non facile dici possit. In ipsius vero ventriculi porta consistit is [1] qui longus esse consuevit: κοιλιακὸς a Graecis nominatur. Sub hoc venter indurescit, dolorque ejus est: alvus nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit: extremae partes frigescunt: difficulter spiritus redditur. Commodissimum est inter initia calida cataplasmata [2] toto ventri imponere, ut dolorem leniant: post cibum XIX.

ob metum cruditatis tribus tantum aut quinis vini guttis potionem aspergendam dixit. In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legit. *et metus cruditatis secutus est*; sed minus recte.

10. *somno quisquis facile adquiescit *** itemque lassitudine et frigore)* Veteres libri habent *somno quisquis facile adquiescit, itemque lassitudine et frigore*; sed locus corruptus est, et post verbum *adquiescit* aliqua desunt. In margine Ed. Constantinianae legit. *somnoque qui facilis acquiescit: vitataque lassitudine et frigore*; in Ed. Lindenii, *somnoque quisquis facile adquiescit; vitetque lassitudinem et frigora*.

1. *qui longus esse consuevit: κοιλιακὸς a Graecis nominatur)* Libri antiqui habent *qui et longus* &c. Sed particula *et* redundat. Vide adnot. 1. ad cap. 13. hujus libri. Lindenius leg. *qui et longus esse consuevit, et κοιλιακὸς* &c. Scaliger haec adnotavit: *Commiscuit colicum cum κοιλιακῷν Celsus. Facilis enim est lapsus*. Reprehensionem hanc injustam esse Morgagnus docet: cum Celsus cap. 14. hujus lib. *diserte scripserit, intestini plenioris morbum κολικὸν nominari*. Cum autem *manifestum sit, descriptum hic, et curatum a Celso morbum longe alium esse ac qui solet a medicis coeliaca passio nominari, censet primum inquirendum, an forte qui ante Celsum de Medicina scripserunt Graeci, non eumdem quem posteriores, morbum eodem nomine designassent; aut si eundem, an interdum alium quoque: deinde, si nunquam alium quam posteri significassent, tum vero cogitandum, an librarii, ut tot alia nomina, graeca praesertim, in describendo vitiarunt, ita aliud a Celso fortasse scriptum in κοιλιακὸς mutassent*. Affert autem exemplum cap. 21. hujus lib. ubi vox κολικὸν in antiquis libris aliter aliterque corrupta est. Vide ibi adnotat. 4.

2. *toto ventri)* Ita in libris antiquis. Apud Scribonium Largum Compos. 26. legit. *Adjuvat coeliacos, torminosos, ventri toto circumdatum emplastrum*: quod probat Rhodius, confirmatque ex Apulejo, qui lib. 11. Metamorph. ita scribit: *Principi magno, Senatuique, et Equiti, totoque Romano Populo*. Sed major est auctoritas Propertii qui lib. 3. Eleg. 11. v. 57. ita habet: *toto quae praesidet orbi*. Aurium quidem judicio melius est *toto ventri*, quam, ut Lindenius legit, *toti ventri*.

vomere, atque ita ventrem exinanire: proximis deinde diebus cucurbitulas sine ferro ventri et coxis admovere: ventrem ipsum liquare dato lacte, et vino salso frigido; si tempus anni patitur, etiam viridibus ficis: sic tamen, ne quis aut cibus, aut humor universus detur, sed paulatim. Ergo per intervalla temporis sat est cyathos binos ternosve [3] sumere, et cibum pro portione hujus: commodeque facit cyatho lactis cyathus aquae mixtus, et sic datus: [4] cibique inflantes et acres utiliores sunt; adeo ut lacti quoque recte contritum allium adjiciatur. Procedente vero tempore, opus est gestari, maximeque navigare; perfricari ter aut quater die sic, ut nitrum oleo adjiciatur; perfundi aqua calida post cibum; deinde sinapi imponere per omnia membra, excepto capite, [5] donec arrodantur et rubeant; maximeque si corpus durum et virile est: paulatim deinde faciendus est transitus ad ea quae ventrem comprimunt. Assa caro danda, valens et quae non facile corrumpatur: [6] potui vero pluvialis aqua decocta, sed quae per binos ternosve cyathos bibatur. Si vetus vitium est, oportet laser quam optimum ad piperis magnitudinem devorare: [7] altero quoque die vinum [vel aquam] bibere: interdum interposito cibo singulos vini cyathos sorbere: ex inferiori parte [8] infundere pluviatilem egelidam aquam, maximeque si dolor in imis partibus remanet.

XX. * [1] Intra ipsa vero intestina consistunt duo morbi; [2] quorum alter in tenuiore, alter in pleniore est. Prior acutus est; insequens esse longus potest. Diocles Carystius tenuioris intestini morbum *χόρδαψον*, plenioris *εἰλεὸν* nominavit. A plerisque video nunc illum priorem *εἰλεὸν*, hunc [3] *κολικὸν* nominari. Sed prior modo supra umbilicum, modo sub umbilico dolorem movet. [4] Fit

3. *sumere)* Lindenius, *assumere*.

4. *cibique inflantes et acres)* Dubitari potest, num cibi inflantes in hoc morbo utiles sint; et num ita Celsus scripserit. Sed revera inflantia sunt, quae danda esse praecipit, ficus virides, lac, et allium lacti adjectum. Vide cap. 26. lib. 2. Lindenius legit *cibique calentes et acres*. Sed Celsus dixisset *calidi*, ut semper alibi, non *calentes*.

5. *donec arrodantur et rubeant)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii; in libris antiquis, *donec arrodatur, et rubeat*.

6. *potui vero pluvialis aqua)* Lindenius, *in potum vero pluviatilis aqua*.

7. *altero quoque die vinum [vel aquam] bibere)* Duae voces *vel aquam* alienae sunt. Celsus jubet pluvialem aquam decoctam bibendam esse, et altero quoque die vinum.

8. *infundere pluviatilem egelidam aquam)* Lindenius, *infundere aquam pluviatilem egelidam*.

1. *Intra)* Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *Inter*.

2. *quorum alter)* Linden. *quorum unus*.

3 *κολικὸν)* Ita Ed. Lindenii. Codd. plerique, atque Edd. Manutiorum, Constantini, et Stephani, *κωλικὸν*; Cod. Med. 1. et Vat. VIII. ΚΟΝΔΙΟΝ; Edd. sex primae, *chordion*; Caesariana, et Ruelliana, *κὸρδιον*; Salingiacensis, Ghryphiana, et Pantiniana, *κὸρδεον*.

4. *Fit alterutro loco inflammatio: nec alvus &c.)* Ita in Ed. Constantini; sed in margine perperam additur particula *in*, unde

alterutro loco inflammatio: nec alvus, nec spiritus infra transmittitur: si superior pars affecta est, cibus; si inferior, stercus per os redditur: [5] si utrumlibet vetus est. Adjicit periculo vomitus biliosus, mali odoris, aut varius, aut niger. Remedium est sanguinem mittere; vel cucurbitulas pluribus locis admovere, non ubique cute incisa: id enim duobus aut tribus locis satis est: ex ceteris spiritum evocare abunde est. Tum animadvertere oportet, quo loco malum sit: solet enim contra id tumere. Et si supra umbilicum est, alvi ductio utilis non est: si infra est, [6] alvum ducere, ut Erasistrato placuit, optimum est; [7] et saepe id auxilii satis est. Ducitur autem percolato ptisanae cremore cum oleo et melle sic, ut praeterea nihil adjiciatur. Si nihil tumet, duas manus imponere [8] oportet supra summum ventrem, paulatimque deducere: invenietur enim mali locus, qui necesse est renitatur; [9] et ex eo deliberari poterit, ducenda, nec ne alvus sit. Illa communia sunt: calida cataplasmata admovere, eaque imponere a mammis usque ad inguina et spinam, ac saepe mutare: brachia cruraque perfricare: demittere totum hominem [10] in calidum oleum: si dolor non quiescit, etiam in alvum ex parte inferiore tres aut

orta Lindenii lectio *Fit in alterutro loco* &c. Cod. Med. I. habet *Fit alterutra inflammatione alvus* &c. Vat. VIII. *Fit alterutra inflammatione calvus* &c. alii, et Edd. antiquae, *Fit ex alterutro loco inflammatio* &c.

5. *si utrumlibet vetus est. Adjicit periculo vomitus biliosus* &c.) id est, si utralibet parte affecta res inveteravit; ut recte exponit Morgagnus. Plerique Codd. et omnes Edd. antiquae habent *si utrumlibet vetus est, adjicitur periculo vomitus biliosus* &c. Cod. Med. I. et Vat. VIII. *si utrumlibet vetus est, accidit periculo vomitus biliosus*. Ego mutavi *adjicitur* in *Adjicit*; et aliter interpunxi. Lindenius leg. *si utralibet, metus est. Adjicitur periculo, si vomitus biliosus, mali odoris, aut varius, aut niger est*. Morgagnus animadvertit, ubi stercus per os redditur, vomitum non posse esse, nisi mali odoris: et Galenum in Comment. ad Aphor. 10. Sect. 7. docuisse *in ileis vomitum non semper adesse, sed quando exitiales sunt; et si vehementius distorquentur, stercus eis ascendere*. Itaque hunc locum sic restituendum putat: *nec spiritus infra transmittitur. Adjicitur*, vel, quoniam in codice est *accidit*, *Accedit periculo, si vomitus biliosus, mali odoris, aut varius, aut niger est. Si superior pars affecta est cibus, si inferior stercus per os redditur; si utrumlibet vetus est*.

6. *alvum ducere, ut Erasistrato placuit* &c.) Quidam Codd. habent *alvum ducere interdum. Erasistratus placuit* &c. Ed. Lindenii, *alvum ducere interdum, ut Erasistrato placuit*.

7. *et saepe id auxili satis est*) In Codd. Med. I. et Vat. VIII. mendose est *et saepe id auxiliis partis est*. Lindenius leg. *et saepe id auxilii in his partibus magnum remedium est*.

8. *oportet supra summum ventrem*) Haec verba, et quae sequuntur usque ad illa *coeuntia. Id faciunt etiam albae olivae* cap. 20. hujus lib. in Codd. Med. I. et Vat. VIII. desunt: sed Mediceus a Nicolo suppletus est ex alio exemplari, et a Palavicino in hac quoque parte interpolatus.

9. *et ex eo deliberari*) Ita in Cod. Vat. VI. Alii Cod. habent *et ex eodem liberari*; Suppl. Med. I. et Edd. antiquae, *et ex eodem deliberari*; Ed. Lindenii, *et ex eo demum deliberari*.

10. *in calidum oleum*) Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *in calido oleo*.

quatuor cyathos calidi olei dare. Vbi per haec consecuti sumus, [11] ut jam ex inferiore parte spiritus transmittatur, offerre potui mulsum tepidum non multum: nam ante magna cura vitandum est, ne quid bibat. Si id commode cessit, adjicere sorbitionem. Vbi dolor et febricula quierunt, tum demum uti cibo pleniore; sed neque inflante, [12] neque duro, neque valido, ne intestina adhuc imbecilla laedantur. Potui vero nihil, [13] praeterquam puram aquam. Nam sive quid vinolentum, sive acidum est, id huic morbo alienum est. Ac postea quoque vitare oportet balneum, ambulationem, gestationem, ceterosque corporis motus. Nam facile id malum redire consuevit; [14] et sive frigus subit, sive aliqua jactatio, nisi bene jam confirmatis intestinis, revertitur.

XXI. * Is autem morbus qui in intestino pleniore est, in ea maxime parte est, [1] quam caecam esse proposui. Vehemens fit inflatio, vehementes dolores, dextra magis parte: [2] intestinum quod verti videtur, prope spiritum elidit. In plerisque post frigora cruditatesque oritur, deinde quiescit; et per aetatem saepe repetens sic cruciat, ut vitae spatio nihil demat. Vbi is dolor coepit, admovere sicca et calida fomenta oportet; sed primo [3] lenia, deinde validiora; simulque frictione ad extremas partes, id est crura brachiaque, [4] materiam evocare: si discussus non est, qua dolet, cucurbitulas sine ferro defigere. Est etiam medicamentum [5] ejus rei causa comparatum. Id se reperisse Cassius gloriabatur. Magis prodest potui datum: sed impositum quoque extrinsecus, digerendo spiritum, dolorem levat. Nisi finito vero tormento, recte neque cibus, neque potio assumitur. Quo victu sit utendum iis qui hoc genere tentantur, [6] jam mihi dictum est.

11. *ut jam ex inferiore parte)* Caesarius, et Lindenius, *ut ex inferiore parte*.

12. *neque duro)* Duae hae voces in Ed. Lindenii desunt.

13. *praeterquam puram aquam)* In Ed. Constantini ad marginem additur *offerre*.

14. *et sive frigus subit)* Libri antiqui habent *et sive cum frigus subit*. Lindenius leg. *et cum frigus subit*. Ego retineo particulam *sive*, ejecta *cum*.

1. *quam coecam esse proposui)* Vide cap. 1. hujus libri. Ita habent Edd. Caesarii, Gryphii, Pantini, et Stephani; Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae, *quam certam esse proposui*; Ed. Lindenii, *qua coecum esse proposui*.

2. *intestinum quod verti videtur, prope spiritum elidit)* Lindenius, *intestinum verti videtur, quod prope spiritum elidit*.

3. *lenia)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *lenta*.

4. *materiam evocare)* Ita legit Lindenius. Hoc modo Celsus loquitur etiam alibi. Lib. 2. cap. 33. *Evocare vero materiam multa admodum possunt*; et cap. 14. ejusdem lib. *cum a summis, aut a mediis partibus corporis evocare materiam volumus*. Veteres libri habent *materiam revocare*.

5. *ejus rei causa comparatum)* Libri omnes habent *ejus rei causa comparatum, quod κολικὸν nominatur*: sed tria postrema verba ab enarratore aliquo addita sunt. Medicamentum hoc non κολικὸν, sed *colice* a Celso nominatur, itemque a Scribonio Compos. 120.

6. *jam mihi dictum est)* lib. 1. cap. 7. In libris omnibus additur *Confectio medicamenti, quod κολικὸν nominatur, ex his*

* Proxima his inter intestinorum mala tormina esse consueverunt: δυσεντερία Graece vocatur. Intus intestina exulcerantur: ex his cruor manat; isque modo cum stercore aliquo semper liquido, modo cum quibusdam quasi mucosis excernitur: interdum simul quaedam carnosa descendunt: frequens dejiciendi cupiditas, dolorque in ano est: cum eodem dolore exiguum aliquid emittitur; atque eo quoque tormentum intenditur; idque post tempus aliquod levatur; exiguaque requies est: somnus interpellatur: febricula oritur: longoque tempore id malum, cum inveteraverit, aut tollit hominem, aut, etiamsi finitur, excruciat. Oportet in primis conquiescere; siquidem omnis agitatio exulcerat: deinde jejunum sorbere vini cyathum cui contrita radix quinquefolii sit adjecta: imponere cataplasmata super ventrem, [1] quae reprimant; quod in superioribus ventris morbis non expedit: quotiesque [2] desedit, subluere aqua calida in qua decoctae verbenae sint: portulacam vel coctam, vel ex dura muria edisse, [3] [cibos potionesque eas quae adstringunt alvum]. Si vetustior morbus est, ex inferioribus partibus tepidum infundere vel ptisanae cremorem, vel lac, vel adipem liquatam, vel medullam cervinam, vel oleum, vel cum rosa butyrum, vel cum eadem album crudum ex ovis, vel aquam in qua lini semen decoctum sit; vel, si somnus non accedit, vitellos cum aqua in qua rosae floris folia cocta sint. Levant enim dolorem haec, et mitiora ulcera efficiunt; maximeque utilia sunt, si cibi quoque secutum fastidium est. Themison [4] muria dura quam asperrima sic uten- *XXII.

constat. Costi, anisi, castorei, singulorum p. X. III. petroselini p. den. III. (in Ed. Linden. *p. *. III.*) *piperis longi, et rotundi, singulorum p. X. II.* (in Ed. Linden. *p. *. V.*) *papaveris lacrimae, junci rotundi, myrrhae, nardi, singulorum p. X. VI. quae melle excipiuntur. Id autem et devorari potest, et ex aqua calida sumi.* Sed totum hoc irrepsit ex margine, ubi ab aliquo descriptum fuerat ex lib. 5. cap. 25. sect. 12. Celsus cap. 17. ejusdem lib. 5. ita scribit: *In hoc autem volumine eas compositiones explicabo, quae vel desiderari in prioribus potuerunt, vel ad eas curationes pertinent, quas protinus hic comprehendam.* Cum igitur haec compositio in prioribus voluminibus desideraretur, eam explicuit loc. cit. lib. 5. his verbis *Colice vero Cassii ex his constat: croci* &c. *croci*, inquam, non, ut hic habetur, *costi*. Colice Cassii a Scribonio descripta Compos. 120. habet crocum. Porro recte dicitur *Colice ex his constat*; non item, *Confectio medicamenti ex his constat*. Nec vox *confectio* usquam apud Celsum invenitur. Aliqui recentiores Codd. lib. 5. cap. 18. sect. 8. habent in margine *Poliarchion, confectio*; et sect. 12. *Panteni confectio*. Ex quibus manifestum est, unde haec *Confectio medicamenti* &c. profecta sint.

1. *quae reprimant)* Alii omnes leg. *quae reprimunt*; sed iidem infra, *qui leniter ventrem adstringant*.

2. *desedit)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *desidit*.

3. [*cibos, potionesque eas quae adstringunt alvum*]) Membrum insititium et supervacuum. Idem enim infra dicitur; *Cibi vero esse debent, qui leniter ventrem adstringant. Potui, si febricula est, aqua pura calida, vel ea quae ipsa quoque ventrem adstringat, dari debet.*

4. *muria dura quam asperrima)* Scaliger censet *quam asperrima* glossema esse

dum memoriae prodidit. Cibi vero esse debent, [5] qui leniter ventrem adstringant. At ea quae urinam movent, si id consecuta sunt, in aliam partem humorem avertendo, prosunt; si non sunt consecuta, noxam augent: itaque nisi in quibus prompte id facere consuerunt, non sunt adhibenda. Potui, si febricula est, aqua pura calida, vel ea quae ipsa quoque adstringat, dari debet: si non est, [6] vinum leve, austerum. Si pluribus diebus nihil [7] remedia alia juverunt, vetusque jam vitium est, aquae bene frigidae potio assumpta ulcera adstringit, et initium secundae valetudinis facit. Sed ubi venter suppressus est, protinus ad calidam potionem revertendum est. Solet autem interdum etiam putris sanies, pessimique odoris descendere: [8] solet purus sanguis profluere. Si superius vitium est, [9] alvus aqua mulsa duci debet: tum deinde [10] eadem infundi quae supra comprehensa sunt. [11] [Valensque est etiam adversus cancerem intestinorum minii gleba cum salis hemina contrita, [12] si mixta his aqua in alvum datur.] At si sanguis profluit, cibi potionesque esse debent, quae adstringant.

quod *dura* idem significet. Ego quidem non facile ei adstipulaverim.

5. *qui leniter ventrem adstringant. At quae urinam movent, si id consecuta sunt &c.)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindeniana; sed in hac, *moveant*. Codd. Mss. et Edd. antiquae habent *qui leniter ventrem destringant* (quaedam Edd: *distringant*.) *Et ea quae urinam movent* (Ed. Caesariana, et aliae, *moveant*) *si ea consecuta sunt* &c.

6. *vinum leve, austerum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et Edd. antiquae, *vinum lene, austerum*. Vide adnot. 26. ad cap. 22. lib. 3.

7. *remedia alia)* Lindenius leg. *remedia illa*; ut habet in margine Ed. Constantini.

8. *solet purus sanguis profluere)* In margine Ed. Constantinianae legit. *solet et purus sanguis profluere*; in Ed. Lindenii, *solet et interdum purus sanguis profluere*.

9. *alvus aqua mulsa duci debet)* Alvus ducitur vel pura aqua, vel mulsa, vel marina &c. Vide lib. 2. c. 12. s. 2. Lindenius leg. *alvus aqua mulsa elui debet*.

10. *eadem infundi)* Pantinus, et Stephanus leg. *eodem infundi*; Lindenius, *etiam infundi*, ut est in Ed. Salingiacensi.

11. *[Valensque est etiam adversus cancerem intestinorum &c.])* Ita in Mss. atque in Edd. Ruellii, et Stephani. Ceterae Edd. pro *cancerem* habent *ulcera*; ut est in Supplem. Cod. Med. I. et ab alia manu in Cod. Med. IV. Sed Nicolius *cancerem* in *ulcera* mutavit ex ingenio: nam in Med. VII. qui ipsius manu scriptus est, legitur, ut in aliis omnibus, *cancerem*. Mihi haec periodus pluribus de causis suspecta est. Primum vox *cancer* a Celso ubique effertur *cancri* in secundo casu, *cancro* in tertio et sexto, *cancrum* in quarto. Deinde cum dixerit alvum aqua mulsa duci debere; tum eadem infundi quae supra praecepta sunt, id est ptisanae cremorem, vel lac, vel adipem liquatam, quae lenia sunt; verisimile non est acre ejusmodi medicamentum infundi voluisse; multoque minus minium, quod lib. 5. cap. 6. rodentibus adnumerat. Denique cujus magnitudinis, aut ponderis minii gleba esse debeat, non explicat; cum et hic de sale, et alibi de simplicibus medicamentis, et de compositis quoque faciat. Plinius lib. 33. cap. 8. sect. 14. *omnia quae de minio in usum medicinae traduntur, temeraria arbitror; praeterquam fortassis illito capite ventreve, ad sanguinem sistendum, dum ne quid penetret in viscera, ac vulnus attingat: aliter utendum, non equidem censeam*.

12. *si mixta his aqua)* Ita in Mss. Supplem. Cod. Med. I. et Edd. antiquae habent *Si minus mixta his aqua*. In margine Ed. Constantinianae; et in Ed. Lindenii legit. *si minus, mista his aqua*.

XXIII. * Ex torminibus interdum intestinorum laevitas oritur; [1] qua continere nihil possunt, et quidquid assumptum est, [2] imperfectum protinus reddunt. Id interdum aegros trahit, interdum praecipitat. In hoc utique adhibere oportet comprimentia; quo facilius tenendi aliquid intestinis vis sit. Ergo et super pectus [3] ponatur sinapi, exulcerataque cute, malagma quod humorem evocet: [4] et ex verbenis decocta in aqua desideat: et cibos potionesque assumat, quae alvum [5] adstringant: et frigidis [6] utatur perfusionibus. Oportet tamen prospicere, ne simul his omnibus admotis vitium contrarium per immodicas inflationes oriatur. Paulatim ergo firmari intestina debebunt, aliquibus quotidie adjectis. Et cum in omni fluore ventris, tum in hoc praecipue necessarium est, non quoties libet desidere, sed quoties necesse est; ut haec ipsa mora in consuetudinem ferendi oneris intestina deducat. Alterum quoque quod aeque ad omnes similes affectus pertinet, in hoc maxime servandum est; ut cum pleraque utilia insuavia sint, qualis est plantago et rubi et quidquid malicorio mixtum est, ea potissimum ex his dentur, quae maxime aeger volet: deinde, si omnia ista fastidiet, ad excitandam cibi cupiditatem, interponatur aliquid minus utile, sed magis gratum. Exercitationes et frictiones huic quoque morbo necessariae sunt; et cum his sol, ignis, balneum, vomitus, ut Hippocrati visum est, etiam albo veratro, si cetera parum proficient, evocatus.

XXIV. * Nonnumquam autem lumbrici quoque occupant alvum; hique modo ex inferioribus partibus, [1] modo foedius ore redduntur: atque interdum latos eos, qui pejores sunt, interdum teretes videmus. Si lati sunt, aqua potui dari debet, in qua lupinum, aut cortex mori decoctus sit; aut cui adjectum sit contritum vel hyssopum, [2] vel piperis acetabulum, vel scammoniae paulum. Vel

1. *qua continere nihil possunt)* Lindenius, *quae continere nihil possunt*.

2. *imperfectum)* In Ed. Lindenii legitur *inconfectum*: quae vox, quamvis elegantem hoc loco significationem habeat, Facciolato tamen dubia est; quia nec alibi occurrit; et hic quinque ejus Edd. id est Florentina princeps, utraque Aldina, Ghryphiana, et Henrici Stephani magno consensu habent *imperfectum*. His Edd. adde ceteras omnes, Codicesque, et quos Morgagnus inspexit, et quos ego consului. Sed neque haec lectio Facciolato admodum probatur. Plinius tamen lib. 11. cap. 54. sect. 118. ita scribit: *Athletas malunt exercitatione cibos perficere*; et lib. 23. cap. 1. sect. 26. *Vinum-bion prodest stomacho dissoluto, et cibos non perficienti.*

3. *ponatur)* Ita Lindenius; al. *ponetur*; al. *ponitur*.

4. *et ex verbenis decocta in aqua desideat)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii: sed in illa, *desidat*; in hac recte, *desideat*. Libri antiqui habent *et ex verbenis decocta aqua desidat*.

5. *adstringant)* Alii omnes, *adstringunt.*

6. *utatur)* Ita Constantinus, et Lindenius; al. *utetur*.

1. *modo foedius ore redduntur)* Lindenius, *modo, quod foedius, ore redduntur*.

2. *vel piperis acetabulum, vel scammoniae paulum)* Ita in Supplem. Cod. Med. 1. atque in Edd. Manutiorum, Gryphii, Pan-

etiam pridie, cum multum allium ederit, vomat: posteroque die mali punici tenues radiculas colligat, quantum manu comprehendet; [3] eas contusas in aquae tribus sextariis decoquat, donec tertia pars supersit; [4] huc adjiciat nitri paulum, et jejunus bibat. Interpositis deinde tribus horis, [5] duas potiones sumat. At aquae, vel muriae durae sit adjecta: tum [6] desideat subiecta calida aqua in pelve. Si vero teretes sunt, qui pueros maxime exercent, et eadem dari possunt, et quaedam leviora; ut contritum semen urticae, aut brassicae, aut cumini cum aqua, vel menta cum eadem, vel absintium decoctum, vel hyssopum ex aqua mulsa, vel nasturtii semen cum aceto contritum. Edisse etiam et lupinum, et allium prodest; vel in alvum oleum subter dedisse.

XXV. * Est autem aliud levius omnibus proximis, de quibus supra dictum est; quod τεινεσμὸν Graeci vocant. Id neque acutis, neque longis morbis adnumerari debet; [1] cum et facile tollatur, neque umquam per se jugulet. In hoc aeque atque in torminibus frequens desidendi cupiditas est; aeque dolor ubi aliquid excernitur. Descendunt autem pituitae mucisque similia; interdum etiam leviter subcruenta: sed his interponuntur nonnumquam ex cibo quoque [2] recte coacta. Desidere oportet in aqua calida; [3] saepiusque ipsum anum nutrire; [4] cui plura medicamenta idonea

tini, Constantini, et Stephani; sed in Edd. plerisque, *scamoneae*; in aliis, *scammoneae*. Alii Codd. habent *vel piperis acetabulum, vel hyssopum, scamoniae paulum*; ceterae Edd. *vel piperis acetabulum, scammoneae* (aliae *scamoneae*, Constantiniana, *vel scammoneae*) *paulum*.

3. *eas contusas*) Ita Codd. Mss. Vulgo legitur ex Palavicino, *easque contusas*.

4. *huc adjiciat*) Lindenius leg. *huic adjiciat*; ut habet in margine Ed. Constantini.

5. *duas potiones sumat. At aquae, vel muriae durae sit adjecta*) Locus corruptus. Ita legitur in plerisque Codicibus. Supplem. Med. 1. et Edd. antiquae habent *duas potiones sumat, aut aquae, vel muriae durae sic adjectae*; Lindeniana, *duas potiones sumat talis aquae, aut muriae durae huic adjectae*. Sed quomodo fieri potest, ut aeger duas potiones sumat ejus aquae quam ante tres horas jam totam assumpsit? Particula *at* orta videtur ex geminatione syllabae antecedentis; et post vocem *aquae* aliquid deesse. Fortasse ita scriptum erat: *duas potiones sumat aquae, cui sal, vel tertia pars muriae durae sit adjecta*; videlicet ad ventrem purgandum.

6. *desideat*) Ita in Ed. Lindenii; in libris antiquis, *desidat*.

1. *cum et facile tollatur*) Edd. Salingiacensis, et Lindeniana, *cum facile tollatur*.

2. *recte coacta*) concreta, non liquida. Sic lib. 2. cap. 8. *Alvus in hac valetudine ea tuta est, quae quotidie coacta, eaque convenientia iis quae assumuntur, reddit*. Pro *coacta* Constantinus margini adscripsit: » *cocta* vel *concocta* ». Lindenius edidit *recte cocta*.

3. *saepiusque ipsum anum nutrire*) Sic reposuit Lindenius ex emendatione Constantini. Antea legebatur *saepiusque ipsum manu nutrire*.

4. *cui plura medicamenta idonea sunt*) *cui* pro cui rei. Sic lib. 5. cap. 18. *Miscentur autem varie medicamenta simplicia, neque hujus ullus modus est*. Lib. 7. cap. 26. sect. 3. *Si quando vero is calculus major non videtur, nisi rupta cervice extrahi posse, findendus est: cujus repertor Ammonius, ob id λιθότομος cognominatus est*. Lindenius leg. *cui rei plura* &c.

sunt: butyrum cum rosa; acacia ex aceto liquata; emplastrum id quod τετραφάρμακον Graeci vocant, [5] rosa liquatum; [6] alumen lana circumdatum, et ita appositum; eademque ex inferiore parte indita, quae torminum auxilia sunt; eaedem verbenae decoctae, ut inferiores partes foveantur. Alternis vero diebus aqua, alternis leve et austerum vinum bibendum est. Potio esse debet egelida et frigidae propior; ratio victus talis, [7] qualem in torminibus supra praecepimus.

* Levior etiam, dum recens, [1] dejectio est; ubi et liquida alvus, et saepius quam ex consuetudine fertur: [2] atque interdum tolerabilis dolor est, interdum gravissimus; idque pejus est. Sed uno die fluere alvum saepe [3] pro valetudine est: atque etiam pluribus, dum febris absit, et intra septimum diem id conquiescat. Purgatur enim corpus, et quod intus laesurum erat, utiliter effunditur. Verum spatium periculosum est: interdum enim tormina ac febriculas excitat, viresque consumit. Primo die quiescere satis est; neque impetum ventris prohibere. Si per se desiit, balneo uti, paulum cibi capere: si mansit, abstinere non solum a cibo, sed etiam a potione. Postero die, si nihilo minus liquida alvus est, aeque conquiescere; paulum adstringentis cibi sumere. Tertio die in balneum ire; vehementer omnia praeter ventrem perfricare; ad ignem lumbos, scapulasque admovere; cibis uti, sed ventrem contrahentibus; vino non multo, meraco. Si postero quoque die fluet, plus edisse, [4] sed vomere. Et ex toto, donec conquiescat, contra siti, fame, vomitu niti. Vix enim fieri potest, ut post hanc animadversionem alvus non contrahatur. *XXVI.

5. *rosa liquatum)* Fortasse, *ex rosa liquatum*; quemadmodum paulo supra, *acacia ex aceto liquata*.

6. *alumen lana circumdatum)* Lindenius, *alumen lanae circumdatum*. Male.

7. *qualem in torminibus supra praecepimus)* Ita ex emendatione Constantini. Celsus eodem modo alibi loquitur. Cap. 5. hujus lib. *Eadem fere facienda sunt, quae in faucibus exulceratis praecepta sunt*; lib. 7. cap. 33. *Cetera postea sic facienda, ut in vulneribus in quibus pus moveri non debet, praeceptum est*. Codd. Mss. et pleraeque Edd. habent *qualem in tormina* &c. Ed. Caesariana, *quod ad tormina* &c. Lindeniana, *qualem ad tormina* &c.

1. *dejectio est)* In Edd. Junt. Caesar. Gryph. Constant. et Linden. deest verbum *est*.

2. *atque interdum)* Lindenius leg. *In qua interdum*.

3. *pro valetudine est)* loco morbi: nam uno die fluere alvum, pro morbo non habetur. Simili formula utitur Seneca epist. 72. *Ex morbo gravi et diutino emergentem, cui sanitatis loco est levior accessio*.

4. *sed vomere. Et ex toto, donec conquiescat &c.)* Ita Codices plerique omnes, Lib. 2. cap. 15. *Et ex toto numquam gestari corpus dolens debet*; et lib. 3. cap. 3. sect. 1. *Et ex toto non sic pueri, ut viri, curari debent*. In aliis Codd. legitur *sed vomere. Ex toto* &c. in Supplem. Med. 1. et in libris vulgatis, *sed vomere etiam. Ex toto* (in aliis, *etiam ex toto*) *donec conquiescat*.

Alia via est ubi velis supprimere: coenare, deinde vomere: postero die [5] in lecto conquiescere; [6] vespere ungi, sed leniter; deinde panis circa selibram ex vino amineo mero sumere; tum assum aliquid, maximeque avem; et postea vinum idem bibere [7] aqua pluviatili mixtum: idque [8] usque quintum diem facere, iterumque vomere. Frigidam autem assidue potionem esse debere, contra priores auctores Asclepiades affirmavit, et quidem quam frigidissimam. Ego experimentis quemque in se credere debere existimo, calida potius, an frigida utatur. Interdum autem evenit, [9] ut id pluribus diebus neglectum, curari difficilius possit. A vomitu oportet incipere: deinde postero die [10] vespere tepido loco ungi; cibum modicum assumere, vinum meracum quam asperrimum; impositam super ventrem habere cum cerato rutam. In hoc autem affectu corporis neque ambulatione, neque frictione opus est: vehiculo sedisse, vel magis etiam equo prodest: neque enim ulla res magis intestina confirmat. Si vero etiam medicamentis utendum est, [11] aptissimum est id quod ex pomis fit. Vindemiae tempore in grande vas conjicienda sunt pira atque mala silvestria: si ea non sunt, pira tarentina viridia, vel signina, mala scandiana, [12] vel amerina, myrapia; hisque adjicienda sunt cotonea, et cum ipsis corticibus suis punica, [13] sorba, et quibus magis utimur, et torminalia, sic, ut haec tertiam ollae partem teneant: tum deinde ea musto implenda est; coquendumque id, donec omnia quae indita sunt, liquata, in unitatem quamdam coeant.

5. *in lecto conquiescere)* Ed. Salingiacensis, et Lindeniana, *lecto conquiescere*.

6. *vespere ungi, sed leniter)* Cesarius, et alii, *vesperi ungi, sed leniter*; Lindenius, *vesperi ungi, sed leviter*.

7. *pluviatili)* Ita multi Codd. et Ed. Lindenii; alii Codd. et antiquae Edd. *pluviali*.

8. *usque quintum diem)* Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *usque ad quintum diem*.

9. *ut id)* Lindenius, *ut id malum*.

10. *vespere tepido loco ungi)* Ed. Caesariana, et aliae, in his Lindeniana, *vesperi* &c. Cod. Venet. et Edd. Manut. *vespere tepido oleo ungi*; Edd. Constant. et Steph. *vesperi tepido oleo ungi*.

11. *aptissimum est id quod* &c.) Lindenius, *aptissimum est, quod* &c.

12. *vel amerina, myrapia)* Fortasse addenda est particula *vel*, et duae voces *vel myrapia* transferendae, atque ita legendum: *pira tarentina viridia, vel signina, vel myrapia, mala scandiana* &c. Nam mala myrapia nullus auctor, quod sciam, commemorat: pira myrrapia habent Columella lib. 12. cap. 10. RR. Plinius, qui *ab odore myrapia* esse dicta tradit lib. 15. cap. 15. sect. 16. In Ed. Caesariana, et aliis est *myrrhappia*; in Constantiniana, et Lindeniana, *myrrhapia*.

13. *sorba, et quibus magis utimur, et torminalia)* Supplem. Codicis Med. I. et libri editi habent *sorba. et quibus magis utimur, etiam torminalia*. Sed in Cod. Med. VII. qui ipsius Nicolii manu scriptus est, et in aliis omnibus quos vidi, legitur *et quibus magis utimur, et torminalia*. Ex quo apparet *et* in *etiam* a Nicolio mutatum fuisse. Haec autem verba sic explano: sorba, et ea quibus magis utimur ad cibum, et ea quae pro medicamento adhibemus. Id auctore Plinio facio, qui de sorbis ita scribit lib. 15. cap. 21. sect. 23. *quartum genus torminale, remedio tantum probabile*.

Id gustui non insuave est; et quandocumque opus est, assumptum leniter sine ulla stomachi noxa ventrem tenet. Duo aut tria cochlearia uno die sumpsisse, satis est. [14] Alterum valentius genus: myrti baccas legere, ex his vinum exprimere, id decoquere, ut decima pars remaneat, ejusque cyathum sorbere. Tertium, quod [15] quandocumque fieri potest: malum punicum excavare, exemptisque omnibus seminibus, membranas quae inter ea fuerunt, iterum conjicere: tum infundere cruda ova, rudiculaque miscere: deinde malum ipsum super prunam imponere; quod, dum humor intus est, non aduritur: ubi siccum esse coepit, removere oportet, extractumque cochleari, quod intus est, edisse. [16] Aliquibus adjectis, majus momentum habet: itaque etiam in piperatum conjicitur, misceturque cum sale et pipere, [17] atque ex his edendum est. Pulticula etiam, cum qua paulum ex favo vetere coctum sit, et lenticula cum malicorio cocta, rubique cacumina in aqua decocta, et ex oleo atque aceto assumpta, efficacia sunt: [18] atque ea aqua in qua vel palmulae, vel malum cotoneum, vel arida sorba, vel rubi [19] decocti sint [potata]: quod genus significo, quoties potionem dandam esse dico, quae adstringat. Tritici quoque hemina in vino amineo austero decoquitur; idque triticum jejuno ac sitienti datur; superque id vinum id sorbetur: quod jure valentissimis medicamentis adnumerari potest. Atque etiam potui datur [20] vinum signinum, vel resinatum austerum, vel quodlibet austerum. Contunditurque cum corticibus seminibusque suis punicum malum, vinoque tali miscetur; idque vel merum sorbet aliquis, vel bibit mixtum. Sed medicamentis uti, nisi in vehementibus malis, supervacuum est.

* Ex vulva quoque feminis vehemens malum nascitur: proximeque ab stomacho vel afficitur haec, vel corpus afficit: inter- XXVII.

14. *Alterum valentius genus)* In Codd. Mss. atque in Edd. Gryph. Constant. et Steph. additur *est*.

15. *quandocumque)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *quandoque*: sed profecto mendose. Neque enim credibile est, Celsum paulo supra scripsisse *quandocumque opus est*; hic *quandoque fieri potest*. Vide adnot. 4. ad cap. 6. lib. 6.

16. *Aliquibus adjectis &c.)* Lindenius, *Hoc, aliquibus adjectis &c.*

17. *atque ex his edendum est. Pulticula etiam &c.)* Codd. Vaticani II. et VII. habent *atque ex his edendum. Pulticula etiam &c.* Ego addidi verbum *est* ex aliis Codd. et ex Edd. antiquis, in quibus habetur *est quid edendum. est pulticula etiam &c.* In margine Ed. Constantinianae legit. *quod ab his edendum est: pulticula etiam &c.* in Ed. Lindenii, *esturque ex his. Edenda est pulticula etiam &c.*

18. *atque ea aqua)* Lindenius, *ut et ea aqua.*

19. *decocti sint [potata]:)* Alii omnes leg. *decocti sunt, potata.* Membrum hoc pendet a praecedenti verbo *assumpta*: vox *potata* addita est ex glossemate. Celsus, ut optimi alii auctores *pota* dicunt, et *epota*.

20. *vinum signinum)* Plinius lib. 23. cap. 1. sect. 21. *Alvo citae vinum signinum maxime convenire, indubitatum est.*

dum etiam sic exanimat, ut tamquam comitiali morbo prosternat. Distat tamen hic casus, eo quod neque oculi vertuntur, nec spumae profluunt, nec nervi distenduntur: sopor tantum est. [1] Idque quibusdam feminis crebro revertens [2] perpetuum fit. Vbi incidit, si satis virium est, sanguis missus adjuvat: [3] si parum [est], cucurbitulae tamen defigendae sunt in inguinibus. Si diutius aut jacet, aut alioqui jacere consuevit, admovere oportet naribus extinctum ex lucerna linamentum, vel aliud ex iis [4] quae foedioris esse odoris retuli, quod mulierem excitet. Idemque aquae frigidae perfusio efficit. Adjuvatque ruta contrita cum melle, vel ex cyprino ceratum, vel quodlibet calidum et humidum cataplasma naturalibus pube tenus impositum. Inter haec etiam perfricare coxas et poplites oportet. Deinde ubi ad se rediit, [5] circumcidendum vinum est in totum annum, etiamsi casus idem non revertitur: frictione quotidie utendum totius quidem corporis, praecipue vero ventris et poplitum: cibus ex media materia dandus: sinapi super imum ventrem tertio quoque aut quarto die imponendum, donec corpus rubeat. [6] Si durities manet, mollire commode videtur solanum in lac demissum, deinde contritum; et cera alba atque medulla cervina cum irino, aut sevum taurinum vel caprinum cum rosa mixtum. Dandum etiam potui vel castoreum est, vel git, vel anethum. Si parum pura est, [7] purgetur junco quadrato. Si vero vulva exulcerata est, [8] ceratum ex rosa [fiet], et recens suilla adeps, et ex ovis album misceatur, idque apponatur; vel album ex ovo cum rosa mixtum, adjecto, quo facilius consistat, contritae rosae pulvere. [9] Dolens vero ea

1. *Idque)* Lindenius, *Id vitium*.

2. *perpetuum fit)* Reposui *fit* pro *est*, quod habent libri antiqui: *fit* autem facile commutari potuit cum *'st*. Vide adnot. 4. ad cap. 4. lib. 6. Lindenius leg. *perpetuum evadit*.

3. *si parum [est])* Verbum *est* abundat.

4. *quae foedioris esse odoris retuli)* lib. 3. cap. 20.

5. *circumcidendum vinum est in totum annum)* Ritthershusius affert hunc Celsi locum in adnot. ad Phaedri Fab. 19. lib. 4. et vocem *annum* delendam censet: quasi femina hoc morbo affecta, toto vitae tempore a vino abstinere debeat. Sed Celsus praecipit ut toto anno abstineat, *etiamsi casus idem non revertitur*: si non revertitur, ut, anno exacto, ad consuetudinem redeat. Sic cap. 31. hujus lib. *quidam cum toto anno a vino, mulso, venere sibi temperassent, securitatem totius vitae consecuti sunt*.

6. *Si durities manet)* Nihil praecedit de duritie, quo haec referantur. Videntur aliqua deesse.

7. *purgetur)* Ita in Ed. Lindenii; in libris antiquis, *purgatur*.

8. *ceratum ex rosa [fiet], et recens suilla adeps &c.)* Lindenius leg. *ceratum ex rosa fiat, etiam recens suilla adeps &c.* Lego *ceratum ex rosa, et recens suilla adeps*. Verbum *fiet*, sive *fiat* glossema esse puto. Paulo supra, *Adiuvatque ruta contrita cum melle, vel ex cyprino ceratum*; lib. 5. cap. 28. sect. 2. *Si ulcus aequale est, ceratum ex rosa superinjiciendum est*.

9. *Dolens vero ea)* Lindenius, *Dolens vero vulva*.

sulphure suffumigari debet. At si purgatio nimia mulieri nocet, remedio sunt cucurbitulae, cute incisa, inguinibus vel etiam sub mammis admotae. [10] Si maligna purgatio est, [11] subjicienda sunt

* * * * * *

coeuntia. [12] Id faciunt etiam albae olivae, et nigrum papaver cum melle assumptum, et gummi cum trito semine apii liquatum, et cum cyatho passi datum. Praeter haec [13] in omnibus vesicae doloribus idoneae potiones sunt quae ex odoribus fiunt, id est spica nardi, croco, [14] cinnamo, casia, similibusque: idemque etiam decocta lentiscus praestat. Si tamen intolerabilis dolor est, et sanguis profluit, etiam sanguinis detractio apta est; aut certe coxis admotae cucurbitulae cute incisa.

* At [1] cum urina super potionum modum etiam sine dolore profluens maciem et periculum facit, si tenuis est, opus est exercitatione et frictione, maximeque in sole, vel ad ignem: balneum rarum esse debet, neque longa in eo mora; cibus comprimens: * 2.

10. *Si maligna purgatio est)* exigua, nimis parca, quae nimiae purgationi opponitur.

11. *subjicienda sunt)* Edd. sex primae, et Ruelliana ita habent: *subjicienda sunt coeuntia*; Manutianae, *subjicienda sunt * coeuntia*; Caesariana, Pantiniana, et Stephani, *subjicienda sunt coercentia*; Gryphiana, et Constantiniana, *subjicienda sunt * coeuntia*; Constantiniana in margine, *menses evocantia*; Lindeniana, *subjicienda sunt * coeuntia*. In Codd. Mss. inter haec verba *subjicienda sunt*, et illa *coeuntia*. *Id faciunt* &c. quae infra posita sunt, magna lacuna est; et in plerisque margini adscriptum est, *Desunt in vetustissimo exemplari duo folia.* Quae desint, Morgagnus ostendit ex ea parte Indicum, qui huic libro praepositi sunt in Codd. Foroliviensi, et Veneto: quae pars huic lacunae respondet: videlicet

CII. Vola (id est *Volva*) *exulcerata est.*
CIII. De Vesica.
CIIII. De calculis in vesica.
CV. In omni dolore vesicae.

Ejusmodi Indices habentur etiam in Codd. Mediceis II. III. IV. V. VI. et VII. et in multis Vaticanis: in Med. autem I. et Vat. VIII. haec sunt: *De capitis doloribus, de distentione oris, linguae resolutione, destillatione, . . . dejectione, vulvae, et vesicae vitiis, profusione seminis, coxis, genibus, humeris, pedibus, manibus dolentibus*. Vide adnot. 8. ad cap. 20. hujus libri.

12. *Id faciunt etiam albae olivae, et nigrum papaver)* Codd. Vat. VIII. *Idem faciunt* &c. Lindenius leg. *Id faciunt etiam albae violae, nigrum papaver*; quod minime probandum. Nam albae olivae adstringendi vim habent, ideoque huc aptae sunt, non item albae violae. Plinius lib. 23. cap. 2. sect. 36. *Olivae albae . . . . praeclarum habent, antequam condiantur, usum recentes per se cibi modo devoratae. Medentur enim arenosae urinae* &c.

13. *in omnibus vesicae doloribus)* Lindenius leg. *in omnibus vulvae doloribus*, ut habet in margine Ed. Constantini. Nempe Constantinus, et Lindenius ita mutarunt, quod neutri perspectum esset, quae hic deessent.

14. *cinnamo)* Ita Codd. Mss. atque Edd. 1478. 1481. 1493. ceterae Edd. *cinnamomo*.

1. *cum urina super potionum modum etiam sine dolore profluens* &c*)* διαβήτην Graeci vocant. Lindenius leg. *At cum urina super potionum modum mingitur, et jam sine dolore profluens* &c.

vinum austerum, meracum, per aestatem frigidum, per hiemem egelidum; sed tantum, quantum minimum sit. [2] Alvus quoque vel ducenda, vel lacte purganda est. Si crassa urina est, vehementior esse debet et exercitatio, et frictio: longior in balneo mora: [3] cibis opus est teneris, vino codem. In utroque morbo vitanda omnia sunt, quae urinam movere consuerunt.

XXVIII. * [1] Est etiam circa naturalia vitium, nimia profusio seminis, quod sine venere, sine nocturnis imaginibus sic fertur, ut interposito spatio tabe hominem consumat. In hoc affectu salutares sunt vehementes frictiones, perfusiones, natationesque quam frigidissimae: neque cibi, nec potio, nisi frigida assumpta. [2] Vitare autem oportet cruditates et omnia inflantia: nihil ex iis assumere quae contrahere semen videntur; qualia sunt siligo, simila, ova, alica, amylum, omnis caro glutinosa, piper, eruca, bulbi, nuclei pinei. Neque alienum est fovere inferiores partes [3] aqua decocta ex verbenis comprimentibus: ex iisdem aliqua cataplasmata imo ventri inguinibusque circumdare; [4] praecipueque ex aceto rutam: vitare etiam ne supinus obdormiat.

XXIX. * Superest ut ad extremas partes corporis veniam, quae ar-

2. *Alvus quoque)* Codd. Mss. et sex Edd. primae habent *Infinita alvus quoque*; ceterae Edd. *Infima alvus quoque*. Vnde orta sit vox *infinita*, nescio: sed qui hanc in *infima* mutarunt, id invito Celso fecerunt, qui eam voci *alvus* numquam adjunxit, ubi de eadem ducenda praecepta tradidit. Vide lib. 2. cap. 12. sect. 2. et adnot. 2. ad cap. 4. lib. 3.

3. *cibis opus est teneris, vino eodem)* Cod. Vat. VIII. babet *cibis opus est tenerib; vinum eodem*; alii; *cibis opus est tenerib; vinum idem*; libri editi, *cibis opus est teneris, vinum idem*. Ego pro *vinum* reposui *vino*, et ex Cod. Vat. VIII. *eodem* pro *idem*. In margine Ed. Constantinianae leg. *tennibus* pro *teneris*; sed nihil mutandum. Lib. 2. cap. 28. *tenera caro*; cap. 29. ejusdem lib. *teneri pisces*.

1. *Est etiam circa naturalia vitium)* Totum hoc caput in Cod. Vat. VIII. deest.

2. *Vitare autem oportet &c.)* Lindenius leg. *Oportet autem vitare cruditates, et omnia inflantia: nihilque ex his assumere &c.*

3. *aqua decocta ex verbenis comprimentibus)* Malim *reprimentibus*; ut cap. 31. hujus lib. *aqua egelida in qua lentiscus, aliave verbena ex reprimentibus decocta sit*; et cap. 18. lib. 3. *aqua fovere, in qua verbenae aliquae decoctae sint ex reprimentibus*. Vide ibi adnot. 21. Sed cum Celsus cap. 22. hujus lib. ita scripserit: *sublnere aqua calida in qua decoctae verbenae sint*; et cap. 23. *ex verbenis decocta in aqua desideat*; hic vox *comprimentibus* videri potest ex glossemate addita.

4. *praecipueque ex aceto rutam; vitare etiam ne supinus obdormiat)* Ita in Ed. Constantini. Codd. Mss. atque Edd. pleraeque habent *praecipueque ex aceto rutam vitare, et ne supinus obdormiat.* Gryphius, Pantinus, et Stephanus leg. *praecipueque ex aceto rutam vitare: etiam ne supinus obdormiat*; Lindenius, *praecipueque ex aceto. Vitare autem oportet rutam, et ne supinus obdormiat*. Male omnes, praeter Constantinum. Nam, ut animadvertit Morgagnus, alii quoque veteres medici rutam in hoc vitio utilem esse tradiderunt. Plinius lib. 20. cap. 12. sect. 51. ita scribit: *Mirum est, cum ferventem rutae naturam esse conveniat, fasciculum ejus in rosacco decoctum, addita uncia aloes, perunctis sudorem reprimere. Itemque generationes impediri hoc cibo: ideo in profluvio genitali datur, et venerem crebro per somnia imaginantibus.*

ticulis inter se conseruntur. Initium a coxis faciam. Harum ingens dolor esse consuevit: isque hominem saepe debilitat, et quosdam non dimittit. Eoque id genus difficillime curatur, [1] quod fere post longos morbos vis pestifera huc se inclinat; quae [2] ut alias partes liberat, [3] sic hanc jam ipsam quoque affectam prehendit. Fovendum primum aqua calida est: deinde utendum calidis cataplasmatis. Maxime prodesse videtur aut cum hordeacea farina, aut cum ficu ex aqua decocta mixtus capparis cortex concisus, vel lolii farina ex vino diluto cocta, et mixta [4] cum arida faece: quae quia refrigescunt, imponere noctu malagmata commodius est. Inulae quoque radix contusa, [5] et ex vino austero postea cocta, et late super coxam imposita, inter valentissima auxilia est. Si ista non solverunt, sale calido et humido utendum est. Si ne sic quidem finitus dolor est, aut tumor ei accedit, incisa cute admovendae sunt cucurbitulae; movenda urina; alvus, si compressa est, ducenda. Vltimum est, [6] et in veteribus quoque morbis efficacissimum, tribus aut quatuor locis super coxam, cutem candentibus ferramentis exulcerare. [7] Sed frictione quoque utendum est, maxime in sole, et eodem die saepius; quo facilius ea quae coeundo nocuerunt, digerantur: eaque si nulla exulceratio est, etiam ipsis coxis; [8] si est, ceteris partibus adhibenda est. Cum vero saepe aliquid exulcerandum candenti ferramento sit, ut materia inutilis evocetur, illud perpetuum est, non ut primum fieri potest, hujus generis ulcera sanare; sed ea trahere, donec id vitium cui per haec opitulamur, conquiescat.

* Coxis proxima genua sunt; in quibus ipsis nonnumquam XXX.*

1. *quod fere post longos morbos vis pestifera huc se inclinat; quae &c.)* Lindenius, *quod fere post longos morbos vi pestifera huc se inclinat: quod &c.*

2. *ut alias partes liberat).* Ita in Cod. Vat. II. in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Cod. Vat. VIII. habet *utiles partes liberat*; alii, et Edd. antiquae, *ut illas partes liberat*.

3. *sic hanc jam ipsam quoque affectam)* Ita Cod Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *sic hanc ipsam quoque affectam*.

4. *cum arida faece)* Lib. 3. cap. 19. *pulvis ex austeri et boni vini arida faece*. Sic autem reposuit Lindenius. Antea legebatur *cum acida facce*.

5. *et ex vino austero postea cocta)* Alibi quoque Celsus adverbium *postea* similiter transfert. Lib. 6. cap. 18. sect. 2. *ac neque reduci possit postea*; sect. 4. ejusdem cap. *neque succurri postea possit*; et lib. 7. cap. 7. sect. 8. *aliquid relinquatur, quod apprehendere acus postea possit*. Lindenius legit *et postea ex vino austero cocta*.

6. *et in veteribus quoque morbis efficacissimum)* Aphor. ult. Sect. 6. Sic cap. proxime sequenti, *Omnes autem ejusmodi dolores, ubi inveteraverunt, vix citra ustionem finiuntur*. Pro *veteribus* in Edd. 1478. 1481. 1493. mendose est *uteribus*, unde ortum *et in uteri quoque morbis &c.* quod habent Edd. Pinzii, Bevelaquae, Juntae, Caesarii, Lindenii.

7. *Sed frictione quoque utendum est)* Lindenius, *Fricatione quoque utendum est.*

8. *si est, ceteris partibus adhibenda est)* Ita in Ed. Lindenii. In Cod. Vat. VIII. deest *si*. Cod. Med. I. habet *sic et ceteris partibus &c.* alii, et Edd. antiquae, *sicut et ceteris partibus &c.*

dolor esse consuevit. In iisdem autem cataplasmatis cucurbitulisque praesidium est: sicut etiam cum in humeris, aliisve commissuris dolor aliquis exortus est. Equitare ei cui genua dolent, inimicissimum omnium est. Omnes autem ejusmodi dolores, ubi inveteraverunt, vix citra ustionem finiuntur.

XXXI.* * In manibus pedibusque articulorum vitia frequentiora longioraque sunt; [1] quae in podagris chiragrisve esse consuerunt. [2] Ea raro vel castratos, vel pueros ante feminae coitum, vel mulieres, nisi quibus menstrua suppressa sunt, tentant. [3] Vbi sentiri coeperunt, sanguis mittendus est: id enim inter initia statim factum, saepe annuam, [4] nonnumquam perpetuam valetudinem bonam praestat. Quidam etiam [5] cum asinino lacte epoto sese eluissent, in perpetuum hoc malum evaserunt. Quidam cum toto anno a vino, mulso, venere sibi temperassent, securitatem totius vitae consecuti sunt. Idque utique post primum dolorem servandum est, etiamsi quievit. Quod si jam consuetudo ejus facta est, potest quidem aliquis esse securior iis temporibus quibus dolor se remisit: [6] majorem vero curam adhibere debet iis quibus id

1. *quae in podagris chiragrisve esse consuerunt &c.)* Verba haec mihi suspecta sunt. Nam vitia articulorum in manibus pedibusque, ipsae sunt chiragra et podagra. Vide lib. 2. cap. 8. Lindenius legit *Quae in podagricis chiragricisve esse consuerunt, ea raro vel castratos* &c. quasi in hoc capite non solum de chiragra podagrave; sed etiam de aliis in manibus pedibusque articulorum vitiis agatur.

2. *Ea raro vel castratos, vel pueros ante feminae coitum, vel mulieres &c.)* Ex Aphorismis 28. 29. et 30. Sect. 6. Galenus in Comment. *Eunuchos podagra non tentari, Hippocratis temporibus verum erat: nunc vero propter nimium tum otium, tum vitae intemperantiam, non item habetur verum.* Seneca epist. 95. *Quid ergo mirandum est, maximum medicorum, ac naturae peritissimum in mendacio deprehendi, cum tot feminae podagricae, calvaeque fiant? Beneficium sexus suis vitiis perdiderunt.*

3. *Vbi sentiri coeperunt)* Edd. Pinzii, et Lindenii, *Vbi sentire coeperunt*.

4. *nonnumquam perpetuam valetudinem bonam praestat)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Sic cap. 7. hujus lib. *facilis ad bonam valetudinem recursus est*; et cap. 12. *reddit huic imbecillitas sua, nisi iisdem defenditur bona valetudo, quibus reddita est.* Plerique Codd. atque Edd. Manutianae, aliaeque habent *nonnumquam perpetuam valetudinem totam praestat*; Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae, et Caesariana, *nonnumquam perpetuam valetudinem praestat*.

5. *cum asinino lacte epoto sese eluissent)* Ita in Med. 1. Vat. VIII. aliisque Codd. sed in Vaticano, *lacte poto*. Vat. II. habet *cum asinino lacte se eluissent*; alii, et pleraeque Edd. *cum asinino lacte epoto se eluissent*; alii, et Edd. Manutior. Ruel. Gryph. et Constant. *cum asinino lotio epoto se eluissent*; Ed. Lindenii, *cum asinino lacte poto ex toto se eluissent*. Plinius lib. 28. cap. 9. sect. 33. *Sunt inter exempla, qui asininum lac bibendo, liberati sunt a podagra, chiragraque*.

6. *majorem vero curam adhibere debet iis quibus id revertitur)* Libri omnes habent *majorem vero curam adhibere debent ii* (al. *hi*) *quibus id revertitur*. Morgagnus monuit pro *ii*, sive *hi*, legendum esse *iis*, id est temporibus. Ego et *iis* reposui, et *debet* pro *debent*; quia verbum hoc regitur ab *aliquis*. Krausius quoque legit *majorem vero curam adhibere debet his* &c.

revertitur; [7] quod fere vere autumnove fieri solet. [8] Cum vero dolor urget, [9] mane gestari debet; deinde ferri in ambulationem, ibi se dimovere; et si podagra est, interpositis temporibus exiguis, invicem modo sedere, modo ingredi; tum antequam cibum capiat, sine balneo loco calido leniter perfricari, sudare, perfundi aqua egelida; deinde cibum sumere ex media materia, interpositis rebus urinam moventibus; quotiesque plenior est, evomere. Vbi dolor vehemens urget, interest sine tumore is sit, an tumor cum calore, [10] an tumor jam etiam obcalluerit. Nam si tumor nullus est, calidis fomentis opus est. Aquam marinam, vel muriam duram fervefacere oportet, deinde in pelvem conjicere; et cum jam homo pati potest, pedes demittere, superque pallam dare, et vestimento tegere; paulatim deinde juxta labrum ipsum ex eadem aqua leniter infundere, ne calor intus destituat; ac deinde noctu cataplasmata calefacientia imponere; [11] maximeque hibisci radicem ex vino coctam. Si vero tumor calorque est, [12] utiliora sunt refrigerantia, recteque in aqua quam frigidissima articuli continentur; sed neque quotidie, [13] neque diu, ne nervi [14] indurescant. Imponendum vero est cataplasma quod refrigeret: [15] neque tamen in hoc ipso diu permanendum; sed ad ea transeundum, quae sic reprimunt, ut emolliant. Si major est dolor, papaveris cortices in vino coquendi, miscendique cum cerato sunt, quod ex rosa factum sit: vel cerae et adipis suillae tantumdem una liquandum, deinde his vinum miscendum, atque ubi quod ex eo impositum est, incaluit, detrahendum, et subinde aliud

7. *quod fere vere autumnove fieri solet)* Ex Aphor. 55. Sect. 6.

8. *Cum vero dolor urget)* Haec opponuntur verbis antecedentibus *potest quidem aliquis esse securior in temporibus quibus dolor se remisit*. Sic autem legitur in Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Edd. sex primis, et Manutianis. Alii Codd. ceteraeque Edd. habent *Cum vero dolor non urget*.

9. *mane gestari debet; deinde ferri in ambulationem, ibi se dimovere)* Ambulatio locus erat juxta aedes ad ambulandum. Sic reposui ex Cod. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *manu gestari debet, deinde ferri, in ambulatione* (al. *inambulatione*) *leni se dimovere* (aliqui Codd. *se movere*); Ed. Lindenii; *mane gestari debet; aut inambulatione leni se dimovere*.

10. *an tumor jam etiam obcalluerit)* Alii omnes, *obcaluerit*, vel *occaluerit*.

11. *maximeque hibisci radicem &c.)* Plinius lib. 20. cap. 4. sect. 14. *Celsus et podagris quae sine tumore sint, radicem ejus* hibisci *ex vino decoctam imponi jubet*.

12. *utiliora sunt refrigerantia)* Lindenius legit *utilioraque sunt refrigerantia*.

13. *neque diu)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et pleraeque Edd. *neque diu fit*; Ed. princeps, et Lindeniana, *neque diu fiat*. Sed *fit*, sive *fiat* ex margine irrepsit.

14. *indurescant)* Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae, Caesariana, Ruelliana, Pantiniana, et Lindeniana; alii Codd. ceteraeque Edd. *laedantur*.

15. *neque tamen in hoc ipso diu permanendum)* In Edd. Salingiacensi, Gryphiana, Pantiniana, Constantiniana, et Stephani deest *diu*. Aliqui Codd. atque Edd. Manutiorum habent *neque tamen in hoc quotidie permanendum*; Ed. Ruellii, *neque tamen in hoc quotidie diu permanendum*.

imponendum est. Si vero tumores etiam obcalluerunt, et dolent, levat spongia imposita, quae subinde [16] ex oleo, et aceto, vel aqua frigida exprimitur; aut pari portione inter se mixta pix, cera, alumen. [17] Sunt etiam plura idonea manibus pedibusque malagmata. Quod si nihil superimponi dolor patitur, id quod sine tumore est, fovere oportet spongia, quae in aquam calidam demittatur, in qua vel [18] papaveris cortices; vel cucumeris silvestris radix decocta sit: tum inducere articulis crocum cum suco papaveris et ovillo lacte. At si tumor est, foveri quidem debet [19] aqua egelida in qua lentiscus, [20] aliave verbena ex reprimentibus decocta sit: induci vero medicamentum ex nucibus amaris cum aceto tritis; aut ex cerussa, cui contritae herbae muralis sucus sit adjectus. Lapis etiam qui carnem exedit, quem σαρκοφάγον Graeci vocant, excisus sic, [21] ut pedes capiat, demissos eos cum dolent, retentosque ibi levare consuevit. [22] Ex quo in Asia lapidi asio gratia est. Vbi dolor et inflammatio se remiserunt; [23] quod intra dies quadraginta fit, nisi vitium hominis accessit; modicis exercitationibus, abstinentia, unctionibus lenibus utendum est sic, ut [24] etiam cum acopo, vel liquido cerato cyprino articu-

16. *ex oleo, ex aceto)* Ita Codd. Mss. Vulgo legitur *ex oleo, vel aceto;* ut habet ab alia manu Cod. Med. IV.

17. *Sunt etiam plura* &c.*)* Vide lib. 5. cap. 18.

18. *papaveris cortices)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. Manutianae, *papaveris corticis;* Edd. ceterae, *papaveris cortex.*

19. *aqua egelida)* Ita Codd. Mss. Editionesque princeps Florentina, Stephaniana, et Lindeniana; Ed. an. 1481. aliaeque, *aqua calida*. Ruellius legit *aqua congelida*. Sed vox *congelidus* neque umquam apud Celsum, neque apud alium Scriptorem invenitur, ut monet Facciolatus in Animadversionibus Criticis in Lexicon Danetii.

20. *aliave verbena ex reprimentibus decocta sit)* Ruellius, et Stephanus, *verbena, aliave ex reprimentibus decocta sint;* Lindenius, *aliave ex reprimentibus verbena decocta sit.* Vide adnot. 21. ad cap. 18. lib. 3.

21. *ut pedes capiat)* Reliqua hujus capitis verba, et proximum caput 32. quaeque sequuntur in proximo libro usque ad verba illa cap. 22. sect. 7. *gallae p. X. r. cerussae combustae p. X. VIII.* in Cod. Vat. VIII. desiderantur.

22. *Ex quo in Asia lapidi asio gratia est)* Ita in Cod. Med. I. et in Edd. antiquis. Sic lib. 7. cap. 2. abscessus *candenti ferramento aperiri debet; cujus haec gratia est, quod exigua plaga diutius ad pus evocandum patet* &c. Hac dicendi forma saepe utitur Plinius. Lib. 29. cap. 11. sect. 44. *apio gratia in vulgo est;* lib. 12. cap. 15. sect. 32. *praecipua autem gratia est mammoso turi*. Alii Codd. habent *Ex quo in Asia lapidi tasio faciunt gratia est ad juvandum;* alius apud Constantinum, et Ed. Lindenii, *Ex quo in Asso sepulchra faciunt. Ex lapidi Asio gratia est ad juvandum*. Verba haec *in Asso sepulchra faciunt* conflata videntur ex iis quae de hoc lapide tradit Plinius lib. 37. cap. 17. sect. 27. *In Asso Troadis lapis fissili vena scinditur. Corpora defunctorum condita in eo absumi constat intra XL. diem, exceptis dentibus*.

23. *quod intra dies quadraginta fit)* Ex Aphor. 49. Sect. 6. Lindenius perperam legit *quod intra dies triginta fit*.

24. *ut etiam cum acopo, vel liquido cerato cyprino articuli perficientur)* Ita legitur in Cod. Med. I. in Lib. Guilandini, et in Ed. Lindenii: in aliis Codd. et in Edd. antiquis, *ut etiam acopo, vel cerato liquido articuli perfricientur*.

li perfricentur. Equitare podagricis quoque alienum est. Quibus vero articulorum dolor certis temporibus revertitur, hos ante et curioso victu cavere oportet, ne inutilis materia corpori supersit, et crebriore vomitu; et si quis ex corpore metus est, vel alvi ductione uti, vel lacte purgari. Quod Erasistratus in podagricis expulit, ne in inferiores partes factus cursus pedes repleret: cum evidens sit omni purgatione non superiora tantummodo, sed etiam inferiora exinaniri.

*Ex quocumque autem morbo quis [1] convalescit, si tarde confirmatur, vigilare prima luce debet; nihilo minus in lecto conquiescere: circa tertiam horam leniter unctis manibus corpus permulcere: deinde delectationis causa, quantum juvat, ambulare, [2] circumcisa omni negotiosa cogitatione [, vel actione]: tum gestari diu: multa frictione uti: loca, coelum, cibos saepe mutare: ubi triduo quatriduove vinum bibit, uno aut etiam altero die interponere aquam. Per haec enim fiet, ne in vitia tabem inferentia incidat, et ut mature vires suas recipiat. Cum vero ex toto convaluerit, periculose vitae genus subito mutabit, et inordinate aget. Paulatim ergo debebit, omissis his legibus, eo transire, ut arbitrio suo vivat. *XXXII.

1. *convalescit*) Ita Codd. plerique omnes, et Ed. Lindenii; Cod. Med. 1. et Edd. antiquae, *invalescit*; sed infra omnes libri, *Cum vero ex toto convaluerit*.

2. *circumcisa omni negotiosa cogitatione [, vel actione]*) Ita omnes poene Codd. et Edd. antiquae; Cod. Med. 1. et Ed. Lindenii, *circumcisa omni negotiosa actione*. Ego duas voces *vel actione* tollendas puto, et vocem *cogitatione* retinendam. Dum aliquis ambulat, vix est ut aliud agere possit; ambulando cogitare de aliquo negotio potest.

A. CORNELII CELSI ARTIVM LIBER DECIMVS IDEM MEDICINAE QVINTVS.

Dixi de iis malis corporis quibus victus ratio maxime subvenit. nunc transeundum est ad eam medicinae partem quae magis [1] medicamentis pugnat. His multum antiqui auctores tribuerunt, et Erasistratus, et ii qui se ἐμπειρικοὺς nominaverunt; praecipue tamen Herophilus, deductique ab illo viri; adeo ut nullum morbi genus sine his curarent. Multaque etiam de facultatibus medicamentorum memoriae prodiderunt, qualia sunt vel Zenonis, vel Andreae, vel Apollonii, qui [2] Mys cognominatus est. Horum autem usum ex magna parte Asclepiades non sine causa sustulit; et cum omnia fere medicamenta stomachum laedant, malique suci sint, ad ipsius victus rationem potius omnem curam suam transtulit. Verum ut illud in plerisque morbis utilius est, sic multa admodum corporibus nostris incidere consuerunt, quae sine medicamentis ad sanitatem pervenire non possunt. [3] Illud ante omnia [4] scire oportet, quod omnes medicinae partes ita [5] innexae sunt, ut ex toto separari non possint; sed ab eo nomen trahant, a quo plurimum petunt. Ergo [6] ut illa quae victu curat, aliquando medicamentum adhibet, ita illa quae praecipue medicamentis pugnat, adhibere etiam rationem victus debet: quae multum admodum in omnibus malis corporis proficit. Sed cum omnia medicamenta proprias facultates habeant, ac saepe simpli-

A. CORNELII CELSI ARTIVM LIBER DECIMVS IDEM MEDICINAE QVINTVS.] Cod. Med. 1. *Celsi Lib. IIII. explicit. Incipit Lib. V.*; alii, *ARTIVM AVRELII CORNELII CELSI LIBER X. IDEM MEDICINAE LIBER QVINTVS INCIPIT*; Ed. Lindenii, *LIBER QVINTUS. PRAEFATIO.*

1. *medicamentis pugnat)* Aliqui legunt cum Caesario, *medicamentis purgat*, tum hic, tum paulo infra.

2. *Mys)* Apud Caelium Aurelianum quoque lib. 2. cap. 13. Acut. Morb. est *Mys* per *y*. Ed. Lindenii habet *Mus*.

3. *Illud)* Almeloveenius, *Id.*

4. *scire oportet)* Ita Codd. pleriqne omnes, atque hac forma Celsus uti solet. Vulgo legitur *scire convenit*, ut est in Cod. Med. 1.

5. *innexae)* Lindenius, *connexae*,

6. *ut Illa ... ita illa)* Sic aliqui Codices; Med. 1. *et illa ... et illa*; alii, *ut illa ... ita et illa*; Edd. antiquae, *ut illa ... et illa*; Lindeniana, *ut illa ... sic illa*.

cia opitulentur, saepe mixta; non alienum videtur ante proponere et nomina, et vires, et mixturas eorum; quo minor [7] ipsas curationes exsequentibus mora sit.

* Sanguinem supprimunt atramentum sutorium, quod Graeci χάλκανθον appellant, chalcitis, acacia, et ex aqua lycium, tus, aloe, [1] gummi, plumbum combustum, porrum, herba sanguinalis, creta vel cimolia vel [2] figularis, misy, frigida aqua, vinum, acetum, alumen, melinum, [3] squama et ferri et aeris, atque hujus quoque duae species sunt, alia tantum aeris, alia rubri aeris. * I.

* Glutinant vulnus [1] myrrha, tus, gummi, praecipueque acanthinum, psyllium, tragacantha, cardamomum, bulbi, lini semen, nasturtium, ovi album, gluten, ichthyocolla, vitis alba, contusae cum testis suis cochleae, mel coctum, spongia vel ex aqua frigida, vel ex vino, vel ex aceto expressa; ex iisdem [2] lana sucida; si levis plaga est, etiam aranea. * II.

Reprimunt alumen et scissile, quod σχιστὸν vocatur, et liquidum, melinum, auripigmentum, aerugo, chalcitis, atramentum sutorium.

* Concoquunt et movent pus nardum, myrrha, [1] costum, balsamum, galbanum, propolis, styrax, turis et fuligo et cortex, bitumen, pix, sulphur, resina, sevum, adeps, oleum. * III.

7. *ipsas curationes exsequentibus)* Cod. Med. 1. habet *ipsius curationes exsequentibus*; et ab alia antiqua manu, *curationis* pro *curationes*. Sed nemo non videt *ipsius* perperam esse pro *ipsas*. In aliis Codd. legit. *ipsam curationem ex sequentibus*; in Edd. antiquis, *ipsius curationis ex sequentibus*; in Libro Guilandini, et in Ed. Lindenii, *ipsam curationem exsequentibus*.

1. *gummi)* Cod. Med. 1. et alii multi fere semper habent *cummi*.

2. *figularis)* Lib. 1. cap. 3. *Alvum adstringit creta figularis corpori illita*. Vide quae ad eum locum adnotavi. Ed. Pinziana, et aliae habent *figuralis*; Manutiana anni 1547. *singularis*; Caesariana in margine, *vel sigillaria*; Constantiniana, *figuralis*; in margine autem » *figularis*. Alii *sigillaris*, quae anularia, et argentaria Plinio. Non displicet *figularis*, quae vulgaris est, et ἰσχαιμος; quia emplastica ».

3. *squama et ferri et aeris; atque hujus quoque duae species sunt)* Rubeus tradit in Codd. Vaticanis legi *squama et utriusque ferri, et aeris* &c. Sed neque Vaticani quos ego consului, nec Medicei, nec alius ex iis Codicibus quibus usus sum, habent vocem *utriusque*: omnes tamen habent particulam *quoque*: quae quo referatur, non apparet. Num transferenda est, et legendum *atque hujus duae quoque species sunt?* id est aeris. Vide adnot. 5. lib. 6. cap. 6. sect. 5.

1. *myrrha, tus)* Multi Codd. habent *murra, tus*; et ita fere ubique Med. 1. Alii, et libri editi, *myrrha, thus*.

2. *lana sucida; si levis plaga est, etiam aranea. Reprimunt alumen &c.)* Lindenius haec verba ita dividit: *vel lana succida, si levis plaga est; etiam aranea. Reprimunt, alumen* &c. sed minus recte. In quibusdam Codd. atque in Edd. sex primis, Caesariana, et Ruelliana legit. *lana succida; si levis plaga est, etiam aranea, alumen* &c. in Edd. Manutiorum, et Stephani, *lana succida, si levis plaga est: etiam araneum reprimunt alumen*.

1. *costum)* Ita habent plerique Codices; Med. 1. et libri vulgati, *costus*. Contra vero lib. 3. cap. 21. Cod. Med. 1. et Vat. VIII. omnesque Edd. *costum*; alii Codd. *costus*. Sed cap. 6. et cap. 27. sect. 7. hujus libri in omnibus Codd. omnibusque Edd. legitur *costum*.

IV. * [1] Aperiunt tamquam ora in corporibus, [2] quod στόμα Graece dicitur, cinnamomum, balsamum, panaces, juncus quadratus, pulegium, flos albae violae, bdellium, galbanum, resina terebinthina et pinea, propolis, oleum vetus; piper, pyrethrum, [3] chamaepitys, uva taminia, sulphur, alumen, rutae semen.

V. * Purgant aerugo, auripigmentum, [1] quod ἀρσενικὸν a Graecis nominatur [2] [; huic autem et sandarachae in omnia eadem vis, sed validior est], squama aeris, pumex, iris, balsamum, styrax, tus, turis cortex, resina, et pinea, et terebinthina liquida, oenanthe, lacerti stercus, sanguis columbae, et palumbi, et hirundinis, ammoniacum, bdellium [, quod in omnia idem quod ammoniacum potest, sed valentius est], abrotonum, ficus arida, coccum gnidium, scobis eboris, omphacium, radicula, coagulum, sed maxime leporinum [3] [, cui eadem quae ceteris coagulis facultas, sed utique validior est], [4] fel, vitellus crudus, cornu cervinum, [5] gluten taurinum, mel crudum, misy, chalcitis, crocum, [6] uva taminia, spuma argenti, [7] galla, squama aeris, lapis haematites, minium, costum, sulphur, pix cruda, sevum, adeps, oleum, ruta, porrum, lenticula, ervum.

VI. * Rodunt alumen liquidum, sed magis rotundum, aerugo, chalcitis, misy, squama aeris, sed magis rubri, aes combustum,

1. *Aperiunt tamquam ora in corporibus)* Ita in Cod. Med. 1. Alii Codd. et libri editi habent *Vulnera aperiunt* &c. a malo interprete.

2. *quod στόμα graece dicitur)* Videtur adnotatio huc ex margine traducta. Pro στόμα Constantinus margini adscripsit ἀναστομωτικὰ. Liber Guilandini habet ἀναστομᾶν; Ed. Lindenii, ἀναστομοῦν.

3. *chamaepitys)* Plinius lib. 24. cap. 6. sect. 30. *chamaepitys latine abiga vocatur.*

1. *quod ἀρσενικὸν a Graecis nominatur)* Verba haec ab aliquo enarratore addita videntur. Nam Celsus, si vocem *auripigmentum* interpretatione egere existimasset, hanc posuisset cap. 2. hujus libri, ubi legitur *melinum, auripigmentum* &c.

2. *[huic autem et sandarachae in omnia eadem vis, sed validior est])* Hoc quoque membrum, itemque inferius *quod in omnia idem quod ammoniacum potest, sed validius est*, adulterina esse puto. Nam modus iste *in omnia*, qui hic bis occurrit, apud Celsum alibi non invenitur: et neque sandaracha validior auripigmento, sed auripigmentum sandaracha validius est; ut tradit Plinius lib. 36. cap. 18. sect. 56. neque bdellium ammoniaco, sed bdellio ammoniacum valentius est. Lindenius ita mutat: *huic autem et sandarachae in omnia eadem vis, sed validius est*; et infra, *quod in omnia idem, quod ammoniacum, potest; sed hoc valentius est.*

3. *[cui eadem quae ceteris coagulis facultas, sed utique validior est])* De hoc membro idem censeo, quod de duobus superioribus. Ex praecedentibus verbis *sed maxime leporinum* plane supervacaneum esse apparet.

4. *fel)* Cod. quidam apud Constantinum, et Ed. Lindenii habent *fel taurinum*.

5. *gluten taurinum)* Plinius lib. 28. cap. 18. sect. 74. *Recentes vero plagas sanat glutinum taurinum*. In Ed. Lindenii deest vox *taurinum*.

6. *uva taminia)* Ita Edd. Caesariana, Pantiniana, et Lindeniana. In ceteris, et in Codd. Mss. additur *abrotanum* (in Cod. Med. 1. *habrotanum*, in Ed. Ruellii, *abrotonum*): quod vacat, cum superius positum sit.

7. *galla)* In omnibus libris additur *squama aeris*. Sed haec quoque superius posita est.

sandaracha, minium sinopicum, [1] galla, balsamum, myrrha, [2] tus, turis cortex, galbanum, [3] resina terebinthina humida, piper utrumque, sed rotundum magis, cardamomum, auripigmentum, calx, nitrum et spuma ejus, apii semen, narcissi radix, omphacium, alcyonium, oleum ex amaris nucibus, allium, mel crudum, vinum, lentiscus, squama ferri, fel taurinum, [4] scammonia, uva taminia, cinnamomum, styrax, [5] cicutae semen, [6] resina, narcissi semen, [7] fel, nuces amarae, [[8] oleumque earum,] atramentum sutorium, chrysocolla, [9] veratrum, cinis.

* Excedunt corpus acaciae sucus, hebenus, aerugo, squama aeris, chrysocolla, [1] cinis cyprius, nitrum, cadmia, spuma argenti, hypocistis, diphryges, sal, auripigmentum, sulphur, [2] eruca, sandaracha, salamandra, alcyonium, aeris flos, chalcitis, atramentum sutorium, ochra, [3] calx, [acetum,] galla, alumen, lac caprifici, vel lactucae marinae, [4] quae τιθύμαλλος a Graecis nominatur, fel, turis fuligo, spodium, lenticula, mel, oleae folia, marrubium, lapis haematites, et phrygius, et asius, et scissilis, misy, vinum, acetum. *VII.

* Adurunt auripigmentum, atramentum sutorium, chalcitis, misy, aerugo, calx, charta combusta, sal, squama aeris, faex com- *VIII.

1. *galla)* Aliqui Codd. *cassia;* Ed. Lindenii, *casia*.

2. *tus, turis cortex)* Ita Cod. Med. 1. In aliis Codd. et in omnibus Edd. deest *tus*.

3. *resina terebinthina humida)* Lindenius pro *humida* legit *liquida*; ut est in Cod. quodam apud Constantinum. Et sane liquida a Celso vocari solet. Attamen cap. 28. sect. 16. hujus libri Codd. et Edd. omnes habent *resinae humidae selibram*.

4. *scammonia)* Ita Cod. Med. 1. et Ed. Stephani; alii Codd. atque Edd. Pantini, et Lindenii, *scammonea*; ceterae Edd. *scamonea*.

5. *cicutae semen)* Rousseus cicutariam, sive myrrhidem significari putat. Lindenius legit *rutae semen*. Fortasse verius est *erucae semen*, quod corpus erodit; ut dictum est in lib. 2. cap. 33. Animadvertendum tamen quod est apud Plinium lib. 30. cap. 13. sect. 46. *Vespertilionum sanguis psilothri vim habet: sed malis puerorum illitus, non satis proficit, nisi aerugo, vel cicutae semen postea inducatur*. Ita legit Harduinus ex quibusdam Codicibus: alii vero ex aliis Codd. *nisi erucae, vel cicutae semen*. Sed utrovis modo legatur, ex eo loco colligi potest cicutae semen rodendi facultatem habere.

6. *resina)* Cum supra sit *resina terebinthina humida*, vel haec vox delenda est, vel legendum *resina arida*.

7. *fel)* perperam repetitum est, cum supra sit *fel taurinum*. In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legitur *sal*.

8. *oleumque earum)* Hae quoque duae voces insititiae sunt: nam supra est *oleum ex amaris nucibus*.

9. *veratrum, cinis)* veratrum nigrum rodentibus adnumerat etiam Dioscorides lib. 2. cap. 152. et Aetius lib. 2. cap. 219. Lindenius legit *concharum cinis*.

1. *cinis cyprius)* Constantinus haec adnotat » *Cinis Cyprius*, non Cypri arboris, sed arundinis Cypriae, quae donax vocatur ».

2. *eruca)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *cicuta*.

3. *calx)* Libri omnes habent *calx, acetum*. Sed in iisdem *acetum* infra ponitur post *vinum*; et quidem aptius.

4. *quae τιτύμαλλος a Graecis nominatur)* Lib. 2. cap. 12. Celsus dixit *lactucae marinae lac*. Dubitari potest, num ipse haec verba hic addiderit, an explanator aliquis, veritus, ne non intelligeretur, quae esset lactuca marina. Vide Adnotat. 47. ad cap. 21. lib. 3.

busta, myrrha, stercus et lacerti, et columbae, et palumbi, et hirundinis, piper, coccum gnidium, allium, diphryges, lac utrumque quod proximo capite supra comprehensum est, veratrum et album et nigrum, cantharides, corallium, pyrethrum, tus, salamandra, eruca, sandaracha, uva taminia, chrysocolla, ochra, alumen scissile, ovillum stercus, oenanthe.

IX. * Eadem fere crustas [1] ulceribus tamquam igne adustis inducunt, sed praecipue chalcitis, utique si cocta est, flos aeris, aerugo, auripigmentum, misy, [2] et id quoque magis coctum.

X. * Crustas vero has resolvit farina triticea cum ruta, vel porro, aut lenticula, cui mellis aliquid [3] adjectum sit.

XI. * Ad discutienda vero ea quae in corporis parte aliqua coierunt, maxime possunt abrotonum, helenium, amaracus, alba viola, mel, lilium, [1] sampsuchus cyprius, lac, sertula campana, serpyllum, cupressus, cedrus, iris, viola purpurea, narcissus, rosa, crocum, [2] passum, juncus quadratus, nardum, cinnamomum, casia, ammoniacum, cera, resina, uva taminia, spuma argenti, styrax, ficus arida, tragoriganus, lini et narcissi semen, bitumen, sordes ex gymnasio, pyrites lapis, aut molaris, crudus vitellus, amarae nuces, sulphur.

XII. * Evocat et educit ladanum, alumen rotundum, hebenus, lini semen, omphacium, fel, chalcitis, bdellium, resina terebinthina et pinea, propolis, ficus arida decocta, stercus columbae, pumex, farina lolii, grossi in aqua cocti, elaterium, lauri baccae, nitrum, sal.

XIII. * [1] Laevat id quod exasperatum est, spodium, hebenus, gummi, ovi album, lac, tragacanthum.

1. *ulceribus)* Aliqui Codd. *vulneribus*.

2. *et id quoque magis coctum)* sicut chalcitis. Ita in multis Codd. et in Ed. Lindenii. Cod. Med. 1. et Edd. antiquae habent *et id quo magis coctum*.

3. *adjectum sit)* Alii omnes, *adjectum est*.

1. *sampsuchus cyprius)* Plinius lib. 21. cap. 11. sect. 35. *Amaracum Diocles medicus, et Sicula gens adpellavere, quod AEgyptus, et Syria sampsuchum*. Idemque lib. 21. cap. 22. sect. 93. *Sampsuchum, sive amaracum, in Cypro laudatissimum, et odoratissimum* &c. Athenaeus tamen lib. 15. Deipnosoph. cap. 8. tradit ex Diocle amaracum a quibusdam vocari sampsuchum; ab aliis alterum ab altero distingui. Celsus, cum *amaracum* supra posuerit, hic *sampsuchum* addat, cum his facere videtur. Nisi ita est, hae duae voces tollendae sunt. Caesarius, Gryphius, Pantinus, et Constantinus legunt *sampsucus, cyperus*. Et quamvis Rousseus monuerit lectionem hanc absurdam esse, quod infra sit *juncus quadratus*, hoc est cyperus; Lindenius tamen edidit *sansucus, cyperus*.

2. *passum)* Vox haec vel mendosa est, vel addititia. Lindenius legit *prasium*. Sed id a Celso marrubium vocatur cap. 7. et cap. 27. sect. 18. hujus libri; cap. 22. lib. 3. et alibi. Plinius lib. 20. cap. 22. sect. 89. *Marrubium pletique inter praecipuas herbas commendavere, quod Graeci prasion*. Dioscorides lib. 3. cap. 118. *Prasion Romani marrubium vocant*.

1. *Laevat)* Caesarius, Pantinus, et Lindenius legunt *Laevant*; et proximo cap. 14. *Carnem alunt, et ulcus implent*.

* Carnem alit et ulcus implet resina pinea, ochra attice, [1] mel, asteriace, cera, butyrum. XIV.

* Molliunt aes combustum, terra eretria, nitrum, papaveris lacrima, ammoniacum, bdellium, cera, sevum, adeps, oleum, ficus arida, sesamum, sertula campana, narcissi et radix et semen, rosae folia, coagulum, vitellus crudus, amarae nuces, [1] medulla omnis, [2] stibi, pix, cochlea cocta, cicutae semen, plumbi [3] recrementum; σκωρίαν μολύβδου Graeci vocant; panaces, cardamomum, galbanum, resina, uva taminia, styrax, iris, balsamum, sordes ex gymnasio, sulphur, butyrum, ruta. XV.

* Cutem purgat mel, sed magis si est cum galla, vel ervo, vel lenticula, vel marrubio, vel iride, vel ruta, vel nitro, vel aerugine. XVI.

* Expositis simplicibus facultatibus, dicendum est quemadmodum misceantur, quaeque ex his fiant. Miscentur autem varie, [1] neque hujus ullus modus est; cum [2] ex simplicibus alia demantur, alia adjiciantur; iisdemque servatis, ponderum ratio mutetur. [3] Itaque cum facultatum materia non ita multiplex sit, innumerabilia mixturarum genera sunt; quae comprehendi si possent, tamen esset supervacuum. Nam et iidem effectus intra paucas compositiones sunt, et mutare eas cuilibet, cognitis facultatibus, facile est. Itaque contentus iis ero quas accepi velut nobilissimas. In hoc autem volumine eas explicabo quae vel desiderari in prioribus potuerunt, vel ad eas curationes pertinent quas pro- XVII. 1.

1. *mel, asteriace, cera)* Ita legit Caesarius, et eum eo Lindenius, et alii. Cod. Med. 1. habet *vel astyrice cera*; alii, *vel astirice, cerà*; alii, *vel astrace, cera*; Edd. sex primae, *vel asterace, cera*; Manutianae, *vel asterica, cera*; Ed. Stephani, *vel asteriaca, cera*. Constantinus putat asteriacen esse asterem, terrae samiae speciem. Sed Celsus lib. 6. cap. 6. sect. 12. non asteriacen appellat, sed *terram samiam, quae ἀστὴρ vocatur*. Fortasse legendum *mel, erithace, cera*. Varro lib. 3. cap. 16. R. R. ita scribit: *Erithacen* (al. *Erhytacen*) *vocant, quo apes favos extremos inter se conglutinant, aliud melle, propoli*.

1. *medulla omnis)* Cod. Med. 1. *medullae omnes*.

2. *stibi, pix, cochlea cocta)* Cod. Med. 1. habet *stimbix cocta*; alii, *stilmi, pix, cochlea cocta*; Edd. sex primae, *stibis, pix, cochlea cocta*; aliae, *stibi, pix, cochlea cocta*; Lindeniana, *stimmi, pix, cochlea cocta*, ex Constantino, qui ad libri marginem adscripsit » *stimmi*, vel *stibium* «. Ego malui *stibi* cum plerisque: nam Codd. omnes habent *stibis* in secundo casu lib. 6. cap. 6. sect. 12. 13. 16. 24. A Graecis et *στίβι*, et *στίμμι* appellatur.

3. *recrementum)* Ita Cod. Med. 1. atque Edd. sex primae, Manutianae, Ruelliana, et Stephani; alii Codd. *recrimentum*; alii, atque Edd. Caesarii, Gryphii, Pantini, Constantini, et Lindenii, *retrimentum*. Cap. 19. hujus libri sect. 26. et 28. libri antiqui, *recrementum*; Ed. Lindenii, *retrimentum*. Lib. 6. cap. 8. libri omnes, *recrementum*.

1. *neque hujus ullus modus est)* Pro *ullus* Ed. Constantini in margine habet *unus*. Vide adnot. 4. ad cap. 18. lib. 4.

2. *ex simplicibus)* Ita Cod. Med. 1. et Edd. antiquae; alii Codd, et Ed. Lindenii, *ex similibus*.

3. *Itaque cum facultatum &c.)* Alii leg. *Ita cum facultatum* &c. Cod. Med. 1. habet *Itaque cum facultatium* &c.

tinus hic comprehendam, sic ut tamen quae magis communia sunt, simul jungam. Si qua singulis, [4] vel etiam paucis accommodata sunt, in ipsarum locum differam. Sed et [5] ante sciri volo, in uncia pondus denariorum septem esse: [6] unius deinde denarii pondus dividi a me in sex partes, [id est sextantes,] ut idem in sextante denarii habeam, quod Graeci habent in eo quem ὀβολὸν appellant. [7] Id ad nostra pondera relatum paulo plus dimidio [8] scripulo facit.

2. * Malagmata vero, atque emplastra, pastillique; quos τροχίσκους Graeci vocant; cum plurima eadem habeant, differunt eo, quod malagmata [1] maxime ex odoribus eorumque etiam surculis, emplastra pastillique magis ex quibusdam metallicis fiunt. Deinde malagmata contusa abunde mollescunt: nam super integram cutem injiciuntur: laboriose vero conteruntur ea ex quibus emplastra pastillique fiunt; ne laedant vulnera, cum imposita sunt. Inter emplastrum autem et pastillum hoc interest, quod emplastrum utique liquati aliquid accipit: in pastillo tantum arida medicamenta aliquo humore junguntur. Tum emplastrum hoc modo fit: arida medicamenta per se teruntur; deinde mixtis his instillatur aut acetum, aut si quis alius non pinguis humor accessurus est, et ea rursus ex eo teruntur: ea vero quae liquari possunt, ad ignem simul liquantur; et si quid olei misceri debet, tum infunditur: interdum etiam aridum aliquod ex oleo prius coquitur. Vbi facta sunt, quae separatim fieri debuerunt, in unum omnia miscentur. At pastilli haec ratio est: arida medicamenta contrita humore non pingui, ut vino, vel aceto, coguntur, et rursus coa-

4. *vel etiam paucis accommodata sunt, in ipsarum locum differam)* ipsarum curationum. Sic ex emendatione Morgagni. Codd. Mss. atque Edd. pleraeque habent *vel etiam parvis accomodata sunt, in ipsorum locum differam*; Edd. Salingiacensis, et Pantiniana, *commodata* pro *accomodata*. Pantinus tamen monuit reponendum esse *paucis* pro *parvis*. Lindenius legit *vel etiam paucis commodata sunt, in ipsorum locum differam*.

5. *ante sciri volo)* Alii, *antea sciri volo*.

6. *unius deinde denarii pondus dividi a me in sex partes, [id est sextantes,] ut idem in sextante denarii habeam &c.)* In Codd. Mss. et in Edd. omnibus, Caesariana atque Lindeniana exceptis, legitur *Vnius deinde denarii pondus dividi a me in sex uncias, ut idem in uncia denarii habeam* &c. Caesarius, et Lindenius legunt *in sex partes, id est sextantes, ut idem in sextante denarii habeam* &c. Ego voces *id est sextantes* ab interprete aliquo additas puto. Plinius lib. 21. sub finem idem tradit quod Celsus: *Drachma Attica (fere enim Attica observatione medici utuntur) denarii argentei habet pondus: eademque sex obolos pondere efficit*.

7. *Id ad nostra pondera relatum)* Lindenius, *Is ad nostra pondera relatus*.

8. *scripulo)* Ita Codd. multi, in his Med. 1. itemque Edd. sex primae; alii Codd. ceteraeque Edd. *scrupulo*.

1. *maxime ex odoribus)* ex aromatis. Sic lib. 4. cap. 20. *idoneae potiones sunt, quae ex odoribus fiunt*; et lib. 6. cap. 6. sect. 22. *cineris ex odoribus*. Ita legitur in Cod. Med. 1. atque in Edd. sex primis. Alii Codd. et ceterae Edd. habent *maxime ex floribus*.

cta, inarescunt; atque ubi utendum est, ejusdem generis humore diluuntur. Tum emplastrum imponitur, pastillus illinitur, [2] aut alicui molliori, ut cerato, miscetur.

* His cognitis, primum malagmata subjiciam; quae fere non sunt refrigerandi, sed calefaciendi causa reperta. Est tamen, quod refrigerare [1] possit, ad calidas podagras aptum. Habet gallae et immaturae et alterius, coriandri seminis, cicutae, [2] lacrimae aridae, gummi, singulorum plenum acetabulum, cerati eloti, quod πεπλυμένον Graeci vocant, selibram. Reliqua fere calefaciunt: sed quaedam digerunt materiam, quaedam extrahunt, quae ἐπισπαστικὰ vocantur; [3] pleraque certis magis partibus membrorum accomodata sunt. XVIII. 1.

* Si materia extrahenda est, ut [1] in hydropico, in lateris dolore, in incipiente abscessu, in suppuratione quoque mediocri, aptum est id quod habet resinae aridae, nitri, ammoniaci, galbani, [2] singulorum pondo, cerae pondo. Aut in quo haec sunt: aeruginis rasae, turis, [3] singulorum p. ж. II. ammoniaci salis p. ж. VI. squamae aeris, cerae, singulorum p. ж. VIII. resinae aridae p. ж. XII. aceti cyathus. Idem praestat cumini farina cum struthio, [4] et melle. * 2.

* Si jecur dolet, id in quo est balsami lacrimae p. ж. XII. * 3.

2. *aut alicui molliori, ut cerato, miscetur)* Ita Cod. Med. 1. et alii. Vulgo legitur *aut alicui molliori, aut cerato miscetur.*

1. *possit)* Cod. quidam Constantini, et Ed. Lindenii, *potest.*

2. *lacrimae aridae)* cujus lacrimae? Fortasse legendum *resinae aridae*, ut in duabus proximis compositionibus.

3. *pleraque certis magis partibus membrorum &c.)* Lindenius omittit *magis.*

1. *in hydropico)* Duae hae voces suspectae sunt. In hoc morbo malagmata imponuntur, non quae materiam extrahunt, sed quae digerunt. Vide lib. 3. cap. 21. Atque Celsus dixisset, opinor, ut alibi, *in aqua inter cutem*: quod etiam congrueret sequentibus verbis *in lateris dolore.*

2. *singulorum pondo, cerae pondo)* Ita in Cod. Med. 1. atque in Edd. sex primis, et Manutianis. Alii Codd. habent *singulorum pars, cerae pars*; alii, *singulorum per, cerae per.* Voces *pars* et *per* ortae sunt ex nota *p.* qua pondo significatur, perperam explicata. Videtur in veteri exemplari scriptum fuisse *singulorum p. ж. .. cerae p. ж. ..* notas autem quae numerum denariorum exprimebant, dilapsas esse. Caesarius, et alii legunt *singulorum pondo ж. cerae pondo ж.* Ruellius, et Lindenius, *singulorum p. ж. cerae p. ж.*

3. *singulorum p. ж. II.)* Sex Edd. primae habent *singulorum p. X. II.* Animadvertendum autem est, in iis pro nota ж. ubique esse litteram X. ideoque ubi duae vel plures X. in iis sunt, prima pro denarii nota accipienda est, reliquae pro denariorum numero. In Edd. Manutiorum notae *II.* desunt.

4. *et melle)* Ita Codd. Mss. et Ed. princeps. Sed in hac vocibus *et melle*, quibus ultimus paginae versus finitur, typographus adjunxit *p. II.* notas scilicet quae chartarum seriem indicarent. Et sane charta proxime sequens habet *p. III.* antecedens, *p. I.* Hinc ortum *et melle p. II.* quod est in Edd. 1481. 1493. 1497. 1516. Juntina, et Manutianis. In Caesariana ceterisque legitur *et melle p. II. ж.* Sed tota haec periodus insititia videtur. Nam neque struthii, et mellis pondera exhibet, ut quidem in Mss. legitur; et turbat orationis contextum, cum sequens periodus *Si vero jecur dolet*, et antecedens *Aut in quo haec sunt*, regantur a verbo *aptum est* superioris periodi.

costi, cinnamomi, [1] casiae corticis, myrrhae, croci, junci rotundi, balsami seminis, iridis illyricae, cardamomi, amomi, nardi, singulorum p. x. xvi. quibus adjicitur nardinum unguentum, donec cerati crassitudo sit. Et hujus quidem recentis usus est: si vero servandum est, resinae terebinthinae p. x. xvi. cerae p. x. x. ex vino leni contunduntur, [2] tum eo miscentur.

4. * At si lienis torquet, glandis, [1] quam βάλανον μυρεψικὴν Graeci vocant, cortex et nitrum paribus portionibus contunduntur, resperguntuque aceto quam acerrimo: ubi cerati crassitudinem habet, linteo ante in aqua frigida madefacto illinitur, et sic imponitur; supraque farina hordeacea injicitur: sed manere ibi non amplius sex horis debet, ne lienem consumat; satiusque est id bis, aut ter fieri.

5. * [1] Commune autem jecinori, et lieni [, et abscessibus, et strumae, parotidibus, articulis, calcibus quoque suppurantibus, aut aliter dolentibus, etiam concoctioni ventris] Lysias composuit ex his: opopanacis, [2] styracis, galbani, resinae, singulorum p. x. ii. ammoniaci, bdellii, cerae, sevi taurini, iridis aridae p. x. iiii. cachryos acetabulo, piperis granis quadraginta: quae contrita irino unguento temperantur.

6. * Ad laterum autem dolores compositio est Apollophanis: in qua sunt resinae terebinthinae, turis fuliginis, singulorum p. x. iv. bdellii, ammoniaci, iridis, [1] sevi vitulini, [2] aut caprini a re-

1. *casiae)* In Ed. Lindenii pro *casiae* legitur *cassiae*.

2. *tum eo miscentur)* Ita in Cod. Med. 1. et in plerisque Editionibus; in aliis Codd. atque in Edd. sex primis, Caesariana, et Ruelliana haec verba desunt. Lindenius legit *et cum eo miscentur*.

1. *quam βάλανον μυρεφικὴν Graeci vocant)* Ita in Codd. Mss. nisi quod Medicei 1. et iv. habent *quam balanon* ΥΡΕΦΙΚΗΝ. In Edd. sex primis legitur *quam balanon Graeci vocant*; in aliis, *quam βάλανον Graeci vocant*; in margine Constantinianae, et in Lindeniana, *quam μυροβάλανον Graeci vocant*.

1. *Commune autem jecinori, et lieni)* Ita plerique Codd. et Edd. paene omnes; Cod. Med. 1. et Ed. Lindenii, *Commune autem et jocinori, et lieni*; Ed. Constantini, *Commune autem jecinori, lieni*. Post haec verba adde *Lysias composuit* &c. Reliqua haec *abscessibus, strumae, parotidibus, articulis, calcibus quoque suppurantibus, aut aliter dolentibus, etiam concoctioni ventris*, ex adnotatione aliqua addita sunt. Omnia sunt inepta. Cum generale nomen *abscessibus* praecedat, supervacuum est addere *parotidibus*: nam parotis abscessus species est; ut dicitur lib. 6. cap. 16. Et cur hoc malagma calcibus tantum suppurantibus, aut dolentibus idoneum est, et non ceteris quoque partibus pedum, in quibus et suppuratio, et dolor, ut in calcibus, oriri potest? Illud vero ineptissimum *etiam concoctioni ventris*. Celsus dixisset *etiam stomacho imbecillo*, vel *infirmo*: et si dixisset *concoctioni*, ut fere solet, non addidisset *ventris*. Cibus enim concoquitur, non venter.

2. *styracis)* deest in Ed. Lindenii.

1. *sevi vitulini)* Lindenius, *sevi aut vitulini*.

2. *aut caprini a renibus, visci)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *aut caprini a renibus sicci*.

nibus, visci, singulorum p. x. iv. [3] Haec autem eadem omnem dolorem levant, dura emolliunt, mediocriter calefaciunt.

* [1] Ad idem Andreae quoque malagma est; [2] quod etiam re- *7.
solvit, humorem educit, pus maturat, ubi id maturum est, cutem rumpit, [3] ad cicatricem perducit. Prodest impositum minutis majoribusque abscessibus; [4] item articulis, ideoque et coxis, et pedibus dolentibus; item, si quid in corpore collisum est, reficit; praecordia quoque dura et inflata emollit; ossa extrahit: ad omnia denique valet, quae adjuvare calor potest. Id habet [5] cerae p. x. xi. visci, sycamini [6] [, quam alias sycomorum vocant,] lacrimae, singulorum p. x. i. piperis et rotundi, et longi, ammoniaci thymiamatis, bdellii, iridis illyricae, cardamomi, [7] amomi, xylobalsami, turis masculi, myrrhae, resinae aridae, singulorum p. x. x. pyrethri, cocci gnidii, spumae nitri, salis ammoniaci, [8] aristolochiae creticae, radicis ex cucumere agresti, resinae terebinthinae liquidae, singulorum p. x. xx. quibus adjicitur unguenti irini, quantum satis est ad ea mollienda atque cogenda.

* Praecipuum vero est ad resolvenda quae adstricta sunt, *8.
mollienda quae dura sunt, digerenda quae coeunt, id quod ad Polyarchum auctorem refertur. Habet junci quadrati, cardamomi, turis fuliginis, amomi, cerae, resinae liquidae pares portiones.

* Aliud ad eadem Nilei: [1] crocomagmatis; quod quasi recre- *9.
mentum ejus est; p. x. iv. ammoniaci thymiamatis, cerae, singu-

3. *Haec autem eadem omnem dolorem levant &c.)* Periodus suspecta. Lindenius, cum videret haec verba non cohaerere cum antecedentibus *Compositio est Apollophanis*, a quibus sensus pendet, plurali numero in singularem mutato, ita edidit: *Haec autem omnem dolorem levat, dura emollit, mediocriter calefacit.*

1. *Ad idem)* id est ad laterum dolores. In libris antiquis additur *latus*; ex glossemate. Lindenius legit *Ad idem valet Andreae quoque malagma.*

2. *quod etiam resolvit, humorem educit)* Lindenius, *quod etiam resolvit, educit humorem.*

3. *ad cicatricem perducit)* Lindenius, *et ad cicatricem perducit.*

4. *item articulis, ideoque et coxis)* Lindenius, *item articulis, et coxis.*

5. *cerae p. X. I.)* Maintii, *cerae p. I.* Lindenius, et alii cum Caesario, *p. X. XI.*

6. *quam alias sycomorum vocant)* Haec adititia videntur, et ex iis formata quae de sycamini lactima habentur lib. 3. cap. 18. In Mss. est *sycamorum*.

7. *amomi)* deest in Ed. Lindenii.

8. *aristolochiae creticae, radicis ex cucumere agresti)* Lindenius, *radicis aristolochiae creticae, cucumeris agrestis radicis.*

1. *crocomagmatis)* Cod. Med. 1. atque Edd. princeps Florentina, et Ruelliana habent *croci magmatis*; alii Codd. atque Edd. 1481. 1493. 1497. 1516. 1524. *croco malagmatis*. Verba proxima *quod quasi recrementum ejus est* Rhodio, et mihi quoque ex glossemate addita videntur. Crocomagma recrementum est, non crocomagmatis, sed croci expressi unguento crocino: ideoque dicendum esset, quod croci unguento expressi recrementum est. Plinius lib. 21. cap. 20. sect. 82. ita scribit: *Faex quoque croci expressi unguento crocino, quod crocomagma appellant, habet suas utilitates*; et Dioscorides lib. 1. cap. 26. *crocomagma fit ex unguento crocino, expressis aromatis, et in pastillos redactis.*

lorum [1] p. ӿ. xx. ex quibus duo priora ex aceto teruntur, cera cum rosa liquatur, et tum omnia junguntur.

10. * Proprie etiam dura [1] emollit id quod Moschi esse dicitur. Habet galbani unciam, turis fuliginis [2] p. =. cerae, ammoniaci thymiamatis trientes, picis aridae [3] p. II. aceti heminas tres.

11. * Fertur etiam ad digerenda quae coeunt, sub auctore [1] Medio, quod habet [2] cerae p. =. [3] panacis p. ӿ. s. squamae aeris, aluminis rotundi, item scissilis, singulorum p. ӿ. I. plumbi combusti [4] p. ӿ. I. s.

12. * Ad eadem Panthemus utebatur [1] calcis p. s. sinapis contriti, item foeni graeci, aluminis, [2] singulorum p. I. sevi bubuli p. II. s.

13. * Ad strumam multa malagmata invenio. Credo autem, quo

14. pejus id malum est, minusque facile discutitur, eo plura esse tentata; quae in personis varie responderunt. Andreas auctor est, ut haec misceantur: urticae seminis p. ӿ. I. piperis rotundi, bdellii, galbani, ammoniaci thymiamatis, resinae aridae, singulorum p. ӿ. IV. resinae liquidae, cerae, pyrethri, piperis longi, lactucae marinae seminis, sulphuris ignem non experti, [1] quod ἄπυρον vocatur, faecis aridae aceti, spumae nitri, salis ammoniaci, sinapis, cardamomi, [2] radicis ex cucumere silvestri, [3] resinae, singulorum p. ӿ. VIII. quae ex lenii vino contunduntur.

15. * Expeditius ad idem fit, quod habet [1] visci simini, sterco-

2. *p. ӿ. xx.)* Lindenius, *p. xxx.* *.

1. *emollit)* Ita Cod. Med. I. alii, et libri vulgati, *mollit*.

2. *p. =.)* Ita Cod. Med. I. alii, atque Edd. 1478. 1481. 1493. 1497. et Manutianae, *p. z.* Edd. Bevel. Junt. et Caesar. *p.* 3. Gryph. Constant. et Steph. *p. ӿ.* 3. Ruel. Pant. et Linden. *p. ӿ. III.* Scire autem oportet notam =, sive z librae sextantem, id est uncias duas significare: ubi vero nota ӿ. ei praemittitur, denarii sextantem. Porro in Codd. Med. I. et Vat. VIII. fere ubique est =, alicubi ÷; in aliis, et in Edd. plerisque, z. Bevelaqua, et Junta habent 3. hac enim forma semper utuntur ad litteram z exprimendam; Caesarius alibi, *II.* alibi, 2. alibi, 3. Ruellius autem, et Lindenius notam 3. alicubi mutant in *III.* Vide not. 2. sect. proximae.

3. *p. II.)* Ita in Mss. et in Edd. sex primis. Caesarius, et alii, quos inter Lindenius, legunt *p. ӿ. II.* Ruellius, et Constantinus, *p. ӿ. III.*

1. *Medio)* Ita in Mss. Vulgo legit. *Medo*.

2. *cerae p. =.)* Bevel. Junt. et Caesar. *p.* 3. Gryph. Constant. et Steph. *p. ӿ.* 3. Ruel. Pant. et Linden. *p. ӿ. III.*

3. *panacis p. ӿ. s.)* Ita Lindenius, et alii legunt cum Caesario. Edd. sex primae, et Manutianae habent *panacis p. s.*

4. *p. ӿ. I. s.)* Ita Cod. Med. I. alii, atque Edd. sex primae, et Manutianae, *p. I. et semis*; ceterae Edd. *p. ӿ. I. et semis*.

1. *calcis p. s.)* Ita in Codd. Mss. atque in Edd. sex primis, et Manutianis; in caeteris Edd. *calcis p. ӿ. s.*

2. *singulorum p. I. sevi bubuli p. II. s.)* Caesarius, et alii, in quibus est Lindenius, legunt *singulorum p. ӿ. I. sevi bubuli p. ӿ. II.* Ruellius, *singulorum p. ӿ. I. sevi bubuli p. ӿ. III.*

1. *quod ἄπυρον vocatur, faecis aridae aceti &c.)* Ed. Lindenii ita habet: *quod ἄπυρον vocatur, pares portiones:*

14. *Hoc autem Miconis est: fecis aridae; aceti. &c.*

2. *radicis ex cucumere silvestri)* Stephanus, et Lindenius, *radicis cucumeris silvestris*.

3. *resinae)* Vox haec abundat: nam supra est et *resinae aridae*, et *resinae liquidae*.

1. *visci simini, stercoris)* Ita plerique

ris, resinae, sulphuris ignem non experti pares portiones. Et in quo est sulphuris p. x. I. lapidis, [2] quem pyriten vocant, p. x. IV. cumini acetabulum. Item in quo est lapidis ejusdem pars una, sulphuris duae partes, resinae terebinthinae partes tres.

* Arabis autem cujusdam est ad strumam, [1] et orientia tubercula, quae *φύματα* vocantur, quod haec digerit. Habet myrrhae, salis ammoniaci, turis, resinae et liquidae et aridae, crocomagmatis, cerae, singulorum p. x. I. lapidis ejus, quem pyriten vocant, p. x. IV. quibus quidam adjiciunt sulphuris p. x. II. 16.

* Est etiam proficiens in struma, et in iis tuberibus quae [1] difficiliter concoquuntur, et in iis quae *καρκινώδη* vocantur, quod ex his constat: sulphuris p. x. II. nitri p. x. IV. myrrhae p. x. VI. fuliginis, turis [2] p. s. salis ammoniaci [3] p. =. cerae p. I. 17.

* Protarchus autem ad *παρωτίδας*, [1] eaque tubercula quae [2] *μελικηρία* [[3] id est favi, vel *φύματα*] nominantur, item mala 18.

Codices; Med. 1. atque Edd. sex primae, et Manutianae, *visci semini, stercoris*; Cod. quidam apud Constantinum, *visci seminis, stercoris*. Sub mendosa voce *simini*, sive *semini* latet adjunctum sequentis vocis *stercoris*: non tamen *felini*, ut Caesariana, ceteraeque Editiones habent. Nam vox *felinus* apud nullum latinum Scriptorem invenitur, ut monet Facciolatus in Animad. Crit. in Lexicon Danetii: nec apud veteres Medicos quidquam occurrit de felis stercore ad malagmata, et cataplasmata adhibito. Fortasse reponendum *suilli stercoris*; cujus aliquem fuisse in medicina usum, ex iis colligitur quae de illo tradit Plinius lib. 28. cap. 17. sect. 70.

2. *quem pyriten vocant*) Ita in Mss. et in omnibus Edd. exceptis Manutianis. In iis est *πυρίτην*. In proxima sectione Mss. et Edd. sex primae habent *pyriten*; ceterae Edd. *πυρίτην*. Cap. 11. hujus libri omnes Codd. omnesque Edd. *pyrites lapis*.

1. *et orientia tubercula, quae φύματα vocantur*) id est tubercula ea quae *φύματα* vocantur. In Codd. Mss. et in Edd. sex primis est *phymata*; in ceteris Edd. *φύματα*. Mihi tria verba *quae φύματα vocantur* omnino suspecta sunt: et *orientia tubercula* de omnibus tuberculis, id est furunculo, phymate, et pano intelligenda videntur. Apud Graecos quidem *φύμα* generale fere tuberculorum nomen est; apud Celsum vero significat eam tuberculi speciem quae describitur cap. 28. sect. 9. hujus libri, a furunculo et a pano diversam. Vide Ingrassiam de Tumorib. tract. 1. cap. 1. Ex sequentibus autem adnotationibus apparebit, interpretes aliis quoque in locis voci *tubercula* addidisse *quae phymata*, sive *φύματα vocantur*.

1. *difficiliter*) Stephanus, et Lindenius, *difficulter*.

2 *p. s.*) Ita Edd. sex primae, et Manutianae. In Codd. Mss. est *p.* Є. Med. 1. supra Є habet X a manu Palavicini. Rhodius tradit Є notam esse semunciae. Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *p. X. s.*

3. *p. =. cerae p. I.*) Al. *p. X.* 3. *cerae p. X. I.* Ruel. Pant. Steph. Linden. *p. X. III. cerae p. X. I.*

1. *eaque tubercula*) Lindenius, *atque tubercula*.

2. *μελικηρία*) Ita Manutii. Sed videtur legendum *κηρία*: de quibus Celsus agit cap. 28. sect. 13. hujus lib. ubi id ipsum malagma indicat his verbis *emplastra ac malagmata materiam educentia, aut quae proprie huc pertinentia supra posui*. Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Ruelliana habent *melicera*; Caesariana, et aliae, *meliceriae*. Stephanus, et Lindenius legunt *μελικηρίδες*; sed perperam. Nam tubercula ista tunica sua includuntur; et non medicamentis, sed ferro curantur. Vide cap. 6. lib. 7.

3. [*id est favi, vel φύματα*]) Haec verba ex interpretum adnotationibus irrepserunt. Apud Celsum alia sunt tubercula, quae *μελικηρία*, sive *κηρία*; alia, quae phymata vocantur. Vide quae adnotavi ad sect. 16. hujus capitis.

ulcera, pumicis, resinae pineae liquidae, turis fuliginis, spumae nitri, iridis, singulorum p. x. VIII. cum cerae p. x. IX. miscebat, hisque olei cyathum et dimidium adjiciebat.

19. * At adversus [1] panum tum primum orientem, quod φύγεϑλον Graeci vocant, et omne tuberculum [[2], quod φῦμα nominatur] miscetur ochra, quae Attice nominatur, cum duabus partibus similae, hisque, dum contunduntur, subinde mel instillatur, donec malagmatis crassitudo sit.

20. * Discutit etiam omne tuberculum, [quod φῦμα vocatur] id quod habet calcis, [1] nitri spumae, piperis rotundi, singulorum p. x. I. galbani p. x. II. salis p. x. IV. quae excipiuntur cerato ex rosa facto.

21. * [1] Supprimitque omne quod abscedit, id in quo est galbani, fabae fresae, singulorum p. x. I. myrrhae, turis, [2] ex radice capparis corticis, singulorum p. x. IV. [3] Satisque omnia abscedentia digerit murex combustus, et bene contritus, aceto subinde adjecto.

22. * [1] At si satis sanguis subit, recte imponitur [2] quod adversus phymata quoque potest. Constat ex his: bdellii, styracis, ammoniaci, galbani, resinae et aridae [3] et liquidae pineae, item ex lentisco, turis, iridis singulorum p. x. II.

23. * [1] Καρκινώδη vero [phymata] commode his leniuntur: gal-

1. *panum)* Ita multi Codd. et omnes Editiones; Codd. Medicei I. II. III. et VII. *panem*. Sed in inscriptione hujus malagmatis Cod. II. *pannum*; III. *panum*; VII. in margine *panum*. In indice vero capitum hujus libri omnes *pannum*, praeter I. qui caret hujusmodi indice.

2. *quod φῦμα nominatur)* Hae voces ex margine in contextum irrepserunt; ut in sect. proxime sequenti, et alibi quoque. Quis enim credat Celsum tertio quoque versu inculcasse, tubercula a Graecis φύματα nominari?

1. *nitri spumae)* Linden. *spumae nitri*.

1. *Supprimitque)* Fortasse *Reprimitque*; quo verbo Celsus uti solet. Lib. 3. cap. 27. sect. 4. *Suppurationes autem .... ubi natae fuerint, primum id agere oportet per ea cataplasmata quae reprimunt, ne coitus inutilis materiae fiat.* Lindenius legit *Supprimit quoque*.

2. *ex radice capparis corticis)* Lindenius, *corticis ex radice capparis*.

3. *Satisque omnia abscedentia digerit &c.)* Periodus suspecta. Ejusmodi medicamentum ne speciem quidem malagmatis habet.

1. *At si satis sanguis subit)* Locus corruptus. Ronsseus haec de sugillatione accipit. Inscriptio hujus sect. in Cod. Med. I. haec est: *Malagma si satis sanguis subeat*; in aliis, *Malagma ad sanguinem supprimendum*; in libris vulgatis, *Malagma ad sanguinem supprimendum, et phymata.* Lindenius legit *At si plus satis sanguis subit*; ut habet in margine Ed. Constantini.

2. *quod adversus phymata quoque potest)* Locus suspectus: lemma enim quod ex Mss. supra retuli, *phymata* non habet. Videtur legendum *quod constat ex his*, sublatis verbis *adversus phymata quoque potest*.

3. *et liquidae pineae, item ex lentisco)* id est resinae liquidae ex lentisco, ut infra sect. 24. *resinae aridae, et ex lentisco liquidae*. Sic autem reposui ex Mss. Vulgo legitur *et liquidae pineae, item ex lentisci.*

1. Καρκινώδη *vero [phymata])* Delendum *phymata*, et subaudiendum turbercula. Sic sect. 18. hujus cap. *et in iis tuberibus quae difficiliter concoquuntur, et in iis quae καρκινώδη vocantur*. Cod. Med. I. habet *Carcinode vero phymata*; alii, *Carcinodae*

bani, visci, ammoniaci, resinae terebinthinae, singulorum p. x. i.
sevi taurini [2] p. s. faecis combustae quam maxima portione, dum
id siccius non faciat, quam esse malagma oportet.
* Quod si facie contusa livor subcruentus est, haec compo- * 24.
sitio nocte et die imposita tollit. Aristolochiae, thapsiae, singu-
lorum p. x. ii. bdellii, styracis, ammoniaci thymiamatis, galbani,
resinae aridae, et ex lentisco liquidae, turis masculi, iridis illyri-
cae, cerae, singulorum p. x. iv. [1] Idem faba quoque imposita proficit.
* Sunt etiam quaedam malagmata, quae [1] στομωτικὰ Graeci * 25.
vocant, quoniam aperiendi vim habent. Quale est quod ex his
constat: piperis longi, spumae nitri, singulorum p. x. ii. erysimi
p. x. iv. quae cum melle miscentur. [2] Idoneaque etiam strumae
aperiendae sunt. Ejus generis, vehementiusque ex his [3] est id
quod habet calcis p. x. iv. piperis grana sex, nitri, cerae, sin-
gulorum p. x. x. [4] mellis p. =. olei heminam.
* [1] Niconis quoque est quod resolvit, aperit, purgat. Habet * 26.
alcyonium, sulphur, nitrum, pumicem, [2] paribus portionibus;
quibus tantum picis, et cerae adjicitur, ut fiat cerati crassitudo.
* Ad ossa autem Aristogenis fit ex his: sulphuris p. x. i. * 27.
resinae terebinthinae, nitri spumae, et ex scilla partis interioris,
plumbi eloti, singulorum p. x. ii. turis fuliginis p. x. viii. ficus
aridae quam pinguissimae, sevi taurini, singulorum p. x. viii. ce-
rae p. x. xii. iridis macedonicae p. x. vi. sesami fricti acetabulum.

vero phymata. In Med. iv. inter *vero* et *phymata* inserta est ab alia manu particula *et*. Hinc pleraeque Edd. *Carcinodae vero, et phymata*; Manutianae, Καρκινόδαι *vero, et* φύματα. Lindenius legit *Carcinomata vero, et phymata.*

2. *p. s.)* Lindenius, et alii cum Caesario, *p. x. s.*

1. *Idem faba quoque imposita proficit)* Faba, an fabae farina? arida, an cum liquido aliquo mixta? Sed facile apparet, membrum hoc insititium esse. Caesarius, et alii legunt *Item faba quoque* &c. Ruellius, *Idem faba quoque imposita perficit*; Lindenius, *Eidem faba quoque imposita proficit.*

1. *στομωτικὰ Graeci vocant)* Cod. Med. i. et Edd. sex primae habent *stomachica*; aliae Edd. *στομαχικὰ*; Manutianae, et aliae, *στοματικὰ*; mendose scilicet pro στομωτικὰ. Lindenius legit *ἀναστομωτικὰ*, ut habet in margine Ed. Constantini.

2. *Idoneaque etiam strumae aperiendae sunt)* Membrum hoc alienum videtur. Celsus dixisset *Idoneumque est*, ut cohaereret cum antecedenti verbo *Quale est id.*

3. *est id quod habet)* Lindenius, *est, quod habet.*

4. *mellis p. =.)* Gryph. et Constant. *mellis p. x.* 3. Ruel. Pant. Steph. et Linden. *mellis p. x. iii.*

1. *Niconis)* Ita Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae. Niconis cujusdam, qui librum *περὶ πολυφαγίας* scripsit, mentionem facit Cicero epist. 20. ad Famil. lib. 9. Ed. Caesariana, ceteraeque habent *Miconis*; sed Caesarius censet legendum esse *Myctionis* ex Indice Pliniano lib. 20. cap. 33. Ad eum Plinii locum Harduinus adnotat in Cod. quodam legi *Myccon*; in alio, *Myton*; in Indice autem hactenus edito, *Miction*: ipse autem *Micton* rescribendum censet, quia Μίκτωνα ἐν τῷ περὶ Ῥιζοτομικῶν laudat scholiastes Nicandri in Theriacis.

2. *paribus portionibus)* Sic sect. 19. hujus cap. et sect. 9. proximi cap. 19. *pares portiones*. Lindenius legit *pari pondere.*

28. * [1] Maximeque nervis et articulis malagma convenit. Igitur Euthyclei est [2] et ad articulos, et ad omnem dolorem, et ad vesicae, et ad recenti cicatrice contractos articulos, quas ἀγκύλας Graeci nominant; quod habet fuliginis, turis acetabulum, resinae tantumdem, galbani sine surculis sescunciam, ammoniaci, bdellii, [3] singulorum p. =. [4] cerae p. s. [5] Ad eosdem digitos: iridis, ammoniaci, galbani, nitri, singulorum p. ж. XIV. resinae liquidae p. ж. VI. cerae p. ж. XVI.

29. * Ad dolores articulorum, Sosagorae: plumbi combusti, papaveris lacrimae, corticis hyoscyami, styracis, peucedani, sevi, resinae, cerae [1] pares portiones.

30. * [1] Chrysippi: resinae liquidae, sandarachae, piperis, singulorum p. ж. XII. quibus cerae paululum adjicitur.

31. * Ctesiphontis: cerae creticae, resinae terebinthinae, [1] nitri quam ruberrimi, singulorum [2] p. s. olei cyathi tres. Sed id nitrum ante per triduum, instillata aqua, teritur, et cum sextario ejus incoquitur, donec omnis humor consumatur. [3] Potest vero ea compositio etiam ad parotidas, phymata, strumam, [4] omnemque coitum humoris emolliendum.

---

1. *Maximeque nervis et articulis malagma convenit. Igitur Euthyclei est &c.)* Ed. Lindenii ita habet: *maximeque nervis et articulis malagma hoc convenit.*

28. *Euthyclei quod est, et ad articulos:* infra vero, *quas ἀγκύλας Graeci nominant, conveniens, habet fuliginis thuris acetabulum.*

2. *et ad articulos, et ad omnem dolorem, et ad vesicae &c.)* Legerim *et ad omnem dolorem*, scilicet articulorum, *et ad recenti cicatrice contractos articulos*. Verba haec *et ad articulos . . . et ad vesicae*, ex margine, ut tot alia, in contextum irrepsisse puto.

3. *singulorum p. =.)* Manut. Ald. Pant. et Steph. *singulorum p. ж. III.* Gryph. et Constant. *singulorum p. ж. =.* Linden. *singulorum p. *.*

4. *cerae p. s.)* Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *cerae p. ж. semis.*

5. *Ad eosdem digitos: iridis &c.)* Ita habet Cod. Med. 1. In aliis Codd. tria verba *Ad eosdem digitos* posita sunt lemmatis loco. Vox *digitos* proculdubio glossema est; et intelligendum articulos. Ego duas voces *Ad eosdem* mendosas esse suspicor, et sub his nomen latere auctoris compositionis hujus: voces autem illae *Ad dolores articulorum* sequentis sectionis videntur ex margine irrepsisse. Si pro *Ad eosdem* ponetur nomen auctoris alicujus, ex. gr. Andreae, orationis contextus planus et apertus erit; hic scilicet: *Igitur Euthyclei est, quod habet fuliginis turis . . . . Andreae, iridis . . . Sosagorae. plumbi combusti . . . . Chrysippi. resinae liquidae . . . . Ctesiphontis, cerae creticae: ut malagma* ubique subaudiatur. Vulgo omnes legunt *Aliud item fit, quod habet iridis &c.* Sed nullo, quod ego sciam, codice suffragante.

1. *pares portiones)* Linden. *par pondus.*

1. *Chrysippi)* Linden. *Est et Chrysippi.*

1. *nitri quam ruberrimi)* Sic cap. 22. sect. 4. hujus lib. *nitri quam ruberrimi pars tertia.* Scaliger haec adnotat: *Mirum, qui dicat ruberrimum esse nitrum, cum viride sit, et in ollas indatur ad caules viridiores efficiendos.* Sed Morgagnus Hippocratis, Dioscoridis, Plinii, et Galeni loca quaedam affert, in quibus mentio fit nitri rubri, nitri colore paene purpureo, nitri rosei.

2. *p. s.)* Lindenius, aliique legunt *p. ж. s.* ut est in Ed. Caesarii.

3. *Potest)* Lindenius, *Prodest.*

4. *omnemque coitum humoris emolliendum)* Verba haec Celsi esse non videntur Quae coierunt, non emollienda, sed discu-

* [1] Ad articulos, fici quoque aridae partem nepetae mixtam; vel uvam taminiam sine seminibus cum pulegio recte aliquis imponit. 32.

* [1] Eadem podagrae praesidio sunt. Sed ad eam fit Aristonis quoque, quod habet nardi, cinnamomi, casiae, chamaeleontis, junci rotundi, singulorum p. X. VIII. sevi caprini ex irino liquati p. X. XX. iridis p. X. I. quae in aceto quam acerrimo jacere per XX. dies debet. [2] Idem autem etiam recentia phymata doloresque omnes discutit. 33.

* At Theoxenus ad pedum dolores, sevi a renibus partem tertiam, salis partes duas miscebat, hisque membranulam illitam imponebat: tum superinjiciebat ammoniacum thymiama in aceto liquatum. 34.

* At Numenius podagram, ceterosque articulos induratos hoc molliebat: abrotoni, rosae aridae, papaveris lacrimae, singulorum p. X. III. resinae terebinthinae p. X. IV. turis, spumae nitri, singulorum p. X. VIII. iridis, aristolochiae, singulorum p. X. XII. [1] cerae p. III. quibus adjicitur [2] cedri cyathus unus, [3] olei laurei cyathi tres, olei acerbi sextarius. 35.

* Si quando autem in articulis callus increvit, Dexius docuit imponere calcis p. X. IV. cerussae p. X. VIII. resinae pineae p. X. XX. piperis grana XXX. [1] cerae p. =. quibus, dum contunduntur, hemina vini lenis instillatur. 36.

* Ex emplastris autem nulla majorem usum praestant, quam quae cruentis protinus vulneribus injiciuntur: ἔναιμα Graeci vocant. Haec enim reprimunt inflammationem, nisi magna vis eam cogit, [1] atque illius quoque impetum minuunt: [2] tum glu- XIX.

tienda sunt. Sect. 8. hujus cap. *praecipuum vero est ad resolvenda quae adstricta sunt, mollienda quae dura sunt, digerenda quae coeunt, id quod* &c. Sed tota periodus insititia videtur.

1. *Ad articulos, fici quoque aridae* &c.) Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *ad articulos. fici quoque aridi* &c. Duae voces *Ad articulos* additae videntur ex lemmate margini apposito.

1. *Eadem podagrae praesidio sunt*) Codd. Mss atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *Eadem podagrae praesidia sunt*; sed in Cod Med. 1. a Palavicinio emendatum est *praesidio*; et ita legitur in Caesariana, ceterisque Editionibus.

2. *Idem autem* &c) Periodus suspecta.

1. *cerae p. III.*) Caesarius, et alii, in quibus Lindenius, legunt *cerae p. X. III.*

2. *cedri*) cedrus pro oleo cedrino; quemadmodum cyprus pro oleo cyprino, rosa pro oleo rosaceo. Cap. 24. sect. 3. hujus lib. *Et hoc quidem magis purgat, magis vero emollit, si pro rosa cyprus infunditur.* Lindenius legit *cedriae*, ut habet in margine Ed. Constantini.

3. *olei laurei*) Ita Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae. Laureum vocatur etiam lib. 6. cap 7. In Ed. Caesariana, ceterisque legitur *olei laurini*.

1. *cerae p. =.*) Lindenius, et alii cum Caesario, *cerae p. X. III.*

1. *atque illius quoque impetum minuunt*) Lindenius, *atque tum illius* &c.

2. *tum glutinant vulnera, quae id patiuntur: cicatricem iisdem inducunt*) Neque enim omnia vulnera glutinari patiuntur. Vide cap. 26. sect. 23. hujus libri.

tinant vulnera quae id patiuntur, cicatricem iisdem inducunt. Constant autem ex medicamentis non pinguibus; ideoque [3] *ἀλίπαινα* nominantur.

*1. * Optimum ex his est, [1] quod barbarum vocatur. Habet aeruginis rasae p. X. XII. spumae argenti p. X. XX. aluminis, picis aridae, resinae pineae aridae, singulorum p. X. I. quibus adjiciuntur olei et aceti singulae heminae.

*2. * Alterum ad idem, quod [1] *κοακὸν* vocant. Habet spumae argenti [2] p. X. C. resinae aridae tantumdem: sed spuma prius ex tribus olei heminis coquitur. His duobus emplastris color niger est, qui fere talis fit ex pice atque resina: [3] at ex bitumine nigerrimus; ex aerugine, aut aeris squama, viridis; ex minio ruber; ex cerussa albus.

*3. * Paucae admodum compositiones sunt, in quibus aliquid mixturae varietas novat. Ergo id quoque nigrum est, quod *βασιλικὸν* nominatur. Habet [1] opopanacis p. X. I. galbani p. X. II. picis, et resinae, singulorum p. X. X. olei dimidium cyathum.

*4. * [1] At quia perviride est, [2] zmaragdinum appellatur: in quo sunt resinae pineae p. X. III. [3] cerae p. X. I. [4] aeruginis p. s. turis fuliginis p. =. [5] olei tantumdem, aceti, quo fuligo et aerugo in unum cogantur.

Perperam Lindenius legit *glutinant vulnera quae id non patiuntur, et cicatricem iisdem inducunt.*

3. *ἀλίπαινα nominantur)* Ita legitur ad marginem in Ed. Constantini. Cod. Med. I. atque Edd. Caesarii, Ruellii, Gryphii, Pantini habent *alipenae*; alii Codd. atque Edd. sex primae, *alipene*; Manutianae, *ἀλιπένη*. Stephanus legit *αλιπῆ nominantur*; Lindenius, *ἀλίπαντα a Graecis nominantur*.

1. *quod barbarum vocatur. Habet aeruginis &c.)* Lindenius, *quod barbarum nominatur. Habet enim fuliginis &c.*

1. *κοακὸν)* Ita in margine Ed. Constantinianae. Codd. Mss. habent *coacon*; Edd. 1478. 1481. 1493. 1497. Ruellii, Pantini, et Lindenii, *choacon*; Bevelaquae, Juntae, et Caesarii, *choachon*. Manutii, Gryphius, et Stephanus legunt *χόακον*. Caesarius haec adnotat: *Legendum fortasse* choacon, *aut* chiacum, *ut apud Georgium Vallam de cura oculi; nisi malis* coacon, *quod inter Hippocratis opera liber habeatur, qui inscribitur* de Coacis Praenotionibus; *unde nomen deductum videri potest.*

2. *p. X. C.)* Lindenius, *p. X.* *.

3. *at ex bitumine)* Lindenius, *ut ex bitumine &c.*

1. *opopanacis)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *panacis*.

1. *At quia perviride est)* Ita Codd. Mss.; libri vulgati, *At quod*.

2. *Zmaragdinum)* Ita Cod. M. I. alii, et omnes Edd. *smaragdinum*.

3. *cerae p. X. I.)* Videtur legendum *cerae p. I.*

4. *aeruginis p. s. turis fuliginis p. =.)* Ita in Codd. Mss. atque in Edd. sex primis, et in Manutianis. Caesarius, Ruellius, Gryphius, Pantinus, Constantinus, et Stephanus legunt *aeruginis p. X. s. thuris fuliginis p. II. X.*; Lindenius, *aeruginis p. X. s. thuris pollinis p. X. II.* ex Constantino. Is enim haec adnotavit: *si fuliginis, quaero qui perviride esse possit?* Sed Codicum, et priscarum Editionum lectione restituta, non est cur id quisquam quaerat. Nam turis fuligo adeo nigra non est, ut ejus color a duplo majori modo aeruginis, atque a resina pinea, et cera non vincatur.

5. *olei tantumdem, aceti, quo fuligo &c.)* Caesarius, et alii, *olei tantumdem, et aceti, quo fuligo &c.* Lindenius, *olei*

* Est etiam coloris fere rufi, quod celeriter ad cicatricem vulnera perducere videtur. Habet turis p. ✱. I. resinae p. ✱. II. squamae aeris [1] p. ✱. IV. spumae argenti p. ✱. XX. cerae p. ✱. C. olei heminam. *5.

* Praeterea est, [1] quam *ῥάπτουσαν* a glutinando vocant. Constat ex his: bituminis, aluminis scissilis, p. ✱. IV. spumae argenti [2] p. ✱. XL. [3] olei veteris hemina. *6.

* Praeterea sunt quaedam generis ejusdem, quae, quia capitibus fractis maxime conveniunt, *κεφαλικὰ* a Graecis nominantur, Philotae compositio habet terrae eretriae, chalcitidis, singulorum p. ✱. IV. [1] myrrhae, aeris combusti, singulorum p. ✱. X. ichthyocollae p. ✱. VI. aeruginis rasae, aluminis rotundi, [2] misy crudi, aristolochiae, singulorum p. ✱. VIII. squamae aeris [3] p. ✱. X. turis masculi p. ✱. II. cerae p. I. rosae, et olei acerbi ternos cyathos, aceti quantum satis est, dum arida ex eo conteruntur. *7.

* [1] Aliud ad idem viride: aeris combusti, squamae aeris, myrrhae, ichthyocollae, singulorum p. ✱. VI. misy crudi, aeruginis rasae, aristolochiae, aluminis rotundi, singulorum p. ✱. VIII. [2] cerae p. ✱. I. olei hemina, aceti quod satis sit. *8.

* Puri autem movendo non aliud melius, quam quod expeditissimum est: [1] *τετραφάρμακον* a Graecis nominatur. Habet pares portiones cerae, picis, resinae, sevi taurini; si id non est, vitulini. *9.

* Alterum ad idem, [1] *ἐννεαφάρμακον* nominatur; quod ma- *10.

tantumdem, et aceti, quo pollen &c. ut habet in margine Ed. Constantini.

1. *p. ✱. IV.*) Caesar. Ruel. Pant. et Linden. *p. ✱. III.*

1. *quam ῥάπτουσαν*) Sic plane habet ab alia manu Cod. Venetus, in quo vox graeca deerat. In multis aliis Codd. est ΠΑΓΙΤΟΥCAN; in aliis, ΡΑΓΙΤΟΥCAN, scilicet mendose ΡΑΓΙ pro ΡΑΠ. Huc porro spectant verba illa cap. 26. sect. 23. hujus lib. *ea, quam ῥάπτουσαν vocant*. Alii Codd. habent *quam* ΠΑΓΙΤΟΥCAM; Med. I. *quam pasisoycam*; IV. *pasisoican*; sex Edd. primae, *quam paracolleticam*; Manutianae, *quam παρακολλητικὴν*; Caesariana, ceteraeque, *quod παρακολλητικὸν*.

2. *p. ✱. XL.*) Ita in Mss. et in Edd. Manutianis. Edd. sex primae habent *p. ✱.* ceterae, *p. ✱. IV.*

3. *olei*) Ita in Codd. Mss. Vulgo legitur *et olei*, ex Med. IV. in quo particula *et* adscripta est ab alia manu.

1. *myrrhae, aeris combusti, singulorum p. ✱. X. ichthyocollae p. ✱. VI.*) Ita in Edd. Stephani, et Lindenii. Codd. Mss. et ceterae Edd. habent *myrrhae, aeris combusti p. ✱. X. ichthyocollae p. ✱. VI.* sed Codd. aliqui, *p. ✱. XVI.* pro *p. ✱. VI.*

2. *misy*) Lindenius, et alii cum Caesario tum hic, tum alibi habent *misyos* in secundo casu.

3. *p. ✱. X.*) Caesarius, et alii, quos inter est Lindenius, legunt *p. ✱. XX.* et infra, *cerae p. ✱. I.* pro *cerae p. I.*

1. *Aliud ad idem viride: aeris* &c.) Lindenius, *Aliud ad idem viride. Habet aeris* &c.

2. *cerae p. ✱. I.*) Ita in Mss. atque in Edd. 1478. 1481. 1493. 1497. et Manutianis. Videtur legendum *cerae p. I.* Edd. Bevelaquae, et Juntae habent *cerae p. VI.* Caesariana, Ruelliana, et Lindeniana, *cerae p. ✱. VI.* aliae, *p. ✱. VII.*

1. *τετραφάρμακον a Graecis nominatur*) Ita Manutii; Lindenius, *et τετραφάρμακον* &c. alii, *tetrapharmacon* &c.

1. *ἐννεαφάρμακον*) Ita Manutii; alii, *enneapharmacum*.

gis purgat. Constat ex novem rebus, cera, melle, sevo, resina, myrrha, rosa, medulla vel cervina vel vitulina vel bubula, [2] oesypo, butyro: [3] quorum ipsorum quoque pondera paria miscentur.

* 11. * Sunt autem quaedam emplastra, quibus utriusque rei facultas est: [1] quae, si singula habenda sunt, meliora sunt; sed in copia rejicienda sunt; iis potius adhibitis, [2] quae proprie id quod eo tempore opus est, consequuntur. Exempli causa duo proponam. Est igitur ad vulnera [3] attalum; quod habet squamae aeris [4] p. Ӿ. XVI. [5] turis fuliginis p. Ӿ. XV. ammoniaci tantumdem, resinae terebinthinae liquidae p. Ӿ. XXV. sevi taurini tantumdem, aceti heminas tres, olei sextarium. At inter ea quae fracto capiti accommodantur, habent quidam id quod ad auctorem Judaeum refertur. Constat ex his: salis p. Ӿ. IV. squamae aeris rubri, aeris combusti, singulorum p. Ӿ. XII. ammoniaci thymiamatis, turis fuliginis, resinae aridae, [6] singulorum p. Ӿ. XVI. resinae [7] colophoniacae, cerae, sevi vitulini curati, singulorum p. Ӿ. XX. [8] aceti sesquicyatho, [9] olei minus cyatho. [10] [Τεθεραπευμένα Graeci appellant, quae] curata vocant, cum ex sevo, puta, omnes membranulae diligenter exemptae sunt [ex alio medicamento].

2. *aesypo)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *ysopo*; al. *hysopo*; al. *hyssopo*.

3. *quorum ipsorum quoque)* Lindenius, *quorum quoque*.

1. *quae si singula habenda sunt, meliora sunt; sed in copia rejicienda sunt* &c.) Locus hic, si corruptus non est, sic, opinor, explicandus: si haberi non potest paratum ad opus, nisi emplastrum unum; melius est ex iis habere, quibus utriusque rei facultas est; scilicet et glutinandi, et pus movendi: sed si copia est, hoc rejiciendum &c. Vox *singula* hic pro sola usurpari videtur; ut apud Senecam lib. 4. Natur. Quaest. *Quod est miserrimum, nunquam sumus singuli*. In Ed. Constantini ad marginem legitur *cui si singula addenda sunt, meliora sunt: alias deteriora, nec nisi cum utraque opus est, aut in singulis singulorum inopia utendum venit. Sed in copia* &c. Lindenius vero ita edidit: *quae nisi singula habenda sit, meliora sunt; alias deteriora, nec, nisi cum utraque opus est, aut in singulis singulorum inopia utenda veniunt: sed in copia* &c. quam lectionem jure meritoque damnat Morgagnus. Krausii Ed. habet *quae, nisi singula habenda sunt, meliora sunt: sed in copia* &c. sed nihilo meliori sensu.

2. *quae proprie id* &c.) Lindenius, *quae id proprie* &c.

3. *attalum)* Fortasse *attalicum*, ut nominatur a Galeno lib. 1. cap. 14. de C. M. S. G.

4. *p. Ӿ. XVI.)* Manutii, et Lindenius, *p. Ӿ. VI.*

5. *turis fuliginis)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. In libris antiquis deest vox *turis*.

6. *singulorum p. Ӿ. XVI.)* Ita in Mss. Vulgo legitur *singulorum p. Ӿ. VI.*

7. *colophoniacae)* Ed. Caesarii in margine habet » vel *colophoniae* »: et ita legit Lindenius tum hic, tum sect. 17. hujus cap.

8. *aceti sesquicyatho)* Libri antiqui habent *aceti sesquicyathus*. Reposui *aceti sesquicyatho*, ita postulante constructione. Lindenius legit *additur aceti sesquicyathus*.

9. *olei minus cyatho)* Ita legit Lindenius. Libri antiqui habent *olei minus cyathum*. Sed cap. 21. sect. 4. hujus lib. communiter legitur *rosae minus cyatho*; et lib. 6. cap. 7. sect. 1. *mellis minus cyatho*.

10. [*Τεθεραπευμένα Graeci appellant, quae*] *curata vocant, cum ex sevo, puta, omnes membranulae diligenter exemptae sunt* [*ex alio medicamento*]) Ita in Mss. et in Edd. sex primis. In Edd. ceteris . . . .

* Sunt etiam quaedam emplastra nobilia ad extrahendum, quae ipsa quoque ἐπισπατικὰ nominantur: quale est quod, quia lauri baccas habet, διὰ δαφνίδων appellatur. In eo est resinae terebinthinae p. X. x. nitri, cerae, picis aridae, baccarum lauri, singulorum p. X. xx. olei paulum.[1] Quoties aut baccam, aut nucem, aut simile aliquid posuero, scire oportebit, antequam expendatur, ei summam pelliculam esse demendam. * 12.

* Aliud eodem nomine, quod puri quoque movendo est. Sevi vitulini, ammoniaci thymiamatis, picis, cerae, nitri, baccarum lauri, resinae aridae, aristolochiae, pyrethri pares portiones. * 13.

* Praeter haec est Philocratis, quod habet salis ammoniaci p. X. vii. aristolochiae p. X. viii. cerae, resinae terebinthinae, fuliginis turis, singulorum p. X. xv. spumae argenti p. X. xxxii. Quibus, ut pus quoque moveant,[1] iridis p. X. iv.[2] et galbani p. X. vi. adjiciuntur. * 14.

* Optimum tamen ad extrahendum est id quod a similitudine sordium ῥυπῶδες Graeci appellant. Habet myrrhae, croci, iridis, propolis, bdellii, capitulorum punici mali,[1] aluminis et scissilis et rotundi, misy, chalcitidis, atramenti sutorii cocti,[2] opopanacis, salis ammoniaci, visci, singulorum p. X. iv. aristolochiae p. X. viii. squamae aeris p. X. xvi. resinae terebinthinae p. X. lxxv. cerae, et sevi vel taurini vel hircini, singulorum p. X. c. * 15.

* Hecataeo quoque auctore emplastrum generis ejusdem fit ex his: galbani p. X. ii. fuliginis turis p. X. iv. picis p. X. vi. cerae, et resinae terebinthinae, singulorum p. X. viii. quibus paulum irini unguenti miscetur. * 16.

* Valensque ad idem emplastrum viride alexandrinum est. Habet aluminis scissilis p. X. viii. salis ammoniaci[1] p. X. viii. =. squamae aeris p. X. xvi. myrrhae, turis, singulorum p. X. xviii. cerae p. X. cl. resinae colophoniacae aut pineae[2] p. X. cc. olei heminam, aceti sextarium. * 17.

aut ex alio medicamento. Pro *vocat* Ed. Constantini in margine habet » *vocamus*, vel *vocantur* ». Lindenius legit *Quae τεθεραπευμένα Graeci appellant, nos curata vocamus; cum ex sevo puta* &c. Ego Celsum ita scripsisse existimo: *Curata vocant, cum ex sevo, puta, omnes membranulae diligenter exemptae sunt*: haec autem verba *Τεθεραπευμένα Graeci appellant, quae*, et ea *ex alio medicamento*, ab aliquo enarratore addita esse puto.

1. *Quoties aut baccam)* Lindenius, *Quoties autem baccam*.

1. *iridis p. X. iv.)* Lindenius, *iridis, p. iii.* *.

2. *et galbani)* Lindenius, *galbani*.

1. *aluminis et scissilis* &c.) Idem, *aluminis scissilis* &c.

2. *opopanacis)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *panacis*.

1. *p. X. viii. =.)* Ruellius, *p.* *. *viii. iii.* Lindenius, *p. vii.* *

2. *p. X. cc.)* Ita in Mss. atque in Edd. 1478. 1481. 1493, et Manutianis. Edd. Pinzii, Bevelaquae, et Juntae habent *p. cxc.* ceterae, p. *X. cxc.*

18. * Quaedam autem sunt emplastra exedentia, quae [1] σηπτὰ Graeci vocant: quale est id quod habet resinae terebinthinae, fuliginis turis, [2] singulorum p. =. squamae aeris p. ӿ. I. ladani p. ӿ. II. aluminis tantumdem, spumae argenti p. ӿ. IV.

19. * Exest etiam vehementer corpus, atque ossa quoque resolvit, et supercrescentem carnem coercet id quod habet spumae argenti, squamae aeris uncias singulas, nitri ignem non experti, lapidis asii, aristolochiae p. sextantes, cerae, resinae terebinthinae, turis, olei veteris, atramenti sutorii, salis ammoniaci p. s. aeruginis rasae p. bessem, aceti scillitici heminam, vini aminei tantumdem.

20. * Sunt etiam adversus morsus quaedam accommodata; quale est Diogenis nigrum, quod habet bituminis, cerae, resinae pineae aridae, singulorum p. ӿ. XX. squamae argenti p. ӿ. C. olei sextarium. Aut in quo sunt squamae aeris p. ӿ. IV. cerussae, et aeruginis rasae, singulorum p. ӿ. VIII. ammoniaci p. ӿ. XII. cerae, resinae pineae, singulorum p. ӿ. XXV. spumae argenti p. ӿ. C. olei sextarium. [1] Aut in quo sunt spumae aeris p. ӿ. XIV. galbani p. ӿ. VI. cerussae, et aeruginis rasae, singulorum p. ӿ. VIII. [2] ammoniaci p. ӿ. XII. cerae, resinae pineae, singulorum [3] p. ӿ. XXXV. [4] spuma argenti concoquitur.

21. * Rubrum quoque emplastrum, quod [1] ephesium vocatur, huc aptum est. Habet resinae terebinthinae p. ӿ. II. galbani p. ӿ. IV. minii sinopici p. ӿ. VI. turis fuliginis p. ӿ VI. cerae p. ӿ. VIII. spumae argenti [2] p. ӿ. XXXVI. olei veteris heminam.

22. * Item id quod ex his constat: squamae aeris, turis fuliginis, singulorum p. ӿ. IV. galbani p. ӿ. VI. salis ammoniaci

1. *σηπτὰ)* Codd. Mss. et Edd. sex primae habent *sepia*; Edd. Manutianae, *σηπτὰ*; Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *σηπτικὰ*. Nihil mutandum: nam Galenus docet, haec medicamenta et *σηπτὰ*, et *σηπτικὰ* vocari.

2. *singulorum p. =.)* Caesarius, et alii legunt *singulorum p ӿ. =* Ruellius, *singulorum p. ӿ. III.* Lindenius, *singulorum p. II.* *

1. *Aut in quo sunt)* Compositio haec videtur eadem esse ac praecedens; et aliqua in antiquis xemplaribus varietas in causa fuisse ejus geminandae.

2. *ammoniaci p. ӿ. XII)* Lindenius, *ammoniaci p XII.*

3. *p. ӿ. XXXV.)* Ita Codd. Mss. Edd. Manutianae, *p ӿ. XLV.* ceterae, *p. ӿ. LV.*

4. *spuma argenti concoquitur)* Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *ex quibus spuma argenti concoquitur*. Celsus sect. 24. hujus cap. docet, quoties cerussae, vel spumae argenti oleum et aqua adjicitur, illa ex his coquenda (non concoquenda) esse: sed haec compositio nec oleum, nec aquam habet. Itaque haec verba vel delenda sunt, vel superiori compositioni adjungenda, et legendum *olei sextarium*, *ex quo cerussa et argenti spuma coquuntur*: omnibus, quae interjecta sunt, sublatis.

1 *ephesium)* Ita Lindenius, aliique cum Caesario Cod. Med. 1. atque Edd sex primae, et Ruelliana habent *ethesium*; alii Codd. *etephium*; Edd. Manutianae, *ἔμφιον*. Cap. 27. sect. 3 hujus lib omnes Codd. omnesque Edd. *ephesium*.

2. *p. ӿ. XXXVI.)* Ita in Mss. Vulgo legitur *p. ӿ. LVI.*

p. ✠. xii. =. cerae p. ✠. xxv. olei tribus heminis. Haec autem aliis quoque recentioribus vulneribus recte imponuntur.

* Sunt etiam alba lenia; λευκὰ Graeci vocant; fere non gravibus vulneribus accommodata, praecipueque senilibus: quale est quod habet cerussae [1] p. ✠. xxxii. sevi vitulini curati, et cerae, singulorum [2] p. xlviii. olei heminas tres, [3] ex quibus cerussa coquitur. 23.

* Aliud quod habet cerussae p. ✠. xx. cerae [1] p. ✠. xxxv. olei heminam, aquae sextarium: quae quoties adjiciuntur cerussae vel spumae argenti, scire licet illa ex his coquenda esse. Est autem ea percandida compositio; [[2] quae supra posita est] ideoque [3] elephantine nominatur. 24.

* Lenia quoque quaedam emplastra sunt, [1] quas λιπαρὰς fere Graeci nominant; ut id quod habet minii p. ✠. iv. spumae argenti p. ✠. xxv. cerae, et adipis suillae, singulorum [2] p. ✠. xxxvii. vitellos quatuor. 25.

* Alia compositio generis ejusdem: cerae, resinae terebinthinae, singulorum [1] p. ✠. vi. cerussae p. ✠. viii. spumae argenti, [2] plumbi recrementi, [3] [σκωρίαν μολύβδου Graeci vocant] singulorum [4] p. ✠. xx. cicini olei, et myrtei, [5] singulae heminae. 26.

* Tertia quae ad auctorem Archagathum refertur: misy cocti, aeris combusti, singulorum p. ✠. iv. cerussae coctae p. ✠. viii. resinae terebinthinae p. ✠. x. spumae argenti p. ✠. vi. 27.

* Etiamnum generis ejusdem: spumae argenti, cerae, adipis suillae, singulorum p. ✠. xxvii. [1] vitelli cocti quatuor, rosae he- 28.

1. *p. ✠. xxxii.)* Cesarius, et alii, interquos est Lindenius, legunt *p. ✠. lii.*

2. *p. ✠. xlviii.)* Ita in Codd. Mss. Libri editi habent *p. ✠. lviii.*

3. *ex quibus cerussa coquitur)* Ita Codd. omnes, Med. 1. excepto. In eo, et in libris vulgatis legitur *ex quibus ea cerussa coquitur.*

1. *p. ✠. xxxv.)* Caesarius, quem Lindenius, et alii sequuntur, legit *p. ✠. lv.*

2. *[quae supra posita est])* Verba supervacua, et additiția.

3. *elephantine)* Ita Codd. Mss. Vox haec videtur scribenda graecis litteris. Vulgo legitur *elephantina*, ex Palavicino.

1. *quas λιπαρὰς &c.)* Sic cap. 26. sect. 35. hujus lib. *qualis λυπαρὰ est*; genere feminino. Lindenius legit *quae λιπαρὰ &c.*

2. *p. ✠. xxxvii. vitellos quatuor)* Manutii, *p. ✠. xxvii. vitellos quatuor*; Lindenius, *p. xxxv. *. vitellos ovorum quatuor.*

1. *p. ✠ vi.)* Lindenius, *p. v. *.*

2. *plumbi recrementi)* Idem, *plumbi retrimenti.*

3. *[σκωρίαν μολόβδου Graeci vocant])* Haec ab aliquo interprete addita fuerunt ex cap. 15. hujus libri. Fortasse ibi quoque ex margine irrepsere.

4. *p. ✠ xx.)* Ed. Salingiacensis, et aliae multae, *p. xx.* Lindeniana, *p. x. *.*

5. *singulae heminae)* Veteres libri habent *singulorum heminae*. Ego reposui *singulae heminae*, i. e. utriusque hemina. Sic sect. 7. hujus cap. *olei et aceti singulae heminae*; et sec. 19. *spumae argenti, squamae aeris uncias singulas*. Lindenius ita edidit: *singulorum heminae tertia.*

27. *Alia, quae ad authorem Arcaghatum &c.*

1. *vitelli cocti quatuor)* In Edd. Salingiacensi, Gryphiana, Pantiniana, Constantiniana, et Lindeniana deest vox *quatuor*.

mina. [2] Aut cerati ex oleo myrteo facti partes tres, adipis suillae pars quarta, paulum ex plumbi [3] recremento. Aut, spumae argenti selibra, ex olei hemina, et aquae marinae altera, cocta, donec bullire desierit, cui paulum cerae sit adjectum. Aut, pares portiones cerae, sevi, [4] stibi, spumae argenti, cerussae.

XX. * Pastilli quoque facultates diversas habent. Sunt enim ad recentia vulnera glutinanda sanandaque apti: qualis est, qui habet chalcitidis, misy, spumae nitri, floris aeris, gallae, aluminis scissilis modice cocti, singulorum p. x. I. aeris combusti, capitulorum mali punici, singulorum p. x. III. Hunc oportet diluere aceto, [1] ac sic, ubi vulnus glutinandum est, [2] illinere. At si nervosus aut musculosus is locus est, commodius est cerato miscere sic, ut illius octo partes, nona hujus sit.

1. * Alius ad idem constat ex his: bituminis, aluminis scissilis, singulorum p. x. I. aeris combusti p. x. IV. spumae argenti p. x. XI. olei sextario.

2. * Sed longe [1] Polyidae celeberrimus est; σφαγὶς autem nominatur: qui habet aluminis scissilis [2] p. x. I. =. atramenti sutorii p. x. II. myrrhae p. x. V. aloes tantumdem, capitulorum punici mali, fellis taurini, singulorum p. x. VI. quae contrita vino austero excipiuntur.

3. * Ad ulcera sordida, et nigritiem in auribus, naribus, obscoenis partibus, inflammationesque eorum: chrysocollae p. x. I. atramenti sutorii, aluminis scissilis, singulorum p. x. II. halicacabi corticis p. x. IV. minii p. x. VI. spumae argenti p. x. XII. cerussae p. x. XVI. [1] quae ex aceto et coguntur, et ubi utendum est, diluuntur.

4. * Andronis vero est ad uvam inflammatam, ad naturalia sordida, etiam cancro laborantia: gallae, atramenti sutorii, myrrhae, singulorum p. x. I. aristolochiae, aluminis scissilis, singulorum

2. *Aut cerati &c.)* Lindenius legit *Aut compositio haec: cerati &c.* et infra: *Aut haec compositio: spumae &c.* et postea, *Aut haec: pares portiones &c.*

3. *recremento)* Lindenius, *retrimento*.

4. *stibi)* Ita Edd. Manutianae, et posteriores omnes, exceptis Constantiniana, et Lindeniana, in quibus est *stibii*. Codd. Mss. et Edd. sex primae habent *stibis*. Vide adnot. 2. ad cap. 15. hujus libri.

1. *ac sic, ubi vulnus &c.)* Ita in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *sic ubi vulnus &c.* Ed. Constantini in margine, *ac ubi vulnus &c.*

2. *illinere)* Codd. Mss. atque Edd. 1478. 1481. 1493. 1515. Juntina, et Caesariana, *illinire*.

1. *Polyidae)* Ita Ed. Lindenii: Edd. Caesarii, Ruellii, et Stephani, *Polybii*; ceterae, et Codd. Mss. *Polybi*. Sed Codices in indice capitum hujus libri habent *Polydi*, vel *Polidi*. Polyidem vocat Caelius Aurelianus lib. 4. cap. 3. et 4. Morb. Acut. Galenus lib. 2. cap. 3. de C. M. S. G. Aetius lib. 14. cap. 5. Paulus Aegineta lib. 7. cap. 22.

2. *p. x. I. =.)* Lindenius leg. *p. x. I.* *.

1. *quae ex aceto et coguntur)* Idem, *quae ex aceto coguntur*.

p. x. II. [1] capitulorum punici mali p. x. XXV. [2] ex passo coacta, et cum usus exigit, aceto vel vino diluta, prout valentius aut levius vitium est, cui medendum est.

* Proprie autem ad ani fissa, vel ora venarum fundentia sanguinem [[1] vel cancrum]: [2] aeruginis p. x. II. myrrhae p. x. XII. stibis, lacrimae papaveris, acaciae, singulorum p. x. XVI. quae ex vino et teruntur, et in ipso usu [3] deliquantur. * 5.

* Expellere autem ex vesica cum urina calculum videtur haec compositio: casiae, croci, myrrhae, costi, nardi, cinnamomi, dulcis radicis, balsami, hyperici pares portiones conteruntur; deinde vinum lene instillatur, et pastilli fiunt, qui singuli habeant [1] p. x. =. hique singuli quotidie mane jejuno dantur. * 6

* Haec tria compositionum genera [1] [, id est, quae in malagmatis, pastillis, emplastrisque sunt] maximum praecipueque varium usum praestant. Sed alia quoque utilia sunt; ut ea quae feminis [2] subjiciuntur: πεσσοὺς Graeci vocant. Eorum haec proprietas est: medicamenta composita molli lana excipiuntur, eaque lana naturalibus conditur. * XXI.

* Ad sanguinem autem evocandum, cauneis duabus adjicitur nitri p. x. I. aut allii semen conteritur, adjicitur myrrhae paululum, et unguento susino miscetur: aut cucumeris silvestris pars interior ex lacte muliebri diluitur. * 1.

* Ad vulvam molliendam ovi vitellus, et foenum graecum, et rosa, et crocum temperantur. Aut elaterii [1] p. x. =. salis tantumdem, uvae taminiae p. x. VI. melle excipiuntur. * 2.

* [1] Aut Boetho auctore: croci, resinae terebinthinae, singu- * 3.

1. *capitulorum punici mali p. X. XXV.*) Ita Lindenius, et alii ex Caesario. Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *capitula punici mali* &c.

2. *ex passo coacta*) Qui supra pro *capitula* reposuerunt *capitulorum*, hic legunt *ex passo coactorum*; et infra, *aceto, vel vino dilutorum*: sed minus recte. Non enim capitula tantum punici mali, sed et galla, et atramentum sutorium, et cetera omnia ex passo coganda, et ex aceto diluenda sunt.

1. [*vel cancrum*]) Ad quod cancri genus? plura enim ejus vitii genera sunt. Duae hae voces videntur insititiae. Lindenius legit *vel cancrum valet*.

2. *aeruginis p. X. II. myrrhae p. X. XII. stibis, lacrimae papaveris* &c.) Lindenius legit *aeruginis p. II. *. myrrhae p. IV. *. gummi p. VIII. *. thuris p. XII. *. stibii, lacrymae papaveris* &c.

3. *deliquantur*) Ed. Constantini in margine habet *liquantur*; et ita legendum videtur. Hoc enim verbum Celsus ter adhibet cap. 17. hujus libri, et alibi quoque: *deliquor* apud eum alibi non invenitur.

1. *p. X. =.*) Lindenius, *p. I. **.

1. [*id est quae in malagmatis, pastillis, emplastrisque sunt*]) Interpretatio ex margine in contextum traducta. Lindenius legit *id est quae in malagmatis, emplastris, pastillisque sunt*.

2. *subjiciuntur*) Caesarius, et Lindenius legunt *subjiciunt*.

1. *p. X. =.*) Ruellius, Pantinus, et Lindenius, *p. X. III.*

1. *Aut Boetho auctore*) Lindenius, *Aliud Boetho authore: quod habet*.

lorum p. x. IV. myrrhae [2] p. x. = =. rosae p. x. I. sevi vitulini [3] p. x. I. =. cerae p. x. II. miscentur.

* 4. * Optima autem adversus inflammationes vulvae Numenii compositio est, quae habet [1] croci p. x. =. cerae p. x. I. butyri p. x. VIII. [2] adipis anserinae p. x. XII. vitellos coctos duos, rosae minus cyatho.

* 5. * [1] Si vero infans intus decessit, quo facilius ejiciatur, malicorium ex aqua terendum, eoque utendum est.

* 6. * Si concidere [1] vitio locorum mulier solet, cochleae cum testis suis comburendae, conterendaeque, deinde his mel adjiciendum est.

* 7. * Si non comprehendit, adeps leonina ex rosa mollienda est.

XXII. 1. * [1] Quaedam autem mixturae medicamentorum sunt, quibus aridis neque coactis utimur sic, ut inspergamus, aut cum aliquo liquido mixta illinamus: quale est ad carnem supercrescentem excedendam, quod habet [2] squamae aeris, fuliginis turis, singulorum p. x. I. aeruginis p. x. II. Haec autem eadem cum melle purgant ulcera; [3] cum cera implent. Misy quoque et galla, si paribus portionibus misceantur, corpus consumunt: eaque vel arida inspergere licet, vel [4] excepta cadmia illinere.

* 2. * Putrem vero carnem continet, neque ultra serpere patitur, et leniter exest, mel vel cum lenticula, vel cum marrubio, vel cum oleae foliis, ante ex vino decoctis: item sertula campana in mulso cocta, deinde contrita: aut calx cum cerato: aut amarae nuces cum allio sic, ut hujus pars tertia sit, paulumque his croci adjiciatur: aut quod habet spumae argenti p. x. VI. cornu bubuli combusti p. x. XII. olei myrtei, et vini cyathos ternos: aut quod ex his constat: floris [1] punici mali, atramenti sutorii, aloes,

2. *p. x. = =.)* Caesar. Gryph. Constant. et Steph. *p. x.* =. Ruel. Pant. et Linden. *p. x. III.*

3. *p. x. I. =.)* Bevel. Junt. Caesar. aliique, *p. x.* =. Ruel. Pant. et Almeloveen. *p. x. III.* Linden. *p. III.*

1. *croci p. x. =.)* Ruel. Pant. et Linden. *croci p. x. III.*

2. *adipis anserinae)* Ita Manutii, Ruellius, et Almeloveenius; alii, *adipis anserini*; ut est in Mss. Paulo infra omnes libri habent *adeps leonina*.

1. *Si vero infans intus decessit)* In quibusdam Codd. legitur *Si vero infans in vulva decessit*: quam lectionem ortam esse ex interpretatione margini adscripta, jam monuit Rhodius in Lexico Scriboniano.

1. *vitio locorum)* morbo scilicet, qui ex vulva feminis nascitur: de quo egit Celsus cap. 29. lib. 4.

1. *Quaedam autem mixturae)* In Edd. Junt. Caesar. Ruel. et Linden. deest particula *autem*.

2. *squamae aeris)* Ita Ed. Lindenii. In libris antiquis deest vox *aeris*.

3. *cum cera implent)* Lindenius, *et cum cera, implent*.

4. *excepta cadmia illinere)* Ita Manutii, Caesarius, Ruellius, et Lindenius; alii, *linire*, ut est in Mss. Duae voces *excepta cadmia* Krausio suspectae sunt, quia cadmia arida est; et ad mysi et gallam, quae ipsa quoque arida sunt, excipienda, liquido aliquo opus est.

1. *punici mali)* Ed. Lindenii, *mali punici*.

singulorum p. X. II. aluminis scissilis, turis, singulorum p. X. IV. gallae p. X. VIII. aristolochiae p. X. X. Vehementius idem facit, etiam adurendo, auripigmentum cum chalcitide, et aut nitro, aut calce, aut charta combusta; item sal cum aceto: vel ea compositio quae habet chalcitidis, [2] capitulorum punici mali, aloes, singulorum p. X. II. aluminis scissilis, turis, singulorum p. X. IV. gallae p. X. VIII. aristolochiae p. X. X. mellis quantum satis sit ad ea cogenda: vel [3] cantharides X. I. sulphuris p. X. I. lolii p. X. III. quibus adjicitur picis liquidae quantum satis est ad jungendum: vel chalcitis quoque cum resina et ruta mixta: aut cum eadem resina diphryges: aut uva taminia cum pice liquida. [4] Idem vero possunt faecis vini combustae et calcis et nitri pares portiones: vel aluminis scissilis [5] p. X. ==. turis, sandarachae, nitri, singulorum p. X. I. gallae p. X. VIII. aristolochiae p. X. X. mellis quantum satis est.

* Est etiam [1] Herae compositio, quae habet myrrhae, chalcitidis, singulorum p. X. II. aloes, turis, aluminis scissilis, singulorum p. X. IV. aristolochiae, gallae immaturae, singulorum p. X. VIII. malicorii contriti [2] p. X. X. *3.

* [1] Est Judaei, in qua sunt calcis partes duae, nitri quam ruberrimi pars tertia: quae urina impuberis pueri coguntur, donec strigmenti crassitudo sit. Sed subinde is locus cui id illinitur, madefaciendus est. *4.

* At Jollas chartae combustae, sandarachae, singulorum p. X. I. [1] calcis p. X. II. auripigmenti tantumdem miscebat. *5.

* Si vero ex membrana quae super cerebrum est profluit sanguis, vitellus combustus et contritus inspergi debet: [1] si alio *6.

2. *capitulorum punici mali)* Idem, *capitulorum mali punici*.

3. *cantharides X. I. sulphuris p. X. I.)* Ita Codd. Mss. atque Edd. sex primae; aliae Edd. *cantharides p. X. I.* &c. Lindeniana, *cantharidum, sulphuris singulorum* I. *. Fortasse legendum *cantharidas XI. sulphuris p. X. I.* Compositio Scribonii 231. quae facultate huic similis est, cantharidas numero habet, non pondere; *Allii candidi spicae capitis tritae cum cantharidibus viginti Alexandrinis*.

4. *Idem vero possunt faecis vini combustae &c.)* Libri antiqui habent *Idem vero possunt faeces vini combustae* &c. Ego pro *faeces* reposui *faecis*, ut sint pares protinus faecis, calcis, et nitri. Lindenius legit *Idem vero possunt et faeces vini combustae, et calcis et nitri pares potiones*.

5. *p. X. ==.)* Ruellius, et Pantinus *p. X. XXXIII.*; Lindenius, *p. I.* *.

1. *Herae compositio)* Ita legendum monuit Rousseus; et ita edidit Lindenius. Galenus multas Herae compositiones describit in lib. de C. M. S. G. et in lib. de C. M. S. L. Cod. Med. I. habet *sere*; alii, et omnes Edd. antiquae, *Hierae*.

2. *p. X. X.)* Lindenius, et alii cum Caesario, *p. X. XX.*

1. *Est Judaei)* Caesarius, *Et, est Judaei*; Ruellius, et alii, quos inter Lindenius, *Est et Judaei*.

1. *calcis p. X. II.)* Gryph. et Constant, *calcis p. II.*; Lindenius, *calcis p. II p.*

1. *si alio loco)* Lindenius legit, *si ex alio loco*.

loco sanguinis profluvium est, auripigmenti, squamae aeris, singulorum p. x. I. sandarachae p. x. II. [2] marmoris cocti p. x. IV. Eadem cancro quoque obsistunt. Ad inducendam cicatricem, squamae aeris, turis fuliginis, singulorum p. x. II. [3] calcis p. x. IIII. Eadem increscentem quoque carnem coercent.

* 7. * Timaeus autem ad ignem sacrum [1] [, ad cancrum] his utebatur: myrrhae p. x. II. turis, atramenti sutorii, singulorum p. x. III. sandarachae, auripigmenti, squamae aeris, singulorum p. x. IV. gallae p. x. VI. cerussae combustae p. x. VIII. [2] Ea vel arida inspersa, vel melle excepta idem praestant.

* 8. * Sternumenta vero [1] vel albo veratro, vel struthio conjecto in nares excitantur, vel his mixtis: piperis, veratri albi, singulorum [2] p. x. =. castorei p. x. I. spumae nitri p. x. I. struthii [3] p. x. IV.

* 9. * Gargarizationes autem aut laevandi causa fiunt, aut reprimendi, aut evocandi. Laevant lac, cremor vel ptisanae, vel furfurum: reprimit aqua in qua vel lenticula, vel rosa, vel rubus, vel cotoneum malum, vel palmulae [1] decoctae sint: evocant sinapi, piper.

* XXIII. * Antidota raro, sed praecipue interdum necessaria sunt, quia gravissimis casibus opitulantur. Ea recte quidem dantur collisis corporibus vel per ictus, vel ubi ex alto deciderunt, vel in viscerum, laterum, faucium, interiorumque partium doloribus:

2. *marmoris cocti p. X. IV.*) In Mss. et in omnibus Edd. additur *inspergi debet* (in Edd. Caesarii, Lindenius, aliorumque, *inspergit debent*): sed ex glosemate. Membrum hoc regitur a praecedentibus verbis *inspergi debet*.

3. *calcis p. X. IIII.*) Ita legunt Caesarius, Gryphius, et alii; Edd. sex primae habent *calcis p. IIII.* Manutianae, *calcis p. p. IIII.* Lindeniana, *calcis p. IIII. p.* Cod. Med. I. et alii, *calcis p. p. III.* alii, *calcis p. p. IIII.* alii, *calcis pro p. IIII.* In reliqua quoque hujus cap. parte, et in sequentibus capp. 23. 24. et 25. pro *p. X.* Codd. habent *p. p.* alicubi Med. I. *p. p.* alii, *p. X. I.* Vnde mutatio notae *X.* in *p.* orta sit, non facile dixerim; sed *p.* non aliud certe significat, quam *X.* Celsus enim cap. 17. hujus lib. ita scripsit: *ante sciri volo, in uncia pondus denariorum septem esse: unius deinde denarii pondus dividi a me in sex partes; ut idem in sextante denarii habeam, quod Graeci habent in eo, quod ὀβολὸν appellant.* Cumque denarii nota apud Latinos sit *X.* eamque Celsus et in capitibus antecedentibus, et in iis quae post cap. 25. sequuntur, adhibeat; verisimile non est, aliam hic adhibuisse. Ego ubi variantem lectionem adnotabo, hac utar, etiamsi Codd. habeant *p.* vel *p.*

1. *[, ad cancrum]*) Ita in Mss. Sed hae voces insititiae videntur, ut illae *vel cancrum* cap. 20. sect. 5. hujus libri. Edd. antiquae habent *vel ad cancrum*, ex Palavicino; Ed. Lindenii, *et ad cancrum*.

2. *Ea*) Ita in Mss. Vulgo legitur *Eadem*.

1. *vel albo veratro*) Ed. Salingiacensis, et Lindeniana, *et albo veratro*.

2. *p. X. =.*) Ita Codd. paene omnes, et pleraeque Editiones. Cod. Med. I. *p. X.* Edd. Ruellii, Pantini, et Lindenii, *p. X. III.*

3. *p. X. IV.*) Ita in Codd. Mss. Ed. Ruellii habet *p. X. VIII.* ceterae, *p. X. III.*

1. *reprimit aqua*) Lindenius, *Reprimit autem aqua*.

2. *decoctae sint*) Alii omnes, *decoctae sunt*.

maxime autem desideranda sunt adversus venena, vel per morsus, vel per cibos, aut potiones nostris corporibus inserta.

* Vnum est quod habet lacrimae papaveris [1] p. X. = =. 1.
acori, [2] malobathri, p. X. V. iridis illyricae, gummi, singulorum p. X. II. anisi p. X. III. nardi gallici, foliorum rosae aridorum, cardamomi, singulorum p. X. IV. petroselini [3] p. X. IIII. = =. [4] trifolii p. X. V. casiae nigrae, [5] silis, bdellii, [6] balsami seminis, piperis albi, singulorum [7] p. X. V. = =. styracis p. X. V. = =. myrrhae, opopanacis, nardi [8] syri, turis masculi, hypocistidis suci, singulorum p. X. VI. castorei p. X. VI. costi, [9] piperis albi, galbani, resinae terebinthinae, croci, floris junci rotundi, singulorum [10] p. X. VI. = =. dulcis radicis [11] p. X. VIII. = =. [12] quae vel melle vel passo excipiuntur.

* Alterum quod Zopyrus regi Ptolemaeo dicitur composuisse, atque ambrosiam nominasse, ex his constat: costi, turis masculi, singulorum p. X. V. piperis albi p. X. =. floris junci rotundi p. X. II. cinnamomi p. X. III. casiae nigrae p. X. IV. croci cilicii p. X. IIII. =. myrrhae, [1] quam στακτὴν nominant, p. X. V. 2.

1. *p. X. = =.)* Ita in Cod. Med. I. Vat. VIII. habet *p. X.* —. Ed. Ruelliana, *p. X. III.* ceterae, *p. X. z.*

2. *malobathri)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Constant., et Linden. *malabathri.*

3. *p. X. IIII. = =.)* Ita Cod. Med. I. alii, et pleraeque Edd. *p. X. IIII. z.* Edd. Caesarii, et Lindenii *p. X. III. z.*

4. *trifolii)* Ita legunt Caesarius, Gryphius, Pantinus, Constantinus, Stephanus, Lindenius. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *vel folii*; alii, et Edd. sex primae, *perfolii*; Manutianae, *folii*. Mihi *polii* legendum videtur: de quo Plinius lib. 21. cap. 20. sect. 84. *Nec magis alia herba convenit medicamento, quod alexipharmacon vocant.* Antidota aliqua a Galeno descripta habent etiam trifolium; sed omnia polium.

5. *silis)* Ita libri omnes; Ed. Constantini in margine, *seseleos*. Vide quae de hoc loco scripsit Morgagnus Epist. 3. in Scriptores R. R.

6. *balsami seminis, piperis albi)* In multis Edd. verba haec ita dividuntur: *balsami, seminis piperis albi*; in margine autem Ed. Constantinianae legitur *balsami, seminis papaveris albi*. Celsus balsami seminis mentionem facit etiam cap. 18. sect. 3. hujus libri: semen papaveris albi nusquam commemorat. Lindenius legit *carpobalsami, seminis papaveris albi*.

7. *p. X. V. = =. styracis p. X. V. = =.)* Ita in Cod. Med. I. Vat. VIII. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *p. X. V. z. styracis p. X. V. z.* Ed. Caesariana, et aliae, *p. X. VI. styracis p. X. V. z.* Lindeniana, *p. X. z. styracis p. X. V. z.* Videtur legendum *p. X. V. =. styracis p. X. V. = =.*

8. *syri)* Edd. Manutianae, *Syrii*; Constantiniana in margine, *Syriaci*. Sane lib. 4. cap. 6. syriacum dicitur oleum; lib. 6. cap. 7. sect. 2. nardum; cap. 11. ejusdem lib. rhus.

9. *piperis albi)* repetitum est. Nam supra habetur *balsami seminis, piperis albi*. Nisi forte legendum est *piperis longi*. Multa eodem modo iterata alibi notavi. Apud Galenum quoque lib. 2. de Antid. compositio 5. habet piper et album et longum, atque iterum piper longum: et Theriaca Mithridatis, bis piper album et longum.

10. *p. X. VI. = =.)* Ita in Cod. Med. I. Vat. VIII. habet *p. X.* sex Edd. primae, *p. VI. z.* alii Codd. ceteraeque Edd. *p. X. VI. z.*

11. *p. X. VIII. = =.)* Ita Cod Med. I. Edd sex primae, *p. VIII. z.* alii Codd. et ceterae Edd. *p. X. VIII. z.*

12. *quae vel melle)* Edd. 1481. et aliae multae, etiam Lindeniana, *quae melle*.

1. *quam στακτὴν nominant &c.)* Ita Cod. Med. I. alii, et omnes Edd. *quam stacten nominant*.

nardi indici p. x. v. =. quae singula contrita melle cocto excipiuntur; deinde ubi utendum est, id quod aegyptiae fabae magnitudinem impleat, in potione vini diluitur.

*3 * Nobilissimum autem est Mithridatis; quod quotidie sumendo rex ille dicitur adversus venenorum pericula tutum corpus suum reddidisse: in quo haec sunt: costi [1] p. x. =. acori p. x. v. hyperici, [2] gummi, sagapeni, acaciae suci, iridis illyricae, cardamomi, singulorum p. x. II. anisi p. x. III. nardi gallici, gentianae radicis, aridorum rosae foliorum, singulorum p. x. IV. papaveris lacrimae, petroselini, singulorum p. x. IIII. =. casiae, [3] silis, [4] polii, piperis longi, singulorum p. x. VI. styracis p. x. v. =. castorei, turis, hypocistidis suci, myrrhae, opopanacis, singulorum p. x. VI. [5] malobathri folii p. x. VI. floris junci rotundi, resinae terebinthinae, galbani, dauci cretici seminis, singulorum [6] p. x. VI. =. nardi, opobalsami, singulorum p. x. VI. =. thlaspis [7] p. x. v. = =. radicis ponticae p. x. VII. croci, [8] zingiberis, cinnamomi, singulorum p. x. VIII. Haec contrita melle excipiuntur, et adversus venenum, quod magnitudinem nucis graecae impleat, ex vino datur: in ceteris autem affectibus corporis pro modo eorum, vel quod aegyptiae fabae, [9] vel quod ervi magnitudinem impleat, satis est.

*XXIV. 1. * Acopa quoque utilia nervis sunt: quale est quod habet floris junci rotundi p. x. II. = =. costi, junci quadrati, lauri baccarum, ammoniaci, cardamomi, singulorum p. x. IIII. =. myrrhae, aeris combusti, singulorum p. x. VII. iridis illyricae, cerae, singulorum [1] p. x. XIIII. alexandrini calami, junci rotundi, aspa-

1. *p. X. = .)* Ita Cod. Vat. VIII. atque Edd. Ruellii, et Lindenii: Cod. Med. I. *p. X.*; alii, *p. X.* I.; alii, *p. X. Z. z.*; Edd. sex primae, *p. s. z.*; Caesariana, *p. S z.*; ceterae, *p. X s. z.*

2. *gummi)* Sic reposui ex Med. I. Vat. VIII. aliisque Codd., sed in iis scriptum est, ut alibi, *cummi;* unde ortum *cumini*, quod habent aliqui Codd. et omnes libri vulgati. Antidotum Mithridatis a Scribonio, et ab aliis antiquis Auctoribus descriptum habet gummi, non cuminum.

3. *silis)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae, *scilis;* Ed. Lindenii, *sileris*. Vide adnot. 5. ad sect. 1. hujus cap.

4. *polii)* Ita in margine Ed. Constantinianae. Porro antidotum hoc ab aliis Auctoribus descriptum polium habet. In omnibus Codd. omnibusque Edd. perperam legitur *lolium*.

5. *malobathri)* Constantinus, et Lindenius, *malabathri*.

6. *p. X.* VI. *=.)* Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *p. X. V. =.*

7. *p. X. V. = =.)* Ruellius, *p. X. V. XXXIII.*; Lindenius, *p. VI. **.

8. *zingiberis)* Ita Codd. Mss. atque Edd. Pantini, Constantini, et Stephani; ceterae Edd. *zinziberis*.

9. *vel quod ervi)* Codd. Medicei IV. et V. atque Edd. Caesarii, et Lindenii, *vel ervi;* Edd. Gryphii, et Constantini, *vel ervi quod*.

1. *p. X. XIIII.)* Caesarius, et alii, inter quos est Lindenius, legunt *p. X. IIII.*

lathi, xylobalsami, singulorum [2] p. ж. XXVIII. sevi [3] p. I. unguenti irini cyathum.

* Alterum quod [1] εὐῶδες vocant, hoc modo fit: [2] cerae p. =. olei tantumdem, resinae terebinthinae ad nucis juglandis magnitudinem simul incoquuntur; deinde [3] in mortario teruntur, instillaturque subinde quam optimi mellis acetabulum, tum irini unguenti, et rosae terni cyathi. * 2.

* Ἔγχριστα autem Graeci vocant liquida, quae illinuntur: quale est quod fit ad ulcera purganda et implenda, maxime inter nervos, paribus portionibus inter se mixtis, butyri, medullae vitulinae, sevi vitulini, adipis anserinae, cerae, mellis, resinae terebinthinae, rosae, [1] olei cicini: quae separatim omnia liquantur; deinde liquida miscentur; et tum simul teruntur. Et hoc quidem magis purgat: magis vero emollit, si pro rosa cyprus infunditur. * 3.

* Ad sacrum ignem: spumae argenti p. ж. VI. cornu bubuli combusti [1] p. ж. XII. conteruntur, adjiciturque invicem [2] vinum, * 4.

2. *p. Ж. XXVIII.)* Manutii, *p. Ж. VIII.* Lindenius, et alii Caesarium secuti, *p. Ж. XVIII.*

3. *p. I.)* Ita Cod. Med. I. atque Edd. sex primae, et Manutianae; Cod. Vat. VIII. ceteraeque Edd. *p. Ж. I.*

1. *εὐῶδες)* Ita Edd. Manutiorum, Gryphii, Pantini, et Constantini; Cod. Mss. *evodes*; sex Edd. primae, *eleodes*; Caesariana, Ruelliana, et Lindeniana, *ἐλαιῶδες*. Rhodius *εὐῶδες* probat. Vide adnot. ad Compos. 26. Scribonii.

2. *cerae p. =.)* Cod. Vat. VIII. atque Edd. Salingiacensis, Gryphiana, Pantiniana, Constantiniana, et Lindeniana, *cerae p. Ж. z.*

3. *in mortario teruntur)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et libri editi habent *infusa in mortario teruntur*: sed *infusa* glossema est, fortasse etiam *in mortario*. Cato quidem cap. 78. ita locutus est: *Manus mortariumque bene lavato. Farinam in mortarium indito, aquae paulatim addito, subigitoque pulchre*; atque ut ita loqueretur, res ipsa poscebat. Sic et Columella lib. 12. cap. 55. *Semen sinapis diligenter purgato, et cribrato: deinde aqua frigida eluito &c. et manibus bene expressum in mortarium novum aut bene emundatum conjicito, et pistillis conterito.* At Celsus qui toties antea dixit medicamenta terenda esse, mortarii numquam mentionem fecit. Praeter alia loca vide cap. 17. hujus libri.

1. *olei cicini)* Ita Edd. Manutiorum, Gryphii, Pantini, Constantini, Stephani, et Lindenii; Codd. Mss. *cycini*, vel *cicyni*. In Med. I. supra vocem *cycini* addita est ab antiqua manu syllaba *li*, ut sit *cylicini*. In Edd. sex primis, Caesariana, et Ruelliana est *cilicini*; sed Caesarius adnotavit » legendum fortasse *cicini* ». Cap. 19. sect. 26. hujus lib. omnes Codd. omnesque Edd. habent *cicini olei, et myrtei*. Oleum hoc, quod olim in AEgypto potui dabatur ad alvum movendam, et lumbricos expellendos, nunc ad id ipsum ubique terrarum adhibetur.

1. *p. Ж. XII.)* Ita Codd. Mss. et Edd. Manutianae; ceterae Edd. *p. Ж. II.*

2. *vinum, [et id quod specialiter sic vocatur] et myrteum)* Ita plerique Codd. atque Ed. Lindenii. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in ceteris Edd. pro *sic* est *sil*. Legendum *vinum, et myrteum*, id est oleum myrteum. Sic cap. 22. sect. 2. hujus lib. *olei myrtei, et vini ternos cyathos*; et lib. 6. cap. 8. *eique* spumae argenti *dum teritur, invicem vinum, et oleum myrteum adjicit.* Verba haec *et id quod specialiter sic vocatur* ab aliquo addita fuerunt, qui myrteum de vino accepit. De adverbio *specialiter* vide adnot. 12. ad cap. 18. lib. 2.

[et id quod specialiter sic vocatur] et myrteum, donec utrius-
que terni cyathi [3] conficiantur.

XXV. * Catapotia quoque multa sunt, variisque de causis fiunt.

1. Ἀνώδυνα vocant, quae somno dolorem levant: quibus uti, nisi nimia necessitas urget, alienum est. Sunt enim ex vehementibus medicamentis, et stomacho alienis. [1] Potest tamen etiam ad concoquendum, quod habet papaveris lacrimae, galbani, singulorum p. ✕. I. myrrhae, castorei, piperis, singulorum [2] p. ✕. II. ex quibus quod ervi magnitudinem habet, satis est devorasse.

2. * Alterum stomacho pejus, ad somnum valentius, ex his fit: mandragorae p. ✕. =. apii seminis, item hyoscyami seminis, singulorum p. ✕. IV. quae ex vino teruntur. Vnam autem ejusdem magnitudinis quae supra posita est, abunde est sumpsisse.

3. * Sive autem capitis dolores, sive ulcera, sive lippitudo, [1] [sive dentes] sive spiritus difficultas, sive intestinorum tormenta, [2] sive inflammatio vulvae est, sive coxa, sive jecur, aut lienis, aut latus torquet, sive vitio locorum aliqua prolabitur et obmutescit, occurrit dolori per quietem ejusmodi catapotium. Silis, acori, rutae silvestris seminis, singulorum [3] p. ✕. I. castorei, cinnamomi, singulorum p. ✕. II. papaveris lacrimae, panacis radicis, mandragorae malorum aridorum, junci rotundi floris, singulorum [4] p. ✕. III. piperis grana LVI. Haec per se contrita, rursus instillato subinde passo simul omnia teruntur, donec crassitudo sordium fiat. Ex eo paulum aut devoratur, aut aqua diluitur, et potui datur.

4. * Quin etiam silvestris papaveris, cum jam ad excipiendam lacrimam maturum est, manipulus [1] [qui manu comprehendi potest] in vas demittitur, et superinfunditur aqua, quae id contegat, atque ita coquitur. Vbi jam bene manipulus is coctus est, ibidem expressus [2] projicitur, et cum eo humore [3] passum pari

3. *conficiantur)* Ita Lindenius, et alii legunt cum Caesario. Codd. Mss. atque Edd. 1478. et 1481. habent *coiiciantur*; Edd. 1493. 1497. 1415. 1424. et Manutianae, *conjiciantur*.

1. *Potest)* Lindenius, *Prodest*.

2. *p. ✕. II.)* Lindenius, *p. II.*

1. *[sive dentes])* Duas has voces additias esse, ex ipsa orationis constructione apparet, quae regitur a verbo *est*.

2. *sive inflammatio vulvae est, sive coxa &c.)* Lindenius legit *sive inflammatio vulvae, sive coxae est* &c. sed perperam. Nam coxae non inflammatio, sed *ingens dolor esse consuevit*. Vide cap. 22. lib. 4.

3. *p. ✕. I.)* Lindenius, *p. II.**.

4. *p. ✕. III.)* Ita Codd. plerique omnes; sex Edd. primae. *p. II.* Cod. Med. 1. et ceterae Edd. *p. ✕. II.*

1. *[qui manu comprehendi potest])* Verba haec margini adscripta erant ad explicandam vocem *manipulus*; postea in contextum irrepserunt; ut jam monuit Morgagnus.

2. *projicitur)* Lindenius, *projiciatur*; et infra, *misceatur*, *inferveatque*.

3 *passum pari mensura)* Ita in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *passi pari mensura*.

mensura miscetur, infervetque, donec crassitudinem sordium habeat. Cum infrixit, catapotia ex eo fiunt ad nostrae fabae magnitudinem, habentque usum multiplicem. Nam et somnum faciunt, vel per se assumpta, vel ex aqua data: et aurium dolores levant, [4] adjecto exiguo modo rutae suci, ac passi: et tormina supprimunt ex vino liquata: et inflammationem vulvae coercent, mixta cerato ex rosa facto, cum paulum his croci quoque accessit: et ex aqua fronti inducta, pituitam in oculos decurrentem tenent.

* Item si vulva dolens somnum prohibet: croci [1] p. x. = =. *5.
anisi, myrrhae, singulorum p. x. I. papaveris lacrimae [2] p. x. III.
cicutae seminis p. x. VIII. miscentur, excipiunturque vino [3] vetere, et quod lupini magnitudinem habet, in tribus cyathis aquae idluitur. Id tamen in febre periculose datur.

* Ad sanandum jecur: nitri p. x. =. croci, myrrhae, nar- *6.
di gallici, singulorum p. x. I. melle excipiuntur, daturque quod aegyptiae fabae magnitudinem habeat.

* Ad lateris dolores finiendos: piperis, aristolochiae, nardi, *7.
myrrhae pares portiones.

* Ad thoracis: nardi p. x. I. turis, casiae, singulorum p. x. *8.
III. myrrhae, cinnamomi, singulorum p. x. VI. croci p. x. VIII. resinae terebinthinae quadrans, mellis heminae tres.

* Ad tussim Athenionis: myrrhae, piperis, singulorum p. x. I. *9.
castorei, papaveris lacrimae, singulorum p. x. I. quae separatim contusa postea junguntur, et ad magnitudinem fabae nostrae, bina catapotia mane, bina noctu dormituro dantur.

* [1] Si tussis somnum probibet, ad utrumque Heraclidis Ta- *10.
rentini: [2] croci p. x. =. myrrhae, piperis longi, costi, galbani,

4. *adjecto exiguo modo rutae suci, ac passi)* In Codd. Mss. atque in Edd. sex primis, et Manutianis legitur *adjectis exiguo modo rutae suci, ac passi*; in Cod. autem Med. I. supra vocem *suci* addita est littera *s*, ut sit *sucis*. Ego mutavi *adjectis* in *adjecto*. Sic lib. 4. cap. 12. *sucus acidi punici mali cum pari modo suci, qui ex dulci punico malo est*; et lib. 6. cap. 8. *mel cum exiguo modo resinae terebinthinae*. Caesarius, et alii legunt *adjectis exiguo modo rutae succo, ac passi*; Lindenius, *adjectis exiguo modo rutae succo, ac passo*.

1. *p. X. = =.)* Ita Cod. Med. I. alii, et omnes Edd. *p. X. II.*

2. *p. X. III.)* Ita Codd. Mss. atque Ed. princeps; ceterae Edd. *p. X. IIII*

3. *vetere)* Lindenius, *veteri*.

1. *Si tussis)* Lindenius, *At si tussis*.

2. *croci p. X. =. myrrhae, piperis longi, costi, galbani, singulorum p. X. =. cinnamomi &c.)* Ita in Codd. Med. I. et Var. VIII. sed in Mediceo, *singulorum p. X. =. cinnamomi*. Alii Codd. ita habent: *croci p. X. I. cinnamomi, castorei, papaveris lacrimae, singulorum p. X. I mirrhae, piperis longi, costi, galbani, singulorum p. X. I.* libri editi; *croci p. X. I. cinnamomi, castorei, papaveris lacrimae, singulorum p. X. I. myrrhae, piperis longi, costi, galbani, singuloram p. X. z.* Ed. Ruellii, *croci p. X. I. cinnamomi castorei . . . galbani, singulorum p. X. III.*

singulorum p. x. =. cinnamomi, castorei, papaveris lacrimae, singulorum p. x. I.

11. * [1] Quod si purganda ulcera in faucibus tussientibus sunt, panacis, myrrhae, resinae terebinthinae, singulorum [2] p. uncia, galbani p. x. =. hyssopi [3] p. x. ≡-: conterenda sunt, hisque hemina mellis adjicienda, et quod digito excipi potest, devorandum est.

12. * Colice vero Cassii ex his constat: [1] croci, anisi, castorei, singulorum p. x. III. petroselini p. x. IV. piperis et longi et rotundi, singulorum p. x. V. papaveris lacrimae, junci rotundi, myrrhae, nardi, singulorum p. x. VI. quae melle excipiuntur. Id autem et devorari potest, et ex aqua calida sumi.

13. * Infantem vero mortuum, aut secundas expellit aquae potio, cui salis ammoniaci p. x. I. aut cui dictami cretici p. x. I. [1] adjectum sit.

14. * Ex partu laboranti erysimum ex vino tepido jejunae dari debet.

15. * Vocem adjuvat turis p. x. I. in duobus cyathis vini datum.

16. * Adversus urinae difficultatem: piperis longi, castorei, myrrhae, galbani, papaveris lacrimae, croci, costi, unciae singulae, styracis, resinae terebinthinae, pondo sextantes, [1] melampsithii cyathus: ex quibus ad magnitudinem fabae aegyptiae [2] et mane et coenato dari debet.

17. * Arteriace vero hoc modo fit: casiae, iridis, cinnamomi, nardi, mirrhae, turis, singulorum p. x. I. croci [1] p. x. I. =. piperis grana XXX. ex passi tribus sextariis decoquuntur, donec mellis crassitudo his fiat: aut croci, myrrhae, turis, singulorum p. x. I. conjiciuntur in passi eumdem modum, eodemque modo

1. *Quod si purganda ulcera in faucibus tussientibus sunt)* Ita Codd. Mss. Vulgo legitur *Quod si purganda ulcera sunt in faucibus tussientibus*.

2. *p. uncia)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, atque Edd. sex primae, Manutianae, et Caesariana, *p. X.* ceterae Edd. *p. X. V.*

3. *p. X. ≡-.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *p. X.* = . ∾ . Edd. sex primae, Manutianae, et Caesariana, *p. Z*; ceterae, *p. X. Z.*

1. *croci)* In quibusdam Codd. est *costi*; sed perperam. Nam apud Scribonium quoque Colice Cassii habet crocum, non costum. Vide Compos. 120.

1. *adjectum sit)* Alii omnes, *adjectum est.*

1. *Ex partu laboranti &c.)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *Ex partu laborantibus ..... jejunae dari debet*; Ed. Lindenii, *Ex partu laborantibus .... jejunis dari debet*; ut est in margine Constantinianae.

1. *melampsithii cyathus)* Ita ex Krausio. Est autem melampsithium passi genus. Vide Plinium lib. 14. cap. 9. sect. 11. Cod. Med. I. habet *mel absinthy cyathus*; Vat. VIII. *mel absinthi cyathus*; alii, *mel absenti cyathi singuli*; Edd. antiquae, *mel absinthii cyathus*; Lindeniana, *mellis, apsinthii cyathus*.

2. *et mane)* Lindenius omittit *et*.

1. *p. X. I. =.)* Ita in Cod. Med. I. Vat. VIII. habet *p. X. ≡-.* alii, *p. X. II.* alii; et omnes Edd. *p. X. I.*

decoquuntur: aut ejusdem passi heminae tres usque eo coquuntur, donec extracta inde gutta indurescat; [2] eo adjicitur tritae casiae p. ✕. I.

* Cum facultates medicamentorum proposuerim, genera in quibus noxa corpori est, proponam. Ea quinque sunt: cum quid extrinsecus laesit, ut in vulneribus; cum quid intra seipsum corruptum est, ut in cancro; cum quid innatum est, ut in vesica calculus; cum quid increvit, ut vena quae intumescens in varicem convertitur; cum quid deest, [1] ut cum curta pars aliqua est. Ex his alia sunt [2] in quibus medicamenta, alia in quibus plus manus proficit. [3] Ego, dilatis iis quae praecipue scalpellum et manum postulant, nunc de iis dicam quae maxime medicamentis egent. Dividam autem hanc quoque curandi partem, sicut priorem; et ante dicam de iis quae in quamlibet partem corporis incidunt; tum de iis quae certas partes infestant. Incipiam a vulneribus. * XXVI.

* In his autem ante omnia scire medicus debet quae insanabilia sint, [1] quae difficilem curationem habeant, quae promptiorem. Est enim prudentis hominis, primum eum qui servari non potest, non attingere, nec subire speciem ejus ut occisi, quem sors ipsius [2] interemit: deinde ubi gravis metus sine certa tamen desperatione est, indicare necessariis periclitantis [3] in difficili rem esse; ne si victa ars malo fuerit, vel ignorasse, vel fefellisse videatur. Sed ut haec prudenti viro conveniunt, sic rursus histrionis est, parvam rem attollere, quo plus praestitisse videatur. [4] Obligarique aequum est confessione promptae rei, quo curiosius etiam circumspiciat, ne [5] quod per se exiguum est, majus curantis negligentia fiat. * I.

* [1] Servari non potest, cui basis cerebri, cui cor, cui stomachus, cui jecinoris portae, cui in spina medulla percussa est; * 2.

2. *eo adjicitur)* Ita in Codd. Mss.; Edd. antiquae habent *et adjicitur*. In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legitur *et ei adjicitur*.

1. *ut cum curta pars aliqua est)* Lindenius legit *aut cum curta pars aliqua est*; sed perperam. *ut cum curta pars aliqua est* ponitur exempli causa; et *curta* idem valet, quod *in qua parte quid deest*. In plerisque Codd., atque in Edd. Manutiorum, et Stephani pro *curta* mendose est *curata*.

2. *in quibus medicamenta)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *in quibus plus medicamenta*.

3. *Ego)* Alii, *Ergo*.

1. *quae difficilem)* Lindenius, *et quae difficilem*.

2. *interemit)* Alii, *peremit*.

3. *in difficili rem esse)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Caesarii, et Pantini, *in difficili spem esse*.

4. *Obligarique aequum est)* Ita libri antiqui; Ed. Lindenii, *Obligari aequum est*.

5. *quod per se exiguum est)* Manut. Gryph. Pant. Constant. et Steph. *quod per se exiguum est malum*.

1. *Servari)* ex Aphor. 18. Sect. 6. Aliqui Codd. habent *Sanari*.

[2] cuive aut pulmo medius, aut jejunum, [3] aut tenuius intestinum, aut ventriculus, aut renes vulnerati sunt; cuive circa fauces grandes venae, vel arteriae praecisae sunt.

*3. * Vix autem ad sanitatem perveniunt, [1] quibus ulla parte aut pulmo, aut jecinoris crassum, aut membrana quae continet cerebrum, aut lienis, aut vulva, aut vesica, aut ullum intestinum, aut septum transversum vulneratum est. Ii quoque in praecipiti sunt, in quibus usque ad grandes intusque conditas venas in alis vel poplitibus mucro desedit. Periculosa etiam vulnera sunt, ubicumque venae majores sunt, quoniam exhaurire hominem profusione sanguinis possunt: idque evenit non in alis tantum, atque poplitibus; sed etiam in iis venis quae ad anum testiculosque perveniunt. Praeter haec malum vulnus est, quodcumque in alis, vel feminibus, vel inanibus locis, [2] vel in articulis, vel inter digitos est: [3] item quodcumque musculum, aut nervum, aut arteriam, aut membranam, aut os, aut cartilaginem laesit. Tutissimum omnium, quod in carne est.

*4. * Et haec quidem loco vel pejora, vel meliora sunt. Modo vero periculum facit quodcumque magnum est.

*5. * Aliquid etiam in vulneris genere figuraque est. Nam pejus est quod etiam collisum, quam quod tantum discissum est: adeo ut acuto quoque, quam retuso telo, vulnerari commodius sit. Pejus etiam vulnus est, ex quo aliquid excisum est; ex quove caro alia parte abscissa, alia dependet. [1] Pessimaque plaga in orbem est; tutissima quae lineae modo recta est. Quo deinde propius huic illive figurae vulnus est, eo vel deterius vel tolerabilius est.

*6. * Quin etiam confert aliquid et aetas, et corpus, et vitae propositum, et anni tempus: quia facilius sanescit puer vel adolescens, quam senior; valens, quam infirmus; neque nimis tenuis, neque nimis plenus, quam si alterum ex his est; integri habitus,

2. *cuive aut pulmo)* Cod. Vat. VIII. aliiquo multi, et Edd. omnes habent *cuique aut pulmo*; Cod. Med. I. et alii *cuique pulmo*. Sed infra, ubi in aliis Codd. et in libris vulgatis legitur *cuique circa fauces* &c. Codd. Med. I. et Vat. VIII. habent *cuive circa fauces*; et quidem rectius. Ego hic quoque reposui *cuive*.

3. *aut tenuius intestinum)* ex Aphor. 24. Sect. 6.

1. *quibus ulla parte aut pulmo)* Ita Cod. Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et Edd. antiquae, *quibus ulla parte pulmo*.

2. *vel in articulis)* ex lib. 2. Praedict. sect. 11. Haec verba in Ed. Lindenii desunt.

3. *item quodcumque musculum)* ex Aphor. 19. Sect. 6.

1. *Pessimaque plaga in orbem est)* Ita aliqui Codd. et pleraeque Editiones; alii Codd. atque Edd. Manutior. et Steph. *Pessima quaeque plaga in orbem est*; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Pessimaque plaga curva est*; Ed. Lindenii, *Pessima quaeque plaga curva est*.

1. *Quin etiam confert aliquid)* Vide lib. 2. Praedict. sect. 10.

quam corrupti; exercitatus, quam iners; sobrius et temperans,
quam vino venerique deditus. Opportunissimumque curationi
tempus vernum est, aut certe neque fervens, neque frigidum:
siquidem vulnera et nimius calor et nimium frigus infestant; ma-
xime tamen horum varietas: ideoque perniciosissimus autumnus est.

* Sed pleraque ex vulneribus oculis subjecta sunt: quorum- * 7.
dam ipsae sedes indices sunt; quas alio loco demonstravimus, cum
positus interiorum partium ostendimus. Verumtamen, quia quae-
dam vicina sunt, [1] interestque, vulnus in summa parte sit, an
[2] penitus penetraverit, necessarium est notas subjicere, per quas
quid intus [3] ictum sit, scire possimus; et ex quibus vel spes,
vel desperatio oriatur.

* Igitur, corde percusso, sanguis multus fertur, [1] venae elan- * 8.
guescunt, color pallidissimus, sudores frigidi, malique odoris,
tamquam [2] irrorato corpore oriuntur: extremisque partibus fri-
gidis matura mors sequitur.

* [1] Pulmone vero icto, spirandi difficultas est; sanguis ex * 9.
ore spumans, ex plaga [2] rubens, simulque etiam spiritus cum
sono fertur; in vulnus inclinari juvat: quidam sine ratione con-
surgunt: multi si in ipsum vulnus inclinati sunt, loquuntur; si
in aliam partem, obmutescunt.

* Jecinoris autem vulnerati notae sunt: multus sub dextra * 10.
parte praecordiorum profusus sanguis; ad spinam reducta prae-
cordia; in ventrem cubandi dulcedo; punctiones, doloresque usque
ad jugulum, [1] junctumque ei latum scapularum os, intenti: qui-
bus nonnumquam etiam [2] biliosus vomitus accedit.

* Renibus vero percussis, dolor ad inguina testiculosque de- * 11.

1. *interestque)* Alii, *interest quoque*.

2. *penitus)* Lindenius legit *penitius*, ut habet in margine Ed. Constantini.

3. *ictum sit)* Sic reposuit Lindenius. Antea legebatur *actum sit*.

1. *venae elanguescunt)* Ita in plerisque Codicibus; in Med. I. et Vat. VIII. atque in omnibus Edd. *venae languescunt*. Sect. 15. hujus cap. omnes libri habent *venarum motus elanguescunt*.

2. *irrorato)* id est levi sudore consperso. Ita habent plerique Codd. atque Edd. Manutiorum, et Stephani; alii Codd. et Edd. sex primae, *in torato*; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *inrolato*; aliae Edd. *in rotato*; Constantiniana in margine » *in aegroto*; melius *irritato*, nam in vetusto cod. *irrotato* ». Lindenius legit *in aegroto*.

1. *Pulmone vero icto)* Cod. Med. I. *Pulmove icto*, et ab alia antiqua manu, *Pulmoneve icto*. In Med. IV. particula *vero* expuncta est; eaque in Edd. sex primis, Caesariana, Ruelliana, et Lindeniana omittitur.

2. *rubens)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Ruellii, *ruber*.

1. *junctumque ei latum scapularum os, intenti)* Ita liber Guilandini, et Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *junctumque ei latus scapularum os intenti*; alii Codd. et Edd. antiquae, *junctumque ei latus scapularum, os intentum*.

2. *biliosus vomitus)* Sic lib. 4. cap. 10. *frequens biliosus vomitus*; et cap. 20. ejusdem lib. *Adjicit periculo vomitus biliosus*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *bilis vomitus*; et sect. 26. hujus cap. *Vomitus quoque bilis* pro *Vomitus quoque biliosus*.

scendit; difficulter urina redditur; eaque aut est cruenta, aut cruor fertur.

12. * At liene icto, sanguis niger a sinistra parte prorumpit; praecordia cum ventriculo ab eadem parte indurescunt; sitis ingens oritur; dolor ad jugulum, sicut jecinore vulnerato, venit.

13. * At cum vulva percussa est, dolor in inguinibus, et coxis, et [1] feminibus est; [2] sanguinis pars per vulnus, pars [3] per naturale descendit; vomitus bilis insequitur; quaedam obmutescunt; quaedam mente labuntur; quaedam, sui compotes, nervorum oculorumque dolore urgeri se confitentur; [4] morientesque eadem, quae corde vulnerato patiuntur.

14. * [1] Sin cerebrum membranave ejus vulnus accepit, sanguis per nares, quibusdam etiam per aures exit; fereque bilis vomitus insequitur; quorumdam sensus obtunduntur, appellatique ignorant; quorumdam trux vultus est; quorumdam oculi, quasi resoluti, [2] huc atque illuc moventur; fereque tertio, vel quinto die delirium accedit; multorum etiam nervi distenduntur: ante mortem autem plerique fascias, quibus caput deligatum est, lacerant, ac nudum vulnus frigori objiciunt.

15. * Ubi stomachus autem percussus est, singultus, et bilis vomitus insequitur; si quid cibi vel potionis assumptum est, [1] [ea] redditur cito; venarum motus elanguescunt; sudores tenues oriuntur, per quos extremae partes frigescunt.

16. * Communes vero jejuni intestini et ventriculi vulnerati notae sunt: nam cibus et potio per vulnus exeunt; [1] praecordia indurescunt; nonnumquam bilis per os redditur: intestino tantum sedes inferior est. Cetera intestina icta vel stercus, vel odorem ejus exhibent.

17. * Medulla vero, quae in spina est, [1] percussa, nervi resol-

1. *feminibus)* Alii, *femoribus*.

2. *sanguinis pars per vulnus)* Malim *sanguis pars per vulnus*.

3. *per naturale)* Lindenius legit *per naturam*. Vocem *natura* usurparunt Varro, et Cicero: Celsus hac significatione eam numquam adhibuit; atque hic, ut alibi, *naturale*, *naturalia* more substantivorum adhibuit.

4. *morientesque eadem quae corde vulnerato patiuntur)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. atque Edd. sex primae, Caesariana, et Ruelliana, *morientesque tandem quae* &c. Edd. ceterae, *morientesque tandem eadem quae* &c.

1. *Sin cerebrum)* ex Aphor. 50. Sect. 6. Lindenius, *Si cerebrum*.

2. *huc atque illuc moventur)* Cod. quidam apud Constantinum, *huc illuc commoventur;* Ed. Lindenii, *huc illucque moventur*.

1. *[ea] redditur cito)* Vox *ea* addititia est. Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *id redditur cito*. Sed sensus etiam sine *id* recte constat.

1. *praecordia indurescunt)* Constantinus margini adscripsit *intumescunt*. Sed nihil mutandum: nam etiam sect. 12. hujus cap. legitur *praecordia cum ventriculo ab eadem parte indurescunt*.

1. *percussa)* Ita vetus liber apud Constantinum. Recte. Sic supra, *corde percusso*, *renibus percussis*. Codd. Mss. quoq.

vuntur, aut distenduntur; sensus intercidit; interposito tempore aliquo sine voluntate inferiores partes vel semen, vel urinam, vel etiam stercus excernunt. *

18 * At si septum transversum percussum est, praecordia sursum contrahuntur; spina dolet; spiritus rarus est; sanguis spumans fertur. *

19 * Vesica vero vulnerata, dolent inguina; quod super pubem est, intenditur; pro urina, sanguis; at ex ipso vulnere urina descendit; stomachus afficitur; itaque aut bilem vomunt, aut singultiunt; frigus, et ex eo mors sequitur. *

20 * His cognitis, etiamnum quaedam alia noscenda sunt, ad omnia vulnera ulceraque, de quibus dicturi sumus, pertinentia. Ex his autem exit sanguis, sanies, pus. Sanguis omnibus notus est; sanies est tenuior hoc, varie crassa, et glutinosa, et colorata; pus crassissimum albidissimumque, glutinosius et sanguine et sanie. Exit autem sanguis ex vulnere recenti, aut jam sanescente; [1] sanies [est] inter utrumque tempus; pus ex ulcere jam ad sanitatem spectante. Rursus et sanies et pus quasdam species graecis nominibus distinctas habent. Est enim quaedam sanies, quae vel [2] ἰκὼρ, vel [3] μελίκηρα nominatur: est pus, quod ἐλαιῶδες appellatur. Ἰκὼρ tenuis, subalbidus, ex malo ulcere exit, maximeque ubi nervo laeso inflammatio secuta est. Melicera crassior est, glutinosior, subalbida, mellique albo subsimilis. Fertur haec quoque ex malis ulceribus, ubi nervi circa articulos laesi sunt; et inter haec loca, maxime ex genibus. Ἐλαιῶδες tenue, subalbidum, [4] quasi unctum, colore atque pinguitudine oleo albo non dissimile apparet in magnis ulceribus sanescentibus. [5] Malus autem est sanguis nimium aut tenuis, aut crassus, colore vel lividus, vel niger, aut pituita mixtus, aut varius: optimus calidus, rubens, modice crassus, non glutinosus. Itaque

ego vidi, et Edd. antiquae habent *discussa*; Ed. Lindenii, *discissa*.

1. *sanies [est] inter utrumque tempus)* Tollendum puto verbum *est*; ut tota periodus regatur a superiori verbo *exit*.

2. *ἰχὼρ)* Ita ediderunt Manutii tum hic, tum infra: quos postea omnes secuti sunt. Codd. Mss. atque Edd. sex primae habent ubique *hydrops*, sed Cod. Med. I. et Vat. VIII. in hoc loco, *hydropos*. De vocibus ὕδρωψ, ὕδωρ, ἰχὼρ vide AEcon. Hippocr. Foesii.

3. *μελίκηρα)* Ita in Cod. Med. I. et in alio apud Constantinum; itemque in Ed. Lindenii; sed in utroque Codice *melicera* latinis litteris. Alii Codd. et sex Edd. primae habent *melitera*. Manutii legunt *μελίκηρος*; Ruellius, *μελικηρία*; Caesarius, et alii, *meliceria*. Infra Lindenius legit *melicera*; alii, *melitera*; alii, *μελίκηρος*; alii, *meliceria*.

4. *quasi unctum)* Lindenius legit *quasi unguinosum*; ut habet in margine Ed. Constantini.

5. *Malus autem est sanguis nimium aut tenuis &c.)* Cod. Vat. VIII. atque Edd. Constantini, et Lindenii, *Malus est autem sanguis nimium aut tenuis &c.*

protinus ejus vulneris expedita magis curatio est, ex quo sanguis bonus fluxit: itemque postea spes in iis major est, ex quibus melioris generis quaeque proveniunt. Sanies igitur mala est multa, nimis tenuis, livida, aut pallida, aut nigra, aut glutinosa, aut mali odoris, [6] aut quae et ipsum ulcus, et junctam ei cutem erodit: melior est non multa, modice crassa, subrubicunda, aut subalbida. Ι'χὼρ autem pejor est multus, crassus, sublividus aut subpallidus, glutinosus, [7] acer, calidus, mali odoris: [8] tolerabilior est subalbidus, qui cetera omnia contraria prioribus habet. Melicera autem mala est multa et percrassa: melior quae et tenuior, et minus copiosa est. Pus inter haec optimum est. Sed id quoque pejus est multum, tenue, dilutum; magisque si ab initio tale est: itemque si colore sero simile, si pallidum, si lividum, [9] si faeculentum est: praeter haec si male olet; nisi tamen locus hunc odorem excitat. Melius est, [10] quo minus est, quo crassius, quo albidius: itemque si laeve est, si nihil olet, si aequale est. Modo tamen convenire et magnitudini vulneris, et tempori debet: nam plus ex majore, plus nondum solutis inflammationibus naturaliter fertur. Ε'λαιῶδες quoque pejus est multum, et parum pingue: [11] quo minus ejus, quoque id ipsum pinguius, eo melius est.

* 21 * Quibus exploratis, ubi aliquis ictus est qui servari potest, protinus prospicienda duo sunt: [1] ne sanguinis profusio, neve inflammatio interimat. Si profusionem timemus; quod ex sede vulneris, et ex magnitudine ejus, et ex impetu ruentis sanguinis intelligi potest; siccis linamentis vulnus implendum est, supraque imponenda spongia ex aqua frigida expressa, ac manu super comprimenda. Si parum sic sanguis conquiescit, saepius linamenta mutanda sunt; et si sicca parum valent, aceto madefacienda sunt. Id vehemens ad sanguinem supprimendum est; ideoque quidam id vulneri infundunt. Sed alius rursus metus sub-

6. *aut quae et ipsum ulcus &c.)* Cod. Med. I. et Ed. Lindenii, *aut quae ipsum ulcus &c*

7. *acer)* Ita habent plerique Codices; Med. I. Vat. VIII. omnesque libri vulgati, *ater*.

8. *tolerabilior est subalbidus, qui cetera &c.)* Aliqui Codd. *tolerabilior subalbidus, qui cetera*; Ed. Lindenii, *tolerabilior est subalbidus, quique caetera &c.*

9. *si faeculentum est)* Verbum *est* in Edd. Salingiacensi, Pantiniana, et Lindeniana deest.

10. *quo minus est)* Verba haec opponuntur illis praecedentis periodi, *multum, tenue, dilutum*; sed fortasse non recte se habent. Nam minus, non multo, sed majori contrarium est. Legendum videtur *quo minus ejus est*, ut in fine hujus cap. *quo minus ejus, quoque id ipsum pinguius, eo melius est*.

11. *quo minus ejus)* Sic reposui ex Codd. multis. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae habent *quo minus etiam est*; Ed. Lindenii, *quo minus autem est*.

1. *ne sanguinis profusio)* Aliqui Codd. atque Edd. Manut. Gryph. Pant. Constant. et Steph. *ne sanguinis sit profusio*.

est; ne nimis valenter ibi retenta materia magnam inflammationem postea moveat. Quae res efficit, ut neque rodentibus medicamentis, neque adurentibus, et ob id ipsum inducentibus crustam, sit utendum; quamvis pleraque ex his sanguinem supprimunt: sed si semel ad ea decurritur, iis potius quae mitius idem efficiunt. Quod si illa quoque profluvio vincuntur, venae quae sanguinem fundunt, apprehendendae, [2] circaque id quod ictum est, duobus locis deligandae, intercidendaeque sunt, ut et in se ipsae coeant, et nihilo minus ora praeclusa habeant. Vbi ne id quidem res patitur, [4] possunt ferro candenti aduri. Sed etiam satis multo sanguine effuso ex eo loco quo neque nervus, neque musculus est, ut, puta, in fronte, vel superiore capitis parte, commodissimum tamen est [5] cucurbitulam admovere a diversa parte, ut illuc sanguinis cursus revocetur.

* Et adversus profusionem quidem in his auxilium est: adversus inflammationem autem in ipso sanguinis cursu. Ea timeri potest, ubi laesum est vel os, vel nervus, vel cartilago, vel musculus; aut ubi parum sanguinis pro modo vulneris fluxit. Ergo quoties quid tale erit, sanguinem mature supprimere non oportebit; sed pati fluere, dum tutum erit, adeo ut, si parum fluxisse videbitur, mitti quoque ex brachio debeat; utique si corpus juvenile et robustum et exercitatum est: multoque magis si id vulnus ebrietas praecessit. Quod si musculus laesus videbitur, * 22.

2. *circaque id)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque omnes Editiones; alii Codd. *intraque id:* alii, *citraque id.*

3. *ut et in se ipsae coeant)* id est, ut venarum, quae intercisae sunt, capita sese contrahant. Aetius lib. 16. cap. 51. *Cogimur aliquando etiam magnis venis vinculum obligare, atque etiam aliquando totas ipsas dissecare, transversas videlicet. Sic enim utraque pars utrimque retrahitur, et ab incumbentibus corporibus tegitur, et occultatur.* Vide etiam Paulum AEginetam lib. 4. cap. 53. Alii Codd. habent *ut in se vinctae coeant*; alii, *ut in se junctae coeant*; Med. I. *ut et in se ipse coeatur*; Vat. VIII. *ut et in se ipse coeat*; Edd. Manutiorum, *ut in se ipsae coeant.*

4. *possunt ferro candenti aduri. Sed etiam satis multo sanguine effuso &c.)* Locus hic non videtur recte se habere. Crediderim sanari posse, si verba ita constituantur: *possunt ferro candenti aduri eo loco quo neque nervus, neque musculus est, ut, puta, in fronte, vel superiore capitis parte. Sed etiam satis multo sanguine effuso, commodissimum tamen est &c.* Nam Celsus cap. 27. hujus lib. docet, vulnus adurendum esse, *si locus neque nervosus, neque musculosus est*; et lib. 7. cap. 2. ita scribit: *si locus sine nervis est, candenti ferramento aperiri debet. At si nervi juxta sunt, ignis alienus est; ne vel distendantur hi, vel membrum debilitent.* Lindenius leg. *possunt ferro candenti aduri. Sic etiam satis multo sanguine effuso ex eo loco, quo neque nervus, neque musculus est, ut puta in fronte, vel in superiore capitis parte, commodissimum est &c.*

5. *cucurbitulam admovere a diversa parte)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae. Id cum eo congruit quod est in lib. 2. cap. 11. *nemo cucurbitulam diversae parti imponit, nisi cum profusionem sanguinis eo avertit.* In aliis Codd. et in Ed. Lindenii perperam legitur *cucurbitulam admovere adversa parte.*

praecidendus erit: nam percussus mortiferus est; praecisus sanitatem recipit.

23. * Sanguine autem vel suppresso, si nimius erumpit; vel exhausto, si per se parum fluxit; longe optimum est vulnus glutinari. Potest autem id quod vel in cute, vel etiam in carne est, si nihil ei praeterea mali accedit: potest caro alia parte dependens, alia inhaerens; si tamen etiamnum integra est, et conjunctione corporis fovetur. In iis vero quae glutinantur, duplex curatio est. Nam si plaga in molli parte est, sui debet; maximeque si discissa auris ima est, vel imus nasus, vel frons, vel bucca, vel palpebra, vel labrum, vel circa guttur cutis, vel venter. Si vero in carne vulnus est, hiatque, neque in unum orae facile attrahuntur, sutura quidem aliena est; imponendae vero fibulae sunt; ἀγκτῆρας Graeci nominant; quae oras, [1] paulum tamen contrahant, quo minus lata postea cicatrix sit. Ex his autem colligi potest, [2] id quoque quod alia parte dependens, alia inhaerebit, si alienatum adhuc non est, suturam, an fibulam postulet. Ex quibus neutra ante debet imponi, quam intus vulnus purgatum est; ne quid ibi concreti sanguinis relinquatur. Id enim et in pus vertitur, et inflammationem movet, et glutinari vulnus prohibet. Ne linamentum quidem, quod supprimendi sanguinis causa inditum est, [3] ibi relinquendum est: nam id quoque inflammat. Comprehendi vero sutura, vel fibula, non cutem tantum, [4] sed aliquid etiam ex carne, ubi suberit haec, oportebit, quo valentius haereat, neque cutem abrumpat. Vtraque optima est [5] ex acia molli, non nimis torta, quo mitius corpori [6] insidat. Vtraque neque nimis rara, neque nimis crebra injicienda est. Si nimis rara est, non continet: si nimis crebra est, vehementer afficit; quia, quo saepius acus corpus [7] transuit, quoque plura loca injectum vinculum mordet, eo majores inflammationes oriuntur; magisque aestate. Neutra etiam vim ullam desiderat; [8] sed eatenus utilis est, qua cutis ducentem quasi sua sponte subsequi-

1. *paulum tamen)* Lindenius, *paulatim tamen*.

2. *id quoque)* Caesar. Pant. et Linden. *utrum id quoque*.

3. *ibi relinquendum est)* Ita Codd. multi, in his Vat. VIII. Med. I. et alii. *ibi hi relinquendum est*. Vulgo legitur ex Palavicino *inibi relinquendum est*.

4. *sed aliquid etiam)* Lindenius, *sed etiam aliquid*.

5. *ex acia molli)* Pro *acia* Caesarius margini adscripsit *acu*; Pantinus in Enarrat. *fortasse legendum acu*. Sed non animadverterunt, sequi *molli*; acum autem non esse mollem. Vide Rhodium *de Acia ad mentem Cornelii Celsi*.

6. *insidat)* Lindenius, *insideat*.

7. *transuit)* Ita in Med. I. aliisque Codd. atque in Edd. 1478. et 1481. Edd. Manutianae habent *transit*; Cod. Vat. VIII. ceteraeque Edd. *transivit*.

8. *sed eatenus utilis est, qua &c.)* Lindenius legit *sed hactenus utilis est, qua &c.*

tur. [9] Fere tamen fibulae latius vulnus esse patiuntur: sutura oras jungit, quae ne ipsae quidem inter se contingere ex toto debent, [10] ut si quid intus humoris concrevit, sit qua emanet. Si quod vulnus neutrum horum recipit, id tamen purgari debet. Deinde omni vulneri primo imponenda est spongia ex aceto expressa: si sustinere aliquis aceti vim non potest, vino utendum est. Levis plaga juvatur etiam, si ex aqua frigida expressa spongia imponitur. Sed ea quocumque modo imposita est, dum madet, prodest: itaque, ut inarescat, non est committendum. Licetque sine peregrinis, et conquisitis, et compositis medicamentis vulnus curare. Sed si quis huic parum confidit, imponere medicamentum debet, quod sine sevo compositum sit ex iis quae cruentis vulneribus apta esse proposui; maximeque si caro est, barbarum; si nervi, vel cartilago, vel aliquid ex eminentibus, quales aures, vel labra sunt, [11] Polyidae sphragidem. Alexandrinum quoque viride nervis idoneum est: eminentibusque partibus ea quam Graeci [12] ῥάπτουσαν vocant. Solet etiam, colliso corpore, exigua parte findi cutis. Quod ubi incidit, non alienum est scalpello latius aperire; nisi musculi, nervique [13] juxta sunt, quos incidi non expedit: ubi satis diductum est, medicamentum imponendum est. At si id quod collisum est, quamvis parum diductum est, latius tamen aperiri propter nervos aut musculos non licet, adhibenda sunt ea quae humorem leniter extrahant; praecipueque ex his id quod ῥυπῶδες vocari proposui. Non alienum est etiam, [14] ubicumque vulnus grave est, imposito quo id juvetur, insuper circumdare lanam sucidam ex aceto et oleo; vel cataplasma, si mollis is locus est, quod leniter reprimat; si nervosus, aut musculosus, quod emolliat.

* Fascia vero ad vulnus deligandum [1] lintea aptissima est; eaque lata esse debet, ut semel injecta non vulnus tantum, [2] sed paulum utrimque etiam oras ejus comprehendat. Si ab altera parte caro magis recessit, ab ea melius attrahitur: si aeque ab u- 24.

9. *Fere tamen)* Edd. Salingiacensis, et Lindeniana, *Fere etiam*.

10. *ut si quid &c.)* Lindenius, *ut si quod &c.*

11. *Polyidae sphragidem)* Veteres libri habent alii *Polybi*, alii *Polybii*. Rousseus tamen monuit legendum esse *Polyidae*, ut multi legunt cap. 20. sect. 2. hujus lib. quae sane lectio probabilior est. Vide adnot. ad eum locum. Lindenius sibi non constat: nam ibi habet *Polyidae*, hic, *Polybi*.

12. *ῥάπτουσαν)* Constantinus, et Lindenius legunt *ῥύπτουσαν*. Vide adnot. 1. ad cap. 19. sect. 6. hujus libri.

13. *juxta sunt)* Alii, *juxta sint*.

14. *ubicumque grave vulnus, est, imposito, quo id juvetur)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et Edd. omnes, *ubicumque vulnus grave est* (Ed. Lindenii, *est grave*) *impositum, quo id juvetur*; Ed. Constantini in margine, *imposito, quo adjuvetur*.

1. *lintea)* Lindenius, *linea*.

2. *sed paulum utrimque etiam oras ejus comprehendat)* Lindenius, *sed paululum utrimque ejus comprehendat*.

traque, [3] transversa comprehendere oras debet; aut si id vulneris ratio non patitur, media primum injicienda est, ut tum in utramque partem ducatur. Sic autem deliganda est, ut et contineat, [4] neque adstringat: quod non continetur, elabitur: quod nimis adstrictum est, cancro periclitatur. Hieme saepius fascia [5] circumire debet: aestate quoties necesse est. Tum extrema pars ejus inferioribus acu assuenda est: nam nodus [6] vulnus laedit, nisi tamen longe est. [7] Illo neminem decipi decet, [8] ut propriam viscera curationem requirant, de quibus supra posui. Nam plaga ipsa curanda extrinsecus vel sutura, vel alio medicinae genere est. In visceribus nihil movendum est; [9] nisi, ut si quid aut ex jecinore, aut liene, aut pulmone dumtaxat extremo dependet, praecidatur. Alioquin vulnus interius ea victus ratio, eaque medicamenta sanabunt, quae cuique visceri convenire superiore libro proposui.

*25. * His ita primo die ordinatis, homo in lecto collocandus est; isque si grave vulnus est, abstinere, quantum vires patiuntur, ante inflammationem, [1] a cibo debet; bibere, donec sitim finiat, aquam calidam, vel, si aestas est, ac neque febris, neque dolor est, etiam frigidam. Adeo tamen nihil perpetuum est, sed semper [2] pro vi corporis aestimandum; ut imbecillitas etiam cibum protinus facere necessarium possit; tenuem scilicet, et exiguum, qui tantum sustineat. Multique etiam ex profluvio sanguinis intermorientes ante ullam curationem vino reficiendi sunt: quod alioqui inimicissimum vulneri est.

3. *transversa)* Gryphius, Pantinus, Constantinus, et Lindenius legunt *transverse*, ut est in Ed. Salingiacensi.

4. *neque adstringat)* Lindenius, *nec adstringat*.

5. *circumire)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *circuire*.

6. *vulnus)* Ita Edd. Manutiorum, Ruellii, Constantini, Stephani, et Lindenii; Edd. ceterae, et Codd. Mss. *ulcus*. Duas has voces *vulnus* et *ulcus*, saepe commutari, ex iis apparebit, quae aliis locis adnotabo.

7. *Illo neminem decipi decet &c.)* Sic cap. 28. hujus lib. sect. II. *Illo neminem decipi decet, ut cerato utatur*. Lindenius legit *Porro neminem decipi decet &c.* ut habet in margine Ed. Constantini.

8. *ut propriam viscera curationem requirant)* id est, ut existimet propriam viscera curationem requirere. Codd. Mss. atque Edd. antiquae, etiam Lindeniana prior, habent *ut propriam viscerum curationem requirat*; sed in Lindeniana altera legitur *ut propriam viscera curationem requirant*, ut ipse Lindenius corrigendum monuerat.

9. *nisi ut si quid aut ex jecinore, aut liene, aut pulmone dumtaxat extremo dependet, praecidatur)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Edd. antiquis; sed pro *ut si quid* est *aut si quid*; et in Edd. *dependeat* pro *dependet*. Alii Codd. habent *nisi ut, si quid ex pulmone, aut jocinore, aut liene dumtaxat extremo dependeat, praecidatur*; Ed. Lindenii, *nisi, si quid aut ex jocinore, aut liene, aut pulmone, dumtaxat extremo dependeat, id praecidatur*.

1. *a cibo debet)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *cibo debet*.

2. *pro vi corporis)* Alii, *pro viribus corporis*.

* Nimis vero intumescere vulnus, periculosum; [1] nihil intumescere, periculosissimum est: [2] illud indicium est magnae inflammationis; hoc emortui corporis. Protinusque si mens homini consistit, si nulla febris accessit, scire licet mature vulnus sanum fore. [3] Ac ne febris quidem terrere debet, si in magno vulnere, dum inflammatio est, permanet. Illa perniciosa est, quae vel levi vulneri supervenit, vel ultra tempus inflammationis durat, vel delirium movet: [4] vel si nervorum rigor, aut distentio quae ex vulnere orta est, ea non finitur. Vomitus quoque biliosus non voluntarius, vel protinus ut percussus est aliquis, vel dum inflammatio manet, malum signum est in iis dumtaxat, quorum vel nervi, vel etiam nervosi loci vulnerati sunt. Sponte tamen vomere, non alienum est; praecipue iis quibus in consuetudine fuit: sed neque protinus post cibum, neque jam inflammatione orta, neque cum in superioribus partibus plaga est. * 26.

* Biduo sic vulnere habito, tertio die id aperiendum, [1] detergendaque sanies ex aqua frigida est, eademque rursus injicienda sunt. Quinto jam die quanta inflammatio futura est, se ostendit. Quo die rursus detecto vulnere, considerandus color est: [2] qui si lividus, aut pallidus, aut varius, aut niger est, scire licet malum vulnus esse; idque quandocumque animadversum est, terrere nos potest. Album, aut rubicundum esse [3] [vulnus], commodissimum est. Item cutis dura, crassa, dolens, periculum ostendit: bona signa sunt, ubi haec sine dolore, tenuis et mollis est. Sed si glutinatur vulnus, aut leviter intumuit, eadem sunt imponenda quae primo fuerunt; si gravis inflammatio est, neque glutinandi spes est, [4] ea quae pus moveant. Jamque aquae * 27.

1. *nihil intumescere, periculosissimum est)* ex Aphor. 66. Sect. 5.

2. *illud indicium est magnae inflammationis &c.)* Lindenius, *illud indicium magnae inflammationis, hoc, emortui corporis est.*

3. *Ac)* Edd. Salingiacensis, Pantiniana, et Lindeniana, *At*.

4. *vel si nervorum rigor, aut distentio quae ex vulnere orta est, ea non finitur)* ex Aphorismis 26. Sect. 2. et 57. Sect. 4. Ita legit Krausius, et ita legendum esse ego olim proposui. Libri antiqui habent *vel si nervorum rigor, aut distentio . . . . ea non finit*. In margine Ed. Constantinianae, atque in Ed. Lindenii legitur *vel si nervorum rigorem, aut distentionem . . . . ea non finit.*

1. *detergendaque sanies ex aqua frigida est)* Particula *ex* redundat. Sed fortasse Celsus scripsit *detergendaque sanies spongia ex aqua frigida est*; ut lib. 3. cap. 10. lingua *detergenda primum penicillo est ex aqua calida*. Cod. Med. 1. et Vat. VIII. habent *tergendaque sanies* &c.

2. *qui si lividus)* Ita in Mss. Vulgo legitur *Quod si lividus*.

3. *vulnus)* Glossema irrepsit in contextum. Ita habet Ed. Lindenii; veteres libri, *ulcus*.

4. *ea quae pus moveant. Jamque aquae &c.)* Ita habent aliqui Codd. quos inter Vat. VIII. sed is, *eaque* pro *ea quae*; Med. 1. *ea quae pus moventiaquae aquae*: et ab alia antiqua manu, *movent, jamque aquae*. In Edd. sex primis legitur *eaque pus moveant: aquae* &c. in Caesariana, et Lindeniana, *neque movetur, aquae* &c. Quidam Codd. habent *ea quae pus moveant. aqua quoque calida necessaria est.*

quoque calidae necessarius usus est, [5] ut et materiam digerat, et duritiam emolliat, et pus citet. Ea sic temperanda est; [6] ut manu contingenti jucunda sit; et usque eo adhibenda, [7] donec aliquid ex tumore minuisse, coloremque [8] ulceri magis naturalem reddidisse videatur. [9] Post id fomentum, si late plaga non patet, imponi protinus emplastrum debet; maximeque, si grande vulnus est, [10] tetrapharmacum; si in articulis, digitis, locis cartilaginosis, [11] rhypodes: at si latius hiat, [12] idem illud emplastrum liquari ex irino unguento oportet, eoque illita linamenta disponi per plagam; deinde emplastrum [13] supra dari, et super id [14] sucidam lanam; minusque etiam quam primo, fasciae adstringendae sunt.

* 28. * [1] Proprie quaedam in articulis [2] visenda sunt: In quibus si praecisi nervi sunt qui continebant, debilitas ejus partis sequitur. Si id dubium est, et ex acuto telo plaga est, [3] ea transversa commodior est: [4] si ex retuso et gravi, nullum in figura discrimen est; [5] sed videndum est, pus supra articulum, an infra nascatur. Si sub eo nascitur, albumque et crassum diu fertur, ner-

5. *ut et materiam digerat)* In Cod. Med. I. scriptum erat *et materiam* &c. postea, particula *et* in *ut* mutata, factum est, *ut materiam digerat*: itaque legunt Caesarius, Pantinus, et Lindenius.

6. *ut manu contingenti jucunda sit; et usque eo adhibenda)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *ut et manu contingenti jucunda sit; usque eo adhibenda*.

7. *donec aliquid ex tumore minuisse, coloremque* &c.*)* Ita Med. I. Vat. VIII. aliique Codd. et omnes Edd. antiquae; nisi quod in Cod. Mediceo est *coleremque*. In aliis Codd. pro *coloremque* est *caloremque*. Lindenius legit *donec aliquid minuisse ex tumore, caloremque* &c.

8. *ulceri)* Malim; *vulneri*, vel *vulneris*. Sed videtur glossema.

9. *Post id fomentum, si late plaga non patet, imponi protinus* &c.*)* Ita hic locus legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. In libris antiquis membra hujus periodi loco mota sunt. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae habent *maximeque si grande vulnus est, tetrapharmacum; si in articulis, digitis, locis cartilaginosis, rhypodes. post id fomentum, si lata plaga non patet, imponi protinus emplastrum debet. Et si latius hiat* &c. alii Codd. *maximeque si grande vulnus est, tetrapharmacum: si in articulis, digitis, locis cartilaginosis, rhypodes. post id fomentum, si lata plaga non patet, imponi protinus emplastrum. Si patet* &c.

10. *tetrapharmacum)* Manutii, τετραφάρμακον.

11. *rhypodes)* Manutii, et Lindenius, ῥυπῶδες.

12. *idem illud emplastrum)* Alii, *illud emplastrum*.

13. *supra dari)* Videtur legendum *superdari*, cum sequatur *et super id*: et sic etiam in proxima sect. ubi legitur *supraque idem emplastrum, vel enneapharmacum dandum est*. Sed duae hae particulae saepe inter se commutantur; ut alii jam adnotarunt.

14. *sucidam lanam)* Lindenius, *lanam succidam*.

1. *Proprie quaedam)* Lindenius; *Sed propria quaedam*.

2. *visenda)* Fortasse legendum *videnda*. Sic infra, *sed videndum est*.

3. *ea transversa commodior est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae; alii Codd. et Ed. Lindenii, *et ea transversa; commodior est*.

4. *si ex retuso et gravi)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis, et in libris vulgatis additur *est*.

5. *sed videndum est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *sed visendum est*; Ed. Lindenii, *at videndum est*.

vum praecisum esse credibile est; magisque quo majores dolores inflammationesque, et quo maturius excitatae sunt. Quamvis autem non abscissus nervus est; tamen, si circa [6] tumor durus diu permanet, necesse est et diuturnum ulcus esse, et [7] sano quoque eo, tumorem permanere: futurumque est, ut tarde membrum id vel extendatur, vel contrahatur. Major tamen in extendendo mora est, ubi recurvato articulo curatio adhibita est; quam in recurvando eo quod rectum continuerimus. Collocari quoque membrum quod ictum est, ratione certa debet: si glutinandum est, ut superius sit; si in inflammatione est, ut in neutram partem inclinatum sit; si jam pus profluit, ut devexum sit. Optimum etiam medicamentum quies est: [8] moveri, ambulare, nisi sanis, alienum est. [9] Minus tamen iis periculosum qui in capite vel brachiis, quam qui in inferioribus partibus vulnerati sunt. Minimeque ambulatio convenit, femine, aut crure, aut pede laborante. Locus [10] in quo cubabit, tepidus esse debebit. Balneum quoque dum parum vulnus purum est, inter res infestissimas est: nam id et [11] tumidum et sordidum reddit: ex quibus ad cancrum transitus esse consuevit. [12] Lenis frictio recte adhibetur; sed iis partibus quae [13] longius absunt a vulnere.

* Inflammatione finita, vulnus purgandum est. Id optime faciunt tincta in melle linamenta; [1] supraque idem emplastrum, vel enneapharmacum dandum est. Tum demum vero purum [2] [ulcus] est, cum rubet, ac nimium neque siccum, neque humidum est. At quodcumque sensu caret, quod non naturaliter sentit, quod nimium aut aridum, aut humidum est, [3] quod aut albidum, * 29.

6. *tumor durus)* Linden. *durus tumor*.

7. *sano quoque eo)* Sic infra, *ambulare, nisi sanis, alienum est*. Lindenius legit *sanato quoque eo*.

8. *moveri, ambulare)* Ita in Codd. Mss. Med. I. in versuum intercapedine inter duo haec verba habet particulam *et* ab antiqua manu additam: unde orta est vulgata lectio, *moveri, et ambulare*.

9. *minus tamen iis periculosum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. Alii, et Edd. antiquae, *minus tamen iis* (al. *his*) *periculosum est*; Ed. Lindenii, *minus tamen periculosum his est*.

10. *in quo cubabit, tepidus esse debebit)* Lindenius, *in quo cubat, tepidus esse debet*.

11. *tumidum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et Edd. antiquae, *humidum*.

12. *Lenis)* Ita Constantinus, et Lindenius; alii, *Levis*.

13. *longius)* Lindenius, *longe*.

1. *supraque idem emplastrum, vel enneapharmacum)* scilicet tetrapharmacum, ut praeceptum est sect. 17. vel enneapharmacum. Ita in omnibus Codd. excepto Med. IV. Is, et pleraeque Edd. habent *supraque id emplastrum, vel enneapharmacum* (Edd. Manutianae, ἐννεαφάρμακον); Ed. Lindeniana, *supraque id emplastrum vel τετραφάρμακον vel ἐννεαφάρμακον*. Vide adnot. 13. ad sect. 27. hujus capitis.

2. [*ulcus*]) Videtur glossema: intelligendum autem vulnus ex periodo superiori.

3. *quod aut albidum, aut pallidum, aut lividum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *quod aut pallidum, aut albidum, aut lividum*; Ed. Lindenii, *quod aut albidum, aut lividum*.

aut pallidum, aut lividum, aut nigrum est, id purum non est.

30. * [1] Purgato, sequitur ut impleatur. Jamque calida aqua eatenus necessaria est, ut sanies removeatur. Lanae sucidae supervacuus usus est: lota melius circumdatur. Ad implendum autem vulnus proficiunt quidem etiam medicamenta aliqua: itaque ea adhiberi non alienum est; ut butyrum cum rosa et exigua mellis parte; [2] aut cum eadem rosa tetrapharmacum; aut ex rosa linamenta. Plus tamen proficit balneum rarum, [3] cibi boni suci, vitatis omnibus acribus; sed jam pleniores. Nam et avis, et venatio, et suilla elixa dari potest. Vinum omnibus dum febris, dum inflammatio est, alienum est: itemque usque ad cicatricem, si nervi, musculive vulnerati sunt; etiam si alte caro. At si plaga in summa cute generis tutioris est, potest non pervetus, modice tamen datum, ad implendum quoque proficere. Si quid molliendum est; quod in nervosis locis, musculosisque necessarium est; cerato quoque super vulnus utendum est. At si caro supercrevit, modice reprimit siccum linamentum; vehementius squama aeris. Si plus est quod tolli opus est, adhibenda sunt etiamnum vehementiora, quae corpus [4] exedant. Cicatricem post omnia haec commode inducit lycium ex passo aut lacte dilutum; vel etiam per se impositum [5] siccum linamentum.

31. * Hic ordo felicis curationis est: [1] sed quaedam tamen pericula incidere consuerunt. Interdum enim vetustas ulcus occupat, inducitur que ei callus, et circum orae crassae livent: post quae quidquid medicamentorum ingeritur, parum proficit: quod fere negligenter curato ulceri supervenit. Interdum vel ex nimia inflammatione, vel ob aestus immodicos, vel ob nimia frigora, vel quia nimis vulnus adstrictum est, [2] vel quia corpus aut senile,

1. *Purgato)* Ita veteres libri. Lindenius addit *vulnere*; scilicet ex glossemate.

2. *aut cum eadem rosa tetrapharmacum)* Ita in Mss. Edd. antiquae habent *aut cum eadem parte, aut cum eadem rosa tetrapharmacum* (Edd. Manutianae, *τετραφάρμακον*). Lindenius legit *aut cum eadem parte mellis, aut cum eadem rosa τετραφάρμακον*.

3. *cibi boni suci, vitatis omnibus acribus, sed jam pleniores. Nam et avis &c.)* Ita in Codd. multis. In aliis pro *sed jam pleniores* est *sed etiam pleniores*; in Vat. II. *sed tamen pleniores*; in Med. I. et Vat. VIII. atque in Edd. antiquis, *sed jam plenioribus. Nam et avis* &c. In Ed. Lindenii legitur *cibi boni succi, vitatis omnibus acribus. Sed jam plenioribus, avis* &c.

4. *exedant)* Ita Lindenius, et alii cum Caesario; alii, *exedunt*, ut est in Mss.

5. *siccum linamentum)* Lindenius legit *siccum lineamentum vehementius*, ut habent aliqui Codd. inter quos Med. I. et Vat. VIII. videlicet superiori adverbio *vehementius* perperam repetito.

1. *sed quaedam tamen pericula incidere consuerunt)* Sic reposui ex multis Codicibus. His verbis in proxima sectione ea respondent, *Ac pericula quidem vulnerum haec sunt.* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in omnibus Edd. legitur *sed quaedam tamen periculosa* &c.

2. *vel quia corpus aut senile &c.)* Lindenius, *vel quia corpus senile*.

aut mali habitus est, cancer occupat. Id genus a Graecis diductum in species est; nostris vocabulis non est. Omnis autem cancer non solum id corrumpit, quod occupavit; sed etiam serpit: deinde aliis aliisque signis [3] discernitur. Nam modo super inflammationem rubor ulcus ambit, isque cum dolore procedit; ἐρυσίπελας Graeci nominant. Modo ulcus nigrum est, [4] quia caro ejus corrupta est: idque vehementius etiam putrescendo intenditur, ubi vulnus humidum est, et ex nigro ulcere humor pallidus fertur, malique odoris est; [5] carunculaeque corruptae, interdum etiam nervi ac membranae resolvuntur; specillumque demissum descendit aut in latus, aut deorsum: eoque vitio nonnunquam [6] os quoque afficitur. Modo oritur ea quam Graeci γάγγραιναν appellant. [7] Priora in qualibet parte corporis fiunt: hoc in prominentibus membris, id est inter ungues, et alas, vel inguina; fereque in senibus, vel in iis quorum corpus mali habitus est. [8] Caro in ulcere vel nigra, vel livida est, sed sicca et arida; proximaque cutis plerumque subnigris pusulis impletur: deinde ei proxima vel pallida, vel livida, [9] fereque rugosa et sine sensu est; ulterior in inflammatione est: omniaque ea simul serpunt: ulcus in locum pusulosum; pusulae in eum qui pallet aut livet; pallor aut livor in id quod inflammatum est; inflammatio in id quod integrum est, transit. Inter haec deinde febris acuta oritur, ingensque sitis: quibusdam etiam delirium accedit: alii, quamvis mentis suae compotes sunt, [10] balbutiendo tamen vix sensus suos explicant: incipit affici stomachus: fit foedi spiritus

3. *discernitur)* Alii, *decernitur*.

4. *quia caro ejus corrupta est: idque vehementius &c.)* Lindenius legit *quia caro ejus corrupta est, idque vehementius; etiam in putrescendo intenditur*.

5. *carunculaeque corruptae, interdum &c.)* Ita Codd. Mss. atque Ed. princeps; aliae Edd. *carunculae corruptae, interdum &c.* Lindeniana, *et caro intus corrupta: interdum, &c.*

6. *os quoque afficitur)* In Ed. Lindenii deest *quoque*.

7. *Priora in qualibet parte corporis fiunt: hoc &c.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, atque Edd. sex primae, et Manutianae, *Priores .... hoc*; Ed. Caesariana, et aliae, *Priores .... haec*; Lindeniana, *Priora .... haec*..

8. *Caro in ulcere)* Lindenius, *Caro illi ulceri*.

9. *fereque rugosa et sine sensu est; ulterior in inflammatione est)* His verbis, ut animadvertit Morgagnus, apte respondent quae proxime sequuntur, *omniaque ea simul serpunt; ulcus in locum pusulosum; pusulae in eum qui pallet, aut livet; pallor aut livor in id quod inflammatum est; inflammatio in id quod integrum est, transit*. Omnes libri antiqui habent *fereque rugosa, sine sensu*, nisi quod in Cod. Vat. VIII. pro *fereque rugosa* est *fereq; erugosa*; in Ed. 1481. pro *ulterior*, *alterior*; in Edd. 1493. 1497. Bevelaquae, et Juntae, *alerior*. Lindenius legit *fereque aeruginosa et sine sensu est. Deterior in inflammatione est*.

10. *balbutiendo tamen vix sensus suos explicant)* Ita Codd. Mss. In Ed. Lindenii deest *tamen*; in Edd. sex primis legitur *balbutiendo tamen vix sensus suos os explicant*; in ceteris, *balbutiendo tamen vix sensus suos ore explicant*.

ipse odoris. [11] Atque initium quidem ejus mali recipit curationem: ubi vero penitus insedit, insanabile est; plurrimique sub frigido sudore moriuntur.

32. * Ac pericula quidem vulnerum haec sunt. Vetus autem ulcus scalpello [1] concidendum est, excidendaeque ejus orae, et quidquid super eas livet aeque incidendum. Si varicula intus est, quae id sanari prohibet, ea quoque excidenda. Deinde ubi sanguis emissus, novatumque vulnus est, eadem curatio adhibenda quae in recentibus vulneribus exposita est. Si scalpello aliquis uti non vult, potest sanare id emplastrum [2] quod ex ladano fit: et cum ulcus sub eo exesum est, id quo cicatrix inducitur.

33. * Id autem quod ἐρυσίπελας vocari dixi, non solum vulneri supervenire, sed sine hoc quoque oriri consuevit: atque interdum [1] periculum magnum affert; utique si circa [2] cervices aut caput constitit. Oportet, si vires patiuntur, sanguinem mittere: deinde imponere simul reprimentia et refrigerantia; maximeque cerussam solani suco, aut cimoliam cretam aqua [3] pluviali exceptam, aut ex eadem aqua subactam farinam, [4] cupresso adjecta, aut, si tenerius corpus est, lenticula. Quidquid impositum est, betae folio contegendum est, et super linteolum frigida aqua madens imponendum. Si per se refrigerantia parum proderunt, miscenda erunt hoc modo: sulphuris p. ✕. I. [5] cerussae et croci, singulorum p. ✕. XII. s. eaque cum vino conterenda sunt, et id his illinendum. [6] At si durior locus est, solani folia contrita suillae adipi miscenda sunt, et [7] illita linteolo superinjicienda.

At si nigrities est, [1] nequedum serpit, imponenda sunt, quae carnem putrem lenius [2] exedant: repurgatumque ulcus, sic, ut cetera, nutriendum est. Si magis putre est, jamque procedit ac serpit, opus est vehementius erodentibus. Si ne haec quidem

11. *Atque initium quidem ejus mali)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Atque initium ejus quidem mali.*

1. *concidendum)* Ita Codd. Mss. et Ed. princeps; aliae Edd. *coiiciendum*; Caesariana, et aliae, *incidendum*; Lindeniana, *circumcidendum*.

2. *quod ex ladano fit)* vide cap. 19. sect. 18. hujus libri.

1. *periculum magnum)* Sic reposuit Lindenius: antea legebatur *periculum majus*.

2. *cervices)* Lindenius legit *cervicem*, ut habet in margine Ed. Constantini. Sed Celsus alibi quoque utitur plurali *cervices*.

3. *pluviali)* Quidam Cod. Constantini, atque Edd. Ruellii, et Lindenii, *pluviatili*.

4. *cupresso adjecta, aut, si tenerius corpus est, lenticula)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. In Mss. et in Edd. antiquis est *lenticulam*; sed mendose.

5. *cerussae et croci)* Ed. Lindenii, *cerussae, croci*.

6. *At si)* Alii omnes *aut si*.

7. *illita)* Lindenius, *illinita*.

1. *nequedum serpit)* Lindenius, *quae nequedum serpit*.

2. *exedant)* Ita Ed. Caesariana, et aliae multae; Codd. Mss. atque Edd. sex primae, Manutianae; et Lindeniana, *exedunt*; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *edant*.

evincunt, aduri locus debet, [3] donec ex eo nullus humor feratur: nam quod sanum est, siccum est cum aduritur. Post ustionem putris ulceris, superponenda sunt quae crustas a vivo resolvant [4] [: eas ἐσχάρας Graeci nominant]. [5] Vbi eae exciderunt, purgandum ulcus maxime melle et resina est: [6] sed aliis quoque purgari potest, quibus purulenta curantur; eodemque modo ad sanitatem perducendum est.

* Gangraenam vero si nondum plane tenet, sed adhuc incipit, curare non difficillimum est; utique in corpore juvenili: et magis etiam si musculi integri sunt; si nervi vel laesi non sunt, vel leviter affecti sunt; neque ullus magnus articulus nudatus est; aut carnis in eo loco paulum est, ideoque non multum, quod putresceret, fuit; [1] consistitque eo loco vitium; quod maxime fieri in digito potest. In ejusmodi casu primum est, si vires patiuntur, sanguinem mittere: deinde quidquid aridum est, et intentione quadam proximum quoque locum male habet, [2] usque sanum corpus concidere. Medicamenta vero, dum malum serpit, adhibenda nulla sunt, quae pus movere consuerunt; ideoque ne aqua quidem calida. Gravia quoque, quamvis reprimentia, aliena sunt; sed his quam levissimis opus est: superque ea quae inflammata sunt, utendum est refrigerantibus. Si nihilo magis malum constitit, uri id quod est inter integrum ac vitiatum locum debet. Praecipueque in hoc casu petendum, non a medicamentis solum, sed etiam a victus ratione praesidium est: neque enim id malum, nisi corrupti vitiosique corporis est. Ergo primo, nisi imbecillitas prohibet, abstinentia utendum: deinde danda quae per cibum potionemque alvum, ideoque etiam corpus adstringant; sed ea levia. Postea si vitium constitit, imponi super vulnus eadem debent, quae in putri ulcere praescripta sunt: [3] ac tum plenioribus quoque cibis uti licebit ex media ma- * 34.

3. *donec ex eo nullus humor feratur)* Lindenius, *donec nullus ex eo humor feratur.*

4. [*eas ἐσχάρας Graeci nominant*]) Haec verba margini adscripta erant contra vocem *crustas*; indeque in contextum irrepserunt. Pro *eas ἐσχάρας* Ed. Constantini in margine habet ἐσχαρωτικὰ: sed haec crustas ulceribus inducunt, non ab iis resolvunt. Lindenius legit *ἀεσχαρωτικὰ Graeci nominant.*

5. *Vbi eae exciderunt)* Restitui vocem *eae* ex Codd. Med. I. et Vat. VIII.

6. *sed aliis quoque purgari potest)* Lindenius, *sed iis quoque* &c.

1. *consistitque eo loco vitium)* In multis Codd. legitur *constititque eo loco vitium;* in Ed. Lindenii, *consistitque uno loco vitium.*

2. *usque sanum corpus concidere)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae, et Manutianae, *usque eo sanum corpus concidere:* ceterae Edd. *usque ad sanum corpus concidere.*

3. *ac tum plenioribus quoque cibis uti licebit)* Alii omnes legunt *ac tum quoque plenioribus* &c.

teria; sed tamen non nisi alvum, corpusque siccantibus; aqua vero pluviali frigida. Balneum, nisi jam certa fiducia redditae sanitatis est, alienum est: siquidem emollitum in eo [4] vulnus cito rursus eodem malo afficitur. Solent vero nonnumquam nihil omnia auxilia proficere, ac nihilo minus serpere [5] is cancer: inter quae miserum, sed unicum auxilium est, ut cetera pars corporis tuta sit, membrum quod paulatim emoritur, abscindere.

* 35. * Hae gravissimorum vulnerum curationes sunt. Sed ne illa quidem negligenda, [1] ubi integra cute interior pars collisa est; aut ubi derasum, [2] attritumve aliquid est; aut ubi surculus corpori infixus est; aut ubi tenue, sed altum vulnus insedit. In primo casu commodissimum est malicorium ex vino coquere, interioremque ejus partem conterere, et cerato miscere ex rosa facto, idque superponere: deinde ubi cutis ipsa exasperata est, inducere lene medicamentum, [3] qualis lipara est. Deraso vero, detritoque imponendum est emplastrum [4] tetrapharmacum, minuendusque cibus, et vinum subtrahendum. Neque id, quia non habebit altiores ictus, contemnendum erit: siquidem ex ejusmodi casibus saepe cancri fiunt. Quod si levius id erit, et in parte exigua, contenti esse poterimus eodem leni medicamento. Surculum vero, si fieri potest, oportet vel manu, vel etiam ferramento [5] ejicere. Si vel praefractus est, vel altius descendit, quam [6] ut id ita fieri possit, medicamento evocandus est. Optime autem educit superimposita arundinis radix, si tenera est, protinus contrita; si jam durior, ante in mulso decocta; cui semper mel adjiciendum est: aut aristolochia cum eodem melle.

4. *vulnus)* In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii, *ulcus*.

5. *serpere is cancer)* Ita Cod. Vat. VIII. Alii, et Edd. antiquae, *serpere his cancer*; Ed. Lindenii, *serpere sub his cancer*: qua dicendi forma Celsus frequenter utitur. Cap. 28. hujus lib. sect. 3. *imponenda quae reprimant, cataplasmata. Si sub his nihil proficitur, ferro locus aduri debet*; lib. 6. cap. 19. *Sub quo medicamento vitiosi ungues cadunt*; lib. 7. cap. 27. *Sub quibus perveniri ad sanitatem potest*.

1. *ubi integra cute interior pars collisa est)* id est ea pars quae cuti proxime subest, nullo viscere laeso. In Ed. Lindenii desunt duae voces *integra cute*.

2. *attritumve)* Etiam a Plinio *attritum* dicitur. Lib. 23. cap. 4. sect. 44. *oleum myrteum attrita sanat*; et lib. 30. cap. 8. sect. 22. *Attritis medetur cinis muris silvatici cum melle*. Lindenius legit *detritumve*. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. desunt haec omnia *aut ubi derasum attritumve aliquid est*.

3. *qualis lipara est)* Ita Codd. plerique omnes; Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae, *quale lipara est*; Edd. Manutiorum, *quale λιπαρὰ est*; Ed. Lindenii, *qualis λιπαρὰ est*.

4. *tetrapharmacum)* Manutii, et Lindenius, *τετραφάρμακον*.

5. *ejicere)* Sic lib. 7. cap. 5. *Tela quoque quae illata corporibus intus haeserunt, magno negotio saepe ejiciuntur*. Lindenius legit *educere*.

6. *ut id ita fieri possit)* Ita Codd. Mss. atque Ed. princeps. Eadem ratione cap. proxime sequenti sect. 2. dicitur, *idque cum ita per triduum factum est*. Alii legunt *ut id fieri possit*.

Pessima ex surculis arundo est, quia aspera est: [7] eademque offensa etiam in filice est. Sed usu cognitum est, utramque adversus alteram medicamentum esse, [8] si contrita ac superimposita est. Facit autem idem in omnibus surculis quodcumque medicamentum extrahendi vim habet. Idem altis tenuibusque vulneribus aptissimum est. Priori rei Philocratis; huic Hecataei emplastrum maxime convenit.

* Vbi vero in quolibet vulnere ventum [1] ad inducendam cicatricem est; quod perpurgatis jam, repletisque ulceribus necessarium est; primum ex aqua frigida linamentum, dum caro alitur; deinde cum jam continenda est, siccum imponendum est, donec cicatrix inducatur: tum deligari super album plumbum oportet, quo et reprimitur cicatrix, et colorem maxime sano corpori similem accipit. Idem radix silvestris cucumeris praestat: [2] idem compositio quae habet elaterii p. ж. I. spumae argenti p. ж. II. [3] unguenti p. ж. IV. quae excipiuntur resina terebinthina, donec emplastri crassitudo ex omnibus fiat. [4] Ac nigras quoque cicatrices leniter purgant paribus portionibus mixta [5] aerugo et plumbum elotum, [6] eademque resina coacta; [7] sive ungitur cicatrix, quod in facie fieri potest; sive id ut emplastrum imponitur, quod in aliis partibus commodius est. At si vel excrevit cicatrix, vel concava est, stultum est decoris causa [8] rursus et dolorem et medicinam sustinere: alioquin res utrique succurri patitur. Siquidem utraque cicatrix exulcerari scalpello potest: si medicamentum aliquis mavult, idem efficiunt compositiones eae quae corpus exedunt. Cute exulcerata, super eminentem carnem 36.

7. *eademque offensa etiam in filice est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. pleraeque omnes. In aliis Codd. et in Edd. Manutianis legitur *eademque offensa etiam in filicis hastula est*: quae varietas orta videtur ex interpretatione margini adscripta. Casaubonus veriorem lectionem putat *in filicis hastula*.

8. *si contrita ac superimposita est)* Ita Codd. Mss. et Ed. Lindenii; ceterae Edd. *si contrita superimposita est*. Plinius lib. 24. cap. 11. sect. 50. *arundinis radix contrita, et imposita, filicis stirpem corpore extrahit: item arundinem filicis radix*.

1. *ad inducendam cicatricem)* Ita Codd. Mss. et Ed. princeps; ceterae Edd. *ad inducendam cicatricem*.

2. *idem compositio)* Malim, *item compositio*. Hae voces in antiquis libris saepissime commutantur.

3. *unguenti)* Videtur deesse adjunctum vocis *unguenti*. Lindenius legit *glandis unguentariae*, ex Constantino, qui haec adnotavit; *glandis unguentariae*: alii *susini*, quo utitur Dioscorides in cicatricibus.

4. *At nigras &c.)* Ita Vat. VIII. et plerique alii Codd. atque omnes antiquae Editiones. Cod. Med. I. et Ed. Lindenii, *At nigras &c.*

5. *aerugo et plumbum elotum)* Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *aerugo, plumbum elotum*.

6. *eademque resina coacta)* Ita in Ed. Lindenii; veteres libri, et Ed. Almeloveenii habent *eademque rosa cocta*; sed in Cod. Med. I. ab antiqua manu emendatum est *coacta*.

7. *sive ungitur cicatrix)* Lindenius, *sive eo ungitur cicatrix*.

8. *rursus)* Idem, *rursum*.

exedentia medicamenta conjicienda sunt; super concavam implentia; donec utrumque ulcus sanae cuti aequetur: et tum cicatrix inducatur.

XXVII. 1. * Dixi de iis vulneribus quae maxime per tela inferuntur: sequitur, ut de iis dicam quae morsu fiunt, interdum hominis, interdum simiae, saepe canis, [1] nonnumquam ferorum animalium, aut serpentium. [2] Omnis autem fere morsus habet quoddam virus. Itaque si vehemens vulnus est, cucurbitula admovenda est: si levius, protinus emplastrum injiciendum, praecipueque Diogenis; si id non est, quodlibet ex iis quae adversus morsus proposui; si ea non sunt, viride alexandrinum; si ne id quidem est, quodlibet non pingue ex iis quae recentibus vulneribus accommodantur. Sal quoque his, praecipueque ei quod canis fecit, medicamentum est, [3] si [manus] vulneri imponitur, superque id duobus digitis verberatur: exsaniat enim. Ac salsamentum quoque recte super id vulnus deligatur.

2. * Vtique autem si rabiosus canis fuit, cucurbitula virus ejus extrahendum est. Deinde si locus neque nervosus, neque musculosus est, [1] vulnus id aduredum est: si uri non potest, sanguinem homini mitti non alienum est. Tum usto quidem vulneri superimponenda quae ceteris ustis sunt: ei vero quod expertum ignem non est, ea medicamenta quae vehementer exedunt. Post quae nullo novo magisterio, sed jam supra posito vulnus erit implendum, et ad sanitatem perducendum. Quidam post rabiosi canis morsum protinus in balneum mittunt; [2] ibique patiuntur desudare, dum vires corporis sinunt, [3] vulnere adaperto, quo magis ex eo quoque virus destillet: deinde multo meracoque vino

1. *nonnumquam ferorum animalium)* Cod. Vat. VIII. *nonnumquam ferarum animalium*. Lindenius legit *nonnunquam ferarum, aut aliorum animalium*. Sed alia animalia intelliguntur ex sequentibus verbis *Omnis autem fere morsus* &c.

2. *Omnis autem fere morsus habet quoddam virus)* Ita habent Vat. VIII. aliique Codd. atque Edd. sex primae, et Manutianae. In aliis Codd. in quibus est Med. I. atque in Ed. Caesariana, aliisque legitur *Omnis autem ferae morsus* &c. in Ed. Lindenii, *Omnis autem ferae morsus habent quoddam virus*: sed, ut modo dictum est, etiam hominis morsus virus habet. Plinius lib. 18. cap. 4. sect. 8. *Morsus etiam hominis inter asperrimos numeratur*. Ad hunc Celsi locum, ut animadvertit Morgagnus, respexisse videtur Sammonicus, qui scripsit;

Sive homo, seu similis turpissima bestia nobis
Vulnera dente dedit, virus simul intulit atrum.

3. *si [manus] vulneri imponitur)* Multi Codd. habent, *sin manus* &c. Constantinus adnotat, quibusdam videri vocem *manus* transferendam esse post *digitis*. Lindenius legit *si aridus vulneri imponitur*. Sed adjunctum *aridus* aptum non est: nam sal per se aridus est. Vox *manus* videtur ex margine irrepsisse, ubi adscripta erat contra *digitis*.

1. *vulnus)* Ita Ed. Lindeniana; libri antiqui, *ulcus*.

2. *ibique)* Lindenius, *eumque ibi*.

3. *vulnere adaperto)* Libri antiqui habent *ulcere adaperto*. Lindenius legit *vulnere aperto*; ego, *vulnere adaperto*.

[4] excipiunt; quod omnibus venenis contrarium est. Idque, cum ita per triduum factum est, tutus esse homo a periculo [5] videtur.

Solet autem ex eo vulnere, ubi parum occursum est, aquae timor nasci: [1] ὑδροφόβους Graeci appellant. Miserrimum genus morbi; in quo simul aeger et siti et aquae metu cruciatur: quo oppressis in angusto spes est. Sed unicum tamen remedium est, nec opinantem in piscinam non ante ei provisam projicere, et si natandi scientiam non habet, modo mersum bibere pati, modo attollere; si habet, interdum deprimere, ut invitus quoque aqua satietur: sic enim simul et sitis et aquae metus tollitur. Sed aliud periculum excipit, ne infirmum corpus in aqua frigida vexatum, nervorum distentio absumat. Id ne incidat, a piscina protinus in oleum calidum demittendus est. Antidotum autem, praecipue id quod primo loco posui; ubi id non est, aliud, si nondum aeger aquam horret, potui ex aqua dandum est; [2] et si amaritudine offendit, mel adjiciendum est: [3] si jam is morbus occupavit, per catapotia sumi potest.

* Serpentium quoque morsus non nimium distantem curatio- * 3.
nem desiderant: quamvis in ea [1] multum antiqui variarunt; [2] ut in singula genera anguium singula medendi genera praeciperent, [3] aliique alia. Sed in omnibus eadem maxime proficiunt. Igitur in primis [4] super vulnus id membrum deligandum est, non tamen nimium vehementer, ne torpeat: dein venenum extrahendum est. Id cucurbitula optime facit: neque alienum est, ante scalpello circa vulnus incidere, quo plus vitiati jam sanguinis extrahatur. Si cucurbitula non est; quod tamen vix incidere potest; tum quodlibet simile vas quod idem possit: si ne id quidem

voces *vulnus*, et *ulcus* saepissime inter se commutantur, ut deinceps ex aliis adnotationibus apparebit.

4. *excipiunt)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *accipiunt*.

5. *videtur)* Lindenius, *putatur*.

1. *ὑδροφόβους Graeci appellant)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *hydrophobas*; alii, ὑδρωφωβας; Med. IV. ab alia manu, atque ex eo sex Edd. primae, *hydrophlogas*; Edd. Manutianae, ὑδροφόβος; ceterae, ὑδροφοβίαν; quae vox nimis recedit ab antiqua scriptura. Ego reposui ὑδροφόβους, ut ad aegros ipsos referatur. Sic lib. 7. cap. 7. sect. 6. Ἀγκυλοβλεφάρους sub utroque vitio Graeci vocant; et cap. 7. sect. 9. ejusdem lib. Λαγωφθάλμους Graeci appellant. Scribonius Largus Compos. 171. ita habet: *quos ὑδροφόβους Graeci appellant*.

2. *et si amaritudine offendit)*. Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *et si amaritudine offenditur*.

3. *si jam)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *et si jam*; Ed. Lindenii, *at, si jam*, ut est in margine Constantinianae.

1. *multum antiqui variarunt)* Vide Theophrastum, Dioscoridem, Plinium.

2. *ut in singula genera anguium singula medendi genera praeciperent)* Lindenius legit *adeo ut in singula anguium genera singula medendi praeciperent*.

3. *aliique alia)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et antiquae Edd. *aliisque alia*.

4. *supra vulnus)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Veteres libri habent *super vulnus*.

est, homo adhibendus est, [5] qui id vulnus exsugat. Neque [6] hercules scientiam praecipuam habent ii qui Psylli nominantur; sed audaciam usu ipso confirmatam. Nam venenum serpentis, ut quaedam etiam venatoria venena quibus Galli praecipue utuntur, [7] non gustu, sed in vulnere nocent. Ideoque colubra ipsa tuto estur: ictus ejus occidit. Et si stupente ea; quod per quaedam medicamenta circulatores faciunt; in os digitum quis indidit, neque percussus est, nulla [8] in ea saliva noxa est. Ergo quisquis, exemplum Psylli secutus, id vulnus exsuxerit, et ipse tutus erit, et tutum hominem praestabit. [9] Illud interea ante debebit attendere, ne quod in gingivis, palatove, aliave parte oris ulcus habeat. Post haec is homo loco calido collocandus est sic, ut id quod percussum erit, in inferiorem partem inclinetur. Si neque qui exsugat, neque cucurbitula est, sorbere oportet jus anserinum, [10] vel ovillum, vel vitulinum, et vomere: vivum autem gallinaceum pullum per medium dividere, et protinus calidum super vulnus imponere sic, ut pars interior corpori jungatur. Emplastra quoque quae supra comprehensa sunt; aptissimumque est vel ephesium, vel id quod ei subjectum est. Facit id etiam hoedus agnusve discissus, et calida ejus caro statim super vulnus imposita: praesensque in aliquo antidoto praesidium est. [11] Si id non est, necessarium est exsorbere [12] potionem meri vini cum pipere, vel quidlibet aliud [13] quod calori movendo est, nec humorem intus coire patitur: nam maxima pars venenorum frigore interimit. Omnia etiam urinam moventia, quia materiam extenuant, utilia sunt.

4. * Haec adversus omnes ictus [1] communia sunt: usus tamen ipse docuit, eum quem aspis percussit, acetum potius bibere de-

5. *qui id vulnus exsugat)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *qui vulnus exsugat*, vel *exugat*.

6. *hercules)* Lindenius, *hercule*.

7. *non gustu, sed in vulnere nocet)* Plinius lib. 29. cap. 4. sect. 18. *sed et venenum earum*, aspidum, *si sanguinem attingit, aut recens vulnus, statim interimit: inveteratum ulcus, tardius: de cetero potum quantalibet copia, non nocet*. Haec illustravit Redius in lib. *Osservazioni intorno alle Vipere*.

8. *in ea saliva)* Lindenius, *in ejus saliva*.

9. *Illud interea ante debebit attendere)* Sic reposuit Lindenius. Antea legebatur *Illud ne intereat, ante debebit attendere*.

10. *vel ovillum)* Lindenius has duas voces omittit.

11. *Si id non est)* Quidam Codd. atque Edd. Manutiorum, Ruellii, Stephani, et Lindenii, *Sin id non est*.

12. *potionem)* Edd. Salingiacensis, Pantiniana, et Lindeniana, *portionem*.

13. *quod calori movendo est, nec humorem &c.)* Sic lib. 4. cap. 9. *quae urinae movendae sunt*; et cap. 19. hujus lib. sect. 13. *quod puri movendo est*. Ita hunc locum emendavit Lindenius. Libri antiqui habent *quo calor movendus est*; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *quod calori movendum est, ne humorum intus coire patiatur*.

1. *communia sunt)* Lindenius, *utilia sunt, communiaque*.

bere. Quod demonstrasse dicitur casus cujusdam pueri, qui cum ab hac ictus esset, et partim ob ipsum vulnus, partim ob immodicos aestus siti premeretur, ac locis siccis alium humorem non reperiret, acetum, quod forte secum habebat, ebibit, et liberatus est. Credo quoniam id, quamvis refrigerandi vim habet, [2] tamen habet etiam dissipandi. Quo fit, ut terra respersa eo spumet. Eadem ergo vi verisimile est spissescentem quoque intus humorem hominis ab eo discuti, et sic dari sanitatem.

* In quibusdam etiam aliis serpentibus certa quaedam auxilia satis nota sunt. Nam scorpio [1] sibi ipse pulcherrimum medicamentum est. Quidam contritum cum vino bibunt: quidam eodem modo contritum super vulnus imponunt: quidam [2] super prunam eo imposito, vulnus suffumigant, undique veste circumdata, ne is fumus dilabatur; tum carbonem ejus super vulnus deligant. Bibere autem oportet herbae solaris, quam ἡλιοτρόπιον Graeci vocant, semen, vel certe folia ex vino. Super vulnus vero etiam furfures ex aceto, vel ruta silvatica recte imponitur, vel cum melle sal tostus. Cognovi tamen medicos, qui ab scorpione ictis nihil aliud quam ex brachio sanguinem miserunt. * 5.

* [1] Et ad scorpionis autem et ad aranei ictum, allium cum ruta recte miscetur, ex oleoque contritum superimponitur. * 6.

* At si cerastes, aut dipsas, aut haemorrhois percussit, [1] polii, quod aegyptiae fabae magnitudinem aequet, arefactum, in duas potiones dividendum est sic, ut ei rutae paulum adjiciatur. Trifolium quoque et mentastrum, et cum aceto panaces aeque proficiunt. Costumque, et casia, et cinnamomum recte per potionem assumuntur. * 7.

* [1] Adversus chelydri vero ictum, panaces, aut [2] laser, vel * 8.

2. *tamen habet etiam dissipandi)* Lindenius, *habet tamen et dissipandi*. Plinius lib. 23. cap. 1. sect. 27. *Aceto summa vis est in refrigerando, non tamen minor in discutiendo: ita fit, ut infusum terrae spumet.*

1. *sibi ipse)* Lindenius, *ipse sibi*. Plinius lib. 11. cap. 25. sect. 30. *Homini icto putant esse remedio ipsorum scorpionum cinis potus in vino.*

2. *super prunam)* Lindenius, *super prunas*.

1. *Et ad scorpionis autem, et ad aranei ictum)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. habent *Et ad scorpionis autem, et aranei ictum*; Ed. Lindenii, *Ad scorpionis etiam, et ad aranei ictum*.

4. *polii)* Sic reposui pro *spoli*, quod est in Codd. Med. 1. et Vat. VIII. atque in Edd. sex primis. Vide adnotat. 4. ad. cap. 23. sect. 3. hujus libri. Alii Codd. et Edd. Manutiorum habent *catapotium*. Caesarius, et alii, inter quos Lindenius, legunt *asphodeli*; Constantinus, *asphodeli catapotium*.

1. *Adversus chelydri vero ictum)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae. In aliis Codd. ceterisque Edd. pro *chelydri* est *chersydri*. Chersydrum a chelydro discernit Lucanus lib. 9. Pharsal.

Natus et ambiguae coleret qui
Syrtidos arva
Chersydros, tractique via fumante
chelydri.

2. *aut laser)* In Cod. Med. 1. additur

porri sucus cum hemina vini sumendus est, [3] et edenda multa satureia. Imponendum autem super vulnus stercus caprinum ex aceto [4] coactum; aut ex eodem hordeacea farina; aut ruta, vel nepeta cum sale contrita, melle adjecto. Quod in eo quoque vulnere quod cerastes fecit, aeque valet.

9. * Vbi vero phalangium nocuit, praeter eam curationem [1] quae manu redditur, saepe homo demittendus in solium est, dandusque ei myrrhae et uvae taminiae par modus ex passi hemina; vel radiculae semen, aut [2] polii radix ex vino; et super vulnus furfures ex aceto [3] coacti, imperandumque, ut is conquiescat.

10. * Verum haec genera serpentium et peregrina, et aliquanto magis pestifera sunt; [1] maximeque aestuosis locis gignuntur. Italia, frigidioresque regiones hac quoque parte salubritatem habent, quod minus terribiles angues edunt. Adversus quos satis proficit herba [2] vettonica, vel cantabrica, vel [3] centaurion, vel [4] argemonia, vel trixago, vel [5] personata, vel [6] marina pastinaca,

quod sit q I. P. in Vat. VIII. *quod sit p. q II.* in aliis Codd. atque in Edd. Mamutiorum, *quod sit scripulorum III. s. X. I.* in ceteris Edd. *quod sit scripulorum* (in al. *scrupulorum*) *X. II. s.* Haec ego sustuli tamquam addititia.

3. *et edenda)* Fortasse, *aut edenda*.

4. *coactum)* Alii omnes legunt *coctum*.

1. *quae manu redditur)* id est cute incisa, et cucurbitula imposita, ut praeceptum est sect. 3. hujus cap. Lindenius legit *quae manu editur*, ut habet in margine Ed. Constantini.

2. *polii radix)* Sic reposui pro *lolii radix*, quod est in omnibus libris. Vide adnot. 18. ad superiorem sect. 7.

3. *coacti)* Constantinus, et Lindenius legunt *cocti*; alii, *coctae*, ut est in Mss. Ego hic quoque reposui *coacti*, sicut supra *coactum* pro *coctum*.

1. *maximeque aestuosis locis gignuntur)* Ita in Codd. Mss. et in Edd. antiquis. Liber Guilandini habet *maxime quae aestuosis locis gignuntur*; Ed. Lindenii, *maxime quae aestuosis gignuntur locis*. Sed Cerastes, Dypsas, Haemorrhois &c. non nisi aestuosis locis gigni solent.

2. *vettonica)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *betonica*.

3. *centaurion)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *centaurios*; Vat. VI. *centauria*; Ed. Stephani, *centaurium*.

4. *argemonia)* Ita habent Edd. Caesarii, et Ruellii, atque ita nominatur a Plinio lib. 25. cap. 6. sect. 56. In Codd. atque in Edd. sex primis legitur *argimonia*; in ceteris Edd. *agrimonia*.

5. *personata)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii; in Caesariana, *personatia*; in ceteris, atque in Mss. *personina*. Apud Vegetium lib. 3. cap. 4. legebatur *personatiam*; sed Morgagnus emendavit *personatam* ex Columella; qui ita eam nominat lib. 6. cap. 17. Plinius lib. 25. cap. 9. sect. 58. ita scribit: *Quidam echion personatam vocant*; et videtur indicare Celsum, et Columellam; et si Columellam tantum, verisimile tamen est, hunc eodem nomine usum esse, quo Celsus usus fuerat. Ex his autem Plinii verbis apparet, *personatam* non eamdem herbam esse atque eam quam ipse *persolatam* appellat, ut putat Schoettingius: nam hanc ab echio distinguit et describit sect. 66. ejusdem cap. 9.

6. *marina pastinaca)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. Editionesque omnes *marinae pastinacae*. Pantinus pastinacam silvestrem significari putat, quam Dioscorides lib. 3. cap. 57. serpentium morsibus, ictibusque prodesse tradidit: marinam autem vocari, quemadmodum et lactuca, de qua Celsus lib. 2. cap. 12: et lib. 5. cap. 7. quod in locis agrestibus nascatur. A Celso tamen agrestis vocatur lib. 2. cap. 31. Plinius lib. 25. cap. 9. sect. 64. tertium dauci genus pastinacam erraticam appellari tradit.

[7] singulae binaeve tritae, et cum vino potui datae, et super vulnus impositae. Illud [8] ignorari non oportet, omnis serpentis ictum et jejuni et jejuno magis nocere: ideoque [9] perniciosissimi sunt cum incubant; utilissimumque est, ubi ex anguibus metus est, non ante progredi, quam quis aliquid assumpsit.

* Non tam facile iis opitulari est, qui venenum vel in cibo, vel in potione sumpserunt: primum quia non protinus sentiunt, [1] ut ab angue icti; ita [2] ne succurrere quidem statim sibi possunt: deinde quia noxa non a cute, sed ab interioribus partibus incipit. Commodissimum est tamen, ubi primum sensit aliquis, protinus oleo multo epoto vomere: deinde, ubi praecordia exhausit, bibere antidotum; si id non est, vel merum vinum. * 11.

* Sunt tamen quaedam remedia propria adversus quaedam venena, maximeque leviora. Nam si cantharidas aliquis ebibit, [1] panaces cum lacte contusa, vel galbanum vino adjecto dari, vel lac per se debet. Si cicutam, vinum merum calidum cum ruta quamplurimum ingerendum est; deinde is vomere cogendus; posteaque laser ex vino dandum: isque, si febre vacat, in calidum balneum mittendus; si non vacat, ungendus ex calefacientibus est: post quae quies ei necessaria est. Si hyoscyamum, fervens mulsum bibendum est, aut quodlibet lac, maxime tamen asininum. Si cerussam, jus malvae, [2] vel juglandes ex vino contritae maxime prosunt. Si sanguisuga epota est, acetum cum sale, bibendum est. Si lac intus coiit, aut passum, [3] aut coagulum, * 12.

7. *singulae binaeve tritae, et cum vino potui datae)* Ita legitur in antiquis Editionibus. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *vel singulae binaeve tritae, et cum vino potui datae sunt*; alii, *singulae binaeve cum vino potui datae sunt*; sed in Med. IV. ab alia manu additae sunt duae voces *tritae et*; atque expunctum verbum *sunt*. Lindenius legit *si vel singulae binaeve tritae, et sic potui datae sunt cum vino*.

8. *ignorari)* Lindenius, *ignorare*.

9. *perniciosissimi sunt cum incubant)* Ita plerique Codd. et omnes Editiones. In Cod. Med. I. pro *perniciosissimi* est *perniciosissime*; in Vat. VIII. *perniciosissimae*: sed paulo supra hi quoque duo Codd. habent, ut alii, *jejuni*. Si legatur *perniciosissimae*, pro *jejuni* reponendum erit *jejunae*. Aristoteles quoque, et Plinius tradiderunt serpentes ova parere, et incubare. Revera ova gignunt, non tamen incubant. Ea pariunt juxta sterquilinia, aut parietes, aut in arena, locis soli expositis, ibique relinquunt, ut alieno calore foveantur, atque excludantur.

1. *ut ab angue icti; ita &c.)* Lindenius, *ut ab angue icti: ideo &c.*

2. *ne succurrere quidem statim sibi possunt)* Haec verba, et sequentia usque ad illa *insanabiles reperiuntur* cap. 28. sect. 12. hujus lib. in Codd. Med. I. et Vat. VIII. desunt. Sed Mediceus a Nicolo suppletus est ex alio Codice.

1. *panaces cum lacte contusa, vel galbanum)* Cod. Mss. *panaces cum contusa vel galbano*.

2. *vel juglandes ex vino contritae)* Ita olim legendum proposui; postea animadverti Scaligerum quoque ita legendum censuisse. Libri antiqui habent *vel jus glandis &c.* Ed. Constantini in margine, atque Ed. Lindenii, *vel juglandis &c.*

3. *aut coagulum)* Duae hae voces in Ed. Lindenii desunt. De hac coaguli facultate vide Scribonium cap. 65. Plinium lib. 30. cap. 14. sect. 47. et Galenum lib. 10. de

aut cum aceto laser. Si fungos inutiles quis [4] assumpsit, radicula [5] aut e posca, aut cum sale et aceto edenda est. Ipsi vero hi et specie quidem discerni possunt ab utilibus, et cocturae genere idonei fieri. Nam sive ex oleo inferbuerunt, sive piri surculus cum his inferbuit, omni noxa vacant.

*13. * Adustis quoque locis extrinsecus vis infertur: itaque sequi videtur, ut de his dicam. Haec autem optime curantur foliis aut lilii, aut linguae caninae, aut betae [1] in vetere vino oleoque decoctis: quorum quidlibet protinus impositum ad sanitatem perducit. Sed dividi quoque curatio potest in ea quae mediocriter exedentia reprimentiaque, primo et [2] pusulas prohibeant, et summam pelliculam exasperent: deinde ea quae lenia ad sanitatem perducant. Ex prioribus est lenticulae cum melle farina, vel myrrha cum vino, vel creta cimolia cum turis cortice contrita et aqua coacta, atque ubi usus necessitas incidit, aceto diluta: ex insequentibus quaelibet [3] lipara; sed idonea maxime est, quae vel plumbi [4] recrementum, vel vitellos habet. Est etiam illa adustorum curatio, dum inflammatio est, impositam habere cum melle lenticulam: ubi ea declinavit, farinam cum ruta, vel porro, vel marrubio, donec crustae cadant: tum ervum cum melle, [5] aut irim, aut resinam terebinthinam, donec [6] ulcus purum sit: novissime siccum linamentum.

*XXVIII. * Ab iis quae extrinsecus incidunt, ad ea veniendum est, quae interius, corrupta aliqua corporum parte, nascuntur. Ex quibus non aliud carbunculo [1] pejus est. Ejus hae notae sunt: rubor est, superque eum non nimium pusulae eminent, maxime nigrae, interdum sublividae, aut pallidae; in his sanies esse videtur; infra color niger est; ipsum corpus aridum et durius quam naturaliter oportet; circaque quasi crusta est; eaque inflammatione cingitur; neque in eo loco levari cutis potest, sed inferiori

S. M. F. Aetius lib. 2. cap. 85. ita scribit: *coagulum recenti lacti injectum ipsum cogit, et spissat: id vero quod jam coactum est ex natura sua, dissolvit.*

4. *assumpsit)* Alii, *assumpserit.*

5. *aut e posca)* Ita edidit Lindenius ex emendatione Scaligeri. Supplementum Cod. Med. 1. habet *aut epota*; ceteri Codices, etiam Med. VII. Nicoli manu scriptus, *aut pota*. In Vat. autem VI. et in Med. IV. littera *e* a secunda manu adjecta, factum est *epota*; et ita legitur in Edd. antiquis.

1. *in vetere vino)* In Ed. Salingiacensi, et in Lindeniana deest vox *vetere*.

2. *pusulas)* Ita Cod. Med. 1. tum hic, tum infra; alii, et libri editi utrobique, *pustulas*.

3. *quaelibet lipara)* Edd. Manutiorum, et Lindenii, *quaelibet λιπαρά*.

4. *recrementum)* Linden. *retrimentum*.

5. *aut irim, aut resinam terebinthinam)* Fortasse legendum *aut irim cum resina terebinthina*.

6. *ulcus)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii; in libris antiquis, *vulnus*.

1. *pejus est. Ejus &c.)* In Cod. Med. IV. pro *pejus est*, quod habent alii omnes Codices, scriptum est *pejus ejus*, et voce *ejus* expuncta, factum *pejus. Ejus*; atque ita legitur in libris editis.

carni quasi affixa est; somnus urget; nonnumquam horror, aut febris oritur, aut utrumque. Idque vitium subteractis quasi quibusdam radicibus serpit interdum celerius, interdum tardius: supra quoque procedens inalbescit; dein lividum fit, circumque exiguae pusulae oriuntur: et si circa stomachum faucesve incidit, subito spiritum saepe elidit. Nihil melius est, quam protinus adurere. Neque id grave est: nam non sentit; quoniam ea caro mortua est. Finisque adurendi est, dum ex omni parte sensus doloris est. Tum deinde [2] ulcus, sicut cetera adusta, curandum est. Sequitur enim sub medicamentis erodentibus crusta, [3] undique a viva carne diducta, quae trahit secum quidquid corruptum erat; [4] purusque jam sinus curari potest implentibus. At si in summa cute vitium est, possunt succurrere quaedam vel exedentia tantum, vel etiam adurentia: vis pro magnitudine adhibenda est. Quodcumque vero medicamentum impositum est, si satis proficiet, [5] protinus a viva corruptam partem resolvit; certaque [6] esse fiducia potest fere, ut undique vitiosa caro excidat. [[7] qua hujusce rei medicamen exest.] Si id non fit, [8] medicamentumque malo vincitur, utique ad ustionem properandum est. Sed in ejusmodi casu abstinendum a cibo, a vino est: aquam liberaliter bibere expedit: magisque ea servanda sunt, si febricula quoque accessit.

* Non idem periculum [1] carcinoma affert, nisi imprudentia *2.

2. *ulcus)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii; libri antiqui habent *vulnus*.

3. *undique a viva carne diducta, quae trahit secum &c.)* Lindenius, *quae undique a viva carne diducta trahit secum &c.*

4. *purusque)* In Edd. sex primis, et Caesariana mendose est *priusque*. Hinc ortum *puriusque*, quod habet Ed. Lindenii. Almeloveenius legit cum aliis, *purusque*.

5. *protinus a viva corruptam partem resolvit; certaque &c.)* Lindenius legit *protinus a viva corruptam partem resolvet. Certaque &c.*

6. *esse fiducia potest fere, ut undique vitiosa caro excidat)* In libris antiquis est *excedat*; sed mendose; ut lib. 7. cap. 29. sub initium *excedere* pro *excidere*. Lindenius legit *esse fiducia potest fere, si undique vitiosa caro excidat.*

7. *[qua hujusce rei medicamen exest.])* Membrum hoc insititium est. Pro *hujusce rei*, Lindenius legit *hujuscemodi*. Sed neque *hujusce*, neque *hujuscemodi*, neque *ejuscemodi* usquam habet Celsus: habet *hujus, hujusmodi, ejusmodi*. Nec vocem *medicamen* umquam usurpat; sed medicamentum semper adhibet; et in prooemio lib. 5. intra paucos versus septies repetit. Lib. 7. cap. 4. sect. 2. quidam Codd. habent *medicamine locus nullus est*; Edd. antiquae, *medicamini locus nullus est*: sed in Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. Lindenii legitur *medicinae locus nullus est*. Cap. 26. sect. 5. ejusdem lib. 7. Codd. omnes, omnesque Edd. habent *alter metus excipit, remotis medicaminibus &c.* Sed duae voces *remotis medicaminibus* addititiae sunt; ut eo loco ostendam.

8. *medicamentumque malo vincitur)* Ita Lindenius, et alii legunt cum Ruellio: Malim *et medicamentum*. Codd. Mss. atque Edd. sex primae, Manutianae, et Caesariana habent *medicamentum malo vincitur*.

1. *carcinoma)* Ita in Mss. atque in Edd. sex primis, et Manutianis. Edd. ceterae habent *καρκίνωμα* graecis litteris. Sed hanc vocem et Cato latine usurpavit, et Augu-

curantis agitatum est. Id vitium fit maxime in superioribus partibus, circa faciem, nares, aures, labra, mammas feminarum. [2] [Et in jecore autem, aut splene hoc nascitur.] Circa locum aliqua quasi puncta sentiuntur; isque [3] immobilis, inaequalis tumet; interdum etiam torpet. Circa eum inflatae venae quasi recurvantur, haeque pallent, aut livent; nonnumquam etiam in quibusdam delitescunt: tactusque is locus aliis dolorem affert, in aliis eum non habet: et nonnumquam sine ulcere durior aut mollior est quam esse naturaliter debet; nonnumquam iisdem omnibus ulcus accedit: interdumque nullam habet proprietatem; interdum simile iis est, [4] quae Graeci vocant κορδυλώματα; aspredine quadam et magnitudine sua; colorque ejus ruber est, aut lenticulae similis; [5] neque tuto aufertur: nam protinus aut resolutio nervorum, aut distentio insequitur. Saepe homo ictus obmutescit, atque ejus anima deficit. Quibusdam etiam, si id ipsum pressum est, quae circa sunt intenduntur et intumescunt. [6] Ob quae pessimum id genus est. Fereque primum id fit quod κακόηθες a Graecis nominatur; deinde ex eo id carcinoma quod sine ulcere est; deinde ulcus; [7] ex eo thymium. Tolli nihil, [8] nisi cacoethes potest: [9] reliqua curationibus irritantur; et quo major vis adhibita est, eo magis. Quidam usi sunt medicamentis

stus, qui Julias, filiam et neptem, atque Agrippam nepotem carcinomata sua appellabat; ut tradit Svetonius in ejus Vita cap. 65.

2. [*Et in jecore autem, et splene hoc nascitur*]) Periodus adulterina. Celsus lib. 4. cap. 8. et cap. 9. de morbis jecinoris, et lienis egit ex professo, neque vitium hoc, profecto gravissimum, in iis visceribus nasci dixit. Additio haec ab enarratore aliquo facta est ex Galeno, qui putabat carcinoma ex atra bile, atque adeo ex liene, et jecinore oriri. Notanda etiam vox *splene*: nusquam enim apud Celsum invenitur; sed ubique *lienis*. Caesarius, et Pantinus legunt *Et in jecore, aut splene* &c. Lindenius, *Et ex jecore, aut splene* &c.

3. *immobilis, inaequalis tumet*) In margine Edd. Constantinianae legitur *immobilis, et inaequalis tumet*; in Ed. Lindenii, *immobilis, inaequaliter tumet*.

4. *quae Graeci vocant κονδυλώματα*) Ita in Supplem. Cod. Med. 1. in aliis Codd. atque in libris editis, *quae vocant Graeci κονδυλώματα*.

5. *neque tuto aufertur*) Ita legitur in margine Ed. Constantinianae. Veteres libri habent *neque tuto fertur*; Edd. Lindenii, *neque tuto secatur*. Ego olim putavi pro *fertur* reponendum esse *feritur*; quod huic verbo apte responderet *ictus*, quod postea sequitur. Sed cum de carcinomate excidendo agatur, *aufertur* verior lectio videtur.

6. *Ob quae*) Ita Codd. Mss. atque Ed. princeps. In Edd. ceteris perperam legitur *Namque*.

7. *ex eo thymium*) Lindenius, *et ex eo thymium*. Intelligendum, non thymium illud quod quasi verruca super corpus eminet; de quo agitur sect. 14. hujus capitiis; sed ulcus supercrescens, et thymio simile. Huc fortasse spectat quod infra dicitur, *si id nimium supercrevit*

8. *nisi cacoethes potest*) Lindenius, et alii cum Manutiis, *nisi κακόηθες potest*.

9. *reliqua curationibus irritantur*; *et quo major vis* &c.) Ita haec verba dividuntur in Ed. Constantini; in ceteris Edd. sic, *reliqua curationibus irritantur. Et quo major vis adhibita est, eo magis quidam usi sunt medicamentis adurentibus*; sed perperam.

adurentibus; quidam ferro adusserunt; quidam scalpello exciderunt: [10] neque ulla umquam medicina profecit: sed adusta protinus concitata sunt, et increverunt, donec occiderent; excisa etiam post inductam cicatricem, tamen reverterunt, et causam mortis attulerunt: cum interim plerique nullam vim adhibendo, qua tollere id malum tentent, sed imponendo tantum lenia medicamenta, quae quasi blandiantur, quominus ad ultimam senectutem perveniant, non prohibeantur. Discernere autem cacoethes quod curationem recipit, a carcinomate quod non recipit, [11] nemo statim potest, sed tempore et experimento. Ergo ubi primum id vitium notatum est, imponi debent medicamenta adurentia. Si levatur malum, minuunturque ejus indicia, procedere curatio potest et ad scalpellum, et ad ustionem: si protinus irritatum est, scire licet jam carcinoma esse; removendaque sunt omnia acria, omnia vehementia. Sed si sine ulcere is locus durus est, imponi ficum quam pinguissimam, aut [12] rhypodes emplastrum satis est. Si ulcus aequale est, ceratum ex rosa injiciendum est, adjiciendusque ei pulvis [13] ex contrita testa, ex qua faber ferrarius tingere candens ferrum solitus est. Si id nimium supercrevit, tentanda squama aeris est, quae lenissima ex adurentibus est, eatenus, ne quid eminere patiatur: sed ita; [14] si nihil exacerbabit: sin minus, eodem cerato contenti esse debebimus. *3.

* Est etiam ulcus, quod θηρίωμα Graeci vocant. Id et per se nascitur, et interdum ulceri ex alia causa facto supervenit. Color est vel lividus, vel niger; odor foedus; multus, et muco similis humor: [1] ipsum ulcus neque tactum, neque medicamentum sentit; prurigine tantum movetur: [2] at circa dolor est, et

10. *neque ulla umquam medicina profecit)* Ita in plerisque Codicibus, nisi quod pro *profecit* est *proficit*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae habent *neque ulli umquam medicina profecit*. Lindenius legit *neque ulli umquam medicina profuit*; ut est in quodam Codice Constantini.

11. *nemo statim potest, sed tempore, et experimento)* Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *nemo scire potest, sed tempore, et experimento*; ceterae Edd *nemo scire potest, nisi tempore, et experimento*. Sed quis ita loquatur, *nemo scire potest discernere?* Pro *scire* reposui *statim*, cui voci opponuntur sequentes *tempore, et experimento*. Similis huic est locus ille Vitruvii lib. 2. de Archit. cap. 8. *De ipsa autem testa, si sit optima seu vitiosa ad structuram, statim nemo potest judicare, quod in tempestatibus et aestate in tecto cum est collocata, tunc si firma est, probatur.* Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *nemo scire potest, nisi tempore et experimento*.

12. *rhypodes)* Manutii, Stephanus, et Lindenius, ῥυπῶδες.

13. *ex contrita testa, ex qua faber ferrarius &c)* Lindenius perperam legit *ex contrita testa, ex aqua, qua faber ferrarius &c.*

14. *si nihil exacerbabit)* Alii omnes legunt *si nihil exacerbavit*.

1. *ipsum ulcus)* Caesarius, et alii, in his Lindenius, legunt *idipsum ulcus*.

2. *at circa)* In Ed. Lindenii deest particula *at*.

inflammatio; interdum etiam febris oritur; nonnumquam ex ulcere sanguis erumpit: atque id quoque malum serpit. [3] Quae omnia saepe intenduntur; fitque ex his ulcus, quod [4] *φαγέδαιναν* Graeci vocant, quia celeriter serpendo, penetrandoque [5] usque ossa corpus vorat. Id ulcus inaequale est, [6] coeno simile; inestque multus humor glutinosus, odor intolerabilis, majorque quam pro modo ulceris inflammatio. Vtrumque, sicut omnis cancer, fit maxime in senibus, vel iis quorum corpora mali habitus sunt. Curatio utriusque eadem est; [7] sed in majore malo major vis necessaria. Ac primum [8] a victus ratione ordiendum est: ut quiescat in lectulo, ut primis diebus a cibo abstineat, aquam quamplurimam assumat: alvus quoque ei ducatur: dein post inflammationem cibum boni suci capiat, vitatis omnibus acribus; potionis quantum volet sic, ut interdiu quidem aqua contentus sit; [9] in coena vero etiam vini austeri aliquid bibat. Non aeque tamen fame in iis quos [10] *φαγέδαινα* urgebit, atque in iis qui *θηρίωμα* adhuc habebunt, utendum erit. Et victus quidem talis necessarius est. Super ulcus vero [11] inspergenda arida oenanthe est, et si parum proficiet, chalcitis. [12] Ac si quis nervus exesa carne nudatus est, contegendus ante linteolo est, ne sub eo medicamento aduratur. Si validioribus [13] etiamnum remediis opus est, ad eas compositiones veniendum est quae vehementius adurunt.

3. *Quae omnia)* Lindenius, *quo omnia*.

4. *φαγέδαιναν)* Ita Codd. omnes, excepto Med. IV. In lacuna quae in eo erat pro graeca voce, scriptum est ab alia manu *erpeta esthiomenon*; quod in Edd. sex primas receptum est. Caesariana, et Pantiniana habent *herpeta ἐσθιόμενον*; ceterae, *ἕρπετα ἐσθιόμενον*.

5. *usque ossa)* Lindenius, *usque ad ossa*.

6. *coeno simile)* Constantinus margini adscripsit » *cavo* Al. *ovo* Cod. ». Almeloveenius autem haec adnotavit: *Ego hactenus, quamvis locum sanum non putem, nihil muto. vir quidam doctus margini editionis Caesarianae hanc transpositionem inscripsit,* Id ulcus inaequale est, inestque multus humor glutinosus, coeno similis, odor &c.

7. *sed in majore malo major vis necessaria)* Sect. I. hujus cap. *vis pro magnitudine adhibenda*. Ita legitur in Ed. Lindenii. Codd. Mss. et Edd. antiquae habent *sed in majore malo magis necessaria*.

8. *a victus ratione ordiendum est)* Sic ex Nardio Anno I. Noct. Genial. cap. 8. Libri antiqui habent *a victus ratione ordinandus est*; Ed. Constantini in margine, *a victus ratione: ordinandum est*. Lindenius legit *a victus ratione ordinandum est*.

9. *in coena vero)* Ita Codd. Mss. atque Ed. Lindenii. In ceteris Edd. deest *vero*.

10. *φαγέδαινα)* Ita Codd. omnes; praeter Med. IV. in quo hic quoque, ubi lacuna erat, scriptum est ab alia manu *herpes*, atque id legitur in plerisque Editionibus; in Manutianis, et Lindeniana, *ἕρπης*.

11. *inspergenda arida oenanthe est)* Codd. Mss. habent alii *inspergenda arida aloenanthe est*; alii ..*alo oenanthe est.* Ego pro *aloenanthe* reposui *oenanthe*. In Edd. sex primis, et Manutianis legitur *inspergenda arida aloe oenanthe est*; in ceteris, *inspergenda est arida aloe, oenanthe*. Sed oenanthe adurentibus adnumeratur cap. 8. hujus libri: aloe non adurentibus, neque exedentibus adscribitur, sed sanguinem supprimentibus cap. I. hujus lib. ideoque huc minime apta est.

12. *Ac)* Lindenius, *At*.

13. *etiamnum)* Aliqui Codd. *etiam tum*; Edd. Stephani, et Lindenii, *etiam*.

Quidquid autem inspergitur, averso specillo [14] infundi debet; Superdanda cum melle sunt vel linamenta, vel oleae folia ex vino decocta, vel marrubium: eaque linteolo contegenda in aqua frigida madefacto, dein bene expresso: circaque, qua tumor ex inflammatione est, imponenda, quae reprimant, cataplasmata. Si sub his nihil proficitur, ferro locus aduri debet; diligenter [15] nervis, si qui apparent, ante contectis. Adustum vel medicamentis, vel ferro corpus, primum purgandum, deinde implendum esse, apparere cuilibet ex prioribus potest. *

* Sacer quoque ignis malis ulceribus adnumerari debet. Ejus duae species sunt. Alterum est subrubicundum, aut mixtum rubore atque pallore, exasperatumque [1] per pusulas continuas, quarum nulla altera major est, sed plurimae perexiguae. In his semper fere pus, et saepe rubor cum calore est: serpitque id nonnumquam sanescente eo quod primum vitiatum est; nonnumquam etiam exulcerato, ubi ruptis pusulis ulcus continuatur, humorque exit, qui esse inter saniem et pus videri potest. Fit maxime in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, praecipueque in plantis. Alterum autem est in summae cutis exulceratione, sed sine altitudine, latum, sublividum, inaequaliter tamen; mediumque sanescit, extremis procedentibus: ac saepe id quod jam sanum [2] videbatur, iterum exulceratur: at circa, proxima cutis quae vitium receptura est, tumidior et durior est, coloremque habet ex rubro subnigrum. Atque hoc quoque malo fere corpora seniora tentantur, aut quae mali habitus sunt; sed in cruribus maxime. Omnis autem sacer ignis, ut minimum periculum habet ex iis quae serpunt, sic prope difficillime tollitur. Medicamentum ejus [3] fortuitum est, uno die febris, quae humorem noxium absumat. [4] Pus quo crassius et albidius est, eo periculi minus est. Prodest etiam [5] infra ulcera locum caedi, quo 4.

14. *infundi debet. Superdanda &c.)* Fortasse legendum *infundi debet; et superdanda &c.* atque ultima syllaba verbi *debet* est etiam pro prima vocis sequentis; ut saepe fit in Mss.

15. *nervis, si qui apparent &c.)* Lindenius, *nervis, qui apparent &c.*

1. *per pusulas)* Ita Cod. Med. 1. idemque infra, *ruptis pusulis*; alii, et omnes Edd. *per pustulas*; et infra, *ruptis pustulis*.

2. *videbatur)* Ita in Libro Guilandini, atque in Edd. Salingiacensi, Pantiniana, et Lindeniana; in aliis libris et scriptis et editis, *videbitur*.

3. *fortuitum)* quod non ab arte, sed a fortuna est. Cod. quidam Constantini, atque Edd. an. 1481. 1497. 1516. Juntina, Ruelliana, et Lindeniana habent *fortissimum*.

4. *Pus quo crassius)* ex lib. 2. Praedict. sect. 14. Sic reposuit Lindenius ex emendatione Foesii. Antea legebatur *cujus quo crassius*.

5. *infra ulcera locum caedi)* Ita in Ed. Lindenii; veteres libri habent *infra os ulcerum (al. vulnerum) laedi*: Ed. Constantini in margine, *caedi* pro *laedi*. Sed Celsus hac significatione adhibere solet verbum *incido*, non *caedo*. Lib. 3. cap. 21. *Incidendum est super talum quatuor fere di-*

plus puris exeat, et id quo ibi corruptum corpus est extrahatur. Sed tamen, si febricula accessit, abstinentia, lectulo, alvi ductione opus est. In omni vero sacro igni neque lenibus et glutinosis cibis, neque salsis et acribus utendum est, [6] sed iis qui inter utrumque sunt: qualis est panis sine fermento, piscis, hoedus, [7] avis, exceptoque apro, omnis fere venatio. Si non est febricula, et gestatio utilis est, et ambulatio, et vinum austerum, et balneum. Atque in hoc quoque genere potio magis liberalis esse, quam cibus, debet. Ipsa autem ulcera, si mediocriter serpunt, aqua calida; si vehementius, vino calido fovenda sunt: deinde acu pusulae, quaecumque sunt, aperiendae: tum imponenda ea quae putrem carnem [8] exedunt. Vbi inflammatio sublata, ulcusque purgatum est, imponi lene medicamentum debet. In altero autem genere possunt proficere mala cotonea in vino cocta, atque contrita: potest [9] emplastrum vel Herae, vel [10] tetrapharmacum, cui quinta pars turis adjecta sit: potest nigra hedera ex vino austero cocta; ac si celeriter malum serpit, non aliud magis proficit. Purgato ulcere quod in summa cute esse proposui, satis ad sanitatem eadem lenia medicamenta proficient.

5. * Chironium autem ulcus appellatur quod et magnum est, et habet oras duas, callosas, tumentes. Exit sanies non multa, sed tenuis; odor malus neque in ulcere, neque in ejus humore

gitis a parte interiore est, qua per aliquot dies frequens humor feratur; et lib. 4. cap. 7. *Vltimum est incidere satis altis plagis sub ipsis maxillis supra collum, et in palato circa uvam, vel eas venas quae sub lingua sunt, ut per ea vulnera morbus erumpat*. Videtur igitur a Celso scriptum fuisse *infra ulcera incidi*; in aliquo autem vetere exemplari primam syllabam verbi *incidi* praecedenti voci adhaesisse, cumque *in* esset sine puncto; ut littera *i* esse solet in antiquis Codicibus; indoctum librarium excripsisse *ulceram cidi*; alios postea *cidi* in *laedi*, alios in *caedi* mutasse. At unde vox *os* orta sit, vix divinare possum. Fortasse ab aliquo sciolo addita fuit ex loco illo Virgilii lib. 3. Georg in quo haec habentur de ovium scabie: *Non tamen ulla magis praesens fortuna laborum est, Quam si quis ferro potuit rescindere summum Vlceris os*.

6. *sed iis qui &c.)* Alii omnes, *sed iis*, vel *his*, *quae &c.*

7. *avis)* Alii omnes legunt *aves*. Ego reposui *avis*, ut cohaereat numero cum *piscis, hoedus, venatio*. Sic lib. 4. cap. 4. *Ex quo colligi potest, neque avem, neque venationem, neque piscem dari debere, nisi generis durioris*.

8. *exedunt)* Ita Codd. Mss. atque Edd. sex primae; Edd. ceterae *exedant*.

9. *emplastrum vel Herae)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *Hirae*. Sed *Herae* sive *Hierae* emplastrum non invenitur inter ea quae Celsus descripsit cap. 19. hujus libri: Herae compositio habetur cap. 22. sect. 3. sed aridum, et non coactum medicamentum est. Constantinus putat legendum esse *Haecatei*, cujus emplastrum positum est cap. 19. sect. 16.

10. *tetrapharmacum)* Manutii, et Lindenius, τετραφάρμακον.

1. *odor malus neque in ulcere, neque in ejus humore est &c)* Ita Codd. multi, et Edd. Manutianae; alii Codd. aliaeque Edd. *odor malus neque in ulcere, neque in ejus tumore est &c.* Lindenius legit *odor malus. Neque in ulcere, neque in ejus tumore ulla est inflammatio*; ut habet Codex quidam apud Constantinum: sed minus recte.

est; nulla inflammatio, dolor modicus est; nihil serpit, ideoque nullum periculum affert; sed non facile sanescit. Interdum tenuis cicatrix inducitur, deinde iterum rumpitur, ulcusque renovatur. Fit maxime in pedibus et cruribus. Super id imponi debet quod et lene aliquid, et vehemens, et reprimens habeat; quale ejus rei causa fit ex his: squamae aeris, [2] plumbi eloti, combusti, singulorum [3] p. X. IIII. cadmiae, cerae, singulorum p. X. VIII. rosae [4] quantum satis sit ad ceram simul cum eis molliendam.

* Fiunt etiam ex frigore hiberno ulcera, maxime in pueris, et *6.
praecipue [1] in pedibus, digitisque eorum, nonnumquam etiam in manibus. Rubor cum inflammatione mediocri est: interdum pusulae oriuntur, deinde exulceratio: dolor autem modicus; prurigo major est: nonnumquam humor exit, sed non multus, qui referre vel pus, vel saniem videtur. In primis multa calida aqua fovendum est, in qua [2] rapa decocta sint; aut si ea non sunt, aliquae verbenae ex reprimentibus. Si nondum adapertum ulcus est, aes quam maxime calidum quis pati potest admovendum est: si jam exulceratio est, imponi debet alumen aequa portione cum ture contritum, [3] vino adjecto, aut malicorium in aqua coctum, deinde contritum. Si summa detracta pellicula est, hic quoque melius lenia medicamenta proficiunt.

* Struma quoque est tumor, in quo subter concreta quaedam *7.
ex pure et sanguine quasi glandulae oriuntur: quae vel praecipue fatigare medicos solent; quoniam et febres movent, nec umquam facile maturescunt; et sive ferro, sive medicamentis curantur, plerumque iterum juxta cicatrices ipsas resurgunt; [1] multoque post medicamenta saepius: quibus id quoque accedit, quod longo spatio detinent. Nascuntur maxime in cervice; [2] sed etiam in alis,

2. *plumbi eloti, combusti)* Videtur legendum *plumbi combusti, eloti*; vel *plumbi eloti, et combusti*. Nam plumbum, et aes primum comburebantur, dein lavabantur. Lib. 6. cap. 6. sect. 5. *aeris combusti, et eloti p. X. II.*

3. *p. X. IIII.)* Lindenius, *p. VI.* *.

4. *quantum satis sit)* Ita in Supplem. Cod. Med. I. alii Codd. et libri vulgati habent *quantum satis est*.

1. *praecipue in pedibus)* In omnibus libris legitur *praecipue pedibus*: ego addidi praepositionem *in*, cum infra quoque sit *in manibus*.

2. *rapa decocta sint)* Ita Ed. Ruellii. In Edd. ceteris, et in Mss. deest verbum *sint*.

3. *vino adjecto)* Ita Supplem. Cod. Med. I. alii Codd. et Edd. antiquae, *cum vino adiecto*; Ed. Lindenii, *tum vino adjecto*.

1. *multoque post medicamenta saepius)* Ita Codd. Mss. et Ed. Lindenii. In Supplem. Codd. Med. I. et in Edd. antiquis legitur *multoque post medicamento est opus*.

2. *sed etiam in alis, et inguinibus [lateribus])* Ita in Mss. Sed vox *lateribus* ex margine irrepsit, ubi ab aliquo posita fuerat ad interpretandam vocem *lateribus*. Vulgo legitur *et in lateribus*. Severinus lib. 4. de Recondita Abscessuum Natura tradit, in lateribus, non strumas, sed quaedam strumis similia oriri: id tamen vitium rarum esse.

et inguinibus [lateribus]. [3] In mammis quoque feminarum se reperisse, [4] Meges auctor est. Propter haec et album veratrum recte datur, atque etiam saepius, donec ea digerantur: et medicamenta imponuntur quae humorem vel educant, vel dissipent; quorum supra mentio facta est. Adurentibus quoque quidam utuntur, [5] quae exedant, crustaque eum locum adstringant: tum vero ut ulcus curant. Quaecumque autem ratio curandi est, corpus puro ulcere exercendum atque alendum est, donec ad cicatricem perveniat. [6] Quae cum medici doceant, quorumdam rusticorum experimento cognitum, quem struma male habet, eum, si anguem edit, liberari.

*8. * Furunculus vero est tuberculum acutum cum inflammatione, et dolore; maximeque ubi jam [1] in pus vertitur. Qui ubi adapertus est, [2] et exiit pus, apparet pars carnis in pus versa, pars corrupta, subalbida, subrubra; quem ventriculum quidam furunculi nominant. In eo nullum periculum est, etiamsi nulla curatio adhibeatur: maturescit enim per se, atque erumpit. Sed dolor efficit, ut potior medicina sit, quae maturius liberet. Proprium ejus medicamentum galbanum est: sed alia quoque supra comprehensa sunt. Si cetera desunt, imponi debet primum non pingue emplastrum, ut id reprimat: deinde si non repressit, quodlibet puri movendo accomodatum: si ne id quidem est, vel

3. *In mammis quoque feminarum)* Hujusmodi tubercula longe diversa ab iis sunt, de quibus dictum est sect. 2. hujus capitis.

4. *Meges auctor est)* Ita multi Codices; alii, et Ed. Lindenii, *chirurgus Meges auctor est*; Supplem. Cod. Med. 1. et antiquae Edd. *chirurgicus Meges auctor est.*

5. *quae exedant, crustaque eum locum adstringant)* Ita in Supplem. Cod. Med. 1. Alii Codd. habent *quae exedant, crustaque eum locum adstringunt*; libri editi, *quae exedunt, crustaque eum locum adstringunt.*

6. *Quae cum medici doceant, quorumdam &c.)* Lindenius, *Quae cum medici doceant, ab iis requirenda. Quorundam &c.*

1. *maximeque ubi jam in pus vertitur)* Ita legunt Caesarius, Gryphius, Pantinus, Constantinus, et Stephanus: atque hoc modo Celsus loqui solet. Lib. 2. cap. 7. *Si in ventrem sanguis confluxit, ibi in pus vertitur*; et aliquanto inferius, *dum is affectus in pus vertatur*; sect. 18. hujus cap. *papula nisi sublata est, in impetiginem vertitur.* Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *maximeque ubi jam in pus vertit:* sed cum ultima syllaba tertiae personae verbi passivi in vetustis exemplaribus per notam r̃ scriberetur, lineola litterae *t* superposita ab indiligentibus librariis in exscribendo saepe omittebatur. Sect. 4. hujus cap. in plerisque Codd. et in omnibus antiquis Edd. legitur *extrahat* pro *extrahatur*; lib. 7. cap. 5. sect. 4. in Codd. Med. 1. et Vat. VIII. *extrahit* pro *extrahitur*; lib. 8. cap. 4. in iisdem Codd. *findat* pro *findatur*. Aliqui optimi Auctores *verto* neutrorum more usurparunt: sed verisimile est Celsum hic quoque, ut in locis supra allatis, verbo passivo usum esse. Lindenius legit *maximeque ubi jam in pus vergit.*

2. *et exiit pus, apparet pars carnis &c.)* Ita olim locum hunc legendum proposui, cum in antiquis libris scriptum invenissem *et exit, super apparet &c.* in Ed. autem Lindenii, *et exiit pus, subter apparet &c.* Conjecturam meam confirmatam video a Libro Guilandini, qui plane habet *et exiit pus, apparet &c.*

resina, vel fermentum. Expresso pure, nulla ultra curatio necessaria est.

*[1] Phyma vero nominatur tuberculum furunculo simile, sed * 9
rotundius et planius, saepe etiam majus. Nam furunculus ovi dimidii magnitudinem raro explet, numquam excedit: phyma etiam latius patere consuevit; sed inflammatio dolorque sub eo minores sunt. [2] Vbi divisum est, pus eodem modo apparet: [3] ventriculus, ut in furunculo, non invenitur: verum omnis corrupta caro in pus vertitur. Id autem in pueris et saepius nascitur, et facilius tollitur: in juvenibus rarius oritur, et difficilius curatur: ubi aetas induravit, ne nascitur quidem. Quibus vero medicamentis discuteretur, supra propositum est.

* Φύγεθλον autem est tumor, [1] non altus, latus, in quo quid- * 10
dam pusulae simile est. Dolor distentioque vehemens est, et major quam pro magnitudine tumoris; interdum etiam febricula: idque tarde maturescit, neque magnopere in pus convertitur. Fit maxime [2] aut in cervice, aut in alis, aut in inguinibus. [3] Panum a similitudine figurae nostri vocant. Atque id ipsum quo medicamento tolleretur, [4] supra demonstravi.

* Sed cum omnes hi nihil nisi minuti abscessus sint, gene- * 11
rale nomen trahit [1] latius vitium ad suppurationem spectans. Idque fere fit aut post febres aut post dolores partis alicujus, maximeque eos qui ventrem infestarunt. Saepiusque oculis expositum est; siquidem [2] latius aliquid intumescit ad similitudinem

1. *Phyma)* Edd. Stephani, et Lindenii, Φῦμα. Phyma hic speciem significat; tuberculum scilicet a furunculo et pano diversum. Vide adnot. 1. ad cap. 18. sect. 16. hujus libri.

2. *Vbi divisum est)* Ita omnes paene Codices. Sic sect. 13. hujus cap. *Si divisum est, multo plus intus corrupti, quam in furunculo apparet.* Supplem. Cod. Med. 1. et Edd. antiquae habent *ubi evulsum est*; Cod. quidam Constantini, et Ed. Lindenii, *ubi divulsum est*.

3. *ventriculus, ut in furunculo; non invenitur)* Ita omnes Codices, excepto Supplem. Medicei 1. In eo, et in Edd. antiquis legitur *pus eodem modo, apparet ventriculus: quod in furunculo non invenitur*; in Cod. quodam Constantini, et in Ed. Lindenii, *pus eodem modo apparet: ventriculus, qui in furunculo, non invenitur*.

1. *non altus, latus)* Lindenius legit *non altus, sed latus*.

2. *aut in cervice)* Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *aut in vertice*.

3. *Panum a similitudine figurae)* Edd. Caesarii, et Lindenii habent *Panum ad similitudinem figurae*; Edd. ceterae, et Codd. Mss. *Panem ad similitudinem figurae*. Ego reposui *Panum a similitudine figurae*. Sic lib. 6. cap. 3. *Est etiam ulcus; quod a fici similitudine σύκωσις a Graecis nominatur*; et lib. 7. cap. 7. sect. 2. *tuberculum parvulum nascitur, quod a similitudine hordei a Graecis κριθὴ nominatur*.

4. *supra demonstravi)* Vide cap. 18. sect. 19. hujus lib. et quae ibi adnotavi.

1. *latius vitium ad suppurationem spectans)* Lindenius legit *latius vitium totum ad suppurationem spectans*; scilicet ex hac Constantini adnotatione: » deest totum ». Nihil addendum.

2. *latius aliquid)* Lindenius, *latius aliquando*.

ejus quod [3] phyma vocari proposui, rubetque cum calore, et paulo post etiam cum duritia, [4] magisque nocenter adolescit, et sitim vigiliamque exprimit. Interdum tamen nihil horum in cute deprehendi potest; maximeque ubi altius pus movetur: sed cum siti vigiliaque sentiuntur intus aliquae punctiones. Et quod de subito durius non est, melius est; [5] et quamvis non rubet, coloris tamen aliter mutati est. Quae signa jam pure oriente nascuntur: [6] tumor ruborque multo ante incipiunt. [7] Sed si locus mollis est, avertendus materiae aditus est per cataplasmata, quae simul et reprimunt, et refrigerant: qualia et alias, et paulo ante in erysipelate proposui. Si jam durior est, ad ea veniendum est quae digerant, et resolvant: qualis est ficus arida contusa; aut faex mixta cum cerato, quod ex adipe suilla coactum sit: [8] aut cucumeris radix, cui ex farina duae partes adjectae sint, ante ex mulso decoctae. Licet etiam miscere aequis portionibus ammoniacum, galbanum, propolim, viscum; pondusque adjicere myrrhae dimidio minus quam in prioribus singulis erit. Atque emplastra quoque et malagmata idem efficiunt, quae supra explicui. Quod per haec discussum non est, necesse est maturescat. Idque quo celerius fiat, imponenda est farina hordeacea [9] ex aqua cocta *** recte misceatur. [10] Eadem autem haec in minoribus quoque abscessibus, quorum nomina proprietatesque [11] supra reddidi, recte fiunt. Eademque omnium curatio: [12] tantum modo distat. Crudum est autem, in quo major quasi venarum motus est, et gravitas, et

3. *[phyma]*) Lindenius, φῦμα.

4. *magisque nocenter adolescit*) Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Supplem. Cod. Med. I. habet *magisque inde venter indolescit*; alii Codd. et Edd. antiquae, *magisque innocenter indolescit*. Locus depravatus. Fortasse legendum *magis deinde indolescit*.

5. *et quamvis non rubet, coloris tamen aliter mutati est*) Ita libri antiqui. Lindenius legit *et quod quamvis rubet, coloris tamen in album mutati est*; ut habet in margine Ed. Constantini. Hic quoque locus corruptus videtur.

6. *tumor ruborque*) Lindenius, *tumor enim ruborque*.

7. *Sed si locus mollis est*) His verbis in altera parte hujus periodi opponuntur illa *si jam durior est*. Lindenius perperam legit *Sed si locus nobilis est*.

8. *aut cucumeris radix*) Lindenius legit *aut cucumeris silvestris radix*. Quamvis ad resolvenda, discutiendaque ea quae coierunt, silvestris potissimum cucumeris radix efficax sit, ut docet Dioscorides lib. 4. cap. 155. et Celsus ipse cap. 18. sect. 7. et 13. hujus libri; Plinius tamen lib. 20. cap. 1. sect. 2. expositis silvestrium cucumerum facultatibus, cap. 2. sect. 5. haec addit: *Multi eadem omnia sativis attribuunt*.

9. *ex aqua cocta ****) Desunt aliqua. Lindenius legit *ex aqua cocta, cui et oleum aliquid recte miscetur*, ut habet in margine Ed. Constantini. Sed cur non potius sevum, vel adeps, vel oleum, vel resina; quae omnia pus movent; ut dictum est cap. 3. hujus libri?

10. *Eadem autem haec*) Ed. Lindenii, *Eadem aut haec*.

11. *supra reddidi*) Lindenius, *supra edidi*.

12. *tantum modo distat*) Ita Edd. Florentina princeps, Manutianae, Ruelliana, et Stephani. In ceteris Edd. et in Codd. Mss. legitur *tantummodo distat*, duabus vocibus perperam conjunctis.

ardor, et distentio, et dolor, et rubor, et durities; et si major abscessus est, [13] horror, aut etiam febricula permanet: [14] penitusque condita suppuratione, si pro iis quae alibi cutis ostendit, punctiones sunt. Vbi ista se remiserunt, [15] jamque is locus prurit, et aut sublividus, aut subalbidus est, matura suppuratio est: [16] eaque, ubi [17] vel per ipsa medicamenta, vel etiam ferro aperta est, pus debet emitti. Tum si qua in alis, vel inguinibus sunt, sine linamento nutrienda sunt. In ceteris quoque partibus, [18] si [una] plaga exigua est, si mediocris suppuratio fuit, si non alte penetravit, si febris non est, si valet corpus, aeque linamenta supervacua sunt: in reliquis, parce tamen, nec [19] nisi magna plaga est, imponi debent. [20] Commode vero vel super linamenta, vel sine his imponitur lenticula ex melle, aut malicorium ex vino coctum: quae et per se et mixta idonea sunt. Si qua circa duriora sunt, ad ea mollienda vel malva contrita, vel foeni graeci linive semen ex passo coctum superdandum est. Quidquid deinde impositum est, non adstringi, sed modice deligari debet. Illo neminem decipi decet, ut in hoc genere cerato utatur. Cetera quae pertinent ad purgandum ulcus, ad implendum, ad cicatricem inducendam, [21] conveniunt quae in vulneribus exposita sunt.

13. *horror, aut etiam febricula permanet)* Lindenius, *horror, atque etiam febricula permanet*.

14. *penitusque condita suppuratione, si pro iis quae alibi cutis ostendit* &c.) Ita in Mss. Edd. antiquae habent *penitusque condita suppuratio. Si* &c. Constantinus adnotat esse qui pro *alibi* malint *alioqui*. Lindenius legit *penitiusque condita suppuratione pro his, quae alioqui cutis ostendit* &c.

15. *jamque in locus prurit)* Ita multi Codd. atque Edd. Manutiorum, et Lindenii; alii Codd. et Ed. Constantini, *jamque locus prurit*; ceterae Edd. *jamque cutis prurit*.

16. *eaque)* id est ex suppuratione. Omittitur praepositio, quia est in ipso verbo *emitti*. Sic lib. 1. cap. 33. *corpus erodunt; et sic eo, quod mali est, extrahunt*. Lindenius legit *Ex qua*.

17. *vel per ipsa medicamenta, vel etiam ferro aperta est)* Huc spectant verba illa sub finem cap. 2. lib. 7. *Cetera eadem incisa suppuratione facienda sunt, quae ubi per medicamenta rupta est, facienda esse proposui*.

18. *si [una] plaga exigua est)* Cod. quidam Constantini, et Ed. Lindenii habent *si ima plaga exigua est*. Nardius An. 1. Noct. Genial. cap. 28. putat legendum esse *si una plaga, eaque exigua est*. Mihi vox *una* supervacua videtur, et addititia.

19. *nisi magna plaga est)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. In Mss. atque in antiquis Editionibus deest vox *magna*.

20. *Commode vero vel super linamenta* &c.) In Cod. quodam Constantini, atque in Edd. Caesarii, Ruellii, Pantini, et Lindenii legitur *Commode vero mel super linamenta* &c.

21. *conveniunt quae in vulneribus exposita sunt)* Puto Celsum ita scripsisse: *eadem, conveniunt, quae in vulneribus exposita sunt*; et vocem *eadem* latere sub duabus postremis syllabis praecedentis vocis *inducendam*. Dicit autem *in vulneribus* pro in eo loco in quo vulnerum curatio exposita est. Sic cap. 26. sect. 32. hujus lib. *eadem curatio adhibenda, quae in recentibus vulneribus exposita est*; et lib. 6. cap. 13. sect. 6. *Postea eadem facienda, quae in auribus adustis exposita sunt*. Vide adnot. 7. ad cap. 18. lib. 4.

12. * Nonnumquam autem ex ejusmodi abscessibus, et ex aliis ulcerum generibus fistulae oriuntur. Id nomen est ulceri alto, angusto, calloso. Fit in omni fere parte corporis; habetque quaedam in singulis locis propria. Prius de communibus dicam. Genera igitur fistularum plura sunt: siquidem aliae breves sunt, aliae altius penetrant; [1] aliae rectae intus feruntur, aliae multoque plures transversae; aliae simplices sunt, [2] aliae duplices triplicesve ab uno ore orsae; aut etiam in plures sinus dividuntur; aliae rectae, aliae flexae, et tortuosae sunt; aliae intra carnem desinunt, aliae ad ossa aut cartilaginem penetrant, aut ubi neutrum horum subest, ad interiora perveniunt; aliae deinde facile, aliae cum difficultate curantur; atque etiam quaedam insanabiles reperiuntur. Expedita curatio est in fistula simplici, recenti, intra carnem: [3] adjuvatque ipsam corpus, si juvenile, si firmum est. Inimica contraria his sunt; itemque si fistula os, vel cartilaginem, vel nervum, [4] vel musculum laesit; si articulum occupavit; si vel ad vesicam, vel ad pulmonem, vel ad vulvam, vel ad grandes venas arteriasve, [5] vel ad inania, ut guttur, stomachum, thoracem penetravit. Ad intestina quoque eam tendere semper periculosum, saepe pestiferum est. Quibus multum mali accedit, si corpus vel aegrum, vel senile, vel mali habitus est. Ante omnia autem demitti specillum in fistulam convenit, ut quo tendat, et quam alte perveniat, scire possimus; simul etiam [6] protinus humida, an siccior sit: quod extracto specillo patet. [7] Si

1. *aliae rectae)* Ita Manutii; alii, *aliae recta*; Lindenius, *aliae recta*, ut habet in margine Ed. Constantini.

2. *aliae duplices triplicesve ab uno ore orsae; aut etiam &c.)* In Codd. Mss. legitur *aliae duplices triplicesve ab uno ore orsae quae fiunt, aut etiam &c.* Duae voces *quae fiunt* additae fuerunt ab aliquo explanatore, qui cum locum emendare vellet, corrupit. Edd. antiquae habent, *aliae duplices triplicesve, quae tres fiunt, aut etiam &c.* Ed. Constantini in margine, *aliae duplices triplicesve ab uno ore orsae, quae intus tres fiunt, aut etiam &c.* Lindenius legit *aliae duplices triplicesve; quae ab uno ore orsae intus tres fiunt, aut etiam &c.*

3. *adjuvatque ipsam corpus)* ipsam curationem. Veteres libri habent *ipsum*; sed Med. I. a manu Palavicini *ipsam*; et ita legitur in Ed. Lindenii; itaque legi debet in margine Constantinianae, ubi mendose est *ipsum*.

4. *vel musculum)* Alii omnes legunt *vel musculos*.

5. *vel ad inania, ut guttur)* Lindenius, *vel ad maxillas, guttur*.

6. *protinus humida)* Idem, *prorsus humida*.

7. *Si vero os in vicino est, id quoque disci potest &c.)* Ita locum hunc emendavi, cum in omnibus libris corruptus esset; sed in aliis aliter. Med. I. et Vat. VIII. habent *Si vero os in vicino est, id quod disci potest, jam hinc ne eo fistula pervenerit, penetravit, quatenus nocuerit*; alii, *Si vero os in vicino est, id quoque disci potest, si jam necne eo fistula penetravit, quatenus nocuerit*; Edd. antiquae, *Si vero os in vicino est, id quod disci potest, si jam (al. sic: jam) necne eo fistula penetravit, quatenus nocuerit*; Constantiniana in margine, *Si jam in osse vitium est, nec ne, id quoque sciri potest, et si jam eo fistula penetravit, quatenus nocuerit*.

vero os in vicino est, id quoque disci potest, jamne eo fistula pervenerit, et quatenus nocuerit. Nam si molle est quod ultimo specillo contingitur, intra carnem adhuc vitium est: si magis id renititur, ad os ventum est. Ibi deinde [8] si labitur specillum, nondum caries est: [9] si non labitur, sed aequali innititur, caries quidem, verum adhuc levis est: si inaequale quoque et asperum subest, vehementius os exesum est. At cartilago ubi subsit, ipsa sedes docet; perventumque esse ad eam ex renisu patet. [10] Et ex his quidem colliguntur fistularum sedes, spatia, noxae. Simplices vero eae sint, an in plures partes diducantur, cognosci potest ex modo puris: cujus si plus fertur quam quod simplici spatio convenit, plures sinus esse manifestum est. Cumque fere juxta sint caro, et nervus, et aliqua nervosa, quales fere tunicae membranaeque sunt, genus quoque puris docebit, num plures sinus intus diversa corporis genera perroserint. Siquidem ex carne pus laeve, album, copiosius fertur: at ex nervoso loco, coloris quidem ejusdem, [11] sed tenuius: ex nervo, pingue et oleo non dissimile. Denique etiam corporis inclinatio docet, num in plures partes fistulae penetrarint; quia saepe, cum quis aliter decubuit, aliterque membrum collocavit, pus ferri, quod jam desierat, iterum incipit; testaturque non solum alium sinum esse, ex quo descendat, sed etiam in aliam corporis partem eum tendere. [12] Sed si et in carne et recens et simplex est, ac neque [13] rugosa, neque cava sede, neque in articulo, sed in eo membro quod per se immobile, non nisi cum toto corpore movetur; [14] satis proficiet emplastrum quod recentibus vulneribus imponitur, dum habeat vel salem, vel alumen, vel squamam aeris, vel aeruginem, vel ex metallicis aliquid; exque eo collyrium fieri debet altera parte tenuius, altera paulo plenius, idque ea parte qua tenuius est, antecedente, demitti oportet in fistulam, donec pu-

Lindenius, et Almeloveenius legunt *Id quoque disci* (Almeloveenius *dici*) *potest, in osse vitium sit, nec ne: et, si jam eo fistula penetravit, quatenus nocuerit.*

8. *si labitur)* Gryphius, Pantinus, Constantinus, et Stephanus legunt *si elabitur;* ut est in Ed. Salingiacensi; Lindenius, *si dilabitur.*

9. *si non labitur, sed aequali innititur)* His verbis paulo infra opponuntur illa *si inaequale quoque et asperum subest.* In margine Ed. Constantinianae legitur *si non labitur sede, qua innititur;* in adnot. Scaligeri, *si non labitur, sede quali innititur;* in Ed. Lindenii, *si non dilabitur sede, qua innititur.*

10. *Et ex his)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *Sed ex his;* Ed. Lindenii, *Ex his.*

11. *sed tenuius)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis, et in libris vulgatis perperam additur *et minus.* Vide adnot. 14. ad cap. 26. sect. 20. hujus libri.

12. *Sed si et in carne)* Lindenius, *Sed si in carne.*

13. *rugosa)* Lindenius, *sinuosa.*

14. *satis proficiet)* Quidam Codd. *satis proficit.*

rus sanguis se ostendat: quae in omnibus fistularum collyriis perpetua sunt. Idem deinde emplastrum in linteolo superimponendum, supraque injicienda spongia est in acetum ante demissa: solvique quinto die satis est: [15] genusque victus adhibendum est, quo carnem ali docui. [16] Ac si longius a praecordiis fistula est, ex intervallo jejunum [17] radiculas esse, deinde vomere necessarium est. [18] Vetustate callosa fit fistula. Callus autem neminem fallit, quia durus est, et aut albus, aut pallidus. Sed tum validioribus medicamentis opus est: quale est quod habet papaveris lacrimae p. ж. I. gummi [19] p. ж. III. =. cadmiae p. ж. IIII. atramenti sutorii p. ж. VIII. ex quibus aqua coactis collyrium fit: aut in quo sunt gallae [20] p. ж. =. aeruginis, sandarachae, aluminis aegyptii, singulorum p. ж. I. atramenti sutorii combusti p. ж. II. aut quod constat ex chalcitide, [21] et saxo calcis; [22] quibus auripigmenti dimidio minus quam in singulis prioribus est, adjicitur; eaque melle cocto excipiuntur. Expeditissimum autem est ex praecepto Megetis, aeruginis rasae p. ж. II. conterere, deinde ammoniaci thymiamatis p. ж. II. [23] aceto liquare, eoque infuso aeruginem cogere: idque ex primis medicamentis est. Sed ut haec maximi effectus sunt, si cui ista non adsunt, facile tamen est callum quibuslibet adurentibus medicamentis erodere: [24] satisque est vel [25] papyrum intortum, vel aliquid ex penicillo in modum collyrii adstrictum eo illinere. Scilla quoque cocta et mixta cum calce callum exest. Si quando vero longior et transversa fistula est, demisso specillo, contra principium hujus incidi commodis-

15. *genusque)* Lindenius, *Genus*.

16. *Ac si)* Edd. Ruellii, Constantini, et Lindenii, *At si*.

17. *radiculas esse)* Ita Codd. Mss. atque Ed. Lindenii. Malim *radiculam esse*. Sic lib. I. cap. 3. *esse radiculam debet*; et lib. 4. cap. 2. sect. 3. *multam esse radiculam*. Alii legunt *radiculas edisse*.

18. *Vetustate callosa fit fistula. Callus autem &c.)* Lindenius legit *Quum vetustate callosa fit fistula (callus autem neminem fallit, quia durus est, et aut albus, aut pallidus) tum &c.*

19. *p. ж. III. =.)* Ita in Cod. Med. I. Vat. VIII. habet *p. ж. IIII.* Edd. sex primae, *p. IIII.* ceterae, *p. ж. III.*

20. *p. ж. =.)* Ita Cod. Med. I. Vat. VIII. *p. ж. =-.* alii, atque Edd. Manutianae, et Lindeniana, *p. ж. I.* aliae Edd. *p. I.* aliae, *p. ж.*

21. *et saxo calcis)* saxum calcis pro calce dicitur etiam lib. 6. cap. 18. sect. 9. Lindenius legit *et e saxo calce*.

22. *quibus auripigmenti dimidio minus &c.)* Lindenius, *quibus adjicitur auripigmenti dimidio minus, quam in singulis prioribus est*.

23. *aceto liquare, eoque infuso aeruginem cogere)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *aceto liquare, eoque infuso aeruginem colligere*; alii, et Edd. antiquae, *aceto liquare, eoque infuso ex aerugine colligere*. Particula *ex* videtur transferenda, et ita legendum: ex *aceto liquare, eoque infuso aeruginem cogere*. Sic paulo infra, *eadem ex vino liquanda*; et lib. 6. cap. 3. *terra eretria ex aceto liquata*.

24. *satisque est)* Alii, *satiusque est*.

25. *papyrum intortum)* Edd. Constantini, et Stephani, *papyrum intortam*.

sinum est, et [26] collyrium utrimque demitti. At si duplicem esse fistulam, [27] aut multiplicem existimamus, sic tamen, ut brevis, intraque carnem sit, collyrio uti non debemus; quod unam partem curet, reliquas omittat; sed eadem medicamenta arida in calamum scriptorium conjicienda sunt, isque ori fistulae aptandus, inspirandumque, ut ea medicamenta intus compellantur: aut eadem [28] ex vino liquanda; vel si sordidior fistula est, ex mulso; si callosior, ex aceto sunt; [29] idque intus infundendum. Quidquid inditum est, superponenda sunt quae refrigerent et reprimant: nam fere quae circa fistulam sunt, habent aliquid inflammationis. Neque alienum est, ubi quis resolverit, antequam rursus alia medicamenta [30] conjiciat, per oricularium clysterem fistulam eluere, si plus puris fertur, vino; si callus durior est, aceto; si jam purgatur, mulso, vel aqua in qua ervum coctum sit, sic [31], ut huic mellis quoque paulum adjiciatur. Fere vero fit, ut ea tunica quae inter foramen et integram carnem est, [32] victa medicamentis tota exeat, infraque ulcus purum sit. Quod ubi contigit, imponenda glutinantia sunt; praecipueque spongia melle cocto illita. Neque ignoro multis placuisse, [33] linamentum in modum collyrii compositum tinctum melle demitti: [34] sed celerius id glutinatur, quam impletur. Neque verendum est, ne purum corpus puro corpori junctum non coeat; adjectis quoque medicamentis ad id efficacibus; cum saepe exulceratio digitorum, nisi magna cura prospeximus, sanescendo in unum eos jungat.

* Est etiam ulceris genus, quod a favi similitudine [1] κηρίον 13.

26. *collyrium utrimque demitti)* et ab ore fistulae, et ab ea parte qua incisum est. Eadem ratione lib. 7. cap. 5. dicitur, *facilius sanescit quod pervium est; quia utrimque medicamento fovetur*. Ita habent plerique Codd. atque Edd. Pantini, et Constantini. In aliis Codd. aliisque Edd. legitur *collyrium utrumque demitti*; in Editione Lindenii, *collyrium, quod volueris, demitti*.

27. *aut multiplicem)* Lindenius, *vel multiplicem*.

28. *ex vino liquanda....ex aceto sunt)* Constantinus, et Lindenius, *ex vino liquanda sunt....ex aceto*.

29. *idque intus infundendum. Quidquid inditum est)* Reposui *idque* ex Cod. Med. I. et Vat. VIII. et verba recte distinxi. Alii omnes legunt *atque intus infundendum quidquid inditum est*.

30. *conjiciat)* Lindenius, *injiciat*.

31. *ut huic mellis quoque paulum adjiciatur)* Alii omnes, *ut huic quoque mellis paulum adjiciatur*.

32. *victa medicamentis tota exeat)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae; alii Codd. *victa tota medicamentis tota exeat*; alii, *victa tota medicamentis exeat*. Lindenius legit *victa tot medicamentis exeat*, ut habet Codex quidam apud Constantinum.

33. *linamentum in modum collyrii compositum tinctum melle demitti)* Lindenius legit *linamentum in modum collyrii compositum et tinctum melle, implendi causa demitti*; sed perperam, ut ex iis apparet, quae proxime sequuntur.

34. *sed celerius id glutinatur, quam impletur)* Lindenius legit *sed celerius sic glutinatur, quam impletur*: omnino male. Nam linamentum tinctum melle demissum in fistulam ulcus glutinari non sinit.

1. *κηρίον a Graecis nominatur)* Ita habent Codd. Mss. nisi quod in Med. I. est

a Graecis nominatur: idque duas species habet. Alterum est subalbidum, [2] furunculo simile; sed majus, et cum dolore majore: quod ubi maturescit, habet foramina, per quae fertur humor glutinosus et purulentus; [3] neque tamen ad justam maturitatem pervenit. Si divisum est, multo plus intus corrupti, quam in furunculo, apparet, altiusque descendit. Raro fit [4] in capillis. Alterum est minus, [5] super corpus eminens, durum, latum, subviride, subpallidum, magis exulceratum: siquidem ad singulorum pilorum radices foramina sunt, per quae fertur humor glutinosus, subpallidus, crassitudinem mellis, aut visci referens, interdum olei: [6] si inciditur, [7] viridis intus caro apparet. Dolor autem et inflammatio ingens est, adeo ut acutam quoque febrem movere [8] consuerit. Super id quod minus crebris foraminibus exasperatum est, recte imponitur et ficus arida, et lini semen in mulso coctum, et emplastra ac malagmata materiam educentia, aut quae proprie huc pertinentia [9] supra posui. Super alterum et eadem medicamenta, et farina ex mulso cocta sic, ut ei dimidium resinae terebinthinae misceatur; et ficus in mulso decocta, [10] cui paulum hyssopi contriti sit adjectum, et uvae taminiae pars quarta [fico adjecta]. Quod si parum in utrolibet genere medicamenta proficiunt, totum ulcus usque ad sanam carnem [11] excidi oportet. Vlcere ablato, super plagam medicamenta danda sunt,

ΗΡΙΟΝ. Lindenius legit *κηρίον Graecis nominatur*. A recentioribus quoque Graecis, Galeno, Aetio, aliisque *κηρίον* appellatur. In Edd. sex primis est *melicera*, ut habet ab alia manu Cod. Med. IV. Manutii legunt *μελίκηρον*; Caesarius, et alii, *μελικηρία*; Stephanus, *μελικηρίς*, ut est in margine Ed. Caesarianae. Sed *μελικηρίς* pertinet ad ea tubercula quae tunica sua includuntur. Vide lib. 7. cap. 6.

2. *furunculo simile; sed majus &c.*) Lindenius, *et furunculo simile; sed majus, et cum magno dolore*.

3. *neque tamen*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *nec tamen*.

4. *in capillis*) Sic reposuit Lindenius ex emendatione Constantini. Libri antiqui habent *in scapulis*. Vat. VIII. *in caput*, et ab alia manu, *in scapul*.

5. *super corpus eminens*) Sic proxima sect. 14. *At Θύμιον nominatur, quod super corpus quasi verrucula eminet*. In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legitur *et super caput eminens*.

6. *si inciditur*) Lindenius, *et si inciditur*.

7. *viridis intus caro apparet*) Sic paulo supra, *multo plus intus corrupti, quam in furunculo, apparet*. Ita legitur in Cod. Med. I. et in Vat. VIII. in aliis, et in libris editis, *viridis intra caro apparet*.

8. *consuerit*) Ita Edd. princeps, Manutianae, Gryphiana, et Caustantiniana; Pantiniana, et Stephani, *consueverit*; ceterae, et Codd. Mss. *consuerint*.

9. *supra posui*) videlicet cap. 18. sect. 18. hujus libri. Ex hoc loco apparet, ibi legendum esse *κηρία*, non *μελικηρίδες*. Vide quae ad eum locum adnotavi.

10. *cui paulum hyssopi contriti sit adjectum, et uvae taminiae pars quarta [fico adjecta]*) Duae voces *fico adjecta* tollendae sunt. Lindenius ita haec verba dividit: *cui paulum hyssopi contriti sit adjectum; et uvae taminiae pars quarta fico adjecta*.

11. *excidi oportet. Vlcere ablato &c.*) Ita Ed. Lindenii; Codd. Med. I. et Vat. VIII. *excidi oportebit. Vlcere ablato &c.* alii Codd. et Edd. antiquae, *excidi oportet, et ulcere ablato &c.*

primum quae pus citent; deinde quae purgent; tum quae impleant.
* Sunt vero quaedam verrucis similia; quorum diversa nomina, ut vitia sunt. [1] Α'κροχορδόνα Graeci vocant, ubi sub cute coit aliquid durius, et interdum paulo asperius, coloris ejusdem; [2] infra tenue, ad cutem latius: idque modicum est, quia raro fabae magnitudinem excedit. Vix unum tantum eodem tempore nascitur; sed fere plura, [3] maximeque in pueris: eaque nonnumquam subito desinunt, nonnumquam mediocrem inflammationem excitant; [4] sub qua etiam in pus convertuntur. [5] At ϑύμιον nominatur quod super corpus quasi verrucula eminet, [6] ad cutem tenue, supra latius, subdurum, et in summo perasperum: [7] idque summum colorem floris thymi repraesentat, unde ei nomen est; ibique facile finditur, et cruentatur; nonnumquam aliquantum sanguinis fundit: fereque [8] citra magnitudinem fabae aegyptiae est, raro majus, interdum perexiguum. Modo autem unum, modo plura nascuntur, [9] vel in palmis, vel in inferioribus pedum partibus: pessima tamen in obscoenis sunt, maximeque ibi sanguinem fundunt. Μυρμήκια autem vocantur humiliora thymio durioraque; quae [10] radices altius exigunt, majoremque dolorem

1. *Α'κροχορδόνα Graeci vocant)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *acrochordona vocant.*

2. *infra tenue, ad cutem latius)* Ita in omnibus Codicibus quos ego vidi, omnibusque antiquis Editionibus. Codex quidam Constantini, atque Ed. Lindenii habent *infra ad cutem tenue, supra latius.*

3. *maximeque in pueris)* Lindenius, *maximeque pueris.*

4. *sub qua etiam in pus convertuntur)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *sunt quae etiam in pus convertuntur.*

5. *At ϑύμιον)* Codd. Mss. atque Edd. antiquae, *At thymion;* sed cum vox haec graecam terminationem habeat, graecis quoque litteris scribenda est. Cod. quidam apud Constantinum habet *At acrothymion;* Ed. Lindenii, Α'κροϑύμιον.

6. *ad cutem tenue, supra latius)* Lindenius legit *ad cutem latius, supra tenue,* ut habet in margine Ed. Constantini.

7. *idque summum colorem floris thymi repraesentat)* id est in summa parte. *Summum* eadem ratione usurpatur lib. 7. cap. 14. *Adjecerunt quidam, ut antequam vincirent* (sinum umbilici prominentis) *summum una linea inciderent;* et lib. 8. cap. 9. *aliquid ex penicillo, quod summum lino sit devinctum.* Lindenius leg. *id, qua summum colorem* &c.

8. *citra magnitudinem* &c.*)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii; libri antiqui habent *circa magnitudinem.*

9. *vel in palmis)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. *vel in talis palmis;* Edd. antiquae, *vel in talis, vel in palmis.* Sed vox *talis* addititia est, ut vel ex verbis apparet quae infra sunt, *Nascuntur ea quoque aut in palmis* &c.

10. *radices altius exigunt)* Ita habent omnes libri. Pro *exigunt* Constantinus margini adscripsit *adigunt.* Almeloveenius mallet *agunt, vel exserunt,* quia apud Columellam lib. 2. cap. 10. de napis legitur *non in ventrem latescunt, sed tenuem radicem deorsum agunt;* et lib. 5. cap. 6. *ne plantae radices altius agant;* et alibi, *exserere radicem.* Idem tamen Columella, ut animadvertit Morgagnus, scripsit, vites et *materiam, et uvas duplices, et complures exigere.* Celsus autem verbum *exigo* eadem significatione ter usurpat cap. I. lib. 8. *malae cum toto osse quod superiores dentes exigit* &c. *vertebrae ab utroque latere processus duos exigunt* &c. *ab inferiore parte alios deorsum versus processus exigunt.* Vide infra adnot. 16.

movent; infra lata, supra autem tenuia; [11] minus sanguinis mittunt; magnitudine vix umquam lupini modum excedunt. Nascuntur ea quoque aut in palmis, aut in inferioribus partibus pedum. Clavus autem nonnumquam quidem etiam alibi, sed in pedibus tamen maxime nascitur, [12] praecipue ex contuso; quamvis interdum aliter: doloremque etiamsi non alias, tamen ingredienti movet. Ex his acrochordon [13] et thymium saepe etiam per se finiuntur; et quo minora sunt, eo magis: myrmecia et clavi sine curatione vix umquam desinunt. Acrochordon si excisa est, nullam radiculam relinquit; ideoque ne renascitur quidem; thymio clavoque excisis, [14] subter rotunda radicula nascitur, quae penitus descendit ad carnem; [15] eaque relicta idem rursus exigit: myrmecia latissimis radicibus inhaerent; ideoque ne excidi quidem sine magna exulceratione possunt. Clavum subinde radere commodissimum est: nam sine ulla vi sic [16] mollescit; ac si sanguinis quoque aliquid emissum est, saepe emoritur. Tollitur etiam si quis eum circumpurgat, deinde imponit resinam, cui miscuit pulveris paulum, quem ex lapide molari contrito fecit. Cetera vero genera medicamentis adurenda sunt: aliisque id quod ex faece vini; myrmeciis id quod ex alumine et sandaracha fit aptissimum est. Sed ea quae circa sunt foliis contegi debent, ne ipsa quoque exulcerentur: deinde postea [17] lenticula imponi. [18] Tollit thymium etiam ficus in aqua cocta.

11. *minus sanguinis mittunt)* Malim *emittunt*. Sic infra, *si sanguinis quoque aliquid emissum est*.

12. *praecipue ex contuso)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *praecipue tamen ex contuso*; Ed. Lindenii, *praecipue autem ex contuso*.

13. *et thymium)* Cod. Med. I. habet *aut thymium*; Vat. VIII. *at thymium*, mendose scilicet pro *et thymium*; alii Codd. et antiquae Edd. *sive thymium*; Ed. Lindenii, *et acrothymium*.

14. *subter rotunda)* Ita Edd. antiquae, et Codd. paene omnes. *Subteractis quasi quibusdam radicibus* legitur sect. I. hujus cap. et sect. 7. *subter concreta quaedam ex pure et sanguine quasi glandulae oriuntur*. Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii habent *subrotunda*. Id ex contracta scriptura *subt̄ rotunda* facile oriri potuit; non item *subt̄ rotunda* ex *subrotunda*. Forcellinus in Totius Latinitatis Lexico affert vocem *subrotundus* ex hoc uno Celsi loco; cum ipse Ed. Cominiana an. 1750. uteretur.

15. *eaque relicta idem rursus exigit)* radicula relicta rursus exigit et clavum et thimium. Neutrum *idem* ad utrumque refertur. Lindenius legit *eaque relicta, idem rursus exit*, ut habet in margine Ed. Constantini.

16. *mollescit)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. ceteraeque Edd. *emollescit*. Sed verbum *emollesco* neque apud Celsum alibi, neque apud alium auctorem invenitur, quem quidem Forcellinus viderit. Hunc enim unum Celsi locum attulit in suo Lexico, Lindenii tamen lectione addita. Cap. 17. hujus lib. sine ulla Codicum discrepantia legitur *malagmata contusa abunde mollescunt*; et lib. 8. cap. 9. *mollescitque contra cutis*.

17. *lenticula imponi)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. Lindenii; sed in Codd. mendose *lenticula poni*. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *lenticula imponi solet*.

18. *Tollit thymium* &c. *)* Lindenius legit *Tollit acrothymium etiam ficus in aqua decocta*.

* At [1] pusulae maxime vernis temporibus oriuntur. Earum plura genera sunt. Nam modo circa totum corpus partemve [2] aspritudo quedam fit, similis iis pusulis quae ex urtica, vel ex sudore nascuntur: ἐξανθήματα Graeci vocant: eaeque modo rubent, modo colorem cutis non excedunt. Nonnumquam plures, similes varis oriuntur; [3] nonnumquam majores, [pusulae] lividae, aut pallidae, aut nigrae, aut aliter naturali colore mutato; subestque [4] iis humor: ubi eae ruptae sunt, infra quasi exulcerata caro apparet: [5] φλύκταιναι Graece nominantur. Fiunt vel ex frigore, vel ex igni, vel ex medicamentis. [6] Φλυξάκιον autem paulo durior pusula est, subalbida, acuta; ex qua ipsa quod exprimitur humidum est. Ex pusulis vero nonnumquam etiam ulcuscula fiunt aut aridiora, aut humidiora; et modo tantum cum prurigine, modo etiam cum inflammatione ac dolore; exitque aut pus, aut sanies, aut utrumque. Maximeque id evenit in aetate puerili; raro in medio corpore; saepe in eminentibus partibus. Pessima pusula est, quae ἐπινυκτὶς vocatur. Ea colore vel sublivida, [7] vel subnigra, vel alba esse consuevit: circa hanc autem vehemens inflammatio est; et cum [8] adaperta est, reperitur intus [9] exulceratio mucosa, colore humori suo similis. Dolor ex ea supra magnitudinem ejus est: neque enim ea faba major est. Atque haec quoque oritur in eminentibus partibus, et fere noctu; unde nomen quoque a Graecis [10] ei impositum est. [11] In omnium vero pusularum curatione primum est multum ambulare atque exerceri; si quid ista prohibet, gestari: secundum est, cibum

* 15.

1. *pusulae)* Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. toto hoc capite; et alibi quoque, ut jam adnotavi; alii Codd. et libri vulgati, *pustulae*.

2. *aspritudo)* Ita Cod. Med. I. et alius apud Constantinum; Vat. VIII. *asperitudo*; alii, et libri vulgati, *aspredo*.

3. *nonnumquam majores, [pusulae] lividae, aut pallidae* &c.*)* Ita haec verba dividenda puto, et tollendum *pusulae*. Alii legunt *nonnumquam majores pustulae: lividae, aut pallidae*; Lindenius, *nonnumquam majores. Pustulae, lividae sunt, aut pallidae*.

4. *iis)* Lindenius, *illis*.

5. *φλύκταιναι)* Ita habent Codd. omnes praeter Med. IV. itemque Edd. Manutianae. In Cod. Med. IV. pro graeca voce scriptum est ab alia manu *helcodes*; quae vox ad Edd. sex primas defluxit. In aliis Edd. legitur ἑλκῶδες, vel ἑλκώδεις; in Lindeniana, φλύκταιναι ἑλκώδεις.

6. *Φλυζάκιον)* Ita Edd. Stephani, et Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae et Ruelliana, *Phyzacion*; alii Codd. *vel* ΥΔΡΑΚΙΟΣ; ceterae Edd. *Psydracion*. φλυζαίνα Hippocratis Galenus in Exegesi expunit ψυδράκια.

7. *vel subnigra)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *vel nigra*.

8. *adaperta)* Lindenius, *aperta*.

9. *exulceratio mucosa, colore humori suo similis)* Alii, *exulceratio mucosa: color est humori suo similis*.

10. *ei impositum est.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *ei, epinyctis*; Edd. Manutiorum, Caesarii, Ruellii, et Stephani, ἐπινυκτὶς; *impositum est*; Ed. Lindenii, ei ἐπινυκτὶς *est impositum*. Glossema irrepsit.

11. *In omnium vero pusularum curatione)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *In omni autem pustularum curatione*.

minuere; abstinere ab omnibus acribus et extenuantibus: eademque nutrices facere oportet, si lactens puer ita affectus est. Praeter haec is [12] qui jam robustus est, si pusulae minutae sunt, desudare in balneo debet; simulque super eas nitrum inspergere, oleoque vinum miscere, et sic ungi; tum descendere in solium. Si nihil sic proficitur, aut si [13] majus pusularum genus occupavit, imponenda lenticula est; detractaque summa pellicula, ad medicamenta lenia transeundum. [14] Epinyctis post lenticulam, recte herba quoque sanguinali, vel viridi coriandro curatur. [15] Vlcera ex pusulis facta tollit spuma argenti cum semine foeni graeci mixta sic, ut his invicem rosa atque intubi sucus adjiciatur, [16] donec mellis crassitudo fiat. Proprie ad eas pusulas quae infantes male habent, lapidis, [17] quem pyriten vocant, p. x. VIII. cum quinquaginta amaris nucibus miscetur, adjiciunturque olei cyathi tres. Sed prius ungi ex cerussa pusulae debent; [18] tum hoc illini.

*
16. Scabies vero est [1] aspritudo cutis rubicunda, ex qua pusulae oriuntur, quaedam humidiores, quaedam sicciores. Exit ex quibusdam sanies; fitque ex his continuata exulceratio pruriens; serpitque in quibusdam cito. Atque in aliis quidem ex toto desinit; in aliis vero certo tempore anni revertitur. Quo asperior est, quoque prurit magis, eo difficilius tollitur. Itaque eam quae talis est, ἀγρίαν [2] [id est feram] Graeci appellant. In hac quoque victus ratio eadem, quae supra, necessaria est. Medicamentum autem ad incipientem hanc idoneum est quod fit ex spodii, croci, aeruginis, singulorum [3] p. x. =. piperis albi, omphacii, singulorum p. x. I. cadmiae p. x. VIII. At ubi jam exulceratio est,

12. *qui jam robustus est)* Edd. Salingiacensis, Pantiniana, et Lindeniana, *qui tam robustus est.*

13. *majus pusularum genus)* Aliqui Codd. habent *malum pustularum genus.*

14. *Epinyctis)* Manutius, Stephanus, et Lindenius, ἐπινυκτὶς.

15. *Vlcera)* Lindenius, *Vlcera vero.*

16. *donec mellis crassitudo fiat)* Ita plerique Codd. et omnes antiquae Editiones. Sic proxima sect. 16. *dum crassitudo mellis fiat.* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. Lindenii legitur *dum mellis crassitudo ei fiat.*

17. *quem pyriten vocant)* Manutii, *quem πυρίτην vocant;* Lindenius, *quem πυρίτην Graeci vocant.*

18. *tum)* Lindenius, *et tum.*

1. *aspritudo cutis rubicunda)* Ita legendum censet Morgagnus, atque hanc lectionem confirmat ex verbis sequentibus *quo asperior est.* Mihi confirmari posse videtur etiam ex Paulo AEgineta qui lib. 4. cap. 2. ita scribit: *Scabies cutis aspritudo est cum pruritu:* itemque ex Columella apud quem lib. 7. cap. 5. haec habentur de ovium scabie: *subest aspera cutis, et quaedam velut porrigo.* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *durior cutis rubicunda;* alii, atque Edd. 1478. 1481. 1493. *durior cutis rubicundus;* Ed. Pinziana, et aliae, *durior cutis rubicundior.* Constautinus ad libri marginem haec adscripsit » *tumor durior.* Alii *durities cutis* ». Lindenius legit *durities cutis rubicundior.*

2. *[id est feram])* Interpretatio ex margine adscita.

3. *p. X. =.)* Ita Cod. Med. I. in Vat. VIII. legitur *p. X.* in aliis, et in libris vulgatis, *p. X. I.*

id quod fit ex sulphuris p. ✱. I. cerae p. ✱. IV. picis liquidae hemina, olei sextariis duobus: [4] quae simul incoquuntur, dum crassitudo mellis fiat. Est etiam quod ad Protarchum auctorem refertur. [5] Habet farinae lupinorum sextarium, nitri cyathos quatuor, picis liquidae heminam, resinae humidae selibram, aceti cyathos tres. Crocum quoque, lycium, aerugo, myrrha, cinis aequis portionibus recte miscentur, [6] et ex passo coguntur: idque [7] omnem pituitam utique sustinet. Ac si nihil aliud est, amurca ad tertiam partem decocta, vel sulphur pici liquidae mixtum sicut [8] in pecoribus proposui, hominibus quoque scabie laborantibus opitulantur.

* [1] Impetiginis vero species sunt quatuor. Minime mala est quae similitudine scabiem repraesentat: nam et rubet, et durior est, [2] et exulcerata est, [3] et rodit. Distat autem ab ea, quod [4] magis exulcerata est, et varis similes pusulas habet; videnturque esse in ea quasi bullulae quaedam, ex quibus interposito tempore [5] squamulae resolvuntur; certioribusque [6] haec temporibus revertitur. Alterum genus [7] pejus est, simile papulae fere, sed asperius rubicundiusque, figuras varias habens: squamulae ex summa cute [8] decidunt, rosio major est, celerius et latius procedit, cer- * 17.

4. *quae simul incoquuntur, dum crassitudo mellis fiat)* Pro *fiat* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *sit*. Lindenius legit *quae simul usque ad crassitudinem mellis incoquuntur*.

5. *Habet farinae* &c.*)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *Habet haec farinae*. Vulgo legitur *Habet hoc farinae* &c. ex Palavicino.

6. *et ex passo coguntur)* Pro *cocuntur*, quod est in Codd. Med. I. et Vat. VIII. reposui *coguntur*. Cap. 20. sect. 4. hujus lib. *ex passo coacta, et cum usus exigit, aceto vel vino diluta*. Alii Codd. et omnes Edd. habent *et ex passo coquuntur*.

7. *omnem pituitam utique sustinet)* reprimit, coercet. Sic cap. 25. sect. 4. hujus lib. catapotia *ex aqua fronti inducta, pituitam in oculos decurrentem tenent*. Materiam unde scabies oritur, pituitam vocat Hippocrates in lib. de Affect. *Lepra, prurigo, scabies, impetigines, vitiligo, alopeciae ex pituita oriuntur*. Plinius quoque in lib. 23. cap. 2. sect. 9., et in lib. 26. cap. 11. sect. 13. atque alibi ejusmodi vitia *eruptiones pituitae* appellat. Libri antiqui perperam habent *ubique*. Lindenius legit *omnem pituitam utique sanat*.

8. *in pecoribus)* videlicet in libris de Agricultura. De hac forma dicendi vide adnot. 7. ad cap. 18. lib. 4. Lindenius legit *de pecoribus*.

1. *Impetiginis vero species sunt quatuor)* Λειχὴν a Graecis vocatur. Celsus in his quatuor impetiginis speciebus λέπραν quoque Graecorum comprehendere videtur. Plinius lib. 20. cap. 6. sect. 14. et alibi lichenas a lepris discernit.

2. *et exulcerata est)* Linden. omittit *est*.

3. *et rodit)* Ita Ed. Lindenii; Codd. Mss. et Edd. antiquae *et roditur*; Ed. Constantini in margine *et erodit*.

4. *quod magis exulcerata est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *quae ubi magis* &c. Edd. antiquae, *quae magis* &c. Ed. Lindenii, *quia magis* &c.

5. *squamulae resolvuntur)* Lindenius, *quasi squamulae solvuntur*.

6. *haec)* Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *hoc*.

7. *pejus est, simile papulae fere)* Lindenius legit *est pejus, et simile papulae fere*; Krausius *pejus est, simile papulae ferae*.

8. *decidunt)* Ita Ed. Lindenii; aliae, et plerique Codd. *discedunt*; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Caesar. Gryph. et Pant. *descendunt*.

tioribusque [9] etiamnum quam prior temporibus et fit, et desinit. [10] Rubra cognominatur. Tertia etiamnum deterior est: nam et crassior est, et durior, et magis tumet; in summa cute finditur, et vehementius rodit; ipsa quoque squamosa, [11] sed nigra; proceditque et late, nec tarde; et minus errat in temporibus quibus aut oritur, aut desinit; neque ex toto tollitur. Nigrae cognomen est. Quartum genus est quod curationem omnino non recipit, distans colore: nam subalbidum est, et recenti cicatrici simile; squamulasque habet pallidas, quasdam subalbidas, quasdam lenticulae similes; quibus demptis [12] nonnumquam profluit sanguis. Alioquin vero humor ejus albidus est, cutis dura atque fissa est; proceditque latius. Haec vero omnia genera maxime oriuntur in pedibus et manibus; atque ungues quoque infestant. Medicamentum non aliud valentius est, quam quod ad scabiem quoque pertinere sub auctore Protarcho retuli. Serapion autem nitri p. ж. II. sulphuris p. ж. IV. excipiebat resina copiosa, eoque utebatur.

* 18. * Papularum vero duo genera sunt. [1] Alterum in quo per minimas pusulas cutis exasperatur, et rubet, leviterque roditur; medium habet pauxillo laevius; tarde serpit: idque vitium maxime rotundum incipit, eademque ratione in orbem procedit. [2] Altera autem est [3] quam ἀγρίαν Graeci appellant: in qua similiter quidem, sed magis cutis exasperatur, exulceraturque, ac [4] vehementius et roditur, et rubet, et interdum etiam pilos remittit. Quae minus rotunda est difficilius sanescit: nisi sublata est, in impetiginem vertitur. Sed levis papula, etiam si jejuna

9. *etiamnum quam prior)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. Ed. Lindenii, *etiam quam prior;* alii Codd. et Edd. antiquae perperam, *etiam nonnumquam prior.*

10. *Rubra)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *Rubrica.*

11. *sed nigra; proceditque et late, nec tarde, et minus errat in temporibus &c.)* Locus corruptissimus. Ita legitur in Codd. Med. I. et Vat. VIII. sed in Vat. pro *nec tarde, et minus est nec tardet minus.* Alii Codd. habent, *sed nigra procedit et late, et tarde eminus serpit in temporibus, quibus aut oritur, aut desinit;* alii, et Edd. antiquae, *sed nigra procedit et late, et tarde serpit in temporibus* (Edd. *serpit. In temporibus*) *aut oritur, aut desinit;* Ed. Constantini in margine, *sed nigra procedit: et late, et tarde, et minus serpit: neque in certis temporibus aut oritur, aut desinit.* Lindenius legit *sed nigra est: proceditque et latet, nec tardat: minus vero errat in temporibus, quibus aut oritur, aut desinit.*

12. *nonnumquam profluit sanguis.)* In Ed. Lindenii legitur, *profluit sanguis nonnunquam.*

1. *Alterum, in quo &c.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. Ed. Lindenii, *Alterum est, in quo &c.* Alii Codd. ceteraeque Edd. *Altera est, in qua &c.*

2. *Altera autem est)* Lindenius, *Alterum est.*

3. *quam αγρίαν Graeci appellant)* Ita Edd. Manutianae, et Lindeniana; ceterae, et Codd. Mss. *quam αγρίαν, id est feram, Graeci appellant.*

4. *vehementius et roditur)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. ceteraeque Edd. *vehementius eroditur;* Ed. Constantini ad marginem, *vehementius et eroditur.*

saliva quotidie [5] defricatur, sanescit: major commodissime murali herba tollitur, [6] si super eadem trita est. Vt vero ad composita medicamenta veniamus, idem illud Protarchi tanto valentius in his est, [7] quanto minus in his vitii est. Alterum ad idem [8] Myronis: [9] nitri rubri, turis, singulorum p. ✕. I. cantharidum purgatarum p. ✕. II. sulphuris ignem non experti tantumdem, resinae terebinthinae liquidae p. ✕. XX. farinae lolii ƒ I. git [10] cyathos tres, picis crudae ƒ I.

* Vitiligo quoque, quamvis per se nullum periculum adfert [1] tamen et foeda est, et ex malo corporis habitu fit. Ejus tres species sunt. Ἄλφος vocatur, ubi color albus est, fere subasper et non continuus, ut quaedam quasi guttae dispersae esse videantur: interdum etiam latius, et cum quibusdam intermissionibus serpit. Μέλας colore ab hoc differt, quia niger est, et umbrae similis: cetera eadem sunt. Λευκὴ habet quiddam simile alpho, sed magis albida est, et altius descendit; in eaque alibi pili sunt, et lanugini similes. Omnia haec serpunt: sed in aliis celerius, in aliis tardius. Alphos et Melas in quibusdam variis temporibus [2] et oriuntur, et desinunt: Leuce quem occupavit, non facile dimittit. Priora curationem non difficillimam recipiunt: ultimum vix umquam sanescit; ac si quid ei vitio demptum est, tamen non ex toto sanus color redditur. Vtrum autem aliquod horum [3] sanabile sit, an non sit, [4] experimento facile colligitur. Incidi enim cutis debet, aut acu pungi: si sanguis exit, quod fere fit in duobus prioribus, remedio locus est; si humor albidus, sanari non potest. Itaque ab hoc quidem abstinendum est. Super id *19.

5. *defricatur*) Lindenius, *defricetur*.

6. *si super eadem trita est*) Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. I. *si sub eadem tritaque est*; Vat. VIII. *si sub eadem trita est*; alii, et antiquae Edd. *si sub ea detrita est*. Legerim *si super eam trita*, vel potius *si trita super eam imposita est*. Sic cap. 27. sect. 10. hujus lib. herbae *singulae binaeve tritae, et cum vino potui datae, et super vulnus impositae*.

7. *quanto minus in his vitii est*) Aliqui Codd. *quanto minus in his vitium est*.

8. *Myronis*) Ita in libris antiquis; et proxima sect. 19. *Myrone auctore*. Caesarius quoque, et alii, qui cap. 18. sect. 26. hujus lib. pro *Niconis* legunt *Miconis*, hic habent *Myronis*, et *Myrone*; Lindenius, *Miconis*, et *Micone*. Plinius lib. 33. cap. 13. sect. 56. Miconem pictorem commemorat; et lib. 34 cap. 8. sect. 19. Myronem statuarium. Medicum hujus nominis nullum usquam laudat.

9. *nitri rubri*) Intelligendum, *habet nitri rubri*.

10. *cyathos tres, picis crudae ƒ I.*) Ita in Cod. Vat. VIII. Med. I. et pleraeque Edd. habent *cyathos tres, picis crudae I.* (Edd. *unum*); alii Codd *cyathos tres, picis crudae sextarium*; Edd. ambae Manutianae, *cyathos tres, picis crudae sext*; Lindeniana, *cyathi tres, picis crudae sext. unum*.

1. *tamen et foeda est*) Alii, *tamen foeda est*.

2. *et oriuntur, et desinunt*) Lindenius, *oriuntur et desinunt*.

3. *sanabile sit, an non sit*) Lindenius, *sanabile sit, an non*. Sed idem lib. 7. cap. 2. legit, ut alii omnes, *considerari debet, nervosusne is locus sit, an non sit*.

4. *experimento facile colligitur*) Alii, *experimento facili colligitur*.

vero quod curationem recipit imponenda lenticula mixta cum sulphure et ture sic, [5] ut ea contrita ex aceto sint. Aliud ad idem quod ad Irenaeum auctorem refertur. Alcyonium, nitrum, cuminum, fici folia arida paribus portionibus contunduntur, adjecto acetò. His in sole vitiligo perungitur; deinde non ita multo post, ne nimis erodatur, eluitur. [6] Proprie quidam, Myrone auctore, eos quos Alphos vocari dixi, hoc medicamento perungunt: [7] sulphuris p. X. =. [8] aluminis scissilis p. X. =. [9] nitri p. X. = = [10] myrti aridae contritae acetabulum miscent; deinde in balneo super vitiliginem inspergunt farinam ex faba, tum haec inducunt. Ii vero quos Melanas vocari dixi, curantur, cum simul contrita sunt alcyonium, tus, hordeum, faba, eaque sine oleo in balneo ante sudorem insperguntur; [11] tum genus id vitiliginis defricatur.

5. *ut ea contrita ex aceto sint)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *ut ea contrita ex aceto sit,* videlicet lenticula.

6. *Proprie quidam)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Proprie quidem.*

7. *sulphuris p. X. =.)* Ita Cod. Med. I. et Edd. Manutianae; Cod. Vat. VIII. *sulphuris p. X.* ≡. alii Codd. et ceterae Edd. *sulphuris p. X. II.*

8. *aluminis scissilis p. X. =.)* Ita Cod. Med. I. et Edd. Manutianae. In aliis Codd. ceterisque Edd. haec verba desunt.

9. *nitri p. X. = =.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *nitri p. X. IIII.*

10. *myrti aridae contritae)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. legitur *murti radice contritae;* in aliis, et in libris vulgatis, *myrrhae,* vel *myrrae aridae contritae.* Vtrumque mendosum est. Nam myrti non radix, sed folia adhibebantur; et myrrhae adjunctum aridae minime convenit; optime autem convenit myrto, quae arida facienda est, ut trita super vitiliginem inspergi possit. Alteram igitur scripturam ex altera emendavi; atque hanc emendationem confirmat locus ille lib. 3. cap. 19. *pulvis ex contritis aridis myrti, vel rubi foliis.* Porro decoctam ex myrti foliis aquam in hoc vitio adhiberi tradit Dioscorides lib. I. cap. 155. et myrtum habet compositio adversus alphum apud Paulum AEginetam lib. 4. cap. 6.

11. *tum)* Lindenius, *et tum.*

A. CORNELII CELSI
ARTIVM LIBER VNDECIMVS
IDEM
MEDICINAE SEXTVS.

* Dixi de iis vitiis quae per totum corpus orientia, medicamentorum auxilia desiderant: nunc ad ea veniam quae non nisi in singulis partibus incidere consuerunt, orsus a capite. In hoc igitur capillis fluentibus maxime quidem saepe radendo succurritur: [1] adjicit autem vim quamdam ad continendum ladanum cum oleo mixtum. Nunc de iis capillis loquor, qui post morbum fere fluunt: nam, quo minus caput quibusdam aetate nudetur, succurri nullo modo potest. * I.

* Porrigo autem est, ubi inter pilos quaedam quasi squamulae surgunt, eaeque a cute resolvuntur; et interdum madent, multo saepius siccae sunt. Idque evenit modo sine ulcere, modo exulcerato loco: huic quoque modo malo odore, modo nullo accedente. Fereque id in capillo fit, rarius in barba, aliquando etiam in supercilio: ac neque sine aliquo vitio corporis nascitur, neque ex toto inutile est. Nam bene integro capite non exit: ubi aliquod in eo vitium est, non incommodum est summam cutem potius subinde corrumpi, quam id quod nocet in aliam partem magis necessariam verti. Commodius est ergo subinde pectendo repurgare, quam id ex toto prohibere. [1] Si tamen ea res nimium offendit; quod humore sequente fieri potest, magisque si is etiam mali odoris est; caput saepe radendum est; dein id superadjuvandum aliquibus ex [2] leniter reprimentibus: quale est nitrum cum aceto, vel ladanum [3] cum myrteo et vino, vel myrobalanum * II.

A. CORNELII CELSI ARTIVM LIBER VNDECIMVS IDEM MEDICINAE SEXTVS) Cod. Med. 1. *Celsi Lib. V. explicit. Incipit Lib. VI.* Vat. VIII. *Celsi Lib. VI.* alii, *ARTIVM AVRELII CORNELII CELSI LIBER XI. IDEM MEDICINAE LIBER VI.* Ed. Lindenii, *LIBER SEXTVS. CAP. I.*

1. *adjicit autem &c.)* Ita plerique Codices: Med. 1. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae, *adjicit enim*; Ed. Lindenii, *Adjicit etiam*.

1. *Si tamen ea res nimium offendit; quod humore sequente &c.)* Lindenius legit *Si tamen ea res magis offendit (quod nimium humore sequente fieri potest; magisque, si is etiam mali odoris est) caput &c.*

2. *Leniter)* Alii omnes, *leviter*.

3. *cum myrteo et vino)* id est cum oleo myrteo et vino. Ita habent Codd. Med. 1. et

cum vino. Si parum per haec proficitur, vehementioribus uti licet; cum eo, ut sciamus utique in recenti vitio id inutile esse.

III. * Est etiam ulcus quod a fici similitudine [1] σύκωσις a Graecis nominatur. Caro excrescit: et id quidem generale est. Sub eo vero duae species sunt. [2] Alterum ulcus durum et rotundum est: alterum humidum et inaequale. Ex duro exiguum quiddam et glutinosum exit: ex humido plus, et mali odoris. [3] Fit utrumque in iis partibus quae pilis conteguntur: [4] sed id quidem quod callosum et rotundum est, maxime in barba; id vero quod humidum, praecipue in capillo. Super utrumque oportet imponere elaterium, aut lini semen contritum et aqua coactum, aut ficum in aqua decoctam, aut emplastrum tetrapharmacum ex aceto subactum. Terra quoque eretria ex aceto liquata recte illinitur.

IV. * Arearum quoque duo genera sunt. Commune utrique est quod emortua summa pellicula pili primum extenuantur, deinde excidunt: ac si ictus is locus est, sanguis exit liquidus, et mali odoris: increscitque utrumque in aliis celeriter, in aliis tarde. Pejus est quod densam cutem, et subpinguem, et ex toto glabram fecit. Sed ea quae ἀλωπεκία nominatur, sub qualibet figura dilatatur. [1] Fit et in capillo, et in barba. Id vero quod a serpentis similitudine [2] ὀφίασις appellatur, incipit ab occipitio; duorum digitorum latitudinem non excedit; ad aures duobus capitibus serpit; quibusdam etiam ad frontem, donec se duo capita [3] in priore parte committant. Illud vitium [4] in qualibet aetate fit; hoc fere in infantibus: illud vix umquam sine curatione; hoc per se saepe finitur. Quidam haec genera arearum scalpello

Vat. VIII. Oleum myrteum adversus porriginem utile esse tradit etiam Dioscorides lib. I. cap. 49. et Galenus cap. 8. de C. M. S. L. In aliis Codd. ceterisque Edd. legitur *cum myrteo vino*; sed perperam.

1. *σύκωσις a Graecis nominatur. Caro excrescit &c.)* Lindenius legit *σύκωσις a Graecis nominatur, quia caro in eo excrescit.*

2. *Alterum ulcus durum)* Lindenius, *Altera, ulcus durum*; et infra, *altera, humidum*.

3. *Fit utrumque)* Alii, *Fit vero utrumque.*

4. *sed id quidem quod &c.)* Lindenius, *sed id, quod*.

1. *Fit et in capillo &c.)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Est et in capillo*.

2. *ὀφίασις)* In Edd. sex primis legitur *ophiasis*; in ceteris, *ὀφίασις*; in Codd. *ophis*. Pollux quidem lib. 4. cap. 25. sect. 192. ita scribit: ὄφις ψίλωσις τριχῶ: sed Critici quidam contendunt legendum esse ὀφίασις, quia vitium hoc ita nominatur a Galeno, Oribasio, Aetio, Paulo: Sindermanus autem monet Codices consulendos esse. Ego septem Pollucis exemplaria Mss. Bibliothecae Laurentianae Florentiae, totidemque Bibliothecae Marcianae Venetiis inspexi; sed omnes hac parte deficientes inveni. Videtur autem ut ἀλωπεκία ab ἀλώπηξ, et cap. antecedenti σύκωσις a σῦκον, ita ὀφύασις ab ὄφις a Celso quoque dicta esse.

3. *in priore parte)* i. e. in ipsa media fronte. Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. in aliis, et in libris editis, *in priorem partem*.

4. *in qualibet aetate fit)* Omnes libri

exasperant: quidam illinunt adurentia ex oleo, maximeque chartam combustam: quidam resinam terebinthinam cum thapsia inducunt. Sed nihil melius est, quam novacula quotidie radere: [5] quia, cum paulatim summa pellicula excisa est, adaperiuntur pilorum radiculae. Neque ante oportet desistere, quam frequentem pilum nasci apparuerit. Id autem quod subinde raditur, illini [6] atramento scriptorio satis est.

* Paene ineptiae sunt, curare varos, et lenticulas, et ephelidas: sed eripi tamen feminis cura cultus sui non potest. Ex his autem [1] [quae supra proposui] vari lenticulaeque vulgo notae sunt; quamvis rarior ea species est, quam [2] semion Graeci vocant; cum sit ea lenticula rubicundior et inaequalior. [3] Ephelis vero a plerisque ignoratur: quae nihil est, nisi asperitas quaedam et durities mali coloris. Cetera non nisi in facie; [4] lenticula etiam in alia parte nonnumquam nasci solet, de qua per se scribere alio loco visum operae pretium non est. Sed vari commodissime tolluntur imposita resina, cui non minus quam ipsa est, aluminis scissilis, et paulum mellis [5] adjectum sit. Lenticulam tollunt galbanum et nitrum, cum pares portiones habent, contritaque ex aceto sunt, donec ad mellis crassitudinem venerint. [6] His corpus illinendum, et interpositis pluribus horis mane eluendum est, oleoque [7] leniter ungendum. Ephelidem tollit resina, cui tertia pars salis fossilis et paulum mellis adjectum sit. Ad omnia vero ista, atque etiam ad colorandas cicatrices, [8] potest ea compositio quae ad Tryphonem patrem auctorem refertur. In ea pares portiones sunt [9] myrobalani magmatis, cretae cimoliae subcaeruleae, nucum

* V.

habent *in qualibet aetate est*; sed mendose. Sic paulo supra Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Est et in capillo* pro *Fit et in capillo*.

5. *quia)* Alii, *qua*.

6. *atramento scriptorio)* quod siccandi vim habet, ut tradit Galenus lib. 9. cap. 3. de S. M. F. Stephanus, et Lindenius legunt *atramento sutorio*.

1. *[quae supra proposui])* Adnotatio in contextum irrepsit. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *quas supra posui*.

2. *semion)* Ita in Mss. sed mendose. Edd. sex primae habent *xaenion*; Manutianae, et aliae, ξένιον; Caesariana, et Pantiniana, φακὸν; Lindeniana, φακίαν. Fortasse legendum σημεῖον, vel, ut mavult Ronsseus, ξάινιον.

3. *Ephelis)* Lindenius, et alii cum Manutiis scribunt ἐφηλίς; sed iidem supra, *ephelidas*.

4. *lenticula)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *lenticulae*; et infra, *solent*. Non recte: nam sequitur *de qua*.

5. *adjectum sit)* Alii omnes tum hic, tum paulo infra, legunt *adjectum est*.

6. *His corpus illinendum, est ... mane eluendum est)* Lindenius, *His corpus illinendum est, et .... mane eluendum*.

7. *leniter)* Alii omnes, *leviter*.

8. *potest)* Lindenius, *prodest*.

9. *myrobalani magmatis)* id est faecis myrobalani ex unguento expressae. Dioscorides lib. 4. cap. 60. tradit tusae myrobalani et expressae recrementum abstergentibus medicamentis adjici, quae adversus porrigines, et scabritias idonea sunt. Manutii, Constantinus, Stephanus, et Lindenius legunt *myrobalani, crocomagmatis*.

amararum, farinae hordei atque ervi, struthii albi, sertulae campanae seminis: quae omnia contrita, melle quam amarissimo coguntur, [10] illitumque vespere, mane eluitur.

VI. * Sed haec quidem mediocria sunt. Ingentibus vero et variis casibus oculi nostri patent: qui cum magnam partem ad vitae simul et usum et dulcedinem conferant, summa cura tuendi sunt. Protinus autem orta lippitudine quaedam notae sunt, ex quibus quid eventurum sit colligere possimus. [1] Nam si simul et lacrima et tumor et crassa pituita coeperint; si ea pituita lacrimae mixta est; [2] neque lacrima calida est, pituita vero alba et mollis, tumor non durus, longae valetudinis metus non est. At si lacrima multa et calida, pituitae paulum, [3] tumor modicus est, idque in uno oculo est; longum id, sed sine periculo futurum est. Idque lippitudinis genus minime cum dolore est; sed vix ante vicesimum diem tollitur: [4] nonnumquam per duos menses durat. Quan-

10. *illitumque vespere, mane eluitur)* In plerisque Codd. legitur *inlitumque ad vespere, mane eluitur*. Ego sustuli particulam *ad*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *inlitumque aves pereusque mane*; sed in Med. I. a Palavicino additum est, *inluitur*. In libris editis legitur, *illitumque a vespere usque mane* (in Ed. Lindenii, *ad mane*) *eluitur*.

1. *Nam si simul)* Ex lib. 2. Praedict. sect. 18. Ita habent aliqui Codd. et Ed. Lindenii. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in aliis Edd. deest particula *si*. Ruellius et Stephanus legunt *Nam simul ac*.

2. *neque lacrima calida est)* Ita legit Lindenius. Sed ante eum Foesius monuerat, antiquam scriptionem *et ea lacrima calida est* mendosam esse; et legendum *neque ea lacrima calida est*. Cod. Med. I. et Vat. VIII habent *si ea lacrima* &c.

3. *tumor modicus est)* Verbum *est* in Cod. Med. IV. et in Edd. omnibus deest.

4. *nonnumquam per duos menses durat. Quandocumque finitur, pituita &c.)* Ita legitur in Codd. Med. I. et Vat. VIII. nisi quod in iis est *Quandoque*. Sententia sumpta est ex lib. 2. Praedict. sect. 18. *At si lacrima multa et calida cum paucissima gramia et exiguo tumore, idque ex altero oculo profluat, valde diuturnum id quidem, sed sine periculo fit; idque lippitudinis genus doloris expers est. Et in his praecipue judicatio considerantia est, quae prima quidem fit circa vigesimum diem: quod tempus si superat, quadragesimus dies exspectandus est, aut si neque in his desinit, in sexaginta diebus solvitur. At toto tempore ad gramiam attentum esse oportet, num in digito* (in exemplaribus graecis est δακτύλῳ; sed Foesius recte censet δακρύῳ legendum esse) *misceatur, et alba ac mollis fiat; idque praecipue sub judicationis tempus; tum namque ubi finitur, id evenire solet. Quod si haec utrumque oculum invaserint, majus est ulcerum periculum, sed brevi solvetur.* Alii Codd. et Edd. antiquae habent *nonnumquam per duos menses durat, sed quandoque finitur, si pituita* &c. Lindenius legit *nonnumquam per duos menses durat; quandoque brevius finitur. Si pituita* &c. quae lectio cum Hippocratis sententia minime congruit. *Quandoque* in omnibus libris mendosum esse puto. Non me praeterit Horatium in Art. Poet. dixisse, *indignor quandoque bonus dormitat Homerus*. Columellae duo Codd. a Victorio inspecti lib. 2. cap. 4. habent *sed quandoque arabitur*; cap. 10. ejusdem lib. *quandoque in usus prompserimus*; et lib. 4. cap. 24. *Quandoque igitur vinitor hoc opus obibit*; sed in aliis Codd. et in omnibus Edd. ubique legitur *quandocumque*. Facilius autem *quandoque* ex *quandocumque* (quod ita fere scriptum inveni *quandocūq*;) quam *quandocumque* ex *quandoque* oriri potuit. In hac autem particula describenda non raro peccasse librarios, maxime intelligi potest ex lib. 4. cap. 26. ubi legitur *quandocumque opus est*; quatuor autem non amplius

documque finitur, pituita alba et mollis esse incipit, lacrimaeque miscetur. [5] At si simul ea utrumque oculum invaserunt, potest esse brevior, sed periculum ulcerum est. Pituita autem sicca et arida dolorem quidem movet, sed maturius desinit; nisi quid exulceravit. Tumor magnus, si sine dolore est, et siccus, sine ullo periculo est; si siccus quidem, sed cum dolore est, fere exulcerat; et nonnumquam ex eo casu fit, ut palpebra cum oculo glutinetur. Ejusdem exulcerationis timor in palpebris pupillisve est; ubi super magnum dolorem lacrimae salsae [6] calidaeque sunt; aut etiam si tumore jam finito diu lacrima cum pituita profluit. Pejus etiamnum est, ubi pituita [7] pallida aut livida est, [8] lacrima [8] calida et multa profluit, caput calet, a temporibus ad oculos dolor pervenit, nocturna vigilia urget: siquidem sub his oculus plerumque rumpitur; votumque est, ut tantum exulceretur. Intus ruptum oculum febricula juvat: si foras jam ruptus [9] procidit, sine auxilio est. Si de nigro aliquid albidum factum est, diu manet. At si asperum et crassum est, etiam post curationem vestigium aliquod relinquit. Curari vero oculos sanguinis detractione, medicamento, [10] balneo, vino, vetustissimus auctor Hippocrates memoriae prodidit. Sed eorum tempora et causas parum explicuit: in quibus medicinae summa est. Neque minus in abstinentia et alvi ductione saepe auxilii est. Hos igitur interdum inflammatio occupat: ubi cum tumore in his dolor est; sequiturque pituitae cursus, nonnumquam [11] copiosior et acrior, nonnumquam utraque parte moderatior. In ejusmodi casu prima omnium

interjectis versibus *quod quandoque fieri potest*. Vide ibi adnot. 17. Cum Celsus lib. 2. cap. 1. et 17. lib. 3. cap. 5. et 6. lib. 5. cap. 26. sect. 27. *quandocumque* usurparit, verisimile non est hoc loco maluisse *quandoque*.

5. *At si simul ea utrumque oculum invaserunt* &c.) id est lacrima, pituita, tumor. Ita legitur in Cod. Vat. VII. et ita legendum est ex allato Praedict. loco. Cod. Med. I. habet *aut si simul eae* &c. Vat. VIII. *ad si simul ex* &c. alii, et omnes Edd. *aut si simul hae* &c.

6. *calidaeque sunt*) Sic reposui ex multis Codicibus. Med. I. et Vat. VIII. librique editi habent, *calidaeque eunt*.

7. *pallida*) Ita legunt Foesius, et Lindenius ex eodem Praedict. loco; alii, *calida*, ut est in Mss. Ed. Constantini in margine habet *candida*.

8. *calida et multa*) ex l. c. Praedict. Sic autem legitur in plerisque Codicibus. Med. I. et Vat. VIII. atque omnes Edd. habent *calida, aut multa*.

9. *procidit*) Ita reposuit Krausius. Antea legebatur *procedit*.

10. *balneo*) Hippocrates Aphor. 31. Sect. 6. *Oculorum dolores meri potio, aut balneum, aut venae sectio, aut medicamentum purgans exhibitum solvit*. Lindenius legit *balneo, fotu*, ex Constantino, qui margini adscripsit » lib. 6. Aphor. 31. ubi et πυρίη, id est fomentum, quod Celsus omisit ». Sed Celsus, si id adjicere voluisset, dixisset *fomento*, ut alibi, non *fotu*: qua voce numquam usus est.

11. *copiosior et acrior*) Ita reposui pro *copiosior vel acrior*, quod est in omnibus libris. Sic autem legendum esse, manifestum est ex verbis sequentibus *nonnumquam utraque parte moderatior*.

sunt quies et abstinentia. Ergo primo die loco obscuro cubare debet sic, ut a sermone quoque abstineat; nullum cibum assumere; si fieri potest, ne aquam quidem; sin minus, certe quam minimum ejus. Quod si graves dolores sunt, commodius secundo die; si tamen res urget, etiam primo sanguis mittendus est; utique si in fronte venae tument, si [12] firmo corpore materia superest. [13] Si vero minor impetus minus acrem curationem requirit, alvum, sed non nisi secundo tertiove die duci oportet. At modica inflammatio neutrum ex his auxilium desiderat; satisque est uti quiete et abstinentia. Neque tamen in lippientibus longum jejunium necessarium est, ne pituita tenuior atque acrior fiat: sed secundo die dari debet id quod levissimum videri potest ex iis quae pituitam faciunt crassiorem; qualia sunt ova sorbilia: si minor vis urget, pulticula quoque, aut panis ex lacte. [14] Insequentibusque diebus quantum inflammationi detrahetur, tantum adjici cibis poterit; sed generis ejusdem: utique ut nihil salsum, nihil acre, nihil ex iis quae extenuant, sumatur: nihil potui praeter aquam. Et victus quidem ratio talis maxime necessaria est. Protinus autem primo die croci p. ✕. I. et farinae candidae quam tenuissimae p. ✕. II. excipere oportet ovi albo, donec mellis crassitudinem habeat: idque in linteolum illinere, et fronti agglutinare, ut compressis venis pituitae impetum cohibeat. Si crocum non est, tus idem facit. Linteolo an lana excipiatur, nihil interest. Superinungi vero oculi debent sic, ut croci, quantum tribus digitis comprehendi potest, sumatur, myrrhae ad fabae, papaveris lacrimae ad [15] lenticulae magnitudinem; eaque cum passo conterantur, et specillo [16] super oculum inducantur. Aliud ad idem: myrrhae [17] p. ✕. =. [18] mandragorae suci p. ✕. I. papaveris lacrimae p. ✕. II. foliorum rosae, cicutae seminis, singulorum [19] p. ✕. III. acaciae p. ✕. IIII. gummi p. ✕. VIII. Et haec quidem interdiu: [20] noctu vero, quo commodior quies veniat,

12. *firmo corpore)* Alii, *firmo corpori.*

13. *Si vero minor impetus minus acrem curationem requirit, alvum, sed non nisi &c.)* Lindenius, *si vero minor impetus minus curationem requirit. Alvum non nisi &c.*

14. *Insequentibusque diebus)* Aliqui Codd. atque Edd. Stephani, et Lindenii, *Insequentibus diebus.*

15. *lenticulae)* Lindenius, *lentis.*

16. *super oculum)* Idem, *super oculos.*

17. *p. ✕. =)* Ita in Cod. Vat. VIII. In Med. I. deest nota =. Alii Codd. et libri editi habent *p. ✕. I.*

18. *mandragorae suci p. ✕. I.)* Ita Codd. Mss. atque Ed. princeps; sed in hac post notam *I.* exiguum quodam punctum est; unde ortum *p. ✕. II.* quod habent ceterae Editiones. In Caesariana deest vox *suci.*

19. *p. ✕. III. acaciae p. ✕. IIII. gummi)* Ita Cod. Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et Edd. antiquae, *p. ✕. IIII. acaciae p. ✕. IIII. gummi*; sed tum hi Codd. tum Vaticanus VIII. *cummis*. In Med. I. desunt haec omnia.

20: *noctu)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *nocte.*

non alienum est superimponere candidi panis interiorem partem ex vino subactam: nam et pituitam reprimit, et si quid lacrimae processit, absorbet, et oculum glutinari non patitur. Si grave id et durum, propter magnum oculorum dolorem, videtur, ovi et album et vitellus in vas defundendum est, adjiciendumque eo mulsi paulum, idque digito permiscendum: ubi facta unitas est, demitti debet lana mollis bene carpta, quae id excipiat, superque oculos imponi. Ea res et levis est, et refrigerando pituitam coercet, et non exarescit, et glutinari oculum non patitur. Farina quoque hordeacea cocta, et cum malo cotoneo cocto mixta commode imponitur. Neque ab ratione abhorret, etiam penicillo potissimum uti expresso, si levior impetus est, ex aqua; si major, ex posca. Priora fascia deliganda sunt, ne per somnum cadant: at hoc superimponi satis est, quia et reponi [21] ab ipso commode potest; [22] et cum inaruit, iterum madefaciendum est. Si tantum mali est, ut somnum diu prohibeat, eorum aliquid dandum est, quae ἀνώδυνα Graeci appellant: satisque est puero, quod ervi; viro, quod fabae magnitudinem impleat. In ipsum verum oculum primo die, [23] nisi modica inflammatio est, nihil recte conjicitur: saepe enim potius concitatur eo pituita, quam minuitur. [24] A secundo die, gravi quoque lippitudini per indita medicamenta recte succurritur, ubi vel jam sanguis missus, vel alvus ducta est, [25] aut neutrum necessarium esse manifestum est.

* Multa autem [1] multorumque auctorum collyria ad id apta sunt; novisque etiamnum mixturis temperari possunt; cum lenia medicamenta et modice reprimentia, facile et varie misceantur. [2] Ego nobilissima exsequar. * 2.

* Est igitur Philonis, quod habet cerussae elotae, spodii, gummi, singulorum p. x. I. papaveris lacrimae combustae [1] p. x. II. * 3.

21. *ab ipso)* Lindenius addit *aegro*, quod non est opus. Eodem modo loquitur Celsus lib. 7. cap. 7. sect. 15. *cervice deligata, retentoque ab ipso spiritu*.

22. *et cum inaruit)* Lindenius, *et quia, cum inaruit*.

23. *nisi modica inflammatio est)* Caesarius, Ghryphius, Pantinus, et Lindenius legunt *nisi immodica inflammatio est*: sed perperam; ut apparet ex verbis quae proxime sequuntur, *saepe enim potius concitatur eo pituita, quam minuitur*.

24. *A secundo die)* Sic lib. 8. cap. 4. *A sexto die etiam vapore aquae calidae fovere*; et cap. 7. ejusdem lib. *A tertio die fovendum id aqua calida est*. Lindenius legit *At secundo die*.

25. *aut neutrum)* Alii, *aut ubi neutrum*.

1. *multorumque auctorum collyria)* Lindenius, *multorumque collyria*.

2. *Ego nobilissima exsequar)* Lib. 5. cap. 17. sect. 1. *compositiones nobilissimas* dixit. Quidam Codd. habent *Ego nobilium exsequar*; Edd. multae, *Ergo nobilissima exsequar*: Lindeniana, *Ego autem nobilissima exequar*.

1. *p. X. II.)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. atque omnes Edd. *p. X. I.*

Illud scire oportet [2] hic quoque omnia medicamenta, singula primum per se teri, deinde mixta iterum, adjecta paulatim vel aqua, vel alio humore: gummi cum quasdam alias facultates habeat, [3] hoc maxime praestare, ut [4] ubi collyria facta inaruerunt, glutinata sint, neque frientur.

* 4. * [1] Dionysii vero collyrium est: papaveris lacrimae combustae, [2] donec tenerescat, p. x. I. [3] aeris combusti, gummi, singulorum p. x. II. spodii p. x. IIII.

* 5. * Cleonis nobile admodum: papaveris lacrimae frictae p. x. I. croci p. x. =. [1] gummi p. x. I. quibus dum teruntur, adjicitur rosae sucus. Aliud ejusdem valentius: [2] squamae aeris, quod ςτόμωμα appellant, p. x. I. croci p. x. II. spodii p. x. IV. [3] plumbi eloti et combusti [4] p x. VI. gummi tantumdem. [5] Attalium quoque ad idem est, maxime ubi multa pituita profluit; castorei

2. *hic quoque)* scilicet hic, ut in pastillis; de quibus lib. 5. cap. 17. ita scripsit: *Pastilli haec ratio est: arida medicamenta contrita humore non pingui, ut vino vel aceto junguntur, et rursus coacta inarescunt*. Lindenius legit *haec quoque*.

3. *hoc maxime praestare)* verbum *praestare* pendet a praecedenti *scire oportet*. Lindenius leg. *hoc maxime praestat*; et superiora verba sic dividit: *vel alio humore. Gummi cum quasdam alias facultates habeat* &c.

4. *ubi collyria facta inaruerunt)* Lindenius, *ubi collyria diu facta inaruerunt*.

1. *Dionysii vero collyrium est)* Tres voces *vero collyrium est*, videntur addititiae; et hic esse contextus orationis. Est igitur *Philonis . . . Dionysii . . . Cleonis nobile admodum*. Edd. Salingiacensis, et Lindeniana habent *Dionysii collyrium est*.

2. *donec tenerescat)* Constantinus legendum putat *donec inarescat*. Sed nihil mutandum. Dioscorides lib. 4. cap. 65. *Papaveris lacrima ad oculorum medicamenta fictili novo torretur, dum mollior fulviorque appareat*.

3. *aeris combusti)* Libri omnes habent *turis combusti*, sed mendose. Nam tus ustione consumitur. Reposui *aeris combusti*, quod habent et duo proxima Theodoti et Evelpidis collyria, et alia multa.

1. *gummi p. X. I. quibus dum teruntur)* Libri omnes habent *cum teruntur*, sed legendum *dum teruntur*, ut cap. 8. sect. 1. hujus lib. et alibi. Cap. 7. sect. 1. hujus lib. Codd. Mss. atque Ed. princeps habent *dum teruntur*; aliae Edd. *tum teruntur*. Lindenius legit *gummi p. X. *. quibus, cum teruntur*.

2. *squamae aeris, quod ςτόμωμα appellant)* Lindenius legit *squamae ferri*, ut malebat Constantinus. Sed sequendi veteres libri, qui omnes summo consensu habent *squamae aeris*. Plinius lib. 34. cap. 11. sect. 25. ita scribit: *Squamae aeris est alterum genus subtilius, ex summa scilicet lanugine decussum, quod vocant stomoma*.

3. *plumbi eloti, et combusti)* Ita Codd. paene omnes. Med. 1. et Vat. VIII. *plumbi et loti et combusti*; libri editi, *plumbi et eloti et combusti*. Videtur legendum *plumbi combusti, et eloti*. Vide adnot. 2. ad cap. 28. sect. 5. lib. 5.

4. *p. X. VI.)* Ita legitur in Codd. multis, atque in Edd. Manutiorum, Gryphii, Pantini, Constantini, et Stephani. Cod. Med. 1. atque Vat. VIII. ceteraeque Edd. habent *p. X. I.*

5. *Attalium quoque ad idem est)* Ita habent Cod. Med. 1. et Vat. VIII. Fortasse legendum *Attalicum* ab Attalo rege, cujus medicamentum ad senum ulcera describit Galenus lib. 1. de C. M. S. G. In aliis Codd. et in libris vulgatis legitur *Ejus aliud quoque ad idem est*: sed perperam. Nam sic Cleonis collyria tria essent, cum duo tantum sint; ut apparet ex sect. 8. hujus cap. *Cleonis collyrio quidam, quod ex duobus ante positum est, utuntur*.

[6] p. X. =. [7] aloes p. X. =. [8] croci p. X. I. myrrhae p. X. II. lycii p. X. III. cadmiae curatae p. X. VIII. [9] stibis tantumdem, acaciae suci p. X. XII. [10] Quod gummi hoc non habet, liquidum in pixidicula servatur. Theodotus vero huic compositioni adjecit papaveris lacrimae combustae [11] p. X. =. aeris combusti et eloti p. X. II. [12] nucleos palmarum combustos numero XX. gummi p. X. XII.

* At ipsius Theodoti, quod a quibusdam [1] ἀχάριστον nominatur, ejusmodi est: castorei, nardi indici, singulorum p. X. I. * 6.
[2] lycii p. X. =. papaveris lacrimae tantumdem, myrrhae p. X. II. croci, cerussae elotae, aloes, singulorum p. X. III. cadmiae [3] botrytidis elotae, aeris combusti, singulorum p. X. VIII. gummi p. X. XVIII. acaciae suci p. X. XX. stibis tantumdem; quibus aqua pluviatilis adjicitur.

* Praeter haec ex frequentissimis collyriis est id quod qui- * 7.
dam [1] κύϑιον, quidam a cinereo colore [2] τέφριον appellant. [3] Amyli, tragacanthae, acaciae suci, gummi, singulorum p. X. I. pa-

6. *p. X. =.)* Ita Edd. pleraeque omnes, et Cod. Vat. VIII. Cod. Med. I. *p. X.* —. Ed. Ruelliana, *p. X. III.* Lindeniana, *p. I.* *.

7. *aloes p. X. =.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, atque Edd. sex primae, Manutianae, et Lindeniana, *p. X. I.* Caesariana, ceteraeque, *p. X. I.*

8. *croci p. X.* I. *myrrhae p. X. II. lycii p. X. III.)* In Ed. Lindenii legitur *myrrhae p. X. II.* cetera desunt.

9. *stibis)* Ed. Lindenii tum hic, tum in sequentibus sectionibus habet *stibii*.

10. *Quod gummi hoc non habet, liquidum in pixidicula servatur)* Gummi praestat, ut facta collyria, cum inaruerunt, non frientur; ut dictum est sect. 3. hujus cap. Collyrium hoc gummi non habet; ideoque liquidum in pixidicula servandum est. Sic autem reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. sed in iis pro *gummi* est *cummiscuit*. In aliis Codd. legitur *quod* (in aliis, *quod cum*) *commiscuit, id hoc non habet. Liquidum in buxidicula servatur*. Vulgo alii legunt *quod cum miscuit, liquidum in pixidula servatur*; alii, *quod cum gummi miscuit id quod habet liquidum in pixidecula servatur*; alii, *quod eum gummi miscuit; liquidum in pixidula servatur*; Lindenius, *quod, cum miscueris, in pixidicula servetur*.

11. *p. X. =.)* Ita Cod. Vat. VIII. Med. I. et pleraeque Edd. *p. X.* alii Codd. *X.* Edd. Stephani, et Lindenii, *p. X. I.*

12. *nucleos palmarum combustos numero XX.)* Ita plerique Codices. Sed vox *numero* videri potest adscriptitia; cum Celsus illam addere non soleat. Lib. 4. cap. 10. *cucumeris semina detractis corticibus sexaginta, nuclei ex pinu silvestri duodecim*; et paulo infra, *ejusdem cucumeris semina triginta, iidem nuclei viginti, nuces graecae quinque*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae habent *nucleos palmarum combustos p. X. X.* Edd. Manutianae, *nucleos palmarum combustos numero X. X.* Edd. ceterae, *nucleorum palmarum combustorum p. X. X.*

1. *ἀχάριστον)* Codd. Mss. et Edd. sex primae, *acharistum*.

2. *lycii p. X. =.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. Manutianae, *lycii p. X. II.* Edd. ceterae, *lycii p. X.*

3. *botryitidis)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindeniana; sed uterque Codex *botruitidis*; ceteri quos ego vidi, *botroitidis*. In Edd. antiquis legitur *botryodis*; non, ut tradit Rhodius, in libris scriptis.

1. *κύϑιον)* Ita Manutii; alii, *cythion*, ut est in Mss.

2. *τέφριον)* Ita Edd. Manutianae, ceterae, *tephrion*, ut habet Cod. Med. IV. ab alia manu. In Med. I. et in Vat. VIII. est *tepro*; in aliis, *trephron*, idque in Med. VII. mutatum est in *tephron*. Porro τέφριον vocatur ab Aetio lib. 7. cap. 125.

3. *Amyli)* Lindenius, *Habet amyli*.

paveris lacrimae p. x. ii. cerussae elotae p. x. iv. [4] spumae argenti elotae [5] p. x. viii. quae aeque ex aqua pluviatili conteruntur.

8. * Euelpides autem, qui aetate nostra maximus fuit ocularius medicus, utebatur eo quod ipse composuerat: [1] trigodes nominabat. [2] Castorei p. x. ==. lycii, nardi, papaveris lacrimae, singulorum p. x. i. croci, myrrhae, aloes, singulorum p. x. iv. aeris combusti [3] p. x. viii. cadmiae et stibis, singulorum p. x. xii. acaciae suci p. x. xxvi. gummi tantumdem.

Quo gravior vero quaeque inflammatio est, [1] eo magis leniri medicamentum debet, adjecto vel albo ovi, vel muliebri lacte. Ac si neque medicus, neque medicamentum praesto est, saepius utrumlibet horum in oculos penicillo ad id ipsum facto infusum id malum lenit. Vbi vero aliquis relevatus est, jamque cursus pituitae constitit, reliquias fortasse leviores futuras discutiunt balneum et vinum. Igitur [2] lavari debet, leniter ante ex oleo perfricatus, diutiusque in cruribus et feminibus; multaque calida aqua fovere oculos; deinde per caput prius calida, tum egelida perfundi: a balneo cavere ne quo frigore afflatuve laedatur: post haec [3] cibo paulo pleniore quam ex eorum dierum consuetudine uti; vitatis tamen omnibus pituitam extenuantibus: [4] vinum bibere leve, subausterum, modice vetus, neque effuse, neque timide; ut neque cruditas ex eo, et tamen somnus fiat, lenianturque intus

4. *spumae argenti elotae)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. In libris antiquis deest vox *argenti*.

5. *p. X. VIII.)* Ita Cod. Med VII. alii, et Edd. sex primae, *p. X. VIIII.* Manutianae, *p. X. XIIII.* ceterae, *p. VIII.*

1. *trigodes)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. quod graecis litteris scribendum videtur. Alii Codd. habent *phrygodes*; pleraeque Edd. *trygodes*; Manutianae *τρυγῶδες*; Lindeniana, *et τρυγῶδες*.

3. *Castorei p. X. ==.)* Ita Cod. Vat. VIII. Med. I. *Castorei p. X.* —. alii, et Edd. antiquae, *Castorei p. X. II.* Ed. Lindenii, *Habet autem hoc, castorei p. II.* *.

4. *p. X. VIII.)* Ita plerique Codices et Editiones; Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. 1479. 1481. 1493. 1497. *p. X. VIIII.*

1. *eo magis leniri medicamentum debet)* Lindenius legit *eo magis leniri medicamento debet*; sed non recte. In Cod. Vat. VIII. erat *medicamento*; sed ab antiqua manu mutatum est in *medicamentum*; ut habent alii omnes Codices, omnesque Edd. antiquae. Et sane ovi album, vel muliebre lac ideo collyrio adjicitur, ut lenius fiat. Is enim oculi morbus ex iis est, qui lenibus medicamentis nutriuntur; ut vel ex his verbis sect. 16. apparet: *Hactenus oculorum morbi lenibus medicamentis nutriuntur*. Infra reposui *Ac si neque medicus* pro *At si neque medicus*. Hae autem duae particulae *ac* et *at* saepissime inter se commutantur.

2. *lavari debet, leniter ante ex oleo perfricatus)* Reposui *leniter* pro *leviter*; atque haec verba ita distinxi. Alii legunt *lavari debet leviter, ante ex oleo perfricatus*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *lavari debet leviter ante oleo perfricatus*.

3. *cibo paulo pleniore quam ex eorum dierum consuetudine uti)* Haec consona illis sunt quae habentur in sect. I. hujus cap. *quantum inflammationi detrahetur, tantum adjici cibis poterit*. Lindenius pro *ex eorum dierum consuetudine* legit *ex operum consuetudine*: quod nullum idoneum sensum habet.

4. *vinum bibere leve, subausterum)* Ita aliqui Codices: Med. I. et Vat. VIII. *vinum bibere subausterum*: alii, et libri vulgati, *vinum bibere lene, subausterum*.

latentia acria. Sed si quis in balneo sensit majorem oculorum perturbationem quam attulerat; quod incidere iis solet qui manente adhuc pituitae cursu festinarunt; quamprimum discedere debet; nihil eo die vini assumere, cibi minus etiam quam pridie: deinde cum primum satis pituita substitit, iterum ad usum balnei redire. Solet tamen evenire nonnumquam, sive [5] tempestatum vitio, sive corporis, ut pluribus diebus neque dolor, neque inflammatio, et minime pituitae cursus finiatur. Quod ubi incidit, jamque ipsa vetustate res matura est, [6] ab iisdem auxilium petendum est, id est balneo ac vino. Haec enim ut in recentibus malis aliena sunt, quia concitare ea possunt, et accendere; sic in veteribus [7] quae nullis auxiliis cesserunt, admodum efficacia esse consuerunt: videlicet hic quoque, ut alibi, cum secunda vana fuerint, contrariis adjuvantibus. Sed ante tonderi ad cutem convenit: deinde in balneo aqua calida quamplurima caput atque oculos fovere: tum utrumque penicillo detergere, et [8] ungere caput irino; continereque in lectulo se, donec omnis calor qui conceptus est finiatur, desinatque sudor, qui necessario in capite collectus est: tum ad idem cibi vinique genus [9] veniendum sic, ut potiones meracae sint; obtegendumque caput, et quiescendum. Saepe enim post haec gravis somnus, saepe sudor, saepe alvi dejectio pituitae cursum finit. [10] Si levatum malum est; [11] quod aliquando serius fit; per plures dies idem fieri oportet, donec ex toto sanitas restituatur. Si diebus [12] iisdem alvus nihil reddit, ducenda est, quo magis superiores partes leventur.

Nonnumquam autem ingens [13] inflammatio tanto impetu erumpit, ut oculos [14] sua sede propellat: *πρόπτωσιν* id, quoniam

5. *tempestatum)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *tempestatinm*.

6. *ab iisdem)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae, et Manutianae, *ab his hisdem*; Edd. ceterae, *ab his eisdem*.

7. *quae nullis auxiliis cesserunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *quae nullis aliis auxiliis cesserunt*.

8. *ungere caput irino)* Ita Codd. plerique omnes. Sic sect. 34. hujus cap. *totum quidem corpus perfricandum est, praecipue tamen caput ex irino*; et sect. 37. *ad caput irino interdum acetum, interdum nitrum adjiciendum est*. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. librisque editis additur *unguento*; videlicet ex glossemate.

9. *veniendum sic, ut potiones)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *veniendum est sic, ut potiones*; Edd. sex primae, et Manutianae, *veniendum sic, uti potiones*; ceterae, *veniendum est sic, uti potiones*.

10. *Si levatum malum est)* Lindenius, *Si levatum est malum*.

11. *quod aliquando serius fit)* Ita legit Lindenius; Constantinus, *quod aliquando saepius fit*, ut est in quibusdam Codd. alii, *quod aliquanto saepius fit*, ut habent Cod. Med. I. et Vat. VIII.

12. *iisdem)* Ed. Caesariana, et aliae, inter quas Lindeniana, *eisdem*.

13. *inflammatio)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *flammatio*. Etiam cap. 18. et cap. 20. lib. 7. in iisdem Codd. pro *inflammatio* est *flammatio*.

14. *sua sede)* Lindenius, *e sua sede*.

oculi procidunt, Graeci appellant. His utique si vires patiuntur, sanguinem mitti; si id fieri non potest, alvum duci, longioremque inediam [15] indici necessarium est. Opus autem lenissimis medicamentis est: ideoque Cleonis collyrio quidam, quod ex duobus ante positum est, utuntur. Sed optimum est Nilei; neque de ullo
* magis inter omnes auctores convenit.

9. * Id habet nardi indici, papaveris lacrimae, singulorum [1] p. X. —. gummi p. X. I. croci p. X. II. foliorum rosae recentium p. X. IV. quae vel aqua pluviatili, vel [2] vino levi, subaustero coguntur. Neque alienum est malicorium, vel sertulam campanam ex vino coquere, deinde conterere; [3] aut myrtam nigram eum rosae foliis miscere; [4] aut hyoscyami folia cum ovi coeti vitello; aut farinam cum acaciae suco, vel passo, aut mulso: quibus si folia quoque papaveris adjiciuntur, aliquanto valentiora sunt. Horum aliquo praeparato, penicillo fovere oculos oportet ex aqua calida expresso, in qua ante vel myrti vel rosae folia decocta sint: deinde ex illis aliquid imponi. Praeter haec ab occipitio, incisa cute, cucurbitula [5] admovenda est. Quod si per haec restitutus oculus in sedem suam non est, eodemque modo prolapsus permanet, scire oportet lumen esse amissum; deinde futurum [6] ut aut indurescat is, aut in pus vertatur. Si suppuratio se ostendit, ab eo angulo qui tempori proprior est, incidi oculus debet; ut effuso pure [7] et inflammatio ac dolor finiatur, et intus tunicae residant, quo minus foeda postea facies sit: [8] utendum deinde vel iisdem collyriis est ex lacte aut ovo; vel croco, cui album ovi

15. *indici)* Aliqui Codd. et Ed. Lindenii, *induci*. Male.

1. *p. X. —.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. mendose, puto, pro *p. X.* ═. alii Codd. et Edd. multae, *p. X. I.* Edd. sex primae, Caesariana, Ruelliana, et Lindeniana, *p. X.*

2. *vino levi)* Ita aliqui Codd. et Ed. Lindenii; Cod. Med. I. Vat. VIII. et alii, itemque Edd. antiquae *vino leni*; sed Med. I. a manu Palavicini, *levi*. Vide quae adnotavi ad cap. 22. lib 3.

3. *aut myrtam nigram)* myrtus, sive myrta alia candida, alia nigra est, quae etiam valentior; ut tradit Plinius lib. 23 cap. 9. sect. 81. Fortasse myrti baccam Celsus intelligit: quam idem Plinius, et Dioscorides lib. I. cap. 155. docent, in oculorum inflammatione recte imponi. Myrtam nigram pro bacca habet etiam Cato cap. 125. R. R. Itaque *myrtam* reposui pro *murram*, sive *myrram*, sive *myrrham nigram*, quod est in libris omnibus tum scriptis, tum editis. Nam adjunctum nigra myrtae aptum est, non item myrrhae. Infra legitur *penicillo fovere oculos oportet, ex aqua calida expresso, in qua ante vel myrti, vel rosae folia decocta sint.*

4. *aut hyoscyami folia cum ovi cocti vitello)* Lindenius, *aut hyoscyami folia cum ovi vitello cocta.*

5. *admovenda est)* Sic lib. 5. cap. 26. sect. 21. *cucurbitulam admovere a diversa parte.* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii habent *adhibenda est.*

6. *ut aut indurescat)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Ed. princeps, *ut aut inarescat*; aliae Edd *ut inarescat*; Ed. Lindenii, *ut indurescat.*

7. *et inflammatio)* In Ed. Lindenii deest particula *et*.

8. *utendum deinde vel iisdem collyriis est)* verbum *est* a Lindenio omittitur.

miscеatur. At si induruit, et sic emortuus est, [9] ne in pus verteretur, quatenus foede prominebit, excidendum erit sic, ut hamo summa tunica apprehendatur, [10] infra id deinde scalpellus incidat: tum eadem medicamenta erunt [11] conjicienda, donec omnis dolor finiatur. Iisdem medicamentis in eo quoque oculo utendum est, qui primum procidit, deinde per plura loca fissus est.

* Solent etiam carbunculi ex inflammatione nasci, nonnumquam in ipsis oculis, nonnumquam in palpebris: et in his ipsis modo ab interiore, [1] modo ab exteriore parte. In hoc casu alvus ducenda est; cibus minuendus; lac potui dandum, ut acria quae laeserunt leniantur. Quod ad cataplasmata et medicamenta pertinet, iis utendum quae [2] adversus inflammationes proposita sunt: atque hic quoque Nilei collyrium optimum est. Si tamen carbunculus in exteriore palpebrae parte est, ad cataplasmata aptissimum est lini semen ex mulso coctum; aut si id non est, tritici farina eodem modo cocta. * 10.

* Pusulae quoque ex inflammatione interdum oriuntur. Quod si inter initia protinus incidit, magis etiam servanda sunt, quae de sanguine et quiete supra proposui: sin serius quam ut sanguis mitti possit, alvus tamen ducenda est: si id quoque aliqua res [1] prohibet, utique victus ratio servanda est. Medicamentis autem hic quoque lenibus opus est, quale Nilei, quale Cleonis est. * 11.

* Id quoque quod [1] Philalethos vocatur, [2] huc aptum est. [3] Myrrhae, papaveris lacrimae, singulorum p. x. I. plumbi eloti, terrae samiae, quae ἀστὴρ vocatur, tragacanthae, singulorum p. x. IV. stibis cocti, amyli, singulorum p. x. VI. spodii elo- * 12.

9. *ne in pus verteretur)* Lindenius, *ut ne in pus verteretur.*

10. *infra id deinde scalpellus incidat)* Lindenius, *atque infra id scalpellus incidat.*

11. *conjicienda)* Idem, *injicienda.*

1. *modo ab exteriore parte)* Vox *parte*, quae deerat, addita est a Lindenio.

2. *adversus inflammationem)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. iidemque proxima sect. 11. *ex inflammatione*; alii Codd. et omnes Edd. *adversus inflammationes*; et, *ex inflammationibus.*

1. *prohibet)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. omnesque Edd. *inhibet*: quod verbum apud Celsum alibi non invenitur; *prohibeo* passim occurrit.

1. *Philalethos)* Ita habent Edd. Manutianae; sed eaedem in inscriptione, Φιλαληθοῦς; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Philajetos*; alii, *Philetos*; alii, et Edd. sex primae, *Phylaëtos*; Edd. ceterae, *Philetis*. Sect. vero 23. hujus cap. ubi hoc idem collyrium commemoratur, Edd. sex primae habent *Phylaetos*; Manutianae, Φιλαληθοῦς; ceterae, *Philetis*; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Philalethes*; alii Codd. *Philadelphios*. Cum apud Galenum lib. 5. cap. 8. de C. M. S. L. sit Φιλαδέλφιον κολλύριον, fortasse tum hic, tum sect. 23. legendum Φιλαδέλφιον, sive Φιλαδελφιοῦς.

2. *huc aptum est)* Sic reposui pro *huic aptum est*. Eodem modo locutus est Celsus lib. 5. cap. 19. sect. 21. *Rubrum quoque emplastrum, quod ephesium vocatur, huc aptum est.*

3. *Myrrhae)* Lindenius, *Habet enim myrrhae.*

ti, cerussae elotae, singulorum p. X. VIII. quae aqua pluviatili excipiuntur. Vsus collyrii vel ex ovo, vel ex lacte est.

* 13. * Ex pusulis ulcera interdum fiunt; eaque recentia aeque lenibus medicamentis nutrienda sunt, et iisdem fere quae supra in pusulis [1] posui. Fit quoque proprie ad haec, quod [2] *διὰ λιβάνου* vocatur. Habet aeris combusti et eloti, papaveris lacrimae frictae, singulorum p. X. I. spodii eloti, turis, stibis combusti et eloti, myrrhae, gummi, singulorum p. X. II.

* 14. * Evenit etiam, ut oculi vel ambo, vel singuli minores fiant, quam esse naturaliter debeant: idque et acer pituitae cursus in lippitudine efficit, et continuati fletus, et ictus parum bene curati. In his quoque iisdem lenibus medicamentis ex muliebri lacte utendum est: cibis vero iis qui maxime corpus alere, et implere consuerunt: vitandaque omni modo causa, quae lacrimas excitet, [1] curaque domesticorum: quorum etiam si quid tale incidit, ejus notitiae subtrahendum. Atque acria quoque medicamenta, et acres cibi non alio magis nomine his nocent, quam quod lacrimas movent.

* 15. * Genus quoque vitii est, [1] quo inter pilos palpebrarum [2] pediculi nascuntur: [3] *φθειρίασιν* Graeci nominant. Quod cum ex malo corporis habitu fiat, raro non ultra procedit: sed fere tempore interposito pituitae cursus acerrimus sequitur; exulceratisque vehementer oculis, aciem quoque ipsam corrumpit. His alvus ducenda est; caput ad cutem tondendum, diuque quotidie jejunis perfricandum; his ambulationibus aliisque exercitationibus diligenter utendum; gargarizandumque ex mulso in quo nepeta et pinguis ficus decocta sit; saepe in balneo multa calida aqua fovendum caput; vitandi acres cibi; [4] lacte vinoque pingui utendum; bibendumque liberalius quam edendum est. Medicamenta vero intus quidem lenia danda sunt, [5] ne quid acrioris pituitae concitent; super ipsos vero pediculos alia, quae necare eos, et prohibere ne similes nascantur, possint. Ad id ipsum [6] spumae

1. *posui)* Lindenius, *proposui*.

2. *διά λιβάνου)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Edd. Manutianae habent *διά βαλάνου*; ceterae, et Codd. Mss. *diabalanu*.

1. *curaque domesticorum: quorum etiam si quid tale incidit &c.)* Lindenius legit *et cura domesticorum: quorum etiam, si quid forte incidit*.

1. *quo inter pilos)* Ita ex Palavicino, et ex margine Ed. Constantinianae. Plerique Codd. habent *quod inter pilos*; Med. I. et Vat. VIII. atque omnes Edd. *qui inter pilos*.

2. *pediculi)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *peduculi*; et infra, *peduculos*.

3. *φθειριασιν Graeci nominant)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Id φιθειρίασιν Graeci vocant*.

4. *lacte vinoque pingui utendum)* Lindenius, *lacte pingui vinoque utendum*.

5. *ne quid acrioris pituitae concitent)* Alii, *ne acriorem pituitam concitent*.

6. *spumae nitri p. X. I. sandarachae p. X. I.)* Cod. Med. I. habet *spumae nitri*

nitri p. ж. I. sandarachae p. ж. I. uvae taminiae p. ж. I. simul teruntur, adjiciturque vetus oleum pari portione, atque acetum, [7] donec mellis [ci] crassitudo sit.

* [1] Hactenus oculorum morbi lenibus medicamentis nutriuntur. Genera deinde alia sunt, quae diversam curationem desiderant; [2] fereque ex inflammationibus nata, sed finitis quoque his manentia. Atque inprimis in quibusdam perseverat tenuis pituitae cursus. Quibus alvus [3] inferiore parte evocanda est, [4] demendumque aliquid ex cibo. Neque alienum est illini frontem [5] compositione Andreae, quae habet gummi p. ж. I. cerussae, stibis, singulorum p. ж. II. spumae argenti coctae et elotae p. ж. IV. Sed [6] et ea spuma ex aqua pluviatili coquitur, et arida haec medicamenta ex suco myrti conteruntur. His illita fronte, cataplasma quoque [7] superinjiciendum est ex farina quae frigida aqua coacta sit, cuique aut acaciae sucus, aut cupressus adjecta sit. Cucurbitula quoque, inciso vertice, recte accomodatur; aut ex temporibus [8] sanguis mittitur. Inungi vero eo debet quod habet squamae acris, papaveris lacrimae, singulorum p. ж. I. cervini cornu combusti et eloti, plumbi eloti, gummi, singulorum p. ж. IV. turis p. ж. XII. [9] Hoc collyrium, quia [10] cornu habet, *διὰ κέρατος* [11] nominatur. Quotiescumque non adjicio quod genus humoris adjiciendum sit, aquam intelligi volo. 16.

* Ad idem Euelpidis, quod *μεμιγμένον* nominabat. In eo papaveris lacrimae, et albi piperis, singulae unciae sunt, gummi libra, aeris combusti [1] p. ж. I. s. Inter has autem curationes, 17.

p. Ж. *sandaracae* p. Ж. I. Vat. VIII. *spumae nitri* p. Ж. —. *sandaracae* p. Ж. —. Verisimile est Celsum scripsisse *spumae nitri* p. Ж. ═. *sandarachae* p. Ж. ═ ═.

7. *donec mellis [ei] crassitudo sit)* *ei* videtur glossema. Vide adnot. 16. ad cap. 28. sect. 15. libri 5. Lindenius legit *donec eis mellis crassitudo sit*.

1. *Hactenus oculorum morbi lenibus medicamentis nutriuntur)* Lindenius, *Hactenus oculorum morbi, qui lenibus* &c.

2. *fereque)* Idem, *fere*.

3. *alvus inferiore parte evocanda est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *alvus ab inferiore parte evocanda est*. Suspicor verba haec interpretationem esse eorum quae Celsus verisimiliter scripserat, id est *alvus ducenda est*. Vide adnot. 4. ad cap. 4. lib. 3.

4. *demendumque aliquid ex cibo)* Ita in Ed. Lindenii. Veteres libri habent *demendum aliquid ex cibo*. Ego malim *et demendum*. Saepe enim, ut alias dixi, particula *et* ab incautis librariis omittitur, cum ei praecedit verbum *est*.

5. *compositione Andreae)* Lindenius, *ex compositione Andreae*.

6. *Sed et ea spuma)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Caesarii, Ruellii, Pantini, Constantini, et Lindenii, *Sed ea spuma*.

7. *superinjiciendum est)* Verbum *est* in Edd. Salingiacensi, aliisque multis, et in Lindeniana quoque deest.

8. *sanguis mittitur)* Ita Cod. Venetus; alii, et libri vulgati, *sanguis emittitur*.

9. *Hoc)* Lindenius, *Hoc vero*.

10. *cornu)* Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae, *cornus*; et infra; *cornum*.

11. *nominatur)* Lindenius, *nominant*.

1. *p. Ж. I. s.)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. *p. I. s.* libri editi; *p. Ж. I.*

post intermissionem aliquam, prosunt balneum et vinum. Cumque omnibus lippientibus vitandi cibi sint qui extenuant; tum praecipue quibus tenuis humor diu fertur. Quod si jam fastidium est eorum quae pituitam crassiorem reddunt, sicut in hoc genere materiae maxime promptum est; confugiendum est ad ea quae, quia ventrem, corpus quoque adstringunt.

18. * At ulcera, si cum inflammatione finita non sunt, aut supercrescentia, aut sordida, [1] aut cava, aut certe vetera esse consuerunt. Ex his supercrescentia collyrio quod μεμιγμένον vocatur, optime reprimuntur. Sordida purgantur et eodem, et eo quod [2] σμίλιον nominatur.

19. * Habet aeruginis [3] p. ӿ. IIII. gummi tantumdem, ammoniaci, minii sinopici, singulorum p. ӿ. XVI. quae quidam ex aqua, quidam, quo vehementiora sint, ex aceto terunt.

20. * Id quoque Evelpidis, quod [1] χειρῶνα appellabat, [2] hic utile est. Croci p. ӿ. I. papaveris lacrimae, gummi, singulorum p. ӿ. II. aeris combusti et eloti, myrrhae, singulorum [3] p. ӿ. IV. piperis albi p. ӿ. VI. [4] Sed ante leni, tum hoc inungendum est.

21. * Id quoque ejusdem, quod [1] spherion nominabat, eodem valet. Lapidis haematitis eloti [2] p. ӿ. I. =, piperis grana sex, cadmiae elotae, myrrhae, papaveris lacrimae, singulorum [3] p. ӿ. II. croci p. ӿ. IV. gummi p. ӿ. VIII. quae cum vino amineo conteruntur.

1. *aut cava)* collyria ad cava ulcera decribuntur sect. 23. et 24. hujus cap. Duo haec verba in Ed. Lindenii desunt.

2. *σμίλιον)* Ita Manutii; alii, *smilion*. In Cod. Med. I. et Vat. VIII. aliisque est *zmilion*; in aliis, *zaulion*.

1. *p. ӿ. IIII.)* Pantinus, et Stephanus, *p. ӿ. III.* Lindenius, *p. VI.* *.

1. *χειρῶνα)* Libri vulgati habent *Phynona*; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Pyrrona*; alii, *Pyrsona*; sed in lemmate, atque in indice capitum hujus lib *Chiron Evelpidis*. Reposui igitur Χειρῶνα; fortasse ita dictum a Chirone Centauro; de quo multa Mythologi.

2. *hic utile est)* Ita in Ed. Lindenii; in Cod. Vat. VIII. *huc utile est*; in aliis Codd. et in libris vulgatis, *huic utile est*.

3. *p. ӿ. IV.)* Lindenius, *p. IV.*

4. *sed ante leni, tum hoc inungendum est)* In plerisque Codd. et in libris editis legitur *Sed ante linitum* (in Ed. Lindenii, *litum*) *hoc unguendum est*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *Sed ante lenitum hoc inunguendum est*. Ego vocem illam *lenitum* in duas divisi; quo modo legendum quondam conjeceram. Sensus est, primum leni collyrio, tum hoc acri inungendum est. Eadem fere ratione lib. 7. cap. 7. sect. 3. dicitur, *si intus plaga est, inungendum primo lenibus, deinde acrioribus*; et lib. 5. cap. 28. sect. 15. *Sed prius ungi cerussa pusulae debent, tum hoc illini*. Krausius quoque vulgatam scripturam mutandam putavit. Ita ad hunc locum scripsit: » Cum Editiones inspicerem, verbum *linitum* in Editione Genevensi propter versuum spatium ita divisum *lini-tum* reperi; hinc eam feci conjecturam, an fortasse legendum sit. *Sed ante illo* (praecedente Evelpidis collyrio) *tum hoc ungendum est* ».

1. *sphaerion)* Videtur scribendum σφαιρίον. Emplastrum σφαιρίον commemoratur ab Aetio lib. 15. cap. 34.

2. *p. ӿ. I. =.)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. in aliis, *p. ӿ. I. s.* in libris editis, *p. ӿ. II.* ut habet ab alia manu Cod. Med. IV.

3. *p. ӿ. II.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *p. ӿ. IIII.* Med. IV. ab alia manu, et ex eo omnes Edd. *p. ӿ. III.*

* Liquidum quoque medicamentum ad idem componebat, in quo erant haec: aeruginis [1] p. x. =. [2] misy combusti, atramenti sutorii, cinnamomi, singulorum [3] p. x. I. croci, nardi, papaveris lacrimae, singulorum [4] p. x. I. =. myrrhae p. x. II. aeris combusti p. x. III. cineris ex odoribus p. x. IV. piperis grana xv. Haec ex vino austero teruntur; deinde cum passi tribus heminis decoquuntur, donec corpus unum sit: idque medicamentum vetustate efficacius fit. 22.

* Cava vero ulcera commodissime implent ex iis quae supra posita sunt, sphaerion, et id quod [1] φυλαλήθους vocatur. Idem sphaerion vetustis ulceribus, et vix ad cicatricem venientibus optime succurrit. 23.

* Est etiam collyrium, quod cum ad plura valeat, plurimum tamen proficere in his ulceribus videtur: refertur ad Hermonem auctorem. Habet piperis longi p. x. I. =. albi [1] p. x. —. cinnamomi, costi, singulorum p. x. I. atramenti sutorii, nardi, casiae, castorei, singulorum p. x. II. galiae p. x. V. myrrhae, croci, turis, lycii, cerussae, singulorum p. x. VIII. papaveris lacrimae p. x. XII. aloes, acris combusti, cadmiae, singulorum p. x. XVI. acaciae, stibis, gummi, singulorum p. x. XXV. 24.

* Factae vero ex ulceribus cicatrices duobus vitiis periclitantur; ne aut cavae, aut crassae sint. Si cavae sunt, potest eas implere id quod sphaerion vocari dixi; vel id quod [1] asclepios nominatur. [2] Habet papaveris lacrimae p. x. II. sagapeni, opopanacis, singulorum p. x. III. aeruginis p. x. IV. [3] gummi p. x. VIII. piperis p. x. XII. cadmiae elotae, cerussae, singulorum p. x. XVI. At si crassae cicatrices sunt, extenuat vel smilion, 25.

1. *p. X. =.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *p. X. I.* libri vulgati, *p. X.*

2. *misy combusti)* Ita in plerisque Codicibus: in Med. I. et Vat. VIII. *mini combusti*. Vulgo legitur *minii combusti*; sed perperam. Nam misy comburebatur, non item minium. Lib. 5. cap. 9. *Crustas ulceribus tamquam igne adustis inducit chalcitis, utique si cocta est .... misy, et id quoque magis coctum*. Vide Dioscoridem lib. 5. cap. 117.

3. *p. X. I.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *p. X. III.*

4. *p. X. I. =.)* Sic reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii ex aliis Codd. legunt *p. X. I.*

1. *φιλαλήθους)* Ita Edd. Manutiorum; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Philalethes*; alii, *Philadelphos*; Edd. sex primae, *phylaethos*; ceterae, *Philetis*. Vide adnot. I. ad sect. 12. hujus cap.

1. *p. X. —.)* Ponderis ratio in omnibus libris mendosa est. Ita habet Cod. Vat. VIII. alii, et omnes Edd. exceptis Manutianis, *p. X.* Manutii addunt *I*.

1. *asclepios)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. tum hic, tum sect. 3. hujus cap. Sed scribendum videtur graecis litteris. Alii Codd. et omnes Edd. utrobique habent *asclepias*. Collyrium eodem nomine, sed differenti compositione, est apud Galenum lib. 4. cap. 8. de C. M. S. L.

2. *Habet)* Lindenius, *Habet hoc*.

3. *gummi)* Plerique legunt *cumini*; sed perperam. Codd. Mss. habent *gummi*, sive, ut Med. I. et Vat. VIII. *cummi*. Hinc ortum *cumini*, quemadmodum et in antidoto Mithridatis lib. 5. cap. 23.

[4] vel Canopitae collyrium: quod habet cinnamomi, acaciae, singulorum p. x. I. cadmiae clotae, croci, myrrhae, papaveris lacrimae, gummi, singulorum p. x. II. piperis albi, turis, singulorum p. x. III. aeris combusti [5] p. x. VIII. Vel Euelpidis pyxinum quod ex his constat: salis fossilis p. x. IV. ammoniaci thymiamatis p. x. VIII. papaveris lacrimae p. x. XII. cerussae p. x. XV. piperis albi, [6] croci siculi, singulorum [7] p. x. XXXII. gummi p. x. XIII. cadmiae clotae [8] p. x. VIII. Maxime tamen tollere cicatricem videtur id quod habet gummi [9] p. x. =. aeruginis p. x. I. crocomagmatis p. x. IV.

* 26. * Est etiam genus inflammationis, in qua, si cui tument ac distenduntur cum dolore oculi, [1] sanguinem ex fronte mitti ne-
* 27. cessarium est; multaque aqua calida caput atque oculos fovere; gargarizare ex lenticula, vel ex fici cremore; inungi acribus medicamentis quae supra comprehensa sunt; maximeque eo quod sphaerion nominatur, [2] quod lapidem haematiten habet. Atque alia quoque utilia sunt, quae ad extenuandam aspritudinem fiunt; de qua protinus dicam.

Haec autem inflammationem oculorum fere sequitur; interdum major, interdum levior. Nonnumquam etiam ex aspritudine lippitudo fit; [1] ipsa deinde aspritudinem auget, fitque ea in aliis

4. *vel Canopitae collyrium)* Ita in Cod. Vat. VIII. atque in Edd. Caesarii, Gryphii, Pantini, et Constantini. Canopita a Canopo. Quintilianus lib. I. cap. 5. *Cicero Canopitarum exercitum dixit.* Alii Codd. ceteraeque Edd. habent *Canopite.*

5. *p. X. VIII.)* Ita in Cod. Med. I. in Vat. VIII. *p. XIII.* Alii Codd. habent *p. X. VIIII. aqua pluviatilis.* Sed duae voces *aqua pluviatilis* addititiae sunt, et supervacuae. Nam Celsus superiori sect. 16. jam dixit, *Quotiescumque non adjicio, quod genus humoris adjiciendum sit, aquam intelligi volo.* Vulgo legitur *p. X. IX. cum aqua pluviatili.*

6. *croci siculi, singulorum &c.)* Cod. Med. I. habet *croci singuli;* Vat. VIII. *croci sing.* ut vox *siculi*, quae est in aliis Codd. et in antiquis Edd. videri possit addititia. Liber Guilandini habet *croci Cilicis;* Ed. Lindenii, *croci cilicii.* Quamvis crocum, quod in Cilicia nascitur, laudatissimum sit, ut tradit Plinius lib. 21. cap. 26. sect. 17. tamen etiam siculum in collyriis adhibebatur, ut colligitur ex Scribonii Compositionibus 29. et 30. et ex alia apud Galenum lib. 4. cap. 8. de C. M. S. L.

7. *p. X. XXXII.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. princeps; alii Codd. et Edd. Manutianae, *p. X. XXXI.* ceterae Edd. *p. X. LII.*

8. *p. X. VIII.)* Ita Cod. Med. I. Vat. VIII. *p. X. LIIII.* alii, et libri vulgati, *p. X. VIIII.*

9. *p. X. =.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *p. X. = . III.* Vulgo legitur *p. X. III.*

1. *sanguinem ex fronte mitti)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii. In aliis Codd. et in Edd. antiquis pro *mitti* est *emitti.* Sect. 35. hujus cap. in omnibus libris legitur *sanguinem ex fronte, vel naribus mittere.*

2. *quod lapidem haematiten habet)* Si *quod* pronomen relativum est, haec verba supervacua sunt; cum in sect. 21. dictum sit, sphaerion collyrium lapidem haematiten habere: si particula est, non apparet, cur in hoc oculorum inflammationis genere ideo hoc maxime collyrio inungi debeat, quia lapidem haematiten habet. Videtur adnotatio ex margine traducta. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. legitur *quia lapidem &c.* In Ed. Lindenii, *quodque lapidem &c.*

1. *ipsa deinde aspritudinem auget)* Cod.

brevis, in aliis longa, et quae vix umquam finiatur. In hoc genere valetudinis quidam crassas durasque palpebras et ficulneo folio, et asperato specillo, et interdum scalpello eradunt; versasque quotidie medicamentis suffricant. Quae neque nisi in magna vetustaque aspritudine, neque saepe facienda sunt: nam melius eodem ratione victus et idoneis medicamentis pervenitur. Ergo exercitationibus utemur, et balneo frequentiore; multaque [2] oculos aqua calida fovebimus: [3] cibos autem sumemus acres et extenuantes; medicamentum id quod caesarianum vocatur. Habet atramenti sutorii p. X. I. [4] mysi p. X. I. =. [5] piperis albi p. X. = =. papaveris lacrimae, gummi, singulorum p. X. II. [6] cadmiae elotae p. X. III. stibis p. X. VI. Satisque constat hoc collyrium adversus omne genus oculorum valetudinis idoneum esse, exceptis iis quae lenibus nutriuntur.

* Id quoque [1] quod hieracis nominatur ad aspritudinem pot- * 28.
est. Habet myrrhae p. X. I. ammoniaci thymiamatis p. X. I. [2] aeruginis rasae p. X. IV. Ad idem idoneum est etiam id [3] quod Canopitae est, et id quod smilion vocatur, et id quod pyxinum, et id quod sphaerion. [4] Si composita medicamenta non adsunt, felle caprino, vel quam optimo melle satis commode aspritudo curatur.

Med. I. et Vat. VIII. habent, *ipsam deinde aspritudinem auget*. Ego pro *ipsam* reposui *ipsa*; id est ipsa lippitudo auget aspritudinem, ex qua orta est. In aliis Codd. et in Edd. antiquis legitur *deinde ipsam aspritudinem auget*; in Ed. Lindenii, *atque ipsam deinde aspritudinem auget*.

2. *oculos*) Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. atque omnes Edd. *oculorum palpebras*.

3. *cibos autem sumemus acres et extenuantes; medicamentum id* &c.) Verbum *sumemus* regit utrumque membrum; sed in secundo aliam significationem accipit, id est adhibebimus. Sic autem habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis Codd. et in Edd. antiquis legitur *cibos autem sumemus acres et extenuantes. At medicamentum id quod caesarianum vocatur, habet* &c. Lindenius ita edidit: *cibi autem sumendi sunt acres et extenuantes. 27. At medicamentum id, quod Caesarianum vocatur, habet* &c. Sed ne sic quidem apparet, quo referatur particula *At*.

4. *misy p. X. I. =.*) Ita Cod. Vat. VIII. Med. I. *misy p. X. =.* alii, et omnes Edd. *misy* (Ed. Lindenii, *misyos*) *p. X. I.*

5. *piperis albi p. X. = =.*) Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Videtur post X. deesse *I.* Alii Codd. habent *piperis albi p. V.* libri vulgati, *piperis albi p. X. V.*

6. *cadmiae clotae*) Ita Cod. Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *cadmiae lotae*.

1. *hieracis*) Plinius lib. 34. cap. 11. sect. 27. *Hieracium vocatur collyrium, quod ita maxime constat: temperatur autem id Hammoniaci unciis quatuor* &c. *Haec omnia trita aceto Thasio colliguntur in pilulas, excellentis usus contra initia glaucomatum et suffusionum, contra caligines* &c. A Galeno quoque *Hieracium* nominatur in lib. 4. cap. 6. de C. M. S. L.

2. *aeruginis rasae p. X. IV.*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis additur *aqua pluviatilis*; in libris vulgatis, *cum aqua pluviatili*, ut habet ab alia manu Cod. Med. IV. Vide adnot. 5. ad sect. 25. hujus cap.

3. *quod Canopitae est, et id* &c.) Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *quod Canopitae* (Vat. *Canopite*) *est id* &c. Ego addidi particulam *et* ex aliis Codd. sed in iis legitur *quod canopite est, et id*. Ita habent etiam libri editi: sed in Ed. Lindenii omittitur *est*.

5. *Si composita*) Lindenius, *Si autem composita*.

29\. * Est etiam genus aridae lippitudinis: [1] ξηροφθαλμίαν Graeci appellant. Neque tument, neque fluunt oculi, sed rubent tantum, [2] et cum dolore quodam graves sunt, [3] et noctu prae gravi pituita inhaerescunt: quantoque minor [4] generis hujus impetus, [5] tanto finis minus expeditus est. In hoc vitio multum ambulare, multum exerceri, lavari saepe, ibique desudare, multaque frictione uti necessarium est. [6] Cibi neque ii qui implent, neque nimium acres apti sunt, sed inter hos medii. Mane ubi concoxisse manifestum est, non est alienum ex sinapi gargarizare; tum deinde caput atque os diutius [7] perfricare.

30\. * [1] Collyrium vero aptissimum est quod [2] rhinion vocatur. Habet myrrhae [3] p. ✠. =. papaveris lacrimae, acaciae suci, piperis, gummi, singulorum p. ✠. I. lapidis haematitis, lapidis phrygii, [4] lycii, lapidis scissilis, singulorum p. ✠. II. aeris combusti p. ✠. IV. Ac pixinum quoque [5] eodem accomodatum est.

31\. * Si vero scabri oculi sunt, quod maxime in angulis esse consuevit, potest prodesse rhinion [[1] id quod supra positum est];

1\. *ξηροφθαλμίαν Graeci appellant)* Lindenius, *quod ξηροφθαλμίαν* &c.

2\. *et cum dolore quodam graves sunt)* Ita Cod Med. I. et Vat. VIII. In aliis Codd. et in Edd. antiquis legitur *gravescunt*. Codex quidam apud Constantinum, et Ed. Lindenii habent *et cum dolore quodam fere levi, et prurigine gravescunt*.

3\. *et noctu prae gravi pituita inhaerescunt)* Ita in Edd. Ruellii, et Stephani. Aliae Edd. et Codd. Mss. habent *et noctu praegravi pituita inhaerescunt*; sed Cod. Med. I. *inharescunt*; Ed. Caesariana, et aliae, *inarescunt*. In aliis Codd. legitur *et noctu fere levi pituita inhaerescunt*; in alio apud Constantinum, et in Ed. Lindenii, *et palpebrae citra duritiam ullam noctu praegravi* (in Ed. *prae gravi*) *pituita inhaerescunt*. Verba illa *citra duritiam ullam* aliunde adscita sunt; fortasse ex lib. 7. cap. 75. Aetii.

4\. *generis hujus)* Ita Codd. Mss. et Edd. antiquae; nisi quod in Med. I. et Vat. VIII. pro *generis* est *generi*. Lindenius legit *generi huic*.

5\. *tanto finis minus expeditus est)* Lindenius legit *tanto finis minus expeditior est*; sed perperam: nam, ut animadvertit Morgagnus, *minus* comparativo adjungi non solet.

6\. *Cibi neque ii qui implent)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et multae Edd. *Cibi qui neque implent*: Edd. Ruell. Pant. Constant. Steph. et Linden. *Cibi neque qui implent*.

7\. *perfricare)* Ita habent Edd. 1481. 1493. 1497. 1516. Juntina, Caesariana, Pantiniana, et Lindeniana; Codd. Mss. et Edd. ceterae, *defricare*. Celsus quidem lib. 5. cap. 28. sect. 18. dicit, *levis papula etiam si jejuna saliva quotidie defricatur, sanescit*; et sect. 19. ejusdem cap. *tum genus id vitiliginis defricatur*. At ubi loquitur de frictione sive totius corporis, sive partis alicujus, verbum *perfrico* semper adhibet. Vide cap. 4. lib. 1. cap. 14. lib. 2. et loca alia multa.

1\. *Collyrium vero aptissimum est)* Lindenius, *Collyrium vero hoc aptissimum est.*

2\. *rhinion)* Videtur scribendum *ῥίνιον*.

3\. *p. ✠. =.)* Ita Cod Med. I. et Vat. VIII. alii, atque Edd. Manut. Gryph. Pant. Constant. Steph. et Linden. *p. ✠. I.* Edd. ceterae, *p. ✠.*

4\. *lycii)* Vox haec transferenda est aut ante duas superiores *lapidis haematitis*, aut post duas sequentes *lapidis scissilis*.

5\. *eodem accomodatum est)* Sic sect. 21. hujus cap. *eodem valet*. Lindenius legit *eidem accomodatum est*; quo modo Rhodius in Codice scriptum vidit, qui Venetiis asservabatur in Bibliotheca D. Antonii. Vide ejus notam ad Compos. 206. Scribonii.

1\. *[id quod supra positum est])* Verba haec addititia sunt, sicut illa cap. 5. hujus lib. *quae supra proposui*.

• potest similiter id quod habet aeruginis rasae, piperis longi, papaveris lacrimae, singulorum p. x. II. piperis albi, gummi, singulorum p. x. IV. cadmiae[3] clotae, cerussae, singulorum p. x. VI. Nullum tamen melius est quam Euelpidis, quod *βασιλικὸν* nominabat. Habet papaveris lacrimae, cerussae, lapidis asii, singulorum p. x. II. gummi[4] p. x. III. piperis albi p. x. IV. croci p. x. VI. psorici p. x. XIII. Nulla autem per se materia est quae psoricum nominetur; sed chalcitidis aliquid, et cadmiae dimidio plus ex aceto simul conteruntur, idque[5] in vas fictile additum, et contectum ficulneis foliis[6] sub terra reponitur, sublatumque post dies viginti rursus teritur,[7] et sic appellatur. Verum[8] de basilico quoque collyrio convenit, ad omnes affectus oculorum id esse idoneum, qui non lenibus medicamentis curantur.[9] Vbi non sunt autem medicamenta composita, scabros angulos laevant et mel et vinum: succurritque et his et aridae lippitudini, si quis panem ex vino subactum super oculum imponit. Nam cum fere sit humor aliquis qui modo ipsum oculum, modo angulos; aut palpebras exasperat, sic et si quid prodit humoris extrahitur, et si quid juxta est repellitur.

* Caligare vero oculi nonnumquam ex lippitudine, nonnumquam etiam sine hac propter senectutem, imbecillitatemve aliam consuerunt. Si ex reliquiis lippitudinis id vitium est, adjuvat collyrium quod asclepios nominatur;[1] adjuvat id quod ex crocomagmate fit. *32.

*Proprie etiam ad id componitur quod *διὰ κρόκου* vocant. Habet piperis p. x. I. croci cilicii, papaveris lacrimae, cerussae, singulorum p. x. II. psorici, gummi, singulorum p. x. IV. *33.

2. *potest similiter id &c.)* Ita legendum puto. In Cod. Med. I. scriptum est *potest simulare id*; in Vat. VIII. *potest similare id.* Neuter habet *prodesse*. In aliis Codd. legitur *potest prodesse militare id*; in libris editis, *potest similiter prodesse id*; ex Palavicino.

3. *clotae)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Manut. Griph. Constant. et Steph. alii Codd. ceteraeque Edd. *lotae*.

4. *p. X. III.)* Ita aliqui Codd. et Ed. princeps; Constantiniana, *p. X. IV.* alii Codd. ceteraeque Edd. *p. X. XIII.* Hae notae, et proxima verba *piperis albi* in Codd. Med. I. et Vat. VIII. desunt.

5. *in vas fictile additum)* Sic cap. 8. hujus lib. sect. 2. *addita in narem per linamentum, aut penicillum ea compositio* &c. Eodem modo locutus est Varro lib. I. cap. 154. R. R. *uva in ollulas addatur*; et Plinius lib. 23. cap. 6. sect. 64. *Dentium quoque dolori hic succus* caprifici *appositus in lana prodest, aut in cava eorum additus*. Lindenius legit *in vas fictile inditum*, ut habet in margine Ed. Constantini.

6. *sub terra reponitur, sublatumque post dies viginti &c.)* Lindenius legit *sub terra reponitur diebus viginti, et sublatum rursus teritur*.

7. *et sic appellatur)* Lindenius addit *psoricum*; ex glossemate.

8. *de basilico)* Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *in basilico*.

9. *Vbi non sunt autem &c.)* Lindenius, *At ubi non sunt* &c.

1. *adjuvat id)* In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindeniana legitur *adjuvat et id*.

*34. * At si ex senectute aliave imbecillitate id est, recte inungi potest et melle quam optimo, et cyprino, et oleo vetere. Commodissimum tamen est balsami partem unam, et olei veteris, aut cyprini partes duas, mellis quam acerrimi partes tres miscere. [1] Vtilia hic quoque medicamenta sunt quae ad caliginem proxime, quaeque ad extenuandas cicatrices supra comprehensa sunt. Cuicumque vero oculi caligabunt, huic opus erit multa ambulatione atque exercitatione; frequenti balneo; ubi totum quidem corpus perfricandum est, [2] praecipue tamen caput, et quidem irino, donec insudet; velandumque postea, nec detegendum antequam sudor et calor domi conquierint. Tum cibis utendum acribus et extenuantibus; interpositisque aliquibus diebus, ex sinapi gargarizandum.

*35. * Suffusio quoque, quam Graeci ὑπόχυσιν nominant, interdum [1] oculi potentiae, qua cernit, se opponit. Quod [2] si inveteravit, manu curandum est: inter initia nonnumquam certis observationibus discutitur. Sanguinem ex fronte vel naribus mittere; in temporibus venas adurere; gargarizando pituitam evocare; suffumigare; oculos acribus medicamentis inungere expedit. Victus optimus est qui pituitam extenuat.

*36. * [1] Ac ne resolutio quidem oculorum, quam παράλυσιν Graeci nominant, alio victus modo, vel aliis medicamentis curanda est. Exposuisse tantum genus vitii satis est. Igitur interdum evenit [2] modo in altero oculo, modo in utroque, aut ex ictu aliquo, aut ex morbo comitiali, aut ex distentione nervorum, qua vehementer ipse [3] oculus concussus est, ut is neque quoquam intendi possit, neque omnino consistat; sed huc illucve sine ratione moveatur, ideoque ne conspectum quidem rerum praestet.

*37. * Non multum ab hoc malo distat id quod μυδρίασιν Graeci

1. *Vtilia hic quoque)* Reposui *hic* pro *hoc*, quod habent Cod. Med. 1. et Vat. VIII. In aliis Codd. legitur *Vtilia huic quoque*; in libris editis, *Vtilia quoque huic*.

2. *praecipue tamen caput, et quidem irino)* Lindenius, *praecipue tamen caput ex irino*.

1. *oculi potentiae, qua cernit)* Ita in Codd. paene omnibus, et in plerisque Editionibus. Celsus lib. 7. cap. 7. sect. 14. ubi de hoc oculi vitio iterum agit, eodem sensu ita scribit: *concrescit humor sub duabus tunicis . . . isque paulatim indurescens interiori potentiae se opponit*. Cod. Vat. VIII. habet *oculi potentium quae cernit*. In Med. 1. legitur *oculi lippientium*; duae sequentes voces a Palavicino erasae fuerunt. Is reposuit *qua cernit*, et *potentiae* pro *lippientium*. Edd. Salingiacensis, et Pantiniana habent *oculi pituitae qua cernit*; Lindeniana, *oculi pupillae, qua cernit*.

2. *si inveteravit, manu curandum est: inter initia &c.)* Ita Codd. Mss. atque Ed. princeps; ceterae Edd. *si inveteraverit, manu curandum est: inter initia nonnumquam etiam certis observationibus discutitur*.

1. *Ac)* Caesarius, Pantinus, et Lindenius, *At*.

2. *modo in altero oculo)* Lindenius, *modo in uno oculo*.

3. *oculus concussus est)* Lindenius, *oculus convulsus est*.

vocant. Pupilla [1] funditur et dilatatur, aciesque ejus [2] hebetescit, [3] ac paene caligat. Difficillime genus id imbecillitatis eliditur. In utraque vero [4] [id est et paralysi et mydriasi] pugnandum est per eadem omnia quae in caligine oculorum praecepta sunt, paucis tantum mutatis: siquidem ad caput irino interdum acetum, interdum nitrum adjiciendum est; [5] melle inungi satis est. Quidam in posteriore vitio calidis aquis usi, relevatique: quidam sine ulla manifesta causa subito obcaecati sunt. Ex quibus nonnulli, cum aliquandiu nihil vidissent, repentina profusione alvi lumen receperunt. Quo minus alienum videtur et recenti re, et interposito tempore medicamentis quoque moliri dejectiones, quae omnem noxiam materiam in inferiora depellant.

* Praeter haec imbecillitas oculorum est, [1] ex qua quidam interdiu satis, noctu nihil cernunt: [2] quod in feminam bene respondentibus menstruis non cadit. Sed sic laborantes inungi oportet [3] sanie jecinoris, maxime hircini, [4] sin minus caprini, ubi id assum coquitur, excepta: atque edi quoque ipsum jecur debet. Licet tamen etiam iisdem medicamentis non inutiliter uti, quae vel cicatrices, vel aspritudinem extenuant. [5] Quidam contrito semini portulacae mel adjiciunt eatenus, ne id ex specillo destillet, 38.

1. *funditur et dilatatur)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *effunditur et dilatatur*; Cod. Venet. et Ed. Lindenii, *diffunditur et dilatatur*. Verba fundo et dilato jungit etiam Cicero lib. 3. cap. 15. de Fin. *Sed quamquam negent, nec virtutes nec vitia crescere: attamen utrumque eorum fundi quodammodo, et quasi dilatari putant.*

2. *hebetescit)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. quam lectionem Rhodius confirmat loco illo Plinii lib. 28. cap. 7. sect. 23. *certum est, aciem in cultris tonsorum hebetescere*; et ex Corn. Frontone de Different. Vocum, *Hebescit, quod natura obstupescit*; *hebetescit, quod amittit aciem*. Alii Codd. et omnes Edd. habent *hebescit*.

3. *ac paene caligat. Difficillime genus id &c.)* Ita Ed. Lindenii; Codd. Mss. atque Edd. antiquae, *ac paene difficillime genus id &c.* Ed. Constantini in margine, *ac pene caligatur. Difficillime genus id &c.*

4. *[id est et paralysi et mydriasi])* Interpretatio ex margine adscita. Lindenius legit *id est paralysi et mydriasi.*

5. *melle inungi satis est)* Sic sect. 26. hujus cap. *inungi acribus medicamentis*; et sect. 34. *recte inungi potest, et melle quam optimo, et cyprino, et oleo vetere.* Lindenius legit *oculos vero melle inungi satis est*; ut habet in margine Ed. Constantini.

1. *ex qua quidam &c.)* Codd. Med. 1. et Vat. VIII. atque Edd. Gryph. Pant. Constant. Steph. et Linden. *ex qua quidem &c.*

2. *quod in feminam bene respondentibus menstruis non cadit)* ex lib. 2. Praedict. sect. 29.

3. *sanie jecinoris)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. habent *sancti jocinoris*; et infra, *ubi id assum coquitur, excepta*. Palavicinus recte emendavit, *sanie*. Plinius quoque lib. 28. cap. 11. sect. 47. tradit hoc vitium *inassati jocineris* caprini *sanie inungi*; et Dioscorides lib. 2. cap. 47. ita scribit: *Caprae inassati jecinoris decidua sanie inungi lusciosos, prodest.* In aliis Codd. et in Edd. Manutianis pro *sanie* legitur *sanguine*; in ceteris Edd. *humore*.

4. *sin minus)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *si minus*.

5. *Quidam contrito semini portulacae mel adjiciunt)* In libris omnibus mendose est *semine* pro *semini*.

eoque inungunt. [6] Exercitationibus, balneo, frictionibus, gargarizationibus iisdem his quoque utendum est.

39. * Et haec quidem in ipsis corporibus oriuntur. Extrinsecus vero interdum [1] sic ictus oculum laedit, ut sanguis in eo suffundatur. Nihil commodius est quam sanguine vel columbae, vel [2] palumbi, vel hirundinis inungere. Neque id sine causa fit; cum [3] horum acies extrinsecus laesa interposito tempore in antiquum statum redeat, celerrimeque hirundinis. Vnde etiam locus fabulae factus est, [4] per parentes id herba restitui, [5] quod per se sanescit. Eorum ergo sanguis nostros quoque oculos ab externo casu commodissime tuetur hoc ordine; ut sit hirundinis optimus, deinde palumbi, [6] minime efficax columbae et illi ipsi, et nobis. Supra percussum vero oculum ad inflammationem leniendam non est alienum imponere etiam [7] cataplasma. [8] Sal ammoniacus, vel quilibet alius [9] quam optime teri debet sic, ut ei paulatim oleum adjiciatur, donec crassitudo strigmenti fiat; id deinde miscendum est cum hordeacea farina quae ex mulso decocta sit. Facile autem, recognitis omnibus [10] quae medici prodiderunt, apparere cuilibet potest vix ullum ex iis quae supra com-

6. *Exercitationibus, balneo, frictionibus, gargarizationibus &c.)* In Ed. Lindenii legitur *Vtendum est exercitationibus, balneo, et fricationibus;* reliqua haec *gargarizationibus iisdem his quoque utendum est*, desunt.

1. *sic ictus oculum laedit, ut sanguis in eo suffundatur. Nihil &c.)* Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *si ictus oculum laedit, ut sanguis in eo suffundatur: nihil &c.* Lindenius, *sic ictus oculum laedit, ut sanguis in eo suffundatur. Huic nihil &c.*

2. *palumbi)* Ed. Lindenii tum hic, tum infra, *palumbae*.

3. *horum)* Lindenius legit *harum*, ut est in margine Ed. Constantinianae: at infra et Constantinus, et Lindenius habent, ut alii, *Eorum*.

4. *per parentes id herba restitui)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. atque Edd. sex primae, Caesariana, et Ruelliana, *aut per parentes, aut id herba restitui;* ceterae Edd. *aut per parentes, aut id herba chelidonia* (Edd. Manutianae *chelidonio*) *restitui*. Nomen herbae ab aliquo enarratore additum fuit, fortasse ex Plinio, apud quem haec habentur lib. 25. cap. 8. sect. 50. Animalia quoque invenere herbas, inprimisque chelidoniam. Hac enim hirundines oculis pullorum in nido restituunt visum, ut quidam volunt, etiam erutis oculis.

5. *quod per se sanescit)* Vide Redii *Esperienze intorno a cose naturali*.

6. *minime efficax columbae et illi ipsi, et nobis)* Lindenius, *minimum efficax columbae, et sibi ipsi, et nobis*.

7. *cataplasma)* Ita Codd. paene omnes, atque Edd. princeps, et Krausiana; Cod. Med. VI. céteraeque Edd. *cataplasmata*.

8. *Sal ammoniacus)* Ita plerique Codd. atque Ed. princeps; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Sal ammoniacum;* alii Codd. aliaeque Edd. *Sed ammoniacus*. Caesarius, et Pantinus legunt *Sed armeniacus*, lapidem intelligentes; Lindenius, *Sed sal armeniacus*.

9. *quam optime teri debet)* Ita Ed. Lindeniana; ceterae, et Codd. Mss. *quam optimus teri debet*.

10. *quae medici prodiderunt)* Ita ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. nisi quod in iis pro *prodiderunt* est *providerunt*. In aliis Codd. et in libris vulgatis legitur *quae medici quoque prodiderunt*. Quod cum minus probaret Morgagnus, conjecit reponendum esse *quae medici quique prodiderunt*.

prehensa sunt oculi vitium esse, quod non simplicibus quoque et promptis remediis [11] submoveri possit.

* Hactenus in oculis ea reperiuntur, in quibus medicamenta plurimum possunt: ideoque ad aures transeundum est, quarum usum proximum a luminibus natura nobis dedit. Sed in his aliquanto majus periculum est: nam vitia oculorum intra ipsos nocent; aurium inflammationes doloresque [1] interdum etiam ad dementiam mortemque praecipitant. Quo magis inter initia protinus succurrendum est, ne majori periculo locus sit. Ergo ubi primum dolorem aliquis sensit, abstinere et continere se debet. Postero die, si vehementius malum est, caput tondere, idque irino unguento calido perungere et operire. At magnus cum febre vigiliaque dolor exigit, ut sanguis quoque mittatur. Si id aliquae causae prohibent, alvus solvenda est. Cataplasmata quoque calida subinde mutata proficiunt; sive foeni graeci, sive lini, sive alia farina ex mulso [2] decocta est. Recte etiam subinde admoventur spongiae ex aqua calida expressae. Tum levato dolore ceratum circumdari debet ex irino, aut cyprino factum: in quibusdam tamen melius [3] quod ex rosa est proficit. Si vehemens inflammatio somnum ex toto prohibet, adjici cataplasmati debent papaveris cortices fricti atque contriti sic, ut ex his pars dimidia sit; eaque tum [4] simul mixta ex passo decoquuntur. In aurem vero infundere aliquod medicamentum oportet; quod semper ante tepefieri convenit: commodissimeque per strigilem instillatur. Vbi auris repleta est, super lana mollis addenda est quae humorem intus contineat. Et haec quidem communia sunt. Medicamentum vero est et rosae, et [5] radicum arundinis sucus, et oleum in quo [6] lumbrici cocti sint, et humor ex amaris nucibus, aut ex nucleo mali persici expressus. Composita vero ad inflammationem doloremque leniendum haec fere sunt: castorei, papaveris lacrimae pares portiones conteruntur, deinde adjicitur his passum:

* VII. 1.

11. *submoveri)* Ita Med. 1. et plerique alii Codd. atque Edd. Manutiorum, Ruellii, et Pantini; alii Codd. quos inter Vat. VIII. *summoveri*; aliae Edd. *subremoveri*; Lindeniana, *subinde removeri*.

1. *interdum etiam ad dementiam mortemque praecipitant)* ex Aphor. 40. Sect. 5. Celsus lib. 2. cap. 7. dixit, *Auris quoque dolor acutus cum febre continua vehementique saepe mentem turbat: et ex eo casu juniores interdum intra septimum diem moriuntur, seniores tardius.*

2. *decocta est)* Lindenius ommittit *est*.

3. *quod ex rosa est)* Alii, *quod ex rosa factum est*.

4. *simul mixta ex passo decoquuntur)* Cod. Med. 1. habet *simul ex passo mixta decoquatur*. Ego sic mutavi. In Cod. Vat. VIII. legitur *simul ex passo mixtum decoquatur*; in Edd. antiquis ex Palaviciano, *simul ex passo mixto decoquatur*; in margine Constantinianae .... *decoquantur*; in Ed. Lindenii, *simul ex passo, vel mulso decoquuntur*.

5. *radicum arundinis)* Ita in Mss. Vulgo legitur *radicum arundinum*.

6. *lumbrici cocti sint)* Alii omnes, *lumbrici cocti sunt*.

vel papaveris lacrimae, croci, myrrhae par modus sic teritur, ut invicem modo rosa, modo passum instilletur: vel id quod amarum in aegyptia faba est conteritur, rosa adjecta; [7] quibus myrrhae quoque paulum a quibusdam miscetur: vel papaveris lacrima, aut tus cum muliebri lacte: vel amararum nucum cum rosa sucus: vel castorei, myrrhae, papaveris lacrimae pares portiones cum passo: vel [8] croci p. X. ☰. myrrhae, aluminis scissilis, singulorum p. X. ═. quibus [9] dum teruntur, paulatim miscentur passi cyathi tres, mellis minus cyatho; idque ex primis medicamentis est: vel papaveris lacrima ex aceto. Licet etiam compositione uti Themisonis, quae habet castorei, opopanacis, [10] papaveris lacrimae, singulorum p. X. II. [11] spumae lycii p. X IV. quae contrita passo excipiuntur, donec cerati crassitudinem habeant, atque ita reponuntur. [12] Vbi usus requirit, rursus id medicamentum adjecto passo [13] [specillo] teritur. Illud perpetuum est, quotiescumque crassius medicamentum est quam ut in aurem instillari possit, adjiciendum eum esse humorem ex quo id componi debet, donec satis liquidum sit.

* 2. * Si vero pus quoque aures habent, recte lycium per se infunditur, aut irinum unguentum; aut porri sucus cum melle; aut [1] centaurii sucus cum passo; aut [2] dulcis mali punici sucus in ipsius cortice tepefactus, adjecta myrrhae exigua parte. Recte etiam miscentur myrrhae, quam στακτὴν cognominant, p. X. I.

7. *quibus myrrhae quoque paulum a quibusdam miscetur: vel papaveris lacrima, aut tus* &c.) In omnibus libris legitur *quibus myrrhae quoque paulum a quibusdam miscetur, vel papaveris lacrimae, aut tus* &c. Ego pro *papaveris lacrimae* reposui *papaveris lacrima*; et verba aliter distinxi. Galenus loco citato docet, papaveris lacrimam cum muliebri lacte magni usus esse in aurium dolore.

8. *croci* p. X. ☰.) Ita in Cod. Med. I. Vat. VIII. habet *croci* p. X. ═. alii, et omnes Edd. *croci* p. X. I.

9. *dum teruntur*) Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *cum teruntur*.

10. *papaveris lacrimae*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis Codd. et in libris editis additur *ex aceto*; quod perperam repetitum est ex periodo antecedenti.

11. *spumae lycii*) De spuma lycii vide Plinium lib. 24. cap. 14. sect. 77. et Dioscoridem lib. I. cap. 132. Hac utebatur etiam Andromachus in medicamentis ad aurium vitia compositis, ut tradit Galenus lib. 3. cap. I. de C. M. S. L. ubi compositionem quoque Laodici regis describit, quae ex iisdem medicamentis constat, ex quibus haec Themisonis; sed differt ponderum ratione. Constantinus haec adnotavit „ *argenti* (alii, *nitri*) *spumae*, id est λιθαργύρου, *lycii*.» Lindenius legit *spumae nitri*.

12. *Vbi usus requirit*) Ita in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *Vbi usus requiritur*.

13. [*specillo*] *teritur*) *specillo* videtur glossema. Lindenius legit *pistillo teritur*, ut habet in margine Ed. Constantini. Celsus saepe dixit medicamenta terenda esse, sed numquam dixit specillo, aut pistillo id faciendum esse. Vide compositiones in hoc capite, et in superiori, et in cap. 17. lib. 5. descriptas.

1. *centaurii*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. sed *centauri*, simplici *i*; ut supra in compositione Themisonis *lyci* pro *lycii*. Alii Codd. *centauriae*; libri vulgati, *centaureae*.

2. *dulcis mali punici sucus*) Lindenius, *succus mali punici*.

croci tantumdem, nuces amarae [3] xxv. mellis sesquicyathus: quae contrita, cum utendum est, in cortice mali punici [4] tepefiunt. Ea quoque medicamenta quae oris exulcerati causa componuntur, aeque ulcera aurium sanant. Quae si vetustiora sunt, et multa sanies fluit, apta compositio est quae ad auctorem Erasistratum refertur: [5] piperis p. x. =. croci p. x. =-. myrrhae, misy cocti, [6] singulorum p. x. i. aeris combusti p. x. ii. Haec ex vino teruntur: deinde ubi inaruerunt, adjiciuntur passi heminae tres, et simul incoquuntur: [7] cum utendum est, adjicitur his mel et vinum. Est etiam [8] Ptolemaei [chirurgi] medicamentum, quod habet lentisci [9] p. x. =. gallae p. x. =. omphacii p. x. i. sucum punici mali. [10] Est Menophili validum admodum, quod ex his constat: piperis longi p. x. i. castorei p. x. ii. myrrhae, croci, papaveris lacrimae, nardi syriaci, turis, malicorii, ex aegyptia faba partis interioris, nucum amararum, mellis quam optimi, singulorum p. x. iv. quibus [11] dum teruntur, adjicitur acetum quam acerrimum, donec crassitudo in his passi fiat. [12] Est Cratonis: cinnamomi, casiae, singulorum p. x. =. lycii, nardi, myrrhae, singulorum p. x. i. aloes p. x. ii. mellis cyathi tres, vini sextarius: ex quibus lycium cum vino decoquitur, deinde his alia miscentur. At si multum puris, malusque odor est, aeruginis rasae, turis, singulorum p. x. ii. mellis cyathi duo, aceti quatuor simul incoquuntur: ubi utendum est, dulce vinum miscetur. Aut aluminis scissilis, papaveris lacrimae, acaciae suci par pondus miscetur, hisque adjicitur hyoscyami suci dimidio minor quam unius ex superioribus portio; eaque trita ex vino diluuntur. Per se quoque hyoscyami sucus satis proficit.

* Commune vero auxilium adversus omnes aurium casus, jamque usu comprobatum Asclepiades composuit. In eo sunt *3.

3. *XXV.)* Alii, *XV.* alii, p. X. *XV.*

4. *tepefiunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *tepefiant*.

5. *piperis p. X. =. croci p. X. =-.)* Ita Cod. Med. I. Vat. VIII. *piperis p. X. =. croci p. X. =.* alii, atque Edd. sex primae, et Manutianae, *piperis p. X. I. croci p. X. I.* Edd. Gryphii, Pantini, Constantini, et Stephani, *piperis p. X. I. croci p. X. I. =.*

6. *singulorum p. X. I.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *singulorum p. X. II.*

7. *cum utendum est)* Lindenius, *Cum vero utendum est.*

8. *Ptolemaei [chirurgi])* Ita Ed. Lindeniana; ceterae, *Ptolomaei chirurgi*; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Ptolomei cirurgi*; alii, *Ptolomaei chirurgici*. Vox *chirurgi* delenda est. Vide adnot. 4. ad lib. 5. cap. 28. sect. 7.

9. *p. X. =. gallae p. X. =.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *p. X. I. gallae p. X. I.*

10. *Est Menophili)* Lindenius, *Est et Menophili*.

11. *dum teruntur)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae, *cum teruntur*; Ed. Lindenii, *dum conteruntur*.

12. *Est Cratonis)* Constantinus, et Lindenius, *Est et Cratonis*.

cinnamomi, casiae, singulorum p. x. I. floris junci rotundi, [1] castorei, albi piperis, longi, amomi, myrobalani, singulorum [2] p. x. II. turis masculi, nardi syriaci, myrrhae pinguis, croci, spumae nitri, singulorum [3] p. x. III. quae separatim contrita, rursus mixta ex aceto conteruntur; atque ita condita, ubi utendum est, aceto diluuntur. [4] [Eodem modo commune auxilium auribus laborantibus est [5] Polybi sphragis ex dulci vino liquata: quae compositio [6] priore libro continetur.] Quod si et sanies profluit, et tumor est, non alienum est mixto vino per oricularium clysterem eluere, et tum infundere vinum austerum cum rosa mixtum, cui spodii paulum sit adjectum; aut lycium cum lacte; aut herbae sanguinalis sucum cum rosa; aut mali punici sucum cum exigua myrrhae parte.

4. * Si sordida quoque ulcera sunt, melius mulso eluuntur; et tum aliquod ex iis quae supra scripta sunt, quod mel habeat, infunditur. Si magis pus profluit, et caput utique [1] tondendum est, et multa calida aqua perfundendum, et gargarizandum, et usque ad lassitudinem ambulandum, et cibo modico utendum est. Si cruor quoque ex ulceribus [2] apparuit, lycium cum lacte debet infundi; vel aqua in qua rosa decocta sit, suco aut herbae sanguinalis, aut acaciae adjecto. Quod si super ulcera caro increvit, [3] eaque mali odoris saniem fundit, aqua tepida elui debet; tum infundi id quod ex ture et aerugine et aceto et melle fit;

1. *castorei, albi piperis, longi)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae; Ed. Lindeniana, *castorei, albi piperis et longi*, ut est in margine Constantinianae; alii Codd. *castorei, piperis longi*.

2. *p. X. II.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *scripuli* (al. *scrupuli*) *duo*. Vide adnot. 3. ad cap. 27. sect. 8. libri 5.

3. *p. X. III.)* Ita Codd. Mss. atque Ed. princeps; ceterae Edd. p. X. II.

4. [*Eodem modo commune auxilium auribus laborantibus* &c.]) Periodus insititia. Polybi, sive potius Polyidae pastillus a Celso descriptus lib. 5. cap. 20. sect. 2. ad recentia vulnera glutinanda sanandaque aptus est, non ad dolores, inflammationesque leniendas. Qua igitur ratione commune auxilium auribus laborantibus dici potest? Loquendi quoque forma minus apta est. Celsus dixisset, non *Eodem modo*, neque *commune auxilium auribus laborantibus*; sed *item*, et *commune auxilium omnibus aurium vitiis*; neque addidisset *quae compositio priore libro continetur*. Cap. 18. hujus lib. sect. 2. Andronis compositionem, atque emplastrum tetrapharmacum commemorat, et lib. 8. cap. 9. Polyarchi malagma: quae duo loca longius quam hic absunt a lib. 5. neque tamen indicavit, eas compositiones libro illo contineri, id est, ut ipse loqui solet, positas vel propositas esse.

5. *Polybi sphragis)* Ita Edd. sex primae, ambae Manutianae, et Lindeniana; ceterae, *Polybii sphragis*; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Polybis phragis*; alii, *Polybii phragis*.

6. *priore libro)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et antiquae Edd. *priore libello*. Haec quoque varietas indicio est, periodum hanc adscriptitiam esse.

1. *caput utique tondendum est)* Lindenius omittit *est*.

2. *apparuit)* Lindenius, *apparet*.

3. *eaque mali odoris saniem fundit)* Ita in Codd. Mss. Edd. antiquae pro *saniem* habent *sanguinem*. Lindenius legit *eaque mali odoris, et sanguinem fundit*.

aut mel cum aerugine incoctum. Squama quoque aeris cum sandaracha contrita per fistulam recte [4] instillatur.

* Vbi vero vermes orti sunt, si juxta sunt, protrahendi ori- 5.
culario specillo sunt: si longius, medicamentis enecandi; cavendumque ne postea nascantur. Ad utrumque proficit album veratrum cum aceto contritum. Elui quoque aurem oportet vino [1] in quo marrubium decoctum sit. Sub his emortui vermes in primam auris partem [2] prolabuntur, unde facillime educi possunt.

* [1] Sin foramen auris compressum est, et intus crassa sanies 6.
subest, mel quam optimum [2] addendum est. Si id parum proficit, mellis cyatho et dimidio aeruginis rasae p. x. II. adjiciendum est, incoquendumque, et eo utendum. [3] Iris quoque cum melle ad idem proficit. Item galbani p. x. II. [4] myrrhae et fellis taurini, singulorum [5] p. x. = =. vini quantum satis est ad myrrham diluendam.

* Vbi vero gravius aliquis audire coepit; quod maxime post 7.
longos capitis dolores evenire consuevit; in primis aurem ipsam considerare oportet: apparebit enim aut crusta, qualis super ulcera innascitur, aut sordidum coitus. Si crusta est, infundendum est aut oleum calidum, aut cum melle aerugo, vel porri sucus, aut cum mulso nitri paulum: atque [1] ubi crusta a corpore jam recedit, eluenda auris aqua tepida est, quo facilius ea per se

4. *instillatur)* Cum squama aeris, et sandaracha arida sint, videtur legendum *inspiratur*; ut cap. 28. sect. 13. lib. 5. *medicamenta arida in calamum scriptorium conjicienda sunt, isque ori fistulae aptandus, inspirandumque, ut ea medicamenta intus compellantur*; et lib. 7. cap. 27. *ex quibus si qua erunt arida, per scriptorium calamum inspirabuntur*.

1. *in quo marrubium decoctum sit. Sub his emortui vermes)* Plerique Codd. habent *in quo marrubium decoctum est. Sive mortui sub his vermis*. Ego ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. reposui *sit* pro *est*, et *vermes* pro *vermis*. Sed in his desunt duae voces *sub his*. Hac autem dicendi forma Celsus utitur cap. 8. sect. 8. hujus lib. *Sub his enim crustae resolvuntur*, et alibi saepe. Vide adnot. 5. ad sect. 34. cap. 25. lib. 5. Vulgo legitur ex Palavicino; *in quo marrubium decoctum sit. Sic emortui vermes*.

2. *prolabuntur)* Ita aliqui Codd. et Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae, *provocabuntur*; alii Codd. *provocabuntur, prolabuntur*.

1. *Sin)* Lindenius, *Si*.

2. *addendum)* Idem, *indendum*.

3. *Iris quoque cum melle ad idem proficit)* Ita legit Lindenius; alii, *Iris quoque cum melle idem proficit*; Ruellius . . . *idem perficit*. Post haec verba in multis Codd. haec adduntur *mellis, rosae scrip. II.* in libris vulgatis, *Item mellis et rosae scripuli* (in al. *scrupuli*) *duo*: quae ex adnotationibus addita sunt; et absunt a Codd. Med. I. et Vat. VIII.

4. *myrrhae, et fellis taurini)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *myrrhae cum melle, et fellis taurini*.

5. *p. X. = =.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii; *p. p. = =. X. II.* libri vulgati, *p. X. II.*

1. *ubi crusta a corpore jam recedit, eluenda auris aqua tepida est)* Ita plerique Codd. et antiquae Editiones; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *ubi crusta aut corpore jam procedit &c.* Lindenius legit *ubi crusta ex auricula procidit, eluenda est aqua tepida*: quae lectio jure a Morgagno rejicitur.

diducta oriculario specillo protrahatur. Si sordes, [2] eaeque molles sunt, eodem specillo eximendae sunt: at si durae sunt, acetum et cum eo nitri paulum [3] conjiciendum est; eumque emollitae sunt, eodem modo elui aurem, purgarique oportet. Quod si capitis gravitas manet, attondendum idem, et leniter, sed diu perfricandum est, adjecto vel irino vel [4] laureo oleo sic, ut utrilibet paulum aceti misceatur; tum diu ambulandum, leniterque post unctionem aqua calida caput fovendum; cibisque utendum ex imbecillissima et media materia; magisque assumendae dilutae potiones; nonnumquam gargarizandum est. Infundendum autem in aurem castoreum cum aceto et laureo oleo et suco radiculae corticis; aut cucumeris agrestis sucus, [5] adjectis contritis rosae foliis. Immaturae quoque uvae sucus cum rosa instillatus adversus surditatem satis proficit.

* 8. * Aliud vitii genus est, ubi aures [1] intra seipsas sonant. Atque hoc quoque fit, ne externum sonum accipiant. Levissimum est ubi id ex gravedine est: pejus ubi [2] ex morbo, capitisve longis doloribus incidit: pessimum ubi, magnis morbis venientibus, maximeque comitiali provenit. Si ex gravedine est, purgare aurem oportet, et spiritum continere, donec inde humor aliquis exspumet. Si ex morbo vel capitis dolore, quod ad exercitationem, frictionem, perfusionem, gargarizationemque pertinet, eadem facienda sunt: cibis non utendum nisi extenuantibus; in aurem dandus radiculae sucus cum rosa, vel cum suco radicis ex cucumere agresti; [3] vel castoreum cum aceto et laureo oleo. Veratrum quoque ex aceto conteritur, deinde melle cocto excipitur, et inde collyrium factum in aurem demittitur. Si sine his coepit, ideoque novo metu terret, in aurem dari debet castoreum cum aceto, [4] vel irino, aut laurco oleo; aut huic mixtum castoreum cum suco nucum amararum; aut myrrha et nitrum cum rosa et aceto. Plus tamen in hoc quoque proficit victus ra-

2. *eaeque molles)* Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *aeque molles*.

3. *conjiciendum)* Caesarius, Ruellius, Pantinus, Lindenius, *injiciendum*.

4. *laureo)* Multi Codd. habent *laurino* tum hic, tum infra.

5. *adjectis contritis rosae foliis)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *additis contritis rosae foliis*; Ed. Lindenii, *contritis rosae foliis adjectis*.

1. *intra seipsas sonant)* Quidam Codd. atque Ed. Lindenii, *intra se ipsae sonant.*

2. *ex morbo)* Ita plerique Codd. et Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae, *ex morbis*. Infra omnes libri, *si ex morbo*.

3. *vel castoreum cum aceto)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. iidemque in periodo sequenti, *Veratrum quoque ex aceto conteritur*; alii Codd. et omnes Edd. *vel castoreum ex aceto*, et *Veratrum quoque cum aceto conteritur*.

4. *vel irino, aut laurco oleo)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *vel irino, aut ex laureo oleo*; omnes Edd. *vel irino, vel laureo oleo*.

tio: eademque facienda sunt quae supra comprehendi, cum majore quoque diligentia; et praeterea, donec is sonus finiatur, a vino abstinendum. Quod si simul et sonus est, et inflammatio, laureum oleum conjecisse abunde est, aut id quod ex amaris nucibus exprimitur; quibus quidam vel castoreum, vel myrrham miscent.

* Solet etiam interdum in aurem aliquid incidere, ut calculus, aliquodve animal. Si pulex intus est, compellendum eo lanae paulum est; [1] quo ipse is subit, et simul extrahitur. Si non est secutus, aliudve animal est, specillum lana involutum in resinam quam glutinosissimam, maximeque terebinthinam demittendum, idque in aurem [2] conjiciendum, ibique vertendum est: utique enim comprehendet et eximet. Sin aliquid exanime est, specillo oriculario protrahendum est, aut hamulo retuso paulum recurvato: si ista nihil proficiunt, potest eodem modo resina protrahi. [3] Sternumenta quoque admota id commode elidunt, aut oriculario clystere aqua vehementer intus compulsa. [4] Tabula quoque collocatur, media inhaerens, capitibus utrimque pendentibus, superque eam homo deligatur in id latus versus, cujus auris eo modo laborat, sic, [5] ut extra tabulam non emineat; tum malleo caput tabulae quod a pedibus est feritur; atque ita concussa aure, id quod inest excidit. * 9.

* [1] Nares vero intus exulceratas fovere oportet vapore aquae calidae. [2] Id et spongia expressa atque admota fit, et subjecto vase oris angusti, calida aqua repleto. Post id fomentum illinenda ulcera sunt aut plumbi recremento, aut cerussa, [3] aut ar- * VIII. 1.

1. *quo ipse is subit)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae. Pro *quo* aliqui Codd. habent *quas*; Constantinus mavult *quam*; Lindenius legit *quo ipse si subit*.

2. *conjiciendum)* Lindenius, et alii cum Caesario, *injiciendum*.

3. *Sternumenta)* Ita in Cod. Vat. VIII. Med. I. habet *sternutamenta*, sed syllaba *ta* expuncta est ab antiqua manu; alii Codd. et omnes libri vulgati *sternutamenta*. Hoc loco sternumenta ponuntur pro medicamentis sternumenta excitantibus.

4. *Tabula quoque collocatur, media inhaerens, capitibus utrimque pendentibus)* Lindenius haec verba ita dividit: *Tabula quoque collocatur media, inhaerens capitibus utrinque pendentibus*; sed perperam.

5. *ut extra tabulam non emineat)* Ita in Ed. Lindenii. In antiquis libris deest particula *non*. Similem rationem excutiendi ea quae in aurem inciderunt, proponit Galenus lib. 3. cap. 1. de C. M. S. L.

1. *Nares vero intus exulceratas)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Gryphii, Constantini, et Lindenii, *Nares vero exulceratas*.

2. *Id et spongia expressa atque admota fit, et subjecto &c.)* Ita legit Lindenius; alii, *id est spongia expressa atque admota. fit et subjecto &c.*

3. *aut argenti spuma. cum quodlibet horum aliquis conterit, eique dum teritur &c.)* Lindenius, *aut argenti spuma, cum quodlibet horum aliquis conterit, ei, dum teritur, invicem vinum et oleum myrteum adjiciat.*

genti spuma; cum quodlibet horum aliquis conterit, eique dum teritur, invicem vinum et oleum myrteum adjicit, donec mellis crassitudinem fecerit. Sin autem ea ulcera [4] circa os sunt, pluresque crustas et odorem foedum habent; quod genus Graeci ὄζαιναν appellant; sciri quidem debet vix ei malo posse succurri: nihilo minus tamen haec tentari possunt; ut caput ad cutem tondeatur, assidueque vehementer perfricetur; [5] multa calida aqua perfundatur; [6] multa item ambulatio sit; cibus modicus, neque acer, neque valentissimus. Tum in narem ipsam mel cum exiguo modo resinae terebinthinae conjiciatur; quod specillo quoque involuto lana fit; attrahaturque spiritu is sucus, donec in ore gustus ejus sentiatur: sub his enim crustae resolvuntur, quae tum per sternumenta elidi debent. Puris ulceribus vapor aquae calidae subjiciendus est: deinde adhibendum aut lycium ex vino dilutum, aut amurca, aut omphacium, aut mentae, aut marrubii sucus; aut atramentum sutorium, [7] quod candens factum, deinde contritum sit; aut interior scillae pars contrita, sic, ut horum cuilibet mel adjiciatur: cujus in ceteris admodum exigua pars esse debet; in atramento sutorio tanta, ut ea mixtura [8] liquida fiat; cum scilla utique pars major. Involvendumque lana specillum est, [9] et in eo medicamento tingendum, eoque ulcera implenda sunt: rursusque linamentum involutum et oblongum eodem medicamento illinendum, [10] demittendumque in narem, et ab inferiore parte leniter deligandum. Idque per hiemem et ver bis die; per aestatem et autumnum [11] ter die fieri debet.

4. *circa os sunt)* id est circa eam narium partem, quae ex osse constat. Nares enim *a superciliis angulisque oculorum osse inchoantur ad tertiam fere partem*, ut dicitur lib. 8. cap. 1. Sic autem habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; in aliis Codd. et in Edd. antiquis legitur *circa nares sunt*; in Codice quodam Constantini, *intra nares sunt*. Vide lib. 7. cap. 11.

5. *multa)* Lindenius, *multaque*.

6. *multa intem ambulatio sit)* Sic legendum puto. Cod. Med. I. habet *multae idem ambulatio sit*; alii Codd. et Ed. Lindenii, *multa eidem ambulatio sit*. Vox *eidem* mendosa est pro *idem*; mendosa quoque *idem* pro *item*. Vix dici potest, quam saepe librarii *item* et *idem* inter se commutarint. In Ed. Tornaesii legitur *multa ei ambulatio sit*; in ceteris Edd. *multa ei deambulatio sit*.

7. *quod candens factum)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *concandens factum*; Ed. Lindenii, *quod candefactum*.

8. *liquida fiat)* Ita Cod. Med. I. et Edd. antiquae; alii Codd. et Ed. Lindenii, *liquida sit*.

9. *et in eo medicamento tingendum)* specillum scilicet lana involutum. Ita in Cod. Med. I. Sic cap. 15. hujus lib. *linamentum in rosa tingere*; et cap. 18. sect. 7. *eodem medicamento tinctum linamentum superdandum est*. Alii Codd. et pleraeque Edd. habent *et in eo medicamento intingendum*; Cod. Vat. VIII. et Ed. Lindenii, *et in eo medicamentum tingendum*; Edd. Caesarii, et Ruellii, *et in eo medicamen intingendum*.

10. *demittendumque in narem)* Alii, *demittendumque in nares est*.

11. *ter die fieri debet)* In Ed. Saliugiacensi, et in Lindeniana deest vox *die*.

* [1] Interdum vero in naribus etiam carunculae quaedam similes muliebribus mammis nascuntur; eaeque imis partibus, [2] quae carnosissimae sunt, inhaerent. Has curare oportet medicamentis adurentibus, sub quibus ex toto consumuntur. [3] Polypus vero est caruncula modo alba, modo subrubra, quae [4] narium ossi inhaeret; [5] ac modo ad labra tendens narem implet, modo retro per id foramen quo spiritus a naribus ad fauces descendit adeo increscit, [6] uti post uvam conspici possit; strangulatque hominem, maxime austro aut euro flante: fereque mollis est, raro dura; eaque magis spiritum impedit, et nares dilatat; [7] quae fere καρκινώδης est; itaque attingi non debet. Illud aliud genus fere quidem ferro curatur; interdum tamen inarescit, si addita in narem per linamentum aut penicillum ea compositio est, quae habet minii sinopici, chalcitidis, calcis, sandarachae, singulorum p. ✠. I. atramenti sutorii p. ✠. II. * 2.

* In dentium autem dolore, qui ipse quoque maximis tormentis adnumerari potest, vinum ex toto circumcidendum est: * IX.
[1] a cibo quoque primo abstinendum, deinde eo modico mollique utendum, ne mandentis dentes irritet: tum extrinsecus admovendus per spongiam vapor aquae calidae, imponendumque ceratum ex cyprino aut irino factum, lanaque id comprehendendum, caputque velandum est. Quod [2] si gravior is dolor est, utiliter et alvus ducitur, et calida cataplasmata [3] super maxillas imponuntur, et ore humor calidus cum medicamentis aliquibus continetur, saepiusque mutatur. Cujus rei causa et quinquefolii radix in vino mixto coquitur; et hyoscyami radix vel in posca,

1. *Interdum vero in naribus etiam carunculae &c.)* Ita in Mss. Edd. antiquae habent *Interdum vero etiam in naribus carunculae &c.* Ed. Lindenii, *Interdum vero in naribus carunculae &c.*

2. *quae carnosissimae sunt)* Lib. 8. cap. 1. *nares primum a superciliis angulisque oculorum osse inchoantur ad tertiam fere partem: deinde in cartilaginem versae, quo propius ori descendunt, eo magis caruncula quoque molliuntur.* Lindenius legit *quae cartilaginosae sunt*, ut habet codex quidam apud Constantinum.

3. *Polypus)* Caesarius, Ruellius, et Lindenius, Πολύπους. Sed latina voce polypus multo ante Lindenium usus est Cato cap. 157. R. R.

4. *narium ossi)* Ita plerique Codd. et omnes antiquae Editiones; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *narium ossibus*.

5. *ac modo ad labra tendens)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *et modo ad labra pendens*; Ed. Lindenii, *et modo ad labra tendens*.

6. *uti post uvam &c.)* Lindenius, *ut post uvam &c.*

7. *quae fere)* Lindenius, *fereque*.

1. *a cibo quoque primo abstinendum)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *cibo quoque &c.*

2. *si gravior is dolor est)* Sic cap. proximo, *si major is tumor est*. Ita habent plerique Codd. et omnes Edd. antiquae; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *si gravior dolor est*.

3. *super maxillas imponuntur)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Ed. Lindenii, *super maxillam injiciuntur*; Edd. antiquae, *super maxillas injiciuntur*.

vel [4] in vino mixto sic, ut paulum his salis adjiciatur; et papaveris non nimium aridi cortices, et mandragorae radix eodem modo. Sed in his tribus utique vitandum est, ne quod haustum erit devoretur. Ex populo quoque alba cortex radicis in hunc usum in vino mixto recte coquitur; [5] et in aceto [6] cornu cervini ramentum; et nepeta [7] cum teda pingui; ac ficus item pinguis vel in mulso, vel in aceto et melle; ex quibus cum ficus [8] decocta est, is humor percolatur. Specillum quoque lana involutum in calidum oleum demittitur, [9] eoque ipse dens fovetur. Quin etiam quaedam quasi cataplasmata [10] in dentem ipsum illinuntur: [11] ad quem usum ex malo punico acido atque arido malicorii pars interior cum pari portione et gallae et pinei corticis conteritur, misceturque his minium; eaque contrita aqua pluviatili [12] coguntur: aut panacis, papaveris lacrimae, peucedani, uvae taminiae sine seminibus pares portiones conteruntur: aut galbani partes tres, papaveris lacrimae pars quarta. Quidquid dentibus admotum est, nihilo minus [13] supra maxillas ceratum, quale supra posui, esse debet, lana obtectum. Quidam etiam myrrhae, cardamomi, singulorum p. x. I. croci, pyrethri, [14] ficorum partes, singulorum p. x. IV. sinapis p. x. VIII. contrita linteolo illinunt, imponuntque in humero partis ejus qua dens dolet; si is superior est, a scapulis; si inferior, a pectore: idque dolorem levat; et cum levavit, protinus submovendum est. Si vero exesus est dens, festinare ad eximendum eum, [15] nisi res cogit, non est necesse: sed tum omnibus fomentis quae supra posita sunt adjiciendae quaedam valentiores compositiones sunt, quae dolorem levant; [16] qualis Herae est. Habet autem papaveris lacrimae p. x. I.

4. *in vino mixto)* In omnibus libris additur *coquitur*; ex glossemate.

5. *et in aceto)* Lindenius, *aut in aceto*.

6. *cornu cervini ramentum)* Alii, *cornu cervinum rasum*.

7. *cum teda pingui; ac ficus item pinguis)* Ita Edd. antiquae, ex Palavicino. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. legitur *cum teda pingui, ac ficu item pingui;* in aliis, *cum teda pingui, ac ficus pinguis;* in Ed. Lindenii, *cum teda ac ficu pingui: item ficus pinguis*.

8. *decocta)* Aliqui Codd. et Ed. Lindenii habent *discocta*.

9. *eoque ipse dens fovetur)* Alii legunt *eoque ipso dens fovetur*.

10. *in dentem ipsum illinuntur)* Eodem modo locutus est Celsus cap. 6. hujus lib. *medicamentum in linteolum illinere*. Lindenius legit *in dentem ipsum induntur*.

11. *ad quem usum)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. *ut quem usum*. Vulgo legitur ex Palavicino, *in quem usum*.

12. *coguntur)* Alii, *coquuntur*.

13. *supra maxillas)* Sic in Codd. Mss. Vulgo legitur *supra maxillam*.

14. *ficorum partes)* Duae hae voces aut mendosae sunt, aut addititiae. Caesarius haec adnotat » *pinguium* fortasse legendum, aut *parvarum* ». Sed Celsus scripsisset *ficus pinguis*, ut paulo supra. Lindenius legit *ficorum, piperis*, ut habet Codex quidam apud Constantinum.

15. *nisi res cogit)* Sic infra, *Quod si dolor eximi eum cogit*. Alii omnes legunt *nisi res coegit*.

16. *qualis Herae est. Habet autem &c.)* Ita olim legendum conjeci, cum in Cod.

piperis p. ✱. II. soreos p. ✱. ✱. quae contrita galbano excipiuntur, idque circumdatur. Aut Menemachi, maxime ad maxillares dentes: in qua sunt croci p. ✱. I. cardamomi, turis fuliginis, [17] ficorum partes, pyrethri, singulorum p. ✱. IV. sinapis p. ✱. VIII. Quidam autem miscent pyrethri, piperis, elaterii, singulorum p. ✱. I. aluminis scissilis, papaveris lacrimae, uvae taminiae, sulphuris ignem non experti, bituminis, lauri baccarum, sinapis, singulorum p. ✱. II. Quod si dolor eximi eum cogit, [18] et piperis semen cortice liberatum, et eodem modo bacca hederae conjecta [19] in id foramen dentem findit; isque per testas [20] excidit: [21] et plani piscis, quam pastinacam nostri, τρυγόνα Graeci vocant, aculeus torretur, deinde conteritur, resinaque excipitur, quae denti circumdata hunc solvit: [22] et alumen scissile in id foramen conjectum dentem citat. Sed id tamen involutum lanula demitti commodius est, [23] quia sic, dente servato, dolorem levat. Haec a medicis accepta sunt. Sed agrestium experimento cognitum est, cum dens [24] dolet, herbam mentastrum cum suis radicibus [25] evelli debere, et in pelvem [26] conjici, supraque aquam infundi, collocarique juxta sedentem hominem undique veste contectum; tum in pelvem candentes silices demitti sic, ut aqua tegantur, hominemque eum hiante ore vaporem excipere, ut supra dictum est, undique inclusum. Nam et sudor plurimus sequitur, et per os continens pituita defluit: [27] idque saepe longiorem, semper annuam valetudinem bonam praestat.

Med. I. scriptum invenissem *qualis heae f. Habent autem*; in aliis, *qualis fere est. Habet autem*. Vidi postea in Vat. VIII. plane scriptum esse *qualis Herae est*; sed *habent* pro *habet*. Alia Herae compositio descripta est lib. 5. cap. 22. sect. 3. Vide quae ad eum locum adnotavi. Cod. Med. IV. ab alia manu, et ab eo Edd. antiquae habent *quales hae sunt. Habent autem*. In margine Ed Constantinianae legitur *qualis fere est, quae habet*; in Ed. Lindenii, *quales hae sunt, quae habent*.

17. *ficorum partes)* Ed. Caesarii hic quoque, ut supra, habet in margine *pinguium* pro *partes*. Lindenius ex eodem Constantini Codice legit *ficorum, piperis*.

18. *et piperis)* In Ed. Lindenii deest *et*.

19 *in id foramen)* Lindenius legit, *in ejus foramen*.

20. *excidit)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. omnes habent *excidet*. Lego *excidit*, ut cohaereat tempore cum *solvit* et *citat*. In aliis Codd. est *exciditur*.

21. *et plani piscis, quam pastinacam nostri* &c.) Lindenius legit *plani quoque piscis* (*quem nos pastinacam, Graeci τρυγόνα vocant*) *aculeus* &c.

22. *et alumen scissile in id foramen conjectum)* Lindenius legit *Alumen quoque scissile in foramen conjectum*.

23. *quia sic, dente servato, dolorem levat)* Lindenius, *quia sic et dentem servat, et dolorem levat*.

24. *dolet)* Idem, *doluerit*.

25. *evelli)* Alii, *velli*.

26. *conjici)* Lindenius, *mitti*.

27. *idque saepe longiorem, semper annuam valetudinem bonam praestat)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Simile est illud lib. 4. cap. 4. sect. I. *Vulgo audio, si quis pullum hirundininum ederit, angina toto anno non periclitari*: et id quod est apud Columellam lib. 7. cap. 4. R. R. *Hoc modo curatum pecus, anno scabrum fieri non posse Celsus affirmat*. In aliis Codd. legitur *idque saepe longiorem, sem-*

X. * Si vero tonsillae sine exulceratione [1] per inflammationem intumuerunt, caput velandum est; extrinsecus is locus vapore calido fovendus; multa ambulatione utendum; caput in lecto sublime habendum; [2] gargarizandumque reprimentibus. Radix quoque ea, quam dulcem appellant, contusa et in passo mulsove decocta idem praestat. Leniterque quibusdam medicamentis eas illini non alienum est; quae hoc modo fiunt. Ex malo punico dulci sucus exprimitur, et ejus sextarius [3] leni igne coquitur, donec ei mellis crassitudo sit; tum croci, myrrhae, aluminis scissilis, singulorum p. x. II. per se conteruntur, paulatimque his adjiciuntur vini lenis cyathi duo, mellis unus; deinde priori suco ista miscentur, et rursus leniter incoquuntur: aut ejusdem suci sextarius eodem modo coquitur, atque eadem ratione trita haec adjiciuntur; nardi [4] p. x. —. omphacii p. x. I. cinnamomi, myrrhae, casiae, singulorum p. x. I. Eadem autem haec et auribus et naribus purulentis accomodata sunt. Cibus in hac quoque valetudine lenis esse debet, ne exasperet. Quod si tanta inflammatio est ut spiritum impediat, in lecto conquiescendum; [5] a cibo abstinendum, neque assumendum quidquam, praeter aquam calidam, est; alvus quoque ducenda est; [6] gargarizandum ex fico et mulso; illinendum mel cum omphacio; [7] extrinsecus admovendus, sed aliquanto diutius, [8] vapor calidus, donec ea suppurent, et per se aperiantur. Si pure substante non rumpuntur hi tumores, incidendi sunt: deinde [9] ex mulso calido gargarizandum. At

per annuam valetudinem repraesentat; in Edd. antiquis, *idque saepe longiorem*, *saepe annuam valetudinem bonam praestat*; in Ed. Lindenii, *idque longiorem, saepe annuam valetudinem bonam praestat*.

1. *per inflammationem intumuerunt, caput velandum est; extrinsecus* &c.) Lindenius legit *per inflammationem intumescunt, caput quoque velandum est, et extrinsecus* &c.

2. *gargarizandumque reprimentibus*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae *gargarizandumque est ex reprimentibus*. Celsus modo hac constructione, modo illa utitur. Infra est *ex mulso calido gargarizandum*; in fine vero hujus cap. *eodem furfurum cremore, vel lacte gargarizandum*. Lindenius legit *gargarizandumque reprimentibus medicamentis*.

3. *leni igne coquitur*) Ita ex Constantino. Cato R. R. cap. 95. *igni leni coquito*; Varro lib. I. R. R. cap. 64. *decoquunt in ahenis leni igni*; Plinius lib 21. cap. 19. sect. 73. *lenique igni succus coquitur*. Codd. Mss. atque Edd. antiquae habent *in leni igne coquitur*; Ed. Lindenii *ad lenem ignem decoquitur*.

4. *p. x. —.*) Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. mendose, opinor, pro *p. x. =*. Alii Codd. et Edd. paene omnes habent *p. x.* Edd. Manutianae, *p. x. v.*

5. *a cibo abstinendum*) Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *cibo abstinendum*.

6. *gargarizandum ex fico et mulso; illinendum* &c.) Lindenius, *gargarizandumque ex fico et mulso: illinendumque* &c.

7. *extrinsecus*) Ita in Ed. Lindenii; in veteribus libris mendose, *intrinsecus*.

8. *vapor calidus*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii. Sic sub initium hujus cap. *extrinsecus is locus vapore calido fovendus*. In aliis Codd. et in Edd. antiquis legitur *vapor aquae calidae*.

9. *ex mulso calido gargarizandum*) Post haec verba in quibusdam Codd. et in Edd.

si modicus quidem tumor, sed exulceratio est, furfurum cremori ad gargarizandum paulum mellis adjiciendum est, illinendaque ulcera hoc medicamento: passi quam dulcissimi tres heminae ad unam coquuntur; tum adjicitur turis p. x. I. croci, myrrhae, singulorum [10] p. x. II. leniterque omnia rursus fervescunt. Vbi pura ulcera sunt, eodem furfurum cremore, vel lacte gargarizandum est. Atque hic quoque cibis lenibus opus est; quibus adjici dulce vinum potest.

* Vlcera autem oris, si cum inflammatione sunt, et parum * XI.
pura ac rubicunda sunt, optime iis medicamentis curantur, quae supra posita ex malis punicis fiunt: continendusque saepe ore reprimens cremor est, cui paulum mellis sit adjectum. [1] Vtendum ambulationibus, et non acri cibo. [2] Simul atque vero pura ulcera esse coeperunt, lenis humor, interdum etiam quam optima aqua ore continenda est: prodestque assumptum purum vinum, pleniorque cibus, dum acribus vacet: inspergique ulcera debent alumine scissili, cui dimidio plus gallae immaturae sit adjectum. Si jam crustas habent, quales in adustis esse consuerunt, adhibendae sunt [3] eae compositiones, quas Graeci ἀνϑηρὰς nominant. [4] Junci quadrati, myrrhae, sandarachae, aluminis pares portiones: aut croci, myrrhae, singulorum p. x. II. iridis p. x. I. aluminis scissilis, sandarachae, singulorum p. x. IV. junci quadrati p. x. VIII. aut gallae, myrrhae, singulorum [5] p. x. I. aluminis scissilis p. x. II. rosae foliorum p. x. IV. Quidam autem croci [6] p. x. =. aluminis scissilis, myrrhae, singulorum p. x. I. sandarachae p. x. II. junci quadrati p. x. IV. miscent. Priora arida insperguntur; hoc cum melle illinitur; neque ulceribus tantum, sed etiam tonsillis.

Verum ea longe periculosissima [1] ulcera sunt, quas ἄφϑας Graeci appellant; sed in pueris: hos enim saepe consumunt. In viris et mulieribus idem periculum non est. Haec ulcera a gin-

antiquis additur *ex fico*. Lindenius legit *mulso calido gargarizandum*.

10. *p. x. I.)* Ita plerique Codd. atque Edd. Manutiorum, Pantini, et Stephani; Cod. Med. I. *p. x.* —. Vat. VIII. *p. x.* —. Videtur reponendum *p. x. I.* =. In Edd. Gryphii, et Constantini legitur *p. I.* in ceteris, *p. x.*

11. *leniterque omnia rursus fervescunt)* Lindenius legit *iterumque omnia fervescunt*.

1. *Vtendum)* Lindenius, *Vtendumque*.

2. *Simul atque vero)* Lindenius legit *cum vero*.

3. *eae compositiones)* In Ed. Lindenii deest vox *eae*.

4. *Junci quadrati)* Lindenius legit *Habent has junci quadrati*.

5. *p. x. I. aluminis scissilis p. x. II.)* Ita omnes Codd. praeter Med. I. in quo desunt haec verba *p. x. I. aluminis scissilis*. Vulgo legitur *p. x. II. aluminis scissilis p. x. II.* ex Palavicino.

6. *p. x. =.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *p. x. I.* libri editi, *p. x.*

1. *ulcera sunt)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *sunt ulcera*.

givis incipiunt: deinde palatum, totumque os occupant: tum ad uvam faucesque descendunt: quibus obsessis, non facile fit ut puer convalescat. Ac miserius etiam est, si [2] lactens adhuc infans est; quo minus imperari remedium aliquod potest. Sed in primis nutrix cogenda est [3] exerceri et ambulationibus, [4] et iis operibus quae superiores partes movent: mittenda in balneum, jubendaque ibi calida aqua mammas perfundere: tum alenda cibis lenibus, et iis qui non facile corrumpuntur; potione, si febricitat puer, aquae; si sine febre est, vini diluti. Ac [5] si alvus nutrici substitit, ducenda est: si pituita in os ejus [6] coiit, vomere debet. Tum ipsa ulcera perungenda sunt melle, cui rhus, quem syriacum vocant, aut amarae nuces adjectae [7] sint: vel mixtis inter se [8] rosae foliis aridis, pineis nucleis, mentae coliculo, melle: vel eo medicamento quod ex moris fit; quorum sucus eodem modo quo punici mali, ad mellis crassitudinem coquitur, eademque ratione ei crocum, myrrha, alumen, vinum, [9] mel miscetur. Neque quidquam dandum, a quo humor evocari possit. Si vero jam firmior puer est, gargarizare debet iis fere quae supra comprehensa sunt: [10] ac si lenia medicamenta in eo parum proficiunt, adhibenda sunt ea quae adurendo crustas ulceribus inducant, [11] quale est scissile alumen, vel chalcitis, vel atramentum sutorium. Prodest etiam fames et abstinentia quanta maxima imperari potest. [12] Cibus esse debet lenis: ad purganda tamen ulcera, interdum caseus ex melle recte datur.

XII. * Linguae quoque ulcera non aliis medicamentis egent, quam quae prima parte superioris capitis exposita sunt. Sed quae in latere ejus nascuntur diutissime durant. Videndumque est num contra dens aliquis acutior sit, qui sanescere saepe ulcus eo loco non sinit; ideoque limandus est.

XIII. * Solent etiam interdum juxta dentes in gingivis tubercula

2. *lactens)* Ita Edd. Ruellii, Gryphii, Pantini, Constantini, Stephani, et Lindenii; Codd. Mss. et ceterae Edd. *lactans*.

3. *exerceri et ambulationibus)* Particulam *et* restitui ex Mss.

4. *et iis operibus)* Alii, *hisque operibus*.

5. *si alvus nutrici substitit)* Constantinus legit *si alvus nutricis substitit*; Lindenius, *si alvus nutrici subsistit*.

6. *coiit)* Sic reposui pro *coit*.

7. *sint)* Alii omnes, *sunt*.

8. *rosae foliis aridis, pineis nucleis, mentae coliculo, melle)* *coliculo* antiqua forma pro *cauliculo*. In Cod. Med. I. et Vat. VIII. deest vox *aridis*; et pro *mentae* est *menta*. Lindenius legit *rosae foliis aridis, nucleis pini, mentha, collectis cum melle*.

9. *mel miscetur)* Lindenius, *et mel miscetur*.

10. *ac si lenia)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii Codd. et Ed. Lindenii, *Ac si leniora*; Edd. antiquae, *At si lenia*.

11. *quale est scissile alumen)* Lindenius legit *Valens quoque est scissile alumen*.

12. *Cibus esse debet lenis)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Cibus debet esse lenis*.

quaedam oriri dolentia: [1] παρουλίδας Graeci appellant. Haec initio leniter sale contrito perfricare oportet; aut inter se mixtis sale fossili combusto, cupresso, nepeta; deinde eluere os cremore lenticulae, et inter haec hiare, donec pituitae satis profluat. In majore vero inflammatione iisdem medicamentis utendum est, quae ad ulcera oris supra posita sunt: et mollis linamenti paulum involvendum aliqua compositione ex iis quas ἀνθηρὰς vocari dixi; demittendumque id inter dentem et gingivam. [2] Quod si tumor id prohibebit, extrinsecus [3] admovendus erit spongia vapor calidus, imponendumque ceratum. Si suppuratio se ostendet, diutius eo vapore utendum erit; et continendum ore calidum mulsum in quo ficus decocta sit: [4] idque subcrudum incidendum, ne [5] si diutius ibi pus permanserit, os laedat. Quod si major is tumor est, commodius totus exciditur sic, ut ex utraque parte dens liberetur. Pure exempto, si levis plaga est, satis est ore calidam aquam continere, et extrinsecus fovere eodem vapore: si major est, lenticulae cremore uti, iisdemque medicamentis quibus cetera ulcera oris curantur. Alia quoque ulcera in gingivis plerumque oriuntur; quibus eadem quae in reliquo ore succurrunt: maxime tamen mandere ligustrum oportet, sucumque eum ore continere. Fit etiam interdum, ut ex gingivae ulcere, [6] sive παρουλὶς fuit, sive non fuit, [7] diutius pus feratur: quod aut corrupto dente, aut fracto, vel aliter vitiato

1. *παρούλίδας)* Ita habent plerique Codd. atque Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae, *parotidas*; Edd. ceterae, *παροδοντίδας*. Caesarius, et post eum Pantinus, et Constantinus monent legendum esse *παρουλίδας*; atque ita vocari ab Aegineta lib. 6. cap. 27. Ronsseus tamen et Severinus de Nov. Observat. Absces. cap. 6. malunt *παροδοντίδας*.

2. *Quod si tumor id prohibebit)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *Quod si durior id prohibebit*. Ego pro *durior* reposui *tumor*. Sic autem legendum esse manifestum est ex iis quae postea sequuntur: *Quod si major is tumor est*. In aliis Codd. et in omnibus Edd. legitur *Quod si durior erit, et id prohibebit*.

3. *admovendus erit spongia vapor calidus)* Sic reposui ex Mss. Vulgo legebatur *admovendus erit spongiae vapor calidus*, ex Palavicino.

4. *idque)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *itemque*; Ed. Lindenii, *idemque*.

5. *si diutius ibi pus permanserit)* Edd. Salingiacensis, et Lindeniana, *si ibi diutius pus permanserit*.

6. *sive παρουλὶς fuit, sive non fuit)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *sive parvulis fuit, sive non fuit*; alii, *sive parulides fuit, sive non fuit* (al. *non fiunt*); Edd. sex primae, *sive parotides fuit, sive non fuit*; ex Palavicino. Manutii legunt *sive παροδόντις fuit, sive non fuit*; Caesarius, Pantinus, et Stephanus, *sive parodontides* (Steph. *παροδοντίδες*) *sint, sive non sint*; Constantinus, *sive parotides sint, sive non sint*.

7. *diutius pus feratur: quod aut corrupto dente, aut fracto, vel aliter vitiato osse &c.)* Lindenius legit *diutius pus feratur, dente aut corrupto, aut fracto, vel aliter vitiato osse*: sed minus recte. Nam *fracto*, non ad dentem, sed ad os gingivae refertur.

osse: maximeque id per fistulam [8] evenire consuevit. Vbi incidit, locus aperiendus; dens eximendus; testa ossis, [9] si qua abscessit, recipienda est; si quid vitiosi est, radendum. Post quae quid fieri debeat, supra in aliorum ulcerum curatione comprehensum est. Si vero a dentibus gingivae recedunt, eaedem antherae succurrunt. Vtile est etiam pira aut mala non permatura mandere, et ore eum humorem continere. Idemque praestare non acre acetum in ore retentum potest.

XIV. * Vvae vehemens inflammatio terrere quoque debet. Itaque [1] in hac et abstinentia necessaria est; et sanguis recte mittitur; et si id aliqua res prohibet, alvus utiliter ducitur: caputque super haec velandum, et sublimius habendum est: tum aqua gargarizandum in qua simul rubus et lenticula decocta sit. [2] Illinenda quoque ipsa uva vel omphacio, vel galla, vel alumine scissili sic, ut cuilibet eorum mel adjiciatur. Est etiam medicamentum huic aptum, quod andronium appellatur. Constat ex his: alumine scissili, squama aeris rubri, atramento sutorio, galla, myrrha, misy: quae per se contrita mixtaque, rursus paulatim adjecto vino austero teruntur, donec his mellis crassitudo sit. [3] Vbi horum aliquo illita uva est, fere multa pituita decurrit: cumque ea quievit, ex vino callido [4] gargarizandum est. [5] Quod si minor inflammatio est, laser terere, eique adjicere frigidam aquam satis est, eamque aquam cochleari exceptam ipsi uvae subjicere. Ac mediocriter eam tumentem aqua quoque frigida [6] eodem modo subjecta reprimit. [7] Ex eadem autem aqua gargarizan-

8. *evenire)* Ita in Ed. Lindenii; in libris antiquis, *venire*.

9. *si qua abscessit, recipienda est)* Ita in plerisque Codicibus. Lib. 7. cap. 12. sect. 1. eadem ratione dicitur, *incidi gingiva debet, ut labans ossis testa recipiatur*. Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae habent *si qua excessit, recidenda est*; Ed. Lindenii, *si qua decessit, recipienda est*.

1. *in hac et abstinentia)* In Ed. Salingiacensi deest particula *et*, itemque in Edd. Gryphii, Pantini, Constantini, Stephani, et Lindenii.

2. *Illinenda quoque)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Illinenda autem*.

3. *Vbi horum aliquo illita uva est)* In plerisque Codd. et in Edd. antiquis additur *Chelidoniae quoque suco per cochlear illita uva maxime prodest*. Periodus ista insititia est; neque invenitur in Codd. Med. 1. et Vat. VIII. in Vat. V. expuncta est. In Cod. quodam Constantini, atque in Ed. Lindenii superius transfertur, et ita legitur: *Chelidoniae quoque succus* (in Ed. *succo*) *per cochlear illita uva maxime prodest. Vbi horum aliquo &c.*

4. *gargarizandum est)* Restitui verbum *est* ex Codd. Med. 1. et Vat. VIII.

5. *Quod si minor inflammatio est, laser &c.)* Ita plerique Codices; Med. 1. et Vat. VIII. *Quod si minor ea inflammatio est, laser*. Vulgo legitur ex Palavicino, *Quod si minor in ea inflammatio, laser*.

6. *eodem modo subjecta)* Lindenius legit *eodemque modo subjecta*.

7. *Ex eadem autem aqua gargarizandum)* videlicet ex eadem frigida aqua, quae uvae subjicitur.

dum quoque est [3] [quae vel cum lasere, vel sine eo hac ratione uvae subjecta est].

* Si quando autem ulcera oris cancer invasit, [1] primum considerandum est num malus corporis habitus sit, eique occurrendum: deinde ipsa ulcera curanda. Quod si in summa parte id vitium est, satis proficit anthera humido ulceri arida inspersa; sicciori, cum exigua parte mellis illita: si paulo altius, chartae combustae partes duae, auripigmenti pars una: [2] si penitus malum descendit, chartae combustae partes tres, auripigmenti pars quarta; aut pares portiones salis fricti, et iridis frictae; [3] aut item pares portiones chalcitidis, calcis, auripigmenti. Necessarium autem est linamentum in rosa tingere, et super adurentia medicamenta imponere; ne vicinum et sanum locum laedant. Quidam etiam in acris aceti heminam frictum salem conjiciunt, donec tabescere desinat; deinde id acetum coquunt, donec exsiccetur; eumque salem contritum inspergunt. Quoties autem medicamentum injicitur, et ante et post [4] os eluendum est vel cremore lenticulae, vel aqua in qua aut ervum, [5] aut oleae, aut verbenae decoctae sint, sic, ut cuilibet eorum paulum mellis misceatur. Acetum quoque ex scilla retentum ore satis adversus haec ulcera proficit: et ex aceto cocto sali, sicut supra demonstratum est, rursus mixtum acetum. Sed et diu continere utrumlibet, et id bis aut ter die facere, prout vehemens malum est, necessarium est. Quod si puer est cui id incidit, specillum lana involutum in medicamentum demittendum est, et super ulcus tenendum; ne per imprudentiam adurentia devoret. [6] Si dolor in gingivis est, * XV.

3. [*quae vel cum lasere, vel sine eo hac ratione uvae subjecta est*]) Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis Codd., et in Edd. antiquis pro *ratione* est *curatione*; in Edd. Salingiacensi, Gryphiana, Constantiniana deest *quae*; Constantiniana in margine habet » *vel sine eo. Ac de curatione uvae productae per manum ratio subjecta est*. nempe lib. 7. cap. 12. ». Lindenius legit *vel cum lasere, vel sine eo. At curationis uvae productae per manum ratio subjecta est*. Omnia haec ab interpretibus addita sunt.

1. *primum*) Lindenius, et alii legunt *primo*, ut habet Ed. Salingiacensis.

2. *si penitus*) Lindenius, *si penitius*.

3. *aut item*) Idem, *aut etiam*.

4. *os eluendum*) Libri omnes habent *os diluendum*. Ego reposui *os eluendum*. Sic cap. 13. hujus lib. *os eluere cremore lenticulae*; lib. 7. cap. 12. sect. 2. *os aceto eluere*.

5. *aut oleae, aut verbenae*) oleae ipsae, an oleae folia? nam haec verbenis jam adnumeratae sunt lib. 2. c. 33. Fortasse aut vox *oleae*, aut vox *verbenae* ex margine irrepsit. Id ex eo quoque suspicari potest, quod in Codd. Med. I. et Vat. VIII. est *aut oleae verbenae*.

6. *Si dolor in gingivis est*) Ita habet Cod. Med I. sed duae voces *dolor in* scriptae sunt ab alia manu, erasa priore scriptura. In ceteris Codd. legitur *Si in gingivis est*; in Edd. antiquis, *Et si dolor in gingivis est*; in Ed. Lindenii, *At si dolor in gingivis est*. Ego legendum puto *Si ulcus in gingivis est*. Sermo enim est, non de dolore gingivarum, sed de ulceribus, quorum curationem dentes qui moventur impediunt.

moventurque aliqui dentes, [7] ejici eos oportet: nam curationem vehementer impediunt. Si nihil medicamenta proficient, ulcera erunt adurenda. Quod tamen in labris ideo non est necessarium, quoniam excidere commodius est. Et id quidem aeque adustum atque excisum, sine ea curatione [8] quae [corpori] manu adhibetur, impleri non potest. Gingivarum vero ossa, quae hebetia sunt, in perpetuum ustione nudantur: neque enim postea caro increscit. Imponenda tamen adustis lenticula est, donec sanitatem, qualis esse potest, recipiant.

XVI. * Haec in capite fere medicamentis egent. Sub ipsis vero auribus oriri [1] parotides solent, modo in secunda valetudine, ibi inflammatione orta; modo post longas febres illuc impetu morbi converso. Id abscessus genus est: itaque nullam novam curationem desiderat. Animadversionem tantummodo hanc habet necessariam; [2] quia si sine morbo id intumuit, [3] primum reprimentium experimentum est; si ex adversa valetudine, illud inimicum est, maturarique et quam primum aperiri commodius est.

XVII. * Ad umbilicos vero prominentes, ne manu ferroque utendum sit, ante tentandum est ut abstineant; alvus his ducatur; imponatur super umbilicum id quod ex his constat; [2] cicutae et fuliginis, singulorum p. X. I. cerussae elotae [3] p. X. IV. plumbi eloti p. X. VIII. ovis duobus; quibus etiam solani sucus adjicitur. Hoc diutius impositum esse oportet; et interim conquiescere hominem; cibo modico uti sic, ut vitentur omnia inflantia.

XVIII. * Proxima sunt ea quae ad partes obscoenas pertinent: qua-
1. rum apud Graecos vocabula et tolerabilius se habent, et accepta jam usu sunt; cum in omni fere medicorum volumine atque sermone jactentur: apud nos foediora verba, ne consuetudine

7. *ejici)* Veteres libri habent *refici*. Lindenius legit *refigi*, ut est in margine Ed. Constantinianae; Krausius, *rejici*; et adnotat, aut sic legendum, aut *ejici*. Ego reposui *ejici*, quo verbo Celsus utitur lib. 7. cap. 5. sect. 4. *quae ratio in dentibus quoque ejiciendis est.*

8. *quae [corpori] manu adhibetur)* Vide lib. 7. cap. 9. Vox *corpori* videtur glossema.

1. *parotides)* Ita in Codd. Mss. atque in Edd. sex primis; in Edd. ceteris, *παρωτίδες*.

2. *quia si)* Lindenius legit *ut si*.

3. *primum reprimentium experimentum est)* Ita in Codd. Med. 1. et Vat. VIII. atque in Edd. antiquis. Alii Codd. habent *primum reprimendum experimentibus est*. Constantinus adnotat, quosdam esse qui ita legendum putent: *primum reprimentibus experiendum est*: quae lectio verior videtur. Ed. Lindenii habet *primum reprimentibus experimentum fiat*.

1. *ut abstineant; alvus his ducatur)* Ita legunt Caesarius, Pantinus, Constantinus, et Stephanus; Lindenius, *ut abstineant; alvus his ducetur*; alii, *ut abstineat; alvus his ducatur*, ut habent Codd. Mss.

2. *cicutae et fuliginis)* Videtur legendum *cicutae et turis fuliginis*.

3. *p. X. IV.)* Cod. Med. et Vat. VIII. *p. X. VI.*

quidem aliqua verecundius loquentium [1] commendata sunt: ut [2] difficilior haec explanatio sit simul et pudorem et artis praecepta servantibus. Neque tamen ea res a scribendo deterrere me debuit: primum ut omnia quae salutaria accepi comprehenderem: dein quia in vulgus eorum curatio etiam praecipue cognoscenda est, quae invitissimus quisque alteri ostendit.

* Igitur si ex inflammatione coles intumuit, reducique summa 2.
cutis, aut rursus induci non potest, multa calida aqua fovendus locus est. Vbi vero glans contecta est, oriculario quoque clystere inter eam cutemque aqua calida inserenda est. Si mollita sic et extenuata cutis [1] ducenti paruit, expeditior reliqua curatio est: si tumor vicit, imponenda est vel lenticula, vel marrubium, vel oleae folia ex vino cocta, sic, ut cuilibet eorum dum teritur, mellis paulum adjiciatur: sursumque coles ad ventrem deligandus est; quod in omni curatione ejus necessarium est. Isque homo continere se, et abstinere a cibo debet, et potione aquae tantum a siti vindicari. Postero die rursus adhibendum iisdem rationibus aquae fomentum est, [2] et cum vi quoque experiendum an cutis sequatur: eaque si non parebit, [3] leviter summa scalpello concidenda erit: nam cum sanies profluxerit, extenuabitur is locus, et facilius cutis ducetur. Sive autem hoc modo victa erit, [4] sive numquam repugnaverit, ulcera vel in cutis [5] interiore parte, vel in glande, ultrave eam in cole reperientur: quae necesse est aut pura siccaque sint, aut humida et purulenta. Si sicca sunt, primum aqua calida fovenda sunt: deinde imponendum lycium ex vino est, aut amurca cocta cum eodem, aut cum rosa butyrum. [6] Si tenuis iis humor inest, vino eluenda sunt: tum [7] butyro et rosae mellis paulum, et resinae

1. *commendata)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Manutiorum, et Constantini, *accomodata*.

2. *difficilior)* Ita Codd. Med. I. et Vat. VII. alii, et libri editi, *difficilis*.

1. *ducenti paruit)* sive reducenti, sive inducenti. Sic infra, *facilius cutis ducetur*. Lindenius legit *reducenti paruit*, ut habet in margine Ed. Constantini.

2. *et cum vi quoque experiendum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et pleraeque Edd. *et cum vi quoque experiundum*; alii, et Ed. Lindenii, *et tum vi quoque experiundum*.

3. *leviter summa scalpello concidenda erit)* summa cutis. Alii legunt cum Caesario, *leviter summo scalpello* &c.

4. *sive numquam repugnaverit)* Ita habent Codd. Mss. et pleraeque Editiones. In Edd. 1481. 1493. 1497. 1516. 1524. legitur *sive umquam repugnaverit*: et fortasse rectius. Nam de cute agitur, quae neque reduci, neque rursus induci potest. Morgagnus tamen, utra lectio verior sit non decernit.

5. *interiore parte)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Krausiana; in Codd. Mss. et in ceteris Edd. *ulteriore parte*.

6. *Si tenuis iis humor inest)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. princeps, *Si levis is humor inest*; alii Codd. *Si levis humor est*; aliae Edd. *Si levis his humor est*.

7. *butyro et rosae mellis paulum* &c.) Ita habent Codd. Mss. sed Med. I. et Vat. VIII. *mellis*; alii mendose, *mollis*. In Edd. antiquis legitur *butyri, et rosae mollis paulum*; in margine Constantinianae, *butyri*,

terebinthinae pars quarta adjicienda est, eoque utendum. At si pus ex iis profluit, ante omnia elui mulso calido debent: tum imponi piperis p. X. I. [8] myrrhae p. X. I. croci, misy cocti, singulorum p. X. II. quae ex vino austero coquuntur, donec mellis crassitudinem habeant. Eadem autem compositio tonsillis, uvae madenti, oris nariumque ulceribus accommodata est. [9] Aliud ad eadem; [10] piperis p. X. ≐. myrrhae p. X. =. croci p. X. = =. [11] misy cocti p. X. I. aeris combusti p. X. II. quae primum ex vino austero conteruntur; deinde ubi inaruerunt, iterum teruntur ex passi tribus cyathis, et incoquuntur, donec visci crassitudinem habeant. AErugo quoque cum cocto melle; [12] et ea quae ad oris ulcera supra comprehensa sunt [curant]: aut Erasistrati compositio, aut Cratonis recte super purulenta naturalia imponitur. Folia quoque oleae [13] ex novem cyathis vini coquuntur; his adjicitur aluminis scissilis p. X. IV. lycii p. X. VIII. mellis sesquicyathus: ac si plus puris est, id medicamentum ex melle; si minus, ex vino diluitur. Illud perpetuum est, post curationem, dum inflammatio manet, quale supra positum est, cataplasma superdare, et quotidie ulcera eadem ratione curare. Quod si pus et multum, et cum malo odore coepit profluere, elui cremore lenticulae debet sic, ut ei mellis paulum adjiciatur: aut oleae, vel lentisci folia, vel marrubium decoquendum est, eoque humore eodem modo cum melle utendum: imponendaque eadem; aut etiam omphacium cum melle; aut id quod ex aerugine et melle ad aures fit; aut compositio Andronis; aut anthera sic, ut ei paulum mellis adjiciatur. Quidam ulcera omnia de quibus adhuc dictum est, lycio ex vino curant. Si vero ulcus latius atque altius serpit, eodem modo elui debet: imponi vero aut aerugo aut omphacium cum melle; aut Andronis compositio; aut marrubii, myrrhae, croci, aluminis scissilis cocti, rosae foliorum aridorum, gallae, singulorum p. X. I. minii sinopici p. X. II. quae per se singula primum teruntur, deinde juncta iterum melle adjecto, donec liquidi cerati crassitudinem ha-

et rosae, et mellis paulum; in Ed. Lindenii, *butyro rosae et mellis paululum.*

8. *myrrhae. p. X. I.)* Ita Cod. Vat. VIII. Med. I. *myrrhae p. X. =.* Videtur legendum *myrrhae p. X. I. =.* Alii Codd. et libri vulgati habent *myrrhae p. X. II.*

9. *Aliud ad eadem)* oris ulcera &c. Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *Aliud ad eam;* Ed. Lindenii, *Aliud ad idem.*

10. *piperis p. X. =. myrrhae p. X. =. croci p. X. = =.)* Ita Cod. Med. I. alii, et omnes Edd. *piperis p. X. I. myrrhae p. X. I. croci p. X. I.*

11. *misy cocti p. X. I.)* Caesarius, Ruellius, et Lindenius legunt *misyos p. X. I.*

12. *et ea quae ad oris ulcera supra comprehensa sunt [curant]: aut Erasistrati &c.) curant* glossema est. Haec omnia reguntur a verbo *imponitur*, quod est in fine periodi. Lindenius legit *et ea . . . curant. At Erasistrati compositio &c.*

13. *ex novem cyathis vini)* In Ed. Salingiacensi, et in Lindeniana deest vox *vini.*

beant; tum in aeneo vase leniter coquuntur, ne superfluant; cum jam guttae indurescunt, vas ab igne removetur: [14] idque medicamentum, prout opus est, aut ex melle aut ex vino liquatur. Idem autem per se etiam ad fistulas utile est. Solet etiam interdum ad nervos ulcus descendere; profluitque pituita multa, sanies tenuis malique odoris, [15] non coacta, at aquae similis in qua caro recens lota est; doloresque is locus, et punctiones habet. Id genus quamvis inter purulenta est, tamen lenibus medicamentis curandum est; quale est emplastrum τετραφάρμακον ex rosa liquatum sic, ut turis quoque paulum ei misceatur; aut id quod ex butyro, rosa, resina, melle fit; supra vero a me positum est. Praecipueque id ulcus multa calida aqua fovendum est, velandumque, neque frigori committendum. Interdum autem per ipsa ulcera coles sub cute exesus est sic, ut glans excidat. Sub quo casu cutis ipsa circumcidenda est. Perpetuumque est, quoties glans, aut ex cole aliquid vel excidit, vel abscinditur, [16] hanc non esse servandam, ne considat, ulcerique agglutinetur; ac neque reduci possit postea, et fortasse fistulam quoque urinae [17] claudat.

Tubercula etiam, [18] quae φύματα Graeci vocant, circa glandem oriuntur: quae vel medicamentis, vel ferro aduruntur; et cum crustae exciderunt, squama aeris inspergitur, ne quid ibi rursus increscat.

* Haec citra cancrum sunt; qui cum in reliquis partibus, * 3.
tum in his quoque vel praecipue ulcera infestat. Incipit a nigritie: quae si cutem occupavit, protinus specillum subjiciendum, eaque incidenda est; deinde orae vulsella prehendendae; tum quidquid corruptum est, excidendum sic, ut ex integro quoque paulum dematur, idque adurendum. Quoties quid ustum est, id quoque sequitur, ut imponenda lenticula sit; deinde ubi crustae exciderunt, ulcera sicut alia curentur. At si cancer ipsum colem occupavit, inspergenda aliqua sunt ex adurentibus, maximeque id quod ex calce, chalcitide, auripigmento componitur. Si medi-

14. *idque medicamentum, prout opus est)* Ita Codd. Mss. atque Ed. Manutiorum 1547. itemque Edd. Constantini, et Stephani. In Edd. ceteris legitur *idque medicamentum tum, prout opus est*.

15. *non coacta, at aquae similis)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Codd. Mss. et Edd. antiquae habent *non cocta, aut aquae similis*. Sed alias quoque adnotavi in veteribus libris saepe pro *coacta* esse *cocta*, et *aut* pro *at*.

16. *hanc non esse servandam)* Cur non sit servanda, rationem continuo reddit; scilicet, *ne considat, ulcerique agglutinetur*. Lindenius perperam legit *hanc esse servandam*.

17. *claudat)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, atque Edd. sex primae, aliaeque; *cludat*. Gryphius, Pantinus, Constantinus, et Stephanus legunt *includat*; Lindenius, *intercludat*.

18. *quae φύματα Graeci vocant)* Verba addititia. Vide adnot. 1. ad sect. 16. cap. 18. lib. 5.

camenta vincuntur, hic quoque scalpello quidquid corruptum est, sic, [1] ut aliquid etiam integri trahat, praecidi debet. Illud quoque aeque perpetuum est, exciso cancro vulnus esse adurendum. Sed sive ex medicamentis, sive ex ferro crustae [2] occalluerunt, magnum periculum est, ne his decidentibus, ex cole profusio sanguinis insequatur. Ergo longa quiete et immobili paene corpore opus est, [3] donec ex ipso crustae leniter resolvantur. At si vel volens aliquis, vel imprudens, [4] dum ingreditur immature crustas diduxit, et fluit sanguis, frigida aqua adhibenda est: si haec parum valet, decurrendum est ad medicamenta quae sanguinem supprimunt: si ne haec quidem succurrunt, aduri diligenter et timide debet: neque ullo postea motu dandus eidem periculo locus est.

*4. * Nonnumquam etiam id genus ibi cancri, quod φαγέδαινα a Graecis nominatur, oriri solet. In quo minime differendum, sed protinus [1] iisdem medicamentis, et si parum valent, ferro adurendum. Quaedam etiam nigrities est, quae non sentitur, sed serpit; ac si sustinuimus, usque ad vesicam tendit; neque succurri postea potest. [2] Si id in summa glande circa fistulam urinae est, prius in eam tenue specillum demittendum est, ne claudatur; deinde id ferro adurendum: si vero alte penetravit, quidquid occupatum est praecidendum est. Cetera eadem quae in aliis cancris facienda sunt.

*5. * Occallescit etiam in cole interdum aliquid; idque omni paene sensu caret: quod ipsum quoque excidi debet. Carbunculus autem ibi natus, ut primum apparet, [1] per oricularium clysterem eluendus est: deinde ipse quoque medicamentis urendus, maximeque chalcitide cum melle, aut aerugine cum cocto melle, aut ovillo stercore fricto et contrito cum eodem melle. Vbi is excidit, liquidis medicamentis utendum est, quae [2] ad oris ulcera componuntur.

*6. * In testiculis vero si qua inflammatio sine ictu orta est, san-

1. *ut aliquid etiam integri trahat)* Lindenius legit *ut aliquid secum integri trahat.*

2. *occalluerunt)* Stephanus, et Lindenius, *occalluerint.*

3. *donec ex ipso crustae leniter resolvantur)* Plerique Codd. et Edd. antiquae habent *donec ex ipso crustae pure* (Edd. *purae*) *leniter resolvantur*. Ego sustuli vocem *pure*, sive *purae*, quae ex varianti lectione inserta est. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. legitur *donec ex ipso pure eae leniter resolvantur*; scilicet *pure eae* mendose pro *crustae*. Multa alia loca similiter vitiata alibi notabo.

4. *dum ingreditur immature crustas diduxit)* Lindenius, et alii haec verba ita dividunt, *dum ingreditur immature, crustas diduxit.*

1. *iisdem medicamentis)* Ita in Mss. et intelligitur *adurendum est*. Vulgo legitur *iisdem medicamentis occurrendum est*, ex Palavicino.

2. *Si id in summa glande)* Lindenius legit *Sed, si in summa glande.*

1. *per oricularium clysterem)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. atque omnes Edd. *oriculario clystere.*

2. *ad oris ulcera)* Sic olim reposui: *ita*

guis ex talo mittendus est: a cibo abstinendum: [1] imponenda ex faba farina ex mulso cocta, [2] cum cumino contrito et ex melle coacto; aut contritum cuminum cum cerato ex rosa facto; aut lini semen frictum, contritum, et in mulso coctum; aut tritici farina [3] ex mulso cocta cum cupresso; aut lilii radix contrita. At si iidem induruerunt, imponi debet lini vel foeni graeci semen ex mulso coctum; aut ex cyprino ceratum; aut simila ex vino contrita, cui paulum croci sit adjectum. Si vetustior jam durities est, maxime proficit cucumeris agrestis radix ex mulso cocta, deinde contrita. Si ex ictu tument, sanguinem mitti necessarium est; magisque si etiam livent: imponendum vero utrumlibet ex iis quae cum cumino componuntur, supraque posita sunt; aut ea compositio quae habet nitri cocti p. ✕. I. resinae pineae, cumini, singulorum p. ✕. II. uvae taminiae sine seminibus p. ✕. IV. mellis quantum satis sit ad ea cogenda. Quod [4] si ex ictu testiculis aliquid haesit, [5] fere pus quoque increscit; neque aliter succurri potest, quam si inciso scroto, et pus emissum, et ipse testiculus excisus est.

* Anus quoque multa taediique plena mala recipit, [1] neque inter se multum adhorrentes curationes habet. Ac primum in eo saepe, et quidem pluribus locis, cutis scinditur: ῥαγάδια Graeci vocant. Id si recens est, quiescere homo debet, et in aqua calida desidere. Columbina quoque ova coquenda sunt, et ubi induruerunt purganda: deinde alterum jacere in aqua bene calida debet, [2] altero calido foveri locus sic, ut invicem utroque [3] aliquis uta- * 7.

edidit etiam Krausius. In libris antiquis legitur *ad ora ulceris*; in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii, *ad oras ulceris*.

1. *imponenda ex faba farina ex mulso cocta)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. sed in iis pro *farina* est *farinae*. In aliis Codd. et in Edd. antiquis legitur *imponendum ex faba farina ex mulso cocta*; in margine Ed. Constantinianae, *imponendum cataplasma ex fabae farina*; in Ed. Lindenii, *imponendum quod est ex fabae farina* &c.

2. *cum cumino contrito et ex melle coacto)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. aliique multi habent *cocto*. Ego reposui *coacto*. In aliis Codd. et in Edd. antiquis legitur *cum cumino ex melle cocto*; in Ed. Lindenii, *et cum cumino contrito ex melle coacta*, videlicet farina.

3. *ex mulso)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *in mulso*.

4. *si ex ictu testiculis aliquid haesit)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, quae lectio Morgagno non contemnenda videtur. Nam omnes libri corrupti sunt. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *si ex ictu testiculus alii desit*; alii, et Edd. antiquae, *si ex ictu testiculis aliquid desit*; Ed. Lindenii, *si ex ictu testiculus ali quidem desiit*.

5. *fere pus quoque increscit)* Lindenius legit *fere quoque pus increscit*.

1. *neque inter se multum abhorrentes)* Sic reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. alii Codd. et Edd. antiquae habent *neque in se multum abhorrentes*; Ed. Lindenii, *nec a se multum adhorrentes*.

2. *altero calido foveri locus)* Cod. Med. I. et Vat. VII. *alterum calidum loco subjicere*.

3. *aliquis utatur)* Lindenius legit *aliquandiu utatur*.

tur. Tum tetrapharmacum, aut rhypodes rosa diluendum est; aut [4] oesypum recens miscendum cum cerato liquido ex rosa facto; [5] aut eidem cerato plumbum elotum adjiciendum; aut resinae terebinthinae myrrha; aut spumae argenti vetus oleum; et quolibet ex his id perungendum. Si quidquid laesum est extra est, neque intus reconditum, eodem medicamento tinctum linamentum superdandum est, et quidquid ante adhibuimus cerato contegendum. In hoc autem casu neque acribus cibis utendum, neque asperis, nec alvum comprimentibus: ne aridum quidem quidquam satis utile est, nisi admodum paulum. Liquida, lenia, pinguia, glutinosa meliora sunt. Vino leni uti nihil prohibet.

* 8. * Condyloma autem est tuberculum quod ex quadam inflammatione nasci solet. Id ubi ortum est, quod ad quietem cibos potionesque pertinet, eadem servari debent quae proxime scripta sunt. Iisdem etiam ovis recte tuberculum id fovetur: sed desidere ante homo in aqua debet, in qua verbenae [1] decoctae sint ex reprimentibus. Tum recte imponitur et lenticula cum exigua mellis parte; [2] et sertula campana ex vino cocta; et rubi folia contrita cum cerato ex rosa facto; et cum eodem cerato contritum vel cotoneum malum, vel malicorii ex vino cocti pars interior; et chalcitis cocta atque contrita, deinde oesypo ac rosa excepta; et ex ea compositione quae habet turis p. ✗. I. aluminis scissilis p. ✗. II. cerussae p. ✗. III. spumae argenti p. ✗. V. quibus dum teruntur, invicem rosa et vinum instillatur. Vinculum autem ei loco linteolum aut panniculus quadratus est, qui ad duo capita duas ansas, [3] ad altera duo totidem fascias habet; cumque subjectus est, ansis ad ventrem datis, a posteriore parte in eas adductae fasciae conjiciuntur, atque ubi artatae sunt, [4] dexterior sinistra, sinisterior dextra procedit, circumdataeque circa alvum [5] inter se novisssime deligantur. Sed si vetus con-

4. *oesypum)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii; itemque proxima sect. 8. *oesypo*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *ysopum*; et proxima sect. alter *hysopo*, alter *ysopo*; alii, *esopum*, et *esopo*; alii, et Edd. antiquae, *hysopum*, et *hysopo*.

5. *aut eidem cerato)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis, et in libris vulgatis additur *liquido*; ex glossemate.

1. *decoctae sint)* Alii omnes, *decoctae sunt*. De duabus proximis vocibus *ex reprimentibus* vide adnot. 21. ad cap. 18. lib. 3.

2. *et sertula campana)* In Ed. Lindenii deest *et*.

3. *ad altera duo totidem fascias habet)* i. e. ad altera duo panniculi capita. Ita hunc locum emendavi. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *ad latera duo* &c. ceteri, *ab altera duo* &c. libri vulgati. *ab altera vero parte totidem fascias habet*, ut est in Med. IV. ab alia manu.

4. *dexterior sinistra, sinisterior dextra procedit)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et Edd. antiquae, *dexteriori sinistra, sinisteriori dextra procedit*.

5. *inter se novissime deligantur)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. Sic lib. 7. cap 25. sect. 2. *ejusque fili capita inter se*

dyloma jam induruit, neque sub his curationibus [6] desidit, aduri medicamento potest, quod ex his constat; aeruginis p. ✕. II. myrrhae p. ✕. IV. gummi p. ✕. VIII. turis p. ✕. XII. stibis, papaveris lacrimae, acaciae, singulorum p. ✕. XVI. Quo medicamento quidam etiam ulcera, de quibus proxime dixi, renovant. [7] Si hoc parum in condylomate proficit, adhiberi possunt etiam vehementius adurentia. Vbi consumptus est tumor, ad medicamenta lenia transeundum est.

* [1] Tertium vitium est, ora venarum [2] tamquam capitulis qui- * 9.
busdam surgentia, quae saepe sanguinem fundunt: *αἱμοῤῥοΐδας* Graeci vocant. Idque etiam in ore vulvae feminarum incidere consuevit. Atque in quibusdam parum tuto supprimitur, qui sanguinis profluvio imbecilliores non fiunt: habent enim purgationem hanc, non morbum. Ideoque curati quidam, [3] cum sanguis exitum non haberet, inclinata [4] in praecordia ac viscera materia, subitis et gravissimis morbis correpti sunt. Si cui vero id nocet, is desidere in aqua ex verbenis debet: imponere maxime malicorium cum aridis rosae foliis contritum; aut ex iis aliqua quae sanguinem supprimunt. Solet autem oriri inflammatio, maxime ubi dura alvus eum locum laesit. Tum in aqua dulci desidendum est, et id fovendum ovis: imponendi vitelli cum rosae foliis ex passo subactis: idque si intus est, digito illinendum; si extra, superillitum panniculo imponendum est. Ea quoque medicamenta [5] quae in recentibus scissuris posita sunt hic idonea sunt. Cibis vero in hoc casu iisdem quibus in prioribus utendum est. Si ista parum juvant, solent imposita medicamenta adurentia ea capitula absumere. [6] Ac si jam vetustiora sunt, sub

deligantur. In aliis Codd. et in libris vulgatis legitur *inter se novissime nodo deligantur.*

6. *desidit)* Sic lib. 7. cap. 14. *delapso intestino ipse* tumor *desidit*; et cap. 18. ejusdem lib. *tumor is sine inflammatione modo minuitur, modo increscit .... interdum ex toto desidit.* Lindenius legit *desiit*, ut est in Libro Guilandini.

7. *Si hoc parum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae; alii Codd. et Ed. Lindenii, *Si id nondum.*

1. *Tertium vitium est)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. *Tertium autem vitium*; Edd. antiquae, *Tertium autem vitium est*; Ed. Lindenii, *Tertium autem qui vitium est.*

2. *tamquam capitulis quibusdam surgentia)* Ita in Ed. Constantini. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae habent *tamquam ex capitulis quibusdam surgentia*; alii Codd. *tamquam ex capitulis quibusdam urgentia*; Ed. Lindenii, *tanquam capitulis quibusdam turgentia.*

3. *cum sanguis exitum non haberet)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et Edd. antiquae, *cum sanguinis exitum non haberent.*

4. *in praecordia ac viscera)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *ad praecordia, et ad viscera.*

5. *quae in recentibus scissuris &c.)* Libri omnes habent *quae recentibus scissuris &c.* Ego addidi particulam *in*. Sic lib. 5. cap. 28. sect. 16. *sicut in pecoribus proposui*; et lib. 7. cap. 3. sect. 4. *omniaque eodem modo facienda, quae in abscessibus posita sunt.*

6. *Ac)* Stephanus, et Lindenius, *At.*

auctore Dionysio inspergenda sandaracha est: deinde [7] imponendum id quod ex his constat; squamae aeris, auripigmenti, singulorum p. ※. v. saxi calcis p. ※. viii. postero die acu compungendum. Adustis capitulis fit cicatrix, quae sanguinem fundi prohibet. Sed quoties is suppressus est, ne quid periculi afferat, multa exercitatione digerenda materia est: praetereaque et viris, et feminis quibus menstrua non proveniunt, interdum ex brachio sanguis mittendus est.

10. * At si anus ipse, vel os vulvae procidit; nam id quoque interdum fit; considerari debet purum ne id sit quod provolutum est, an humore mucoso circumdatum. Si purum est, in aqua desidere homo debet aut salsa, aut cum verbenis vel malicorio incocta: [1] si humidum, vino austero subluendum est, illinendumque faece vini combusta. Ubi utrolibet modo curatum est, intus reponendum est; imponendaque plantago contrita, vel folia salicis in aceto cocta; [2] tum linteolum et super lana: eaque deliganda sunt, cruribus inter se devinctis.

11. * Fungo quoque simile ulcus in eadem sede nasci solet. Id si hiems est, egelida; si aliud tempus, frigida aqua fovendum est: dein squama aeris inspergenda, supraque ceratum ex myrteo factum, [1] cui paulum squamae, fuliginis, calcis sit adjectum. Si hac ratione non tollitur, [2] vel medicamentis vehementioribus, vel ferro adurendum est.

XIX. * Digitorum autem vetera ulcera commodissime curantur aut lycio, aut [1] amurca cocta, cum utrilibet vinum adjectum est. In iisdem [2] recedere ab ungue caruncula cum magno dolore consuevit: πτερύγιον Graeci appellant. Oportet alumen [3] melinum rotundum in aqua liquare, donec mellis crassitudinem habeat:

7. *imponendum id quod &c.)* Ita Cod. Med. i. et Vat. viii. alii, *ponendum, quod* libri vulgati, *imponendum, quod &c.*

1. *si humidum, vino austero subluendum est)* Lindenius legit *si autem humidum, vino austero sublavandum est.*

2. *tum linteolum et super lana: eaque deliganda &c.)* Ita Cod. Med. i. et Vat. viii. alii, et antiquae Edd. *tum linteolum, et super lana aeque deliganda* &c. Ed. Lindenii, *tum linteolum, et lana, eaque super deliganda* &c.

1. *cui paulum squamae, fuliginis, calcis)* In Ed. Constantini ad marginem legitur *cui paulum aeris squamae, thuris fuliginis, et calcis.*

2. *vel medicamentis vehementioribus, vel ferro adurendum est)* Lindenius legit *vel aliis medicamentis similibus, vel vehementioribus, ferro adurendum est*: sed perperam. Frustra enim adhiberentur alia medicamenta illis similia quae nihil antea profecerunt.

1. *amurca)* Alii legunt *myrra.*

2. *recedere ab ungue caruncula &c.)* Lindenius legit *recedere caruncula ab unguibus* &c.

3. *melinum)* ita vocatur etiam a Scribonio Compos. 226. Plinius lib. 35. cap. 6. sect. 19. *melinum appellatur pigmenti genus, quod optimum in insula Melo nascitur.* Lindenius legit *Melium.*

tum quantum ejus aridi fuit, tantumdem mellis infundere, et rudicula miscere, [4] donec similis croco colore fiat, eoque illinere. Quidam ad eumdem usum decoquere simul malunt, cum paria pondera aluminis aridi et mellis miscuerunt. Si hac ratione ea non exciderunt, excidenda sunt: deinde digiti fovendi aqua ex verbenis, imponendumque super medicamentum ita factum: chalcitis, malicorium, squama aeris excipiuntur fico pingui [5] leniter cocta ex melle; aut chartae combustae, auripigmenti, sulphuris ignem non experti par modus cerato miscetur ex myrteo facto: aut aeruginis rasae p. ✕. I. [6] squamae aeris p. ✕. II. mellis cyatho coguntur: aut pares portiones miscentur saxi calcis, chalcitidis, auripigmenti. Quidquid horum impositum est, tegendum linteolo aqua madefacto est. Tertio die digitus resolvendus, et si quid aridi est, iterum excidendum, similisque adhibenda curatio est. Si non vincitur, [7] purgandum est scalpello; tenuibusque ferramentis [8] adurendum, et sicut reliqua usta [9] curandum est. At ubi scabri ungues sunt, cicumaperiri debent qua corpus contingunt: tum super eos ex hac compositione [10] aliquid imponi: sandarachae, sulphuris, singulorum p. ✕. II. nitri, auripigmenti, singulorum p. ✕. IV. resinae liquidae p. ✕. VIII. tertioque id die resolvendum est. Sub quo medicamento vitiosi ungues cadunt, et in eorum locum meliores renascuntur.

4. *donec similis croco colore fiat)* Ita Codd. Mss. Vulgo legitur *donec similis croco color fiat*.

5. *leniter cocta ex melle)* Sic legendum. Libri omnes alii aliter corrupti sunt. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *leniter cocta et melle;* alii, et Edd. antiquae, *cocto* pro *cocta;* Ed. Lindenii, *leviter cocta et melle.*

6. *squamae aeris)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. In libris antiquis deest vox *aeris*.

7. *purgandum est scalpello)* ulcus. Alii legunt *purgandus est scalpello*, id est digitus.

8. *adurendum, et sicut* &c.*)* Ita in Ed. Lindenii. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *adurendum est sicut* &c. alii Codd. et antiquae Edd. *adurendus est, et sicut* &c.

9. *curandum est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. Lindenius omittit *est*. Alii legunt *curandus est*, ut habent multi Codices.

10. *aliquid imponi)* Ita plerique Codd. et Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. ceteraeque Edd. *aeque imponi*.

A. CORNELII CELSI

ARTIVM LIBER DVODECIMVS

IDEM

MEDICINAE SEPTIMVS.

Tertiam esse medicinae partem quae manu curet et vulgo notum, et a me propositum est. Ea non quidem medicamenta atque victus rationem omittit; sed manu tamen plurimum praestat: estque ejus effectus inter omnes medicinae partes evidentissimus. Siquidem in morbis cum multum fortuna conferat, eademque saepe salutaria, saepe vana sint; potest dubitari secunda valetudo medicinae, an corporis beneficio contigerit. In iis quoque in quibus medicamentis maxime [1] nitimur, quamvis profectus evidentior est, tamen sanitatem et per haec frustra quaeri, et sine his reddi saepe manifestum est: sicut in oculis quoque deprehendi potest, qui a medicis diu vexati, sine his interdum sanescunt. At in ea parte quae manu curat evidens est, omnem profectum, ut aliquid ab aliis adjuvetur, hinc tamen plurimum trahere. Haec autem pars cum sit vetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinae Hippocrate, quam a prioribus exculta est: deinde posteaquam diducta ab aliis habere professores suos coepit, in AEgypto quoque increvit, Philoxeno maxime auctore, qui pluribus voluminibus hanc partem diligentissime comprehendit. Gorgias quoque et Sostratus [2] et Heron et Apollonii duo et Ammonius Alexandrinus, multique alii celebres viri, singuli quaedam repererunt. [3] Ac Romae quoque non mediocres pro-

A. CORNELII CELSI ARTIVM LIBER DVODECIMVS IDEM MEDICINAE SEPTIMUS) Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *ARTIVM A. CORNELII CELSI LIB. VI. EXPLICIT. INCIP. LIB. VII.* alii, *ARTIVM AVRELII CORNELII CELSI LIBER XII. IDEM MEDICINAE LIBER VII. INCIPIT*; Ed. Lindenii, *LIBER SEPTIMVS. PRAEFATIO.*

1. *nitimur)* Ita Codd. Mss. atque Edd. princeps Florentina, Caesariana, Pantiniana, Constantiniana, et Lindeniana; Edd. 1481. 1493. 1497. 1516. 1524. mendose, *vitimur*. Manutii, Ruellius, Stephanus, et Almelovenius legunt *utimur*.

2. *et Heron et Apollonii duo)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *Hieron* &c. sed cap. 14. hujus libri, *Heron*. In aliis Codd. legitur *et Herones Apollonii duo*; in Ed. Lindenii, *et Herones, et Apollonii duo.*

3. *Ac Romae quoque)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Romae quoque.*

fessores, maximeque nuper Tryphon pater [4] et Euelpistus et, ut ex scriptis ejus intelligi potest, horum eruditissimus Meges, quibusdam in melius mutatis, aliquantum ei disciplinae adjecerunt. Esse autem chirurgus debet adolescens, aut certe adolescentiae propior; manu strenua, stabili, nec umquam intremiscente, eaque non minus sinistra, quam dextra promptus; acie oculorum acri, claraque; animo intrepidus, [5] misericors sic, ut sanari velit cum quem [6] accepit, non ut clamore ejus motus vel magis quam res desiderat properet, vel minus quam necesse est secet; sed perinde [7] faciat omnia, ac si nullus ex vagitibus alterius affectus [8] oriatur. Potest autem requiri [9] quid huic parti proprie vindicandum sit; quia vulnerum quoque ulcerumque multorum curationes, quas alibi exsecutus sum, chirurgi sibi vindicant. Ego eumdem quidem hominem posse omnia ista praestare concipio: atque ubi se diviserunt, eum laudo qui quamplurimum percipit. Ipse autem huic parti ea reliqui, in quibus vulnus facit medicus, non accipit; et in quibus vulneribus [10] ulceribusque plus [11] profici manu, quam medicamento credo: tum quidquid ad ossa pertinet. Quae deinceps exsequi adgrediar; dilatisque in aliud volumen ossibus, in hoc cetera explicabo; praepositisque iis quae in qualibet parte corporis fiunt, ad ea quae proprias sedes habent transibo.

* [1] Luxata igitur in quacumque parte corporis sunt, quam- * I.

4. *et Euelpistus)* In Codice quodam Constantini, et in Ed. Lindenii additur *Phlegetis filius*.

5. *misericors sic, ut sanari velit eum &c.)* Sic reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. Vulgo legebatur *immisericors* &c. ut habent alii Codices.

6. *accepit)* Alii, *accipit*.

7. *faciat)* Caesarius, Ruellius, Pantinus, et Lindenius, *faciet*.

8. *oriatur)* Lindenius, *oriretur*.

9. *quid)* Idem, *quod*.

10. *ulceribusque)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *ulceribusve*.

11. *profici)* Alii, *perfici*.

1. *Luxata)* Ita omnes antiqui libri tum scripti, tum impressi. Celsus *luxata* vocat, quae Graeci *στρέμματα* appellant; cum scilicet articulo illaeso, quae circa ipsum sunt nervosae partes distorquentur, ut scribit Galenus in Comment. ad lib. Hippocratis de Medici Officina. Plinius quoque *luxata* vocat. Lib. 22. cap. 13. sect. 15. *Luxata sanat* urtica; lib. 24. cap. 11. sect. 50. *medetur et luxatis, et spinae doloribus* arundinis *radix in aceto illita*; lib. 31. cap. 9. sect. 45. *Luxatis imponitur sal cum farina*. Sed in primis illud attendendum quod scribit lib. 23. cap. 1. sect. 3. *cinis sarmentorum vitiumque et vinaceorum condylomatis, et sedis vitiis ex aceto: item luxatis et ambustis*; quod plane congruit cum eo quod tradit Celsus in fine hujus capitis. Eadem medicamenta ad *στρέμματα* curanda proponit Dioscorides lib. 1. cap. 116. lib. 4. cap. 95. lib. 5. cap. 1. et cap. 117. Itali *distorsioni*, Galli *entorces* appellant. Lindenius legit *Vexata*; quam vocem sumpsit ex hac adnotatione Constantini » De luxatis libro sequenti, et quod hic tractatur *ἐχύμωσις* est, id est, sugillatio, quae contusione fit. Ergo hoc loco mendose editum *luxata* pro *sugillata*. Itaque et *contusa* scriptum inveni: itemque *vexata*, quod plane non displicet, si pro contusis sumatur, ut apud Gellium ». Locus Gellii est in lib. 2. cap. 6. Noct. Attic. *qui fertur et raptatur, atque huc, atque illuc distrahitur, is ve-*

primum sic curari debent, ut, qua dolor est, ea scalpello cutis crebro incidatur, detergeaturque [2] eodem averso profluens sanguis. Quod si paulo tardius subvenitur, jamque etiam rubor est, qua rubet corpus si tumor quoque accessit, quacumque is est, [4] id optimum auxilium est. Tum superdanda reprimentia sunt; maximeque lana sucida ex aceto et oleo. Quod si levior is casus est, possunt etiam sine scalpello imposita eadem mederi: et si nihil aliud est, cinis quoque, maxime ex sarmentis; si is non est, quilibet alius ex aceto, vel etiam ex aqua coactus.

* II. * Verum hoc quidem promptum est. In iis autem negotium majus est, quae per se vitio intus orto intumescunt, et ad suppurationem spectant. Ea omnia genera abscessuum esse [1] alias proposui, medicamentaque his idonea exsecutus sum: nunc superest ut dicam, [2] in iisdem quae manu fieri debeant. Ergo priusquam indurescant cutem incidere, et cucurbitulam accommodare oportet, [3] quae quidquid illuc malae corruptaeque materiae coiit extrahat: idque iterum, tertioque recte fit, donec omne indicium inflammationis excedat. [4] Neque tamen fas non est, nihil cucurbitulam agere. [5] Interdum enim fit, sed raro, ut quidquid abscedit, velamento suo includatur. Id antiqui tunicam nominabant. Meges, quia tunica omnis nervosa est, [6] dixit non nasci sub eo vitio nervum, quo caro consumeretur, sed subjecto jam vetustiore pure callum circumdari. Quod ad curationis rationem [7] nullo modo pertinet; [8] quia quidquid, si tunica est, idem, si callus

xari proprie dicitur. Sed Morgagnus animadvertit, hinc sequi, *vexationem posse quidem esse sugillationis causam, non ipsam tamen esse sugillationem:* et Celsum sugillationem lib. 5. cap. 18. sect. 24. sic designasse: *si facie contusa livor subcruentus est;* cap. autem 23. ejusdem lib. *collisa corpora vel per ictus, vel ubi ex alto deciderunt* memorasse; et lib. 2. cap. 10. dixisse eodem sensu, *si ex superiore parte aliquis decidit, si contusus est;* ut omnino *contusa* aut *collisa*, *non vexata* hic dicere debuisset. Paulo infra Ed. Lindenii habet *sint* pro *sunt*.

2. *eodem averso)* Ita habent plerique Codd. inter quos Med. I. et Vat. VIII. In aliis, et in omnibus Edd. perperam legitur *eodem adverso*.

3. *id optimum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae; alii Codd. *idem optimum*; Cod. quidam apud Constantinum, et Ed. Lindenii, *id idem optimum*.

1. *alias proposui)* Lib. 5. cap. 28. s. 11.

2. *in iisdem quae manu fieri debeant)* Lindenius legit *quae in iisdem manu fieri debeant*.

3. *quae quidquid illuc* &c.*)* Lindenius, *quod quicquid illuc* &c.

4. *Neque tamen fas non est, nihil cucurbitulam agere)* neque fieri non potest, i. e. fieri potest, ut cucurbitula nihil agat. Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *Neque tamen fas non est, nihil cucurbitula agere*. Lindenius, minus recte legit *Neque tamen fas est, nihil cucurbitula agere*.

5. *Interdum enim fit, sed raro, ut quidquid* &c.*)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et Edd. antiquae, *Interdum enim, sed raro, quidquid abscedit tunica sua includitur*.

6. *dixit)* Alii, *dicit*.

7. *nullo modo)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *nullo loco*.

8. *quia quidquid, si tunica est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii;

est, fieri debet. Neque ulla res prohibet, etiamsi callus est, tamen, quia cingit, tunicam nominari. Tum [9] pure quoque maturius haec interdum esse consuevit: ideoque quod sub ea est, extrahi per cucurbitulam non potest. Sed facile id intelligitur, ubi nihil admota illa mutavit. Ergo sive id incidit, sive jam durities est, [10] in hac auxilii nihil est; sed, ut alias scripsi, vel avertenda concurrens eo materia, vel digerenda, vel ad maturitatem perducenda est. Si priora contigerunt, nihil praeterea necessarium est. Si pus maturuit, in alis quidem et inguinibus raro secandum est; item ubicumque mediocris abscessus est; item quoties in summa cute, vel etiam carne vitium est: nisi festinare [11] cubantis imbecillitas cogit: satisque est [12] cataplasmatis efficere, ut per se pus aperiatur. Nam fere sine cicatrice potest esse is locus qui expertus ferrum non est. Si autem altius malum est, considerari debet nervosusne is locus sit, an non sit. Nam si sine nervis est, candenti ferramento aperiri debet: [13] cujus haec gratia est, quod exigua plaga diutius ad pus evocandum [14] patet, parvaque postea cicatrix fit. At si nervi juxta sunt, ignis alienus est [15], ne vel distendantur hi, vel membrum debilitent: necessaria vero opera scalpelli est. Sed cetera etiam subcruda aperiri possunt: [16] inter nervos ultima exspectanda maturitas est, quae cutem extenuet, eique pus jungat, quo propius reperiatur. [17] Itemque [18] alia rectam plagam desiderant: in pane, quia

sed in utroque Codice pro *quidquid* est *quid*. In aliis Codd. et in Edd antiquis legitur *quia quidquid dixi, si tunica est* &c.

9. *pure quoque maturius haec esse consuevit)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. Ruellii, Pantini, et Lindenii, *pure quoque maturiore* &c. alii Codd. et ceterae Edd. *pure quoque maturior* &c.

10. *in hac auxilii nihil est: sed, ut alias scripsi)* Vide lib. 5. cap. 28. sect. 11. Ita habet Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae, *in hac auxilii nihil est, et, ut alias scripsi*; alii Codd. *in hac auxilii nihil esse, ut alias scripsi*; mendose scilicet *esse* pro *est sed*.

11. *cubantis)* Ita in margine Ed. Constantinianae. Sic lib. 3. cap. 4. *cubantis etiam luxuriae subscripsit*; lib 8. cap. ult. *ut maxime cubantem juvat*. In libris antiquis mendose est *curantis*. Lindenius legit *curandi*.

12. *cataplasmatis)* Ita multi Codd. atque Edd. princeps, et Ruelliana; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindeniana, *cataplasmatibus*; Edd. ceterae, *cataplasmata*.

13. *cujus haec gratia est)* Lindenius legit, *cujus haec ratio est*. Vide lib. 4. cap. 31. adnot. 22.

14. *patet, parvaque postea cicatrix fit)* Edd. Caesarii, et Ruellii pro *fit* habent *sit*. Lindenius legit *pateat, parvaque postea cicatrix sit*.

15. *ne vel distendantur hi, vel membrum debilitent)* Vox *hi* abest a Codd. Med. I. et Vat. VIII. Lindenius legit *ne distendantur, et membrum debilitent*; sed perperam. Nam, ut animadvertit Morgagnus, potest horum alterutrum ita fieri, ut alterum non sequatur.

16. *inter nervos)* Al. *inter nervos vero*.

17. *Itemque)* Ita Codd. multi, et Edd. antiquae; alii Codd. *Item*; Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *Jamque*.

18. *alia rectam plagam desiderant: in pane, quia fere vehementer cutem exte-*

fere vehementer cutem extenuat, tota ea super pus excidenda est. Semper autem ubi scalpellus admovetur id agendum est, [19] ut et quam minimae et quam paucissimae plagae sint: cum eo tamen, ut necessitati succurramus et in modo, et in numero. Nam majores sinus latius; interdum etiam duabus, [20] aut tribus lineis incidendi sunt. Dandaque opera, ut imus sinus exitum habeat; ne quis humor intus subsidat, qui proxima et adhuc sana rodendo sinuet. Est etiam in rerum natura, ut cutis latius excidenda sit. Nam ubi post longos morbos [21] totius corporis habitus vitiatus est, [22] lateque se sinus suffudit, et in eo jam cutis pallet; scire licet eam jam emortuam esse, et inutilem futuram: ideoque excidere commodius est; maxime si circa articulos majores id evenit, cubantemque aegrum fluens alvus [23] exhaurit, neque per alimenta quidquam corpori accedit. Sed excidi ita debet, ut plaga ad similitudinem myrtei folii fiat, quo facilius sanescat: idque perpetuum est, ubicumque medicus [24] et quacumque de causa cutem excidit. Pure effuso, in alis vel inguinibus linamento opus non est: [25] spongia ex vino imponenda est. In ceteris partibus, [26] si aeque linamenta supervacua sunt, purgationis causa paulum mellis infundendum; dein glutinantia su-

nuat &c.) Sic reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. sed in iis mendose est *aliam* pro *alia*: et fortasse mendose etiam *pane* pro *pano*. Vide quae adnotavi lib. 5. cap. 18. sect. 19. et cap. 28. sect. 10. Docti quidam Chirurgi mihi affirmarunt, deterioris naturae panos se vidisse, in quibus cutis adeo extenuata erat, ut necesse fuerit totam eam excidere. Alii Codd. habent *alia rectam plagam desiderant in carne, quia* &c. Edd. antiquae, *alia* (al. *aliam*) *rectam plagam desiderant in carne, quia* &c. Ed. Constantini in margine, *alia rectam solum plagam desiderant in cute: alia, quia fere vehementer cutem extenuant* &c Lindenius ita legit: *alia rectam plagam desiderant, ut in carne: alia vero vehementer cutem extenuant, in quibus tota ea* &c. Morgagnus cum per has lectionum varietates nihil proficeret, conjecturam quamdam suam proposuit: quam nihil attinet hic referre, postquam ope meliorum Codicum locus restitutus est.

19. *ut et quam minimae, et quam paucissimae* &c.) Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *ut et quam minimae, et paucissimae* &c. Manutii legunt *ut quam minimae, et quam paucissimae* &c. Gryphius, et Constantinus, *ut et quam minimae, et quam parcissimae* &c.

20. *aut tribus lineis*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii. Sic lib. 8. cap. 9. sect. I. *Si latius aliquid abscedet, duobus aut tribus locis erit perforandum*. In aliis Codd. et in Edd. antiquis legitur *aut pluribus lineis*.

21. *totius corporis habitus*) Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *totus corporis habitus*.

22. *lateque se sinus suffudit, et in eo jam cutis pallet*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. ceteraeque Edd. *lateque se sinus diffudit, et in eo pars cutis pallet*.

23. *exhaurit*) Ita Codd. Mss. et Edd. Manutianae; sex Edd. primae, *exaruit*; Ruelliana, et Stephani, *exhausit*; ceterae, *exercuit*.

24. *et quacumque de causa*) Ita plerique Codd. atque Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *et quacumque causa*; Edd. antiquae, *ex quacumque causa*, ex Palavicino.

25. *spongia*) Lindenius legit *sed spongia*.

26. *si aeque linamenta* &c.) Sic reposui ex multis Codicibus. Med. I. et Vat. VIII. habent *si ea linamenta* &c. Vulgo legitur *si aeque ea linamenta* &c. ex Med. IV. in quo vox *ea* addita est ab alia manu.

perdanda: si illa necessaria sunt, super ea quoque similiter dari spongia eodem modo ex vino expressa debet. Quando autem linamentis opus sit, quando non sit alias dictum est. Cetera eadem incisa suppuratione facienda sunt, quae, ubi per medicamenta rupta est, facienda esse proposui.

* Protinus autem quantum curatio efficiat, quantumque aut sperari aut timeri debeat, ex quibusdam signis intelligi potest; fereque iisdem quae in vulneribus exposita sunt. Nam bona signa sunt somnum capere; facile spirare; siti non confici; cibum non fastidire; si febricula fuit, ea vacare: itemque habere pus album, laeve, non foedi odoris. Mala sunt vigilia, spiritus gravitas, sitis, cibi fastidium, febris, pus nigrum, aut foeculentum, et foedi odoris; item procedente curatione eruptio sanguinis; aut si antequam sinus carne impleatur, [1] orae carnosae fiunt, illa quoque ipsa carne hebete, nec firma. Deficere tamen animam vel in ipsa curatione, vel postea pessimum omnium est. Quin etiam morbus ipse sive subito solutus est, dein suppuratio exorta est; sive effuso pure permanet, non injuste terret. Estque inter causas timoris, si sensus in vulnere rodentium non est. Sed ut haec ipsa fortuna huc illucve [2] discernit, sic medici partium est eniti ad reperiendam sanitatem. Ergo quoties ulcus resolverit, eluere id, si reprimendus humor videbitur, [3] vino ex aqua pluviatili mixto, vel aqua in qua lenticula cocta sit debebit: si purgandum erit, mulso; rursusque imponere eadem. Vbi jam repressus videbitur humor, [4] ulcusque purum erit, produci carnem conveniet, et foveri [vulnus] pari portione vini ac mellis, superque imponi spongiam ex vino et rosa tinctam. Per quae cum caro producatur, plus tamen, ut alias quoque dixi, victus ratio eo confert; id est, solutis jam febribus et cibi cupiditate reddita, balneum rarum; quotidiana, sed lenis gestatio; * III.

1. *orae carnosae)* Codex quidam Constantini, et Ed. Lindenii habent *orae callosae;* sed perperam; ut manifestum est ex verbis quae proxime sequuntur, *illa quoque ipsa carne hebete, nec firma.*

2. *discernit)* In margine Ed. Constantiniane legitur *decernit;* quam lectionem probat Casaubonus.

3. *vino ex aqua pluviatili mixto)* Lindenius legit *vino et aqua pluviatili mixto;* sed non recte. Dicendum esset *mixtis.*

4. *ulcusque purum erit, produci carnem conveniet, et foveri [vulnus] &c.)* Legerim *ulcusque purum erit, foveri pari portione,* ut totum hoc regatur a superiori verbo *debebit.* Verba haec *produci carnem conveniet* supervacua sunt, cum infra dicatur, *Per quae cum caro producatur &c. vulnus* manifestum glossema est. Lindenius legit *ulcusque purum erit, produci carnem conveniet, et foveri ulcus pari portione vini ac mellis, superque imponi spongiam ex vino et rosa tinctam. Per quae caro producitur. Plus tamen, ut alias quoque dixi, eo confert victus ratio. Ea est, solutis jam febribus &c.*

cibi potionesque [5] corpori faciendo aptae. Quae omnia, per medicamenta quoque suppuratione rupta, sequuntur: sed quia magno malo vix sine ferro mederi licet, in hunc locum reservata sunt.

* IV. * Adversus fistulas quoque, si altius penetrant, ut ad ulti-
1. mas demitti collyrium non possit, si tortuosae sunt, si multiplices, majus in manu quam in medicamentis praesidium est: minusque operae est, si sub cute transversae feruntur, quam si [1] rectae intus tendunt. Igitur si sub cute transversa fistula est, demitti specillum debet, supraque id ea incidi. Si flexus reperiuntur, hi quoque simul specillo et ferro persequendi sunt: idemque faciendum si plures se quasi [2] ramuli ostendunt. Vbi ad fines fistulae ventum est, [3] excidendus ex ea totus callus est, superque fibulae dandae et medicamentum, quo glutinetur. At si recta subter tendit, ubi quo maxime ferat, specillo exploratum est, excidi is sinus debet: dein fibula oris cutis injicienda est, [4] et aeque glutinantia medicamenta superdanda sunt; aut [5] si corruptum ulcus est; quod interdum osse vitiato fit; ubi id quoque curatum est, pus moventia.

* 2. * Solent autem inter costas fistulae [1] subter ire. Quod ubi incidit, eo loco costa ab utraque parte [2] praecidenda et eximenda est, ne quid intus corruptum relinquatur. [3] Solent, ubi costas transierunt, septum id quod transversum a superioribus visceribus intestina discernit violare. [4] Quod intelligi et ex loco, et ex magnitudine doloris potest; et quia nonnumquam [5] spiritus ea cum humore quasi bullante prorumpit; maximeque si hunc ore ille continuit. In eo [6] medicinae locus nullus est. In ceteris ve-

5. *corpori faciendo aptae)* Ita Codd. Mss. et Ed. Lindenii; sed Codd. Med. I. et Vat. VIII. *faciundo*; Mediceus autem a manu Palavicini, *reficiundo*. In libris vulgatis legitur *corpori reficiendo aptae*.

1. *rectae)* Ita Codd. multi, et Edd. Manutianae; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque aliae Edd. *recte*; Ed. Lindenii, *recta*.

2. *ramuli)* Lindenius legit *rivuli*.

3. *excidendus ex ea totus callus est)* Alii, *excidendus* (al. *excidendum*) *ex toto callus est*.

4. *et aeque)* Lindenius legit *eique*.

5. *si corruptum ulcus est)* Ita multi Codices; Med. I. et Vat. VIII. *si corruptum sulcus*, sed in Mediceo ab antiqua manu emendatum *ulcus*; alii Codd. et omnes Edd. *si corruptius ulcus est*.

1. *subter ire)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *subter exire*.

2. *praecidenda)* Alii legunt *decidenda*.

3. *Solent)* Lindenius, *Solent quoque*.

4. *Quod intelligi et ex loco &c.)* Lindenius legit *Quod intelligi potest et ex loco, et ex magnitudine doloris, et quia &c.*

5. *spiritus ea cum humore quasi bullante prorumpit)* Sic in Codd. Med. I. et Vat. VIII. sed in Mediceo adjecta est ab antiqua manu particula *ex*, ut legatur *ex ea*. Alii Codd. et omnes Edd. habent *spiritus eo &c.* sed perperam. Nam spiritus non irrumpit, sed erumpit.

6. *medicinae locus nullus est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii. Pro *medicinae* alii Codd. habent *medica-*

ro quae circa costas sanabilia sunt, pinguia medicamenta inimica sunt; ceteris quae ad vulnera accomodantur uti licet: optime tamen sicca linamenta, vel, si purgandum aliquid videtur, in melle tincta imponuntur.

* Ventri nullum os subest; sed ibi perniciosae admodum fistulae fiunt; adeo ut Sostratus insanabiles esse crediderit. Id non ex toto ita se habere usus ostendit. Et quidem, quod maxime mirum videri potest, tutior fistula est contra jecur, et lienem, et ventriculum, quam contra intestina: [1] non quo perniciosior ibi sit, sed quo alteri periculo locum faciat. Cujus experimento moti quidam auctores parum modum rei cognoverunt. Nam venter saepe etiam telo perforatur, prolapsaque intestina conduntur, et oras vulneris suturae comprehendunt: quod quemadmodum fiat mox indicabo. Itaque etiam ubi tenuis fistula [2] abdomen perrupit, excidere eam licet, suturaque oras conjungere. Si vero ea fistula [3] latius patuit, excisa necesse est latius foramen relinquat: [4] quod nisi magna vi, utique ab interiore parte, sui non potest. [5] [qua quasi membrana quaedam finit abdomen, quam περιτόναιον Graeci vocant]. Ergo ubi aliquis ingredi ac moveri coepit, rumpitur illa sutura, atque intestina [6] evolvuntur: quo fit, ut pereundum homini sit. Sed non omni modo res ea desperationem habet: ideoque tenuioribus fistulis adhibenda curatio est. * 3.

* Propriam etiamnum animadversionem desiderant eae quae in ano sunt. In has demisso specillo, ad ultimum ejus caput incidi cutis debet; dein novo foramine specillum educi lino sequente, quod in aliam ejus partem, ob id ipsum perforatam, conjectum sit. Ibi linum [1] prehendendum vinciendumque cum altero capite est, ut laxe cutem quae super fistulam est teneat: * 4.

mine; Edd. antiquae, *medicamini*. Vide adnot. 6. ad cap. 28. sect. 1. libri 5.

1. *non quo perniciosior ibi sit)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *non quo perniciosior res ibi sit*.

2. *abdomen perrupit)* Ita plerique Codd. atque Ed. Lindenii; Cod. Med. 1. et Vat. VIII. et Edd. antiquae, *abdomen perrumpit*.

3. *latius patuit)* Ita legit Krausius: quem sequor. *Pro* intus, *inquit, quod omnes habent, secure posui* latius. *Nam tenui fistulae abdomen perrumpenti opponi non potest fistula intus patens; neque necesse est, latius foramen sit, nisi ipsa latius patet*.

4. *quod nisi magna vi, utique ab interiore parte, sui non potest)* Lindenius legit *quod nisi permagna vi sui non potest, utique ab interiore parte*.

5. [*qua quasi membrana quaedam finit abdomen, quam περιτόναιον Graeci vocant*]) Totum hoc ab aliquo enarratore additum videtur ex cap. 1. lib. 4. ubi tamen non *quasi membrana*, sed *laevis membrana* dicitur; et cap. 17. hujus lib. *interior abdominis membrana*.

6. *evolvuntur)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque omnes Edd. habent *volvuntur*; alii Codd. *solvuntur*. Ego reposui *evolvuntur*: quo verbo utitur Celsus in re simili cap. 16. hujus lib. *Nonnumquam, venter ictu aliquo perforatur; sequiturque, ut intestina evolvantur*.

1. *prehendendum vinciendumque)* Lin-

idque linum esse debet crudum, et duplex triplexve, sic tortum, [2] ut unitas facta sit. Interim autem licet negotia [3] agere, ambulare, [4] lavari, cibum capere perinde atque sanissimo. Tantummodo id linum [5] bis die, salvo nodo, ducendum est sic, ut subeat fistulam pars quae superior fuit. Neque committendum est, ut id linum putrescat: sed tertio quoque die nodus resolvendus est, et ad caput alterum recens linum alligandum, eductoque vetere, id in fistula cum simili nodo relinquendum. Sic enim id paulatim cutem quae supra fistulam est incidit: simulque et id sanescit, quod a lino relictum est; et id quod ab eo mordetur inciditur. Haec ratio curationis longa, sed sine dolore est. [6] Qui festinant, adstringere cutem lino debent, quo celerius secent; noctuque [7] ex penicillo tenuia quaedam intus demittere, [8] ut cutis hoc ipso extenuetur, quo extenditur. Sed haec dolorem movent. Adjicitur celeritati, sicut tormento quoque, si et linum, et id quod ex penicillo est, aliquo medicamento illinitur ex iis quibus callum exedi [9] posui. [10] Potest tamen fieri ut ad scalpelli curationem etiam [11] illo loco veniendum sit, si intus fistula fert, si multiplex est. Igitur in haec genera demisso specillo, duabus lineis incidenda cutis est, [12] ut media inter eas ha-

denius legit *apprehendendum ligandumque*.

2. *ut unitas facta sit*) Idem, *ut unitas in eo facta sit*.

3. *agere*) Cod. Med. I. et Vat. VIII. *gerere*.

4. *lavari*) Lindenius, *lavare*.

5. *bis die, salvo nodo, ducendum est*) Lindenius legit *bis die, soluto nodo, ducendum est*: sed perperam. Nam infra dicetur, *tertio quoque die nodum resolvendum esse*.

6. *Qui festinant, adstringere cutem lino debent, quo celerius secent*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae; alii Codd. *Qui festinat, adstringere cutem lino debet, quo celerius secet*; Ed. Lindenii, *Qui festinant, adstringere cutem lino debent, quo celerius secetur*.

7. *ex penicillo tenuia quaedam intus demittere*) Plinius lib. 24. cap. 11. sect. 51. *Cognata in AEgypto res est arundini papyrus, praecipuae utilitatis, cum inaruit, ad laxandas siccandasque fistulas, et intumescendo ad introitum medicamentorum aperiendas*.

8. *ut cutis hoc ipso extenuetur, quo extenditur*) In Codd. Med. I. et Vat. VIII. deest vox *ipso*; in aliis quibusdam Codd. et in Edd. Manutiorum legitur *ut cutis hoc ipso extenuetur, quod extenditur*.

9. *posui*) Lindenius legit *praeposui*.

10. *Potest*) Alii, *Poterit*.

11. *illo loco*) Ita plerique Codd. atque Ed. Lindenii. Eadem forma est cap. 7. sect. 8. hujus lib. *cum fere* pili *breviores eo loco nascantur*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *illo loci*; ita etiam Edd. antiquae ex Cod. Med. IV. in quo vox *loco* ab alia manu mutata est in *loci*.

12. *ut media inter eas habenula tenuis admodum excidatur*) Cod. Med. I. et Vat. VIII. et alii multi habent *adiciatur*; alii, et Edd. antiquae, *eiciatur*, vel *eiiciatur*. Ego reposui *excidatur* ex aliis similibus locis. Habenula dicitur ea cutis pars quae est inter duas has lineas. Sic cap. 7. sect. 8. hujus lib. *tenuis habenula ab ulteriore ora excidenda*; cap. 17. sect. 1. *tenuis excidenda habena est*; et cap. 28. *ab ora tamquam habenulam excidere*. Alibi medium vocatur. Cap. 17. sect. 1. hujus lib. *incidendae scalpello duae lineae sunt, ut, exciso medio, interior membrana utrimque recentem plagam habeat*; et cap. 24.

benula tenuis admodum excidatur, ne protinus orae coeant; sitque locus aliquis linamentis, quae quam paucissima superinjicienda sunt: [13] omniaque eodem modo facienda, quae in abscessibus posita sunt. Si vero ab uno ore plures sinus erunt, recta fistula scapello erit incidenda: ab eo ceterae, quae jam patebunt, lino excipiendae. Si intus aliqua procedet, quo ferrum tuto pervenire non poterit, collyrium demittendum erit. Cibus autem in omnibus ejusmodi casibus, sive manu, sive medicamentis [14] agitur, dari debet humidus; potio liberalis, diuque aqua. Vbi jam caro increscit, tum demum et balneis raris utendum erit, et cibis corpus implentibus.

* Tela quoque quae illata corporibus intus haeserunt, ma- * V.
gno negotio saepe ejiciuntur. [1] Suntque quaedam difficultates ex 1.
generibus eorum; quaedam ex iis sedibus in quas illa penetrarunt. Omne autem telum extrahitur aut ab ea parte qua venit, aut ab ea in quam [2] tetendit: illic viam qua redeat ipsum sibi fecit; hic a scalpello accipit. Nam contra mucronem caro inciditur. Sed si non alte telum insedit, et in summa carne est, aut certe magnas venas et loca nervosa non transiit; nihil melius est quam qua venit [3] id evellere. Si vero plus est per quod telo revertendum, quam quod perrumpendum est; jamque venas nervosque id transiit, commodius est aperire quod superest, [4] eaque extrahere. Nam et propius petitur, et tutius evellitur: et in majore membro, si medium mucro transiit, facilius sanescit quod pervium est; quia utrimque medicamento fovetur. Sed [5] si retro telum recipiendum est, amplianda scalpello plaga est, quo facilius id sequatur, quoque minor oriatur inflammatio: quae major fit, si ab illo ipso telo dum redit corpus laniatur. Item si ex alia parte vulnus aperitur, laxius esse debet, quam ut telo postea transeunte amplietur. [6] Summa autem utraque parte haben-

Si tumor modicus est, semel incidi; si major, duabus lineis debet, ut medium excidatur. Lindenius habenulam ex linteo, vel corio significari putans legit *injiciatur*.

13. *omniaque eodem modo facienda, quae in abscessibus posita sunt)* Alii, *omniaque eodem modo facienda, qui in abscessibus positus est*.

14. *agitur)* Ita Cod. Med. 1. alii, et omnes Edd. *agetur*.

1. *Suntque)* Cod. Med. 1. *Sunt*; Ed. Lindenii, *Sunt enim*.

2. *tetendit)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. *tendit*.

3. *id evellere)* Sic proxima sect. 2. *ubi ab ea parte qua venit, evelli magis placuit*. Lindenius legit *id revellere*.

4. *eaque extrahere)* id est ea parte. Caesarius, Gryphius, Pantinus, et Constantinus legunt *itaque extrahere*.

5. *si retro telum recipiendum est, amplianda scalpello plaga est)* Lindenius legit *si retro telum recipiendum, amplianda plaga est*.

6. *Summa autem utraque parte cura habenda est)* Sic reposui ex Codd. Med. 1. et Vat. VIII. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *Summa autem utraque parte ita*

da cura est, ne nervus, ne vena major, ne arteria incidatur. Quorum ubi aliquid detectum est, excipiendum hamo retuso est, abducendumque a scalpello. Vbi autem [7] satis incisum est, telum eximendum est: tunc quoque eodem modo, et eadem cura habita, ne sub eo quod eximitur, aliquid eorum laedatur quae tuenda esse proposui.

* 2. * Haec communia sunt. [1] Propria quaedam in singulis telorum generibus sunt, quae protinus subjiciam. Nihil tam facile in corpus quam sagitta conditur, eademque altissime [2] insidit. Haec autem eveniunt, et quia magna vi fertur illa, et quia [3] ipsa in angusto est. Saepius itaque ab altera parte, quam ex qua venit, recipienda est; praecipueque, quia fere spiculis cingitur: quae magis laniant [4] si retro, quam si contra trahuntur. Sed inde aperta via, caro diduci debet ferramento facto [5] ad similitudinem graecae litterae : deinde [6] ubi apparuit mucro, si arundo inhaeret, propellenda est donec ab altera parte apprehendi et extrahi possit: si jam illa decidit, solumque intus ferrum est, mucro vel digitis apprehendi, vel [7] forcipe, atque ita educi debet. Neque alia ratio extrahendi est, ubi ab ea parte qua venit evelli magis placuit. Nam [8] ampliato vulnere, aut arundo, si inest, evellenda est; aut, [9] si ea non inest, ferrum ipsum. Quod

cura habenda est; Ed. Lindeniana, *In summa autem utraque parte* [illegible] *habenda est.*

7. *satis incisum est)* Lindenius legit *incisum est satis.*

1. *Propria quaedam in singulis telorum generibus sunt, quae protinus subjiciam)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. deest verbum *sunt*. Id ego ex aliis Codd. et ex antiquis Edd. sumpsi. Sed in his est *Propria quaedam in singulis telorum generibus subjicienda sunt, quae protinus subjiciam,* verbo *subjicienda* redundante. Lindenius legit *Praeter quae propria quaedam in singulis telorum generibus sunt, quae protinus subjiciam.*

2. *insidit)* Ita Ruellius, Stephanus, et Lindenius; alii, *insedit*, ut est in Mss.

3. *ipsa in angusto est)* Sic lib. 8. cap. 3. *vitium in angusto est*. Lindenius legit *ipsa angusta est*, ut habet in margine Ed. Constantini.

4. *si retro, quam si contra trahuntur)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *si retrorsus, quam si contra eximatur.*

5. *ad similitudinem graecae litterae)* Figura graecae litterae in Codd. Mss. deest. Med. I. habet ψ a manu Palavicini, eaque littera in antiquas Edd. [illegible] est. In Ed. Lindenii est *v*. Mihi *Y* aptior videtur.

6. *ubi apparuit mucro, si arundo inhaeret)* Lindenius legit *ubi apparuit mucro, si ei arundo inhaeret*. Ego sustuli vocem *ei*, quae abest ab antiquis libris, neque necessaria est. Codd. Mss. et pleraeque Edd. habent *ubi apparuit, si mucro si arundo inhaeret;* Edd. Ruellii, et Stephani, *ubi apparuit, si mucroni arundo inhaeret.*

7. *forcipe)* Ita et hic, et alibi legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii; atque ita ubique legendum esse Critici contendunt, non *forfice*, ut habent veteres libri. Vide Rhodii adnot. ad Scribonii Compos. 51.

8. *ampliato vulnere)* Ita in plerisque Codd. et in Edd. antiquis. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii habent *ampliato magis vulnere:* sed particula *magis* irrepsit ex praecedenti periodo.

9. *si ea non inest)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *si in ea non est*. Ego prae-

si spicula apparuerunt, eaque brevia et tenuia sunt, forcipe ibi comminui debent, vacuumque ab his telum educi: si ea majora valentioraque sunt, fissis scriptoriis calamis contegenda, ac, ne quid [10] lacerent, sic evellenda sunt. Et in sagittis quidem haec observatio est.

*Latum vero telum [1] si conditum est, ab altera parte educi non expedit; ne ingenti vulneri ipsi quoque ingens vulnus adjiciamus. Evellendum est ergo [2] genere quodam ferramenti [3] quod *Διοκλεῖον κυαθίσκον* Graeci vocant; quoniam auctorem Dioclem habet: quem inter priscos maximosque medicos fuisse jam posui. [4] Lamina vel ferrea, vel etiam aenea ab altero capite duos utrimque deorsum conversos uncos habet; ab altero duplicata lateribus, leviterque extrema in eam partem inclinata quae sinuata est, [5] insuper ibi etiam perforata est. Haec juxta telum transversa demittitur: deinde, ubi [6] ad imum mucronem ventum est, paulum torquetur, ut telum foramine suo excipiat: cum in cavo mucro est; [7] duo digiti, subjecti partis alterius uncis, [8] simul et ferramentum id extrahunt, et telum. * 3.

*[1] Tertium genus telorum est, quod interdum evelli debet, plumbea glans, aut lapis, aut simile aliquid, quod perrupta cute integrum intus insedit. In omnibus his latius vulnus aperiendum, idque quod inest, ea qua venit forcipe extrahendum est. [2] Accedit vero aliquid difficultatis sub omni ictu, si telum vel * 4.

positionem *in* cum verbo *est* conjunxi, facique *inest*. Alii Codd. et omnes libri editi habent *si ea non est*.

10. *lacerent)* Lindenius legit *dilacerent*.

1. *conditum est)* In Ed. Lindenii legitur *si aliquis intus in carne habuerit*; quae horum verborum interpretatio est ex margine in contextum traducta.

2. *genere quodam ferramenti)* Lindenius, *quodam genere ferramenti*,

3. *quod Διοκλεῖον κυαθίσκον Graeci vocant)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. habent *quod Diocleum cyathiscum*. Ego graece scripsi Διοκλεῖον κυαθίσκον. Videtur autem ita vocatum, quod concavum esset, et ad cyathi figuram accederet. In aliis Codd. legitur *quod Diocleum eraphiscon* &c. in Edd. sex primis, *quod Diochis Graeci belulcum vocant*; in Caesariana, *quod Diocleum Graeci belulcum vocant*; in Manutianis, aliisque, *quod Diocleum Graeci graphiscum vocant*; in Lindeniana, quod Διοκλέους γραφίρκον Graeci vocant.

4. *Lamina vel ferrea, vel etiam aenea)* Lindenius legit *Lamina est ferrea, vel aenea etiam*; infra vero, *habens* pro habet.

5. *insuper ibi etiam perforata est)* Ita Cod. Med. 1 et Vat. VIII. alii Codd. et Edd. antiquae: *insuper ibi etiam parte inclinata, quae perforata est*, Ed. Lindenii, *insuper etiam ea parte inclinata, quae perforata est*.

6. *ad imum mucronem)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. *ad mucronem*.

7. *duo digiti)* Ita in Codd. Med. 1. et Vat. VIII. Alii Codd. habent *illico digiti*. In Med. autem IV. addita est inter versus ab alia manu vox *duo*; unde vulgata lectio *illico duo digiti*.

8. *simul et ferramentum)* Lindenius, *simul ferramentum*.

1. *Tertium genus telorum est* &c.) Idem, *Tertium genus telorum, quod interdum evelli debet, est plumbea glans*.

2. *Accedit vero aliquid difficultatis)* Ita habent omnes paene Codices, omnesque

ossi inhaesit, vel in articulo se inter duo ossa demersit. In osse usque eo movendum est, donec laxetur is locus qui mucronem momordit; et tunc vel manu vel forcipe telum extrahendum est: [3] quae ratio in dentibus quoque ejiciendis est. Vix umquam ita telum non sequitur: sed si morabitur, [4] excuti quoque ictum aliquo ferramento poterit. Vltimum est, ubi non evellitur, terebra juxta forare, [5] ab eoque foramine, [6] ad speciem litterae V, contra telum os excidere sic, ut lineae quae diducuntur, ad telum spectent: eo facto, id necesse est labet, et facile auferatur. Inter duo vero ossa si per ipsum articulum perruperit, circa vulnus duo membra fasciis habenisve deliganda, et per has in diversas partes diducenda sunt, ut nervos distendant: quibus extentis, [7] laxius inter ossa spatium est, ut sine difficultate telum recipiatur. Illud videndum est, sicut in aliis locis posui, ne quis nervus, aut vena, aut arteria a telo laedatur, dum id extrahitur: eadem scilicet ratione quae supra posita est.

* 5. * At si venenato quoque telo quis ictus est, iisdem omnibus, si fieri potest, etiam festinantius actis, adjicienda curatio est, quae vel epoto veneno, vel a serpente ictis adhibetur. Vulneris autem ipsius, extracto telo, medicina non alia est, quam quae esset, si corpore icto nihil inhaesisset: de qua satis alio loco dictum est.

* VI. * Haec [1] evenire in qualibet parte corporis possunt: reliqua certas sedes habent. De quibus dicam orsus a capite. In hoc multa variaque tubercula oriuntur; *γάγγλια*, *μελικηρίδας*, [2] *ἀθερώματα* nominant; aliisque etiamnum vocabulis quaedam alii discernunt: quibus ego *στεατώματα* quoque adjiciam. Quae quam-

Editiones. In nonnullis Codd. pro *difficultatis* legitur *difficultati*.

3. *quae ratio in dentibus quoque ejiciendis est. Vix umquam &c.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *quae ratio quoque in dentibus ejiciendis et vix unquam &c.* Edd. antiquae, *quae ratio in dentibus quoque ejicienda est. Et vix unquam &c.* Ed. Lindenii, *quae ratio quoque in dentibus ejiciendis est. Et vix unquam &c.*

4. *excuti quoque ictum aliquo ferramento poterit)* Lindenius legit *excuti quoque cum aliquo ferramento poterit.*

5. *ab eoque foramine)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *ab eo quoque foramine*; Ed. Lindenii, *et ab eo foramine*.

6. *ad speciem litterae V)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *ad speciem litterae vel*. In exemplari, ut opinor, erat *V* idque indocti librarii pro *vel* acceperunt. In aliis Codd. litterae figura deest. Edd. antiquae habent ψ ex Palavicino; Lindeniana *v*. Cum Celsus non dixerit *gracae litterae*, mihi latina *V* aptissima videtur.

7. *laxius)* Aliqui Codd. Mss. habent *latius*.

1. *evenire)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *venire*.

2. *ἀθερώματα)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. est *etheromata*. Hinc ortum primum *et heromata*, quod Med. IV. ab alia manu, et ex illo sex primae Edd. habent; postea, *et atheromata*, quod in Edd. Manutianis; tum *et ἀθερώματα*, quod in ceteris est Editionibus.

vis et in cervice, et in alis, et in lateribus oriri solent; per se tamen non posui; [3] cum omnia ista mediocres differentias habeant, ac neque periculo terreant, neque diverso genere curentur. [4] Omnia autem ista et ex parvulo incipiunt, et diu paulatimque increscunt, et tunica sua includuntur. Quaedam ex his dura ac renitentia, quaedam mollia cedentiaque sunt: quaedam spatio nudantur, quaedam tecta capillo suo permanent: fereque sine dolore sunt. Quid intus habeant, ut conjectura praesagiri potest, sic ex toto cognosci, nisi cum ejecta sunt, non potest. Maxime tamen in iis quae renituntur, aut lapillis quaedam similia, aut concreti confertique pili reperiuntur: in iis vero quae cedunt, aut melli simile aliquid, aut tenui pulticulae, aut quasi rasae cartilagini, aut carni hebeti et cruentae; quibus [5] alii aliique colores esse consuerunt. Fereque ganglia renituntur: atheromati subest quasi tenuis pulticula: meliceridi liquidior humor; [6] ideoque pressus circumfluit: steatomati pingue quiddam; idque latissime patere consuevit, resolvitque totam cutem superpositam sic, ut ea labet; cum in ceteris sit adstrictior. Omnia, derasa ante si capillis conteguntur, [7] per medium oportet incidere. Sed steatomatis tunica quoque secanda est, ut effundatur quidquid intus coiit; quia non facile a cute et subjecta carne ea separatur: [8] in ceteris ipsa tunica inviolata servanda est. [9] Protinus autem alba et intenta se ostendit. Tum scalpelli manubriolo diducenda a cute et carne est, ejiciendaque cum eo quod intus tenet. Si quando tamen ab inferiore parte tunicae musculus inhaesit, ne is laedatur, superior pars illius [10] decidenda, [11] alia inibi relin-

3. *cum omnia ista)* Caesarius, Ruellius, Pantinus, et Lindenius legunt *cum ista omnia*.

4. *Omnia autem ista)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Omnia vero ista*.

5. *alii aliique colores)* Ita Lindenius legit cum Scaligero. In Mss. deest vox *alii*. Edd. antiquae habent *aliqui colores*, ex Palavicino.

6. *ideoque pressus circumfluit)* Ita in Edd. Caesarii, Ruellii, Pantini, Constantini, et Stephani. Eodem modo cap. 14. hujus lib. dicitur, *Humor autem si premitur, circumfluit*. Alii legunt *pressum*, ut habent Codd. Mss. Lindenius, *pressu*.

7. *per medium oportet incidere. Sed steatomatis tunica quoque secanda est &c.)* Perperam Lindenius legit *per medium oportet incidere, ut effundatur quicquid intus coiit. Sed steatomatis tunica quoque secanda est: quia non facile &c.* Nam, ut mox dicitur, in meliceride et atheromate *ipsa tunica servanda est... ejiciendaque cum eo quod intus tenet*.

8. *in ceteris)* Lindenius, *At in caeteris*.

9. *Protinus autem alba et intenta se ostendit. Tum &c.)* Idem legit *Protinus autem, cum ista alba et intenta se ostendit, tum &c.*

10. *decidenda)* Fortasse *praecidenda*; ut cap. 4. sect. 2. hujus lib. Ibi quoque in multis Codd. et in antiquis Edd. legitur *decidatur*; sed in Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. Lindenii, *praecidatur*.

11. *alia inibi relinquenda est)* Cod. Vat. VIII. habet *admisi relinquenda est*; et ita scriptum fuisse videtur etiam in Med. I. Palavicinus erasit verbum *admisi*, et scri-

quenda est. Vbi tota exempta est, committendae orae, fibulaque his injicienda, et super medicamentum glutinans dandum est. Vbi vel tota tunica, vel aliquid ex ea relictum est, pus moventia adhibenda sunt.

VII. 1. * Sed ut haec neque genere vitii, neque ratione curationis inter se multum distant, sic in oculis, quae manum postulant, et ipsa diversa sunt, et aliter aliterque curantur. Igitur in superioribus palpebris vesicae nasci solent pingues gravesque, quae vix attollere oculos sinunt, levesque pituitae cursus, sed assiduos in oculis movent. Fere vero in pueris nascuntur. Oportet, compresso digitis duobus oculo, atque ita cute intenta, scalpello [1] transversam lineam incidere, suspensa leviter manu, [2] ne vesica ipsa vulneretur; et ut locus ei patefactus est, ipsa prorumpat: [3] tum digitis eam apprehendere, et evellere. [4] Facile autem sequitur. Dein [5] superinungi collyrio debet ex iis aliquo quo lippientes oculi superinunguntur: [6] paucissimisque diebus cicatricula inducitur. Molestius est ubi incisa vesica est: effundit enim humorem; neque postea, quia tenuis admodum est, potest colligi. Si forte id incidit, eorum aliquid imponendum est quae puri movendo sunt.

* 2. * In eadem palpebra [1] supra pilorum locum tuberculum parvulum nascitur, quod a similitudine hordei, a Graecis κριθὴ nominatur. Tunica quiddam quod difficulter maturescit comprehensum est. Id vel calido pane, vel cera subinde calefacta foveri oportet sic, ne nimius is calor sit, sed facile [2] ea parte sustineatur: hac enim ratione saepe discutitur, interdum concoquitur. Si pus se ostendit, scalpello dividi debet, et quidquid intus humoris est exprimi: eodem deinde vapore postea quoque

psit *alia ibidem*; et ita vulgo legitur. Sed cum in aliis pluribus Codicibus sit *ad jam ibi*, ego id in *inibi* mutandum censui.

1. *transversam lineam incidere)* Sic cap. proxime sequenti sect. 8. *in superiore palpebra sub pilis ipsis incidenda linea est*; et cap. 9. *lineas transversas incidere*. Lindenius legit *transversa linea incidere*, ut habet in margine Ed. Constantini.

2. *ne vesica ipsa vulneretur; et ut locus ei patefactus est, ipsa prorumpat)* Ita Edd. antiquae. In Codd. Med. 1. et Vat. VIII. pro *prorumpat* est *prorumpit*; in aliis legitur *ne vesica ipsa prorumpat*, cetera verba desunt. Constantinus putat pro *et ut locus* reponendum esse *et ut qua locus*. Lindenius legit *ne vesica ipsa vulneretur, et ut, loco ei patefacto, ipsa prorumpat*.

3. *tum digitis eam apprehendere)* Ita Ed. Lindenii. In libris antiquis additur *oportet*; ex glossemate.

4. *Facile autem sequitur)* Lindenius legit *Facile enim sequitur*.

5. *superinungi)* Alii, *superungi*.

6. *paucissimisque diebus &c.)* Lindenius legit *quo paucissimis diebus cicatricula inducitur*.

1. *supra pilorum locum)* Sic reposui ex Codd. Med. 1. et Vat. VIII. In aliis Codd. et in libris vulgatis legitur *super pilorum locum*.

2. *ea parte sustineatur)* Lindenius legit *a parte sustineatur*.

foveri et superinungi, donec ad sanitatem perveniat.

* Alia quoque quaedam in palpebris huic non dissimilia nascuntur; sed neque utique figurae ejusdem, et mobilia, simul atque digito [1] vel huc vel illuc [2] impelluntur: ideoque ea χαλάζια Graeci vocant. Haec incidi debent, si sub cute sunt, ab exteriore parte; si sub cartilagine, ab interiore: dein scalpelli manubriolo [3] diducenda ab integris partibus sunt. Ac si intus plaga est, [4] inungendum primo lenibus, deinde acrioribus: si extra, superdandum emplastrum quo id glutinetur. * 3.

* Vnguis vero, quod πτερύγιον Graeci vocant, est [1] membranula nervosa oriens ab angulo, quae nonnumquam ad pupillam quoque pervenit, eique officit. Saepius a narium, interdum etiam a temporum parte nascitur. Hunc recentem non difficile est discutere medicamentis, quibus cicatrices in oculis extenuantur: si inveteravit, jamque ei crassitudo quoque accessit, excidi debet. Post abstinentiam vero unius diei, vel adversus in sedili contra medicum is homo collocandus est, vel sic aversus, ut in gremium ejus caput resupinus effundat. Quidam si in sinistro oculo vitium est, adversum: si in dextro, resupinum collocari volunt. Alteram autem palpebram a ministro diduci oportet, alteram a medico: sed ab hoc, si ille adversus est, inferiorem; si supinus, superiorem. Tum idem medicus hamulum acutum, paulum mucrone intus recurvato, subjicere extremo ungui debet, eumque infigere; atque eam quoque palpebram tradere alteri: ipse, hamulo apprehenso, levare unguem, eumque acu trajicere linum trahente: deinde acum ponere, lini duo capita apprehendere, et per ea erecto ungue, si qua parte oculo inhaeret, manubriolo scalpelli diducere, donec ad angulum veniat: deinde invicem modo remittere, modo attrahere, ut sic et initium ejus, et finis anguli reperiatur. Duplex enim periculum est; ne vel ex ungue * 4.

1. *vel huc, vel illuc)* Ita in Codd. Mss. in libris vulgatis, *huc, vel illuc*.

2. *impelluntur: ideoque ea χαλάζια Graeci vocant)* Legendum videtur *impelluntur: ea Χαλάζια Graeci vocant*; vel *impelluntur: eaque χαλάζια* &c. Ita enim vocantur, non quod mobilia sunt simulatque digito impelluntur, sed quod grandini similia sunt. Ed. Constantini in margine habet, *impelluntur. Grandini similia sunt, ideoque ea χαλάζια Graeci vocant*. Lindenius legit *impelluntur. Quae quia grandini similia sunt, χαλάζια Graeci vocant*.

3. *diducenda)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *deducenda*.

4. *inungendum primo lenibus)* id est inungendae palpebrae. Eodem modo proxima sect. 4. dicitur *inungendum collyrio*; et sect. 10. *melle inungendum*; et lib. 6. cap. 6. sect. 26. *inungi acribus medicamentis*. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. legitur *inungenda primum lenibus*; id est plaga.

1. *membranula nervosa oriens ab angulo, quae &c.)* Lindenius legit *membranula nervosa, quae oriens ab angulo* &c.

2. *vel ex angulo caruncula quoque abscindatur)* Alii omnes, *vel ex angulo quoque caruncula abscindatur*.

aliquid relinquatur, quod exulceratum vix ullam recipiat curationem; [2] vel ex angulo caruncula quoque abscindatur, quae, si vehementius unguis ducitur, [3] sequitur; ideoque decipit. [4] Abscissa, patefit foramen, per quod postea semper humor descendit: [5] ῥυάδα Graeci vocant. Verus ergo anguli finis utique noscendus est; qui ubi satis constitit, non nimium adducto ungue, scalpellus adhibendus est; deinde [6] sic excidenda ea membranula, ne quid ex angulo laedatur. [7] Eo deinde ex melle linamentum superdandum est, supraque linteolum, et aut spongia aut lana sucida: proximisque diebus diducendus quotidie oculus est, ne cicatrice inter se palpebrae glutinentur; siquidem id quoque tertium periculum accedit: eodemque modo linamentum imponendum, ac novissime inungendum collyrio quo ulcera ad cicatricem [8] perducantur. Sed ea curatio vere esse debet, aut certe ante hiemem: de qua re ad plura loca pertinente, semel dixisse satis erit. Nam duo genera curationum sunt: alia in quibus eligere tempus non licet, sed utendum est eo quod incidit; [9] sicut in vulneribus [et fistulis]: alia in quibus nullus dies urget et exspectare tutissimum et facile est; sicut evenit in iis quae et tarde increscunt, et dolore non cruciant. In his ver exspectandum est: aut si quid magis pressit, [10] melior tamen autumnus est quam aestas, vel hiems; atque is ipse medius, [11] jam fractis aestibus, [12] nondum ortis frigoribus. Quo magis autem necessaria pars erit quae tractabitur, hoc quoque majori periculo subjecta est: et sae-

3. *sequitur; ideoque decipit)* quia videtur pars esse unguis. Lindenius legit *sequitur quoque, ac decipit;* Almeloveenius, *sequitur quoque, ac decidit.*

4. *Abscissa, patefit foramen)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. habent *ac si abscissa est, patefecit foramen;* Edd. antiquae, *ac si abscissa est patescit foramen;* Ed. Lindenii, *Si abscissa est, patefit foramen.*

5. *ῥυάδα Graeci vocant)* Ita ex Galeno reponendum monuit Caesarius; itaque ediderunt Gryphius, Pantinus, Constantinus, Stephanus, et Lindenius. Alii legunt *rhypada;* alii, *ῥυπαδα.* Cod. Med. I. habet *rifada;* Vat. VIII. *rhyfada.*

6. *sic excidenda ea membranula, ne quid &c)* Lindenius restituit particulam *sic*, quae deerat; sed omisit vocem *ea*, quam omnes habent antiqui libri.

7. *Eo deinde)* Ita libri antiqui; nisi quod in Codd. Med. et Vat. VIII. mendose est *Eodem inde.* Lindenius legit *Ei deinde.*

8. *perducantur)* Alii omnes, *perducuntur.*

9. *sicut in vulneribus [et fistulis])* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae; alii Codd. *sicut in vulneribus, in fistulis;* Ed. Lindenii, *sicut in vulneribus, et fistulis.* Verba *et fistulis* aliena sunt: nam in fistulis *nullus dies urget, quia et tarde increscunt, et dolore non cruciant.*

10. *melior tamen autumnus est quam aestas, vel hiems)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *melior tamen autumnus, vel aestas, vel hiems est;* Edd. antiquae, *melior tamen autumnus vel aestas, quam hiems est;* Ed. Lindenii, *melior tamen autumnus quam aestas vel hiems est.*

11. *jam fractis aestibus)* Ita liber Guilandini, et Ed. Lindenii; alii libri omnes, *jam fractis aestatibus.*

12. *nondum)* Lindenius, *et nondum.*

pe quo major plaga facienda, eo magis haec temporis ratio servabitur.

* Ex curatione vero unguis, ut dixi, vitia nascuntur, quae 5.
ipsa aliis quoque de causis oriri solent. Interdum enim fit in angulo, parum ungue exciso, vel aliter, tuberculum, quod palpebras parum diduci patitur: ἐγκανθὶς graece nominatur. Excipi hamulo, et circumcidi debet; hic quoque diligenter temperata manu, ne quid ex ipso angulo [1] abscindatur. Tum exiguum linamentum respergendum est vel cadmia, vel atramento sutorio; inque eum angulum, diductis palpebris, inserendum, supraque eodem modo deligandum: proximisque diebus [2] similiter nutriendum; tantum ut primis aqua egelida, vel etiam frigida foveatur.

* Interdum inter se palpebrae coalescunt, aperirique non pot- 6.
est oculus. Cui malo solet etiam illud accedere, [1] ut palpebra cum albo oculi cohaerescat; scilicet cum [2] in utroque fuit ulcus negligenter curatum. [3] Saneseendo enim, quod diduci potuit et debuit, glutinavit. [4] Ἀγκυλοβλεφάρους sub utroque vitio Graeci vocant. Palpebrae tantum inter se cohaerentes non difficulter diducuntur; sed interdum frustra: nam rursus glutinantur. Experiri tamen oportet; quia bene res saepius cedit. Igitur [5] aversum specillum inserendum, diducendaeque eo palpebrae sunt: deinde exigua penicilla interponenda, donec exulceratio ejus loci finiatur. At ubi albo ipsius oculi palpebra inhaesit, Heracli-

1. *abscindatur)* Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *abscindat*.

2. *similiter nutriendum; tantum ut primis &c.)* Sic lib. 8. cap. ult. *membrum ... sic jacere convenit, ut maxime cubantem juvat; tantum ne moveatur, neve dependeat*. Aliqui Codd. habent *similiter nutriendum, tamen ut primis &c.* Ed. Lindenii, *similiter nutriendum, ut primo tantum &c.*

1. *ut palpebra cum albo oculi cohaerescat)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Sic paulo infra, *ubi albo ipsius oculi palpebra inhaesit*. Alii Codd. et libri editi habent *ut palpebrae cum albo oculi cohaerescant.*

2. *in utroque)* Lindenius legit *in utrovis*.

3. *Sanescendo enim, quod diduci potuit et debuit, glutinavit)* Vlcus male curatum sanescendo glutinavit, quod diduci potuit. Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. In Edd. antiquis pro *glutinavit* est *glutinabit*; in Ed. Lindenii, *glutinabitur*.

4. *Ἀγκυλοβλεφάρους sub utroque vitio Graeci vocant)* videlicet et eos in quibus palpebrae inter se coalescunt, et eos in quibus palpebra cum albo oculi cohaesit. Sic autem reposui ex Codd. Mss. Sed in plerisque scriptum est *angynblepharus sub utroque &c.* in Med. I. et Vat. VIII. *ancyloblepharus Graecis utroque vitio vocant*; sed in margine Med. VII. ab eadem manu, *αγκυλοβλεφαροις sub utroque vitio &c.* Edd. sex primae, et Manutianae habent *ancyloblepharos* (Manutianae, *ἀγκυλοβλέφαρος*) *sub utroque vitio &c.* Caesariana, et aliae, *ἀγκυλοβλέφαρον sub utroque vitio &c.* Lindeniana, *ἀγκυλοβλέφαρον sub utroque vitium Graeci vocant*.

5. *aversum specillum)* Ita habent plerique Codd. atque Ed. Constantini; Cod. Med. I. et Vat. VIII. ceteraeque Edd. *adversum specillum*; sed perperam. Vide Fabricium ab Aquapendente de Chirurg. Operat. cap. de Ancyloblepharo.

des Tarentinus auctor est, adverso scalpello subsecare magna cum moderatione, ut neque ex oculo, neque ex palpebra quidquam abscindatur; ac si necesse est, ex palpebra potius. Post haec inungatur oculus medicamentis quibus aspritudo curatur: quotidieque palpebra vertatur, non solum ut ulceri medicamentum inducatur, sed etiam [6] ne rursus inhaereat: [7] ipsique etiam praecipiatur, ut saepe eam duobus digitis attollat. Ego sic restitutum esse neminem memini. Meges se quoque multa tentasse, neque umquam profuisse, quia semper iterum oculo palpebra inhaeserit, memoriae prodidit.

* 7. * Etiamnum in angulo qui naribus propior est, ex aliquo vitio quasi parva fistula aperitur, per quam pituita assidue destillat: αἰγίλωπα Graeci vocant. Idque assidue male habet oculum: nonnumquam etiam, exeso osse, [1] usque ad nares penetrat. [2] Atque interdum naturam carcinomatis habet; ubi intentae venae et recurvatae sunt, color pallet, cutis dura est, et levi tactu irritatus, inflammationemque in eas partes quae conjunctae sunt evocat. Ex his, eos qui quasi carcinoma habent curare periculosum est: nam mortem quoque ea res maturat. Eos vero quibus ad nares tendit, supervacuum: neque enim sanescunt. At quibus id in angulo est, potest adhiberi curatio; cum eo, ne ignotum sit esse difficilem: [3] quantoque angulo propius id foramen est, [4] tanto difficilior est; quoniam perangustum est in quo versari manus possit. Recenti tamen re mederi facilius est. [5] Ergo hamulo summum ejus foraminis excipiendum; deinde totum id cavum, sicut in fistulis dixi, usque ad os excidendum; oculoque et ceteris junctis partibus bene obtectis, [6] os ferramento

6. *ne rursus inhaereat)* In Edd. Salingiacensi, et Lindeniana deest *rursus*.

7. *ipsique etiam praecipiatur)* Sic sect. 15. hujus cap. *cervice deligata, retentoque ab ipso spiritu, quo magis venae prodeant* &c. id est ab ipso aegro. In margine Ed. Constantinianae legitur *ipsique aegro etiam praecipiatur*; in Ed. Lindenii, *ipsique etiam aegro praecipiatur*.

1. *usque ad nares)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *usque nares*.

2. *Atque)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *Idque*.

3. *quantoque)* Ed. Lindenii, *quanto autem*.

4. *tanto difficilior est)* Cod. Med. I. habet *tanto difficiliorem*. Videtur in veteri exemplari scriptum fuisse *difficilior ē*, ut fieri a librariis solet; indeque ortum *difficiliorē*, sive *difficiliorem*.

5. *Ergo hamulo)* Sic reposui pro *Eo hamulo* quod est in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Eadem forma cap. 10. hujus lib. dicitur, *Ergo hunc ferramento acuto resolvere ab osse oportet*. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *Sed hamulo*; Ed. Lindenii, *Hamulo autem*.

6. *os ferramento adurendum est, vehementiusque, si jam carie vexatum est* &c.*)* Sic emendavi locum hunc, cum in omnibus libris corruptus esset. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *os ferramento adurendum est vehementius, quod si jam certe vexatum est quod grassior quam accedat*; alii, *os ferramento adurendum est, vehementiusque, si jam carie vexatum est, quo cras-*

adurendum est; vehementiusque, si jam carie vexatum est, quo crassior squama abscedat. Quidam adurentia imponunt, ut atramentum sutorium, vel chalcitidem, vel aeruginem rasam: quod et tardius et non idem facit. Osse adusto, curatio sequitur eadem quae in ceteris ustis.

* Pili vero qui in palpebris sunt, duabus de causis oculum * 8.
irritare consuerunt. [1] Nam modo palpebrae superioris summa cutis relaxatur, et procidit; quo fit, ut ejus pili ad ipsum oculum convertantur, quia non simul cartilago quoque se remisit: modo sub ordine naturali pilorum alius ordo subcrescit, qui protinus intus ad oculum tendit. [2] Curationes hae sunt. Si pili nati sunt qui non debuerunt, tenuis acus ferrea [3] ad similitudinem spathae lata, in ignem conjicienda est: deinde candens, sublata palpebra sic, ut ejus perniciosi pili in conspectum curantis veniant, sub ipsis pilorum radicibus [4] ab angulo immittenda est, ut ea tertiam partem palpebrae [5] transuat; deinde iterum, tertioque [6] usque ad alterum angulum: quo fit, ut omnes pilorum radices adustae emoriantur. Tum superimponendum medicamentum est quod inflammationem prohibeat: atque ubi crustae exciderunt, ad cicatricem perducendum. Facillime autem id genus sanescit. Quidam ajunt acu transui juxta pilos exteriorem

sior his squama accedat, quidam &c. Edd. antiquae, *os ferramento adurendum est vehementius. Quod si jam carie vexatum est, quo crassior his squama accedat, quidam* &c. In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legitur *os ferramento adurendum est vehementius. Quod si jam carie vexatum est, quo crassior huic squama abscedat, quidam* &c.

1. *Nam modo palpebrae superioris summa cutis relaxatur)* In Edd. Bevelaquae, Juntae, Caesarii, Ruellii, et Lindenii legitur *Nam modo palpebrae summa cutis relaxatur*; sed perperam. Non enim de utraque palpebra, sed de superiore tantum Celsum loqui tum ex his verbis apparet quae proxime sequuntur, *et procidit; quo fit, ut ejus pili ad oculum convertantur;* tum ex iis quae infra habentur; *pilum in superiorem palpebrae partem attrahendum, ibique corpori adglutinandum.* De ea curatione quae utrique palpebrae laxiori communis est, Celsus inferius sermonem facit.

2. *Curationes hae sunt)* Gryphius, Pantinus, Constantinus, et Lindenius legunt *Curationes vero hae sunt*, ut est in Ed. Salingiacensi.

3. *ad similitudinem spathae lata)* Ita in Ed. Lindenii. Veteres libri habent *ad similitudinem hastae lata.*

4. *ab angulo immittenda est)* Lindenius legit *angulo immittenda est.*

5. *transuat)* Ita habent Edd. Gryphii, Pantini, et Constantini, et quidem recte. Acus enim, et quodlibet instrumentum acui simile transuere dicitur, quoties perforat, etiamsi filo careat; ut docet Facciolatus. Porro *transuat* consonum est verbis quae paulo post sequuntur, *Quidam ajunt acu transui juxta pilos exteriorem partem palpebrae oportere.* Vide Morgagni Epist. 3. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *transeat;* alii, atque Edd. 1478. 1481. 1493. 1497. et Manutianae, *transueat;* alii Codd. et ceterae Edd. *transvehat.*

6. *usque ad alterum angulum)* In Edd. Salingiacensi, Pantiniana, et Lindeniana deest *usque.*

partem palpebrae oportere, eamque transmitti duplicem capillum muliebrem ducentem; atque ubi acus transiit, in ipsius capilli sinum, qua duplicatur, pilum esse [7] conjiciendum, et per eum in superiorum palpebrae partem attrahendum, ibique corpori adglutinandum, et imponendum medicamentum, [8] quo foramen glutinetur: sic enim fore, ut is pilus in exteriorem partem postea spectet. Id primum fieri non potest, nisi in pilo longiore; cum fere breves [9] eo loco nascantur. Deinde si plures pili sunt, [10] necesse est longum tormentum, toties acu trajecta, magnam inflammationem moveat. Novissime cum humor aliquis ibi subsit, oculo et ante per pilos et tum per palpebrae foramina affecto, vix fieri potest, ut gluten quo vinctus est pilus, non resolvatur: eoque fit, ut is eo unde vide vi abductus est redeat. Ea vero curatio quae palpebrae laxioris ab omnibus frequentatur, nihil habet dubii. Siquidem oportet contecto oculo mediam palpebrae cutem, sive ea superior, sive inferior est, apprehendere digitis, [11] ac sic levare: tum considerare quantulo detracto futurum sit, ut naturaliter se habeat. Siquidem hic quoque duo pericula circumstant: si nimium fuerit excisum, ne contegi oculus non possit; si parum, ne nihil actum sit, et frustra sectus aliquis sit. [12] Qua deinde incidendum videbitur, per duas lineas atramento notandum est sic, ut inter oram quae pilos continet, et propiorem ei lineam aliquid relinquatur, quod apprehendere acus postea possit. His costitutis, scalpellus adhibendus est: et si superior palpebra est, ante; si inferior, postea propius ipsis pilis incidendum: initiumque faciendum in sinistro oculo, ab eo angulo qui tempori; in dextro, ab eo qui naribus propior est:

7. *conjiciendum)* Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *injiciendum*.

8. *quo foramen glutinetur)* Alii legunt *quo foramen quoque glutinetur*; sed perperam. Nam foramen acu factum eodem modo glutinandum est, quo alia recentia vulnera glutinantur: pilus vero corpori adglutinatur, ut superiori palpebrae parti inhaereat.

9. *eo loco)* Lindenius legit *eo loci*.

10. *necesse est longum tormentum, toties acu trajecta, magnam inflammationem moveat)* Ita habent Codd. Med. I. et Vat. VIII. nisi quod in utroque est *magnamque*; alii Codd. *necesse est longum tormentum, cum toties acus transuet* (al. *transiet*, al. *transiit*; al. *transui*) *magnamque inflammationem moveat*. In Med. tamen IV. particula *que* expuncta est. In Edd. antiquis legitur *necesse est longum tormentum, cum toties acus transuet, magnam inflammationem moveat*; in Ed. Lindenii, *necesse est longum tormentum sit, et toties acus transiens* &c.

11. *ac sic levare)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Eadem forma est in lib. 2. cap. II. *in aeneam* cucurbitulam *linamentum ardens conjicitur, ac sic os ejus corpori aptatur, imprimiturque*; in lib. 2. cap. II. *solet desinere ali corpus, ac sic tabe consumi*; in lib. 12. cap. 4. et alibi quoque. Alii Codd. et libri editi habent *ac levare*.

12. *Qua deinde* &c.) Lindenius legit *Quod deinde* &c. ut habet in margine Ed. Constantini,

idque quod inter duas lineas est, excidendum. Deinde orae vulneris inter se simplici sutura committendae, [13] operiendusque oculus est. Si parum palpebra descendet, [14] laxanda sutura; si nimium, aut adstrigenda, aut etiam rursus tenuis habenula ab ulteriore ora excidenda: ubi secta est, aliae suturae adjiciendae, quae supra tres esse non debent. Praeter haec, in superiore palpebra sub pilis ipsis incidenda linea est, ut ab inferiore parte diducti pili sursum spectent: idque si levis inclinatio est, etiam solum satis tuetur. Inferior palpebra eo non eget. His factis, spongia ex aqua frigida expressa superdeligandа est: postero die glutinans emplastrum injiciendum: quarto [15] suturae tollendae, et collyrio quod inflammationes reprimat superinungendum.

* Nonnumquam autem nimium sub hac curatione excisa cute evenit, ut oculus [1] non contegatur: idque interdum etiam alia de causa fit. [2] Λαγωφθάλμους Graeci appellant. In quo si nimium palpebrae deest, nulla id restituere curatio potest: si exiguum, mederi licet. Paulum infra supercilium cutis incidenda est lunata figura, cornibus ejus deorsum spectantibus. Altitudo esse plagae usque ad cartilaginem debet, ipsa illa nihil laesa: nam si ea incisa est, palpebra concidit, neque attolli postea potest. Cute igitur tantum diducta fit, [3] ut paulum ima ora descendat; hiante scilicet super plaga; in quam linamentum [4] conjiciendum est, quod et conjungi diductam cutem prohibeat, et in medio *9.

13. *operiendusque oculus est. Si parum &c.)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. in aliis, *operiendusque oculus, et si parum &c.* Vulgo legitur ex Palavicino, *operiendusque oculus est, et si parum &c.*

14. *laxanda sutura)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *laxandas utraque*. Ego reposui *laxanda sutura*; atque ita legendum esse verba ostendunt, quae proxime sequuntur, *aliae suturae adjiciendae*. Alibi quoque in antiquis libris pro *sutura* mendose est *utraque*. Vide adnot. 15. ad cap. 16. hujus libri. In aliis Codd. legitur *laxandos utroque*; in libris vulgatis, *laxanda utique*, ex Palavicino.

15. *suturae tollendae, et collyrio &c)* sive simplex, sive plures suturae sint. Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. habent *sutura tollenda est, collyrio &c.* libri editi, *sutura tollenda est, et collyrio &c.*

1. *non contegatur)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *non tegatur*.

2. *Λαγωφθάλμους)* Plerique Codd. habent *lagoptalmus*; Med. I. et Vat. VIII. *lago palmos*; Edd. sex primae *glaucophtalmos*, ut est ab alia manu in Cod. Med. IV. (Manutianae, *λαγόφθαλμος*) Caesariana, ceteraeque, *λαγώφθαλμον*. Ego reposui Λαγωφθάλμους, ut in superiori sect. 6. Ἀγκυλοβλεφάρους.

3. *ut paulum ima ora descendat)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *ut paulum ima oculi ora descendat*. Ego sustuli vocem *oculi*, quae a malo interprete addita fuit. Palpebrae ima ora descendere debet ad oculum ipsum contegendum. In aliis Codd. et in Edd. omnibus, excepta Constantiniana, legitur *ut paulum in ima oculi ora descendat*; in Ed. Constantini, *ut paulum in imam oculi oram descendat*.

4. *conjiciendum)* Caesarius, Ruellius, et Lindenius, *injiciendum*.

5. *carunculam citet)* Lindenius legit *carunculam creet*.

[3] carunculam citet: quae ubi eum locum implevit, postea recte oculus operitur.

10. * Vt superioris autem palpebrae vitium est, quo parum descendit, ideoque oculum non contegit; sic inferioris, quo parum sursum attollitur, sed pendet et hiat, neque potest cum superiore committi. Atque id quoque evenit interdum ex simili vitio curationis, interdum etiam senectute. Ἐκτρόπιον Graeci [1] nominant. Si ex mala curatione est, eadem ratio medicinae est quae supra posita est: plagae tantum cornua ad maxillas, non ad oculum convertenda sunt. Si ex senectute est, tenui ferramento id totum extrinsecus adurendum est, deinde [2] melle inungendum: a quarto die vapore aquae calidae fovendum, inungendumque medicamentis ad cicatricem perducentibus.

11. * Haec fere circa oculum in angulis palpebrisque incidere consuerunt. In ipso autem oculo nonnumquam summa attollitur tunica, sive ruptis intus membranis aliquibus, sive laxatis; et similis figura acino fit: unde id σταφύλωμα Graeci vocant. Curatio duplex est: àltera ad ipsas radices per medium transuere acu duo lina ducente; deinde alterius lini duo capita ex superiore parte, alterius ex inferiore adstringere inter se; quae paulatim secando [1] id excidunt: altera in summa parte ejus ad lenticulae magnitudinem excidere; deinde spodium aut cadmiam [2] infriare. Vtrolibet autem facto, album ovi lana excipiendum, et imponendum; posteaque vapore aquae calidae fovendus oculus, et lenibus medicamentis [3] inungendus est.

12, * Clavi autem vocantur callosa [1] in albo oculi tubercula; quibus nomen a figurae similitudine est. Hos ad imam radicem perforare acu commodissimum est, infraque eam excidere; deinde lenibus medicamentis inungere.

13. * Suffusionis jam alias feci mentionem; quia cum recens incidit, medicamentis quoque saepe discutitur: sed ubi vetustior facta est, manus curationem desiderat: quae inter subtilissimas haberi potest. De qua antequam dico, paucis ipsius oculi natura

1. *nominant)* Ita Cod Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *vocant*.

2. *melle inungendum: a quarto die vapore* &c.*)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. Lindenius haec verba ita dividit: *melle inungendum a quarto die, vapore* &c. In aliis Codd. et in Edd. sex primis, Manutianis, et Ruelliana legitur *melle inungendum; at quarto die vapore* &c. in Salingiacensi, ceterisque Edd. *melle inungendum: et quarto die vapare* &c.

1. *id excidunt)* Ita libri antiqui; Lindenius legit *id excidant*.

2. *infriare)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *infricare*.

3. *inungendus est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *ungendus est*.

1. *In albo oculi)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *in oculis*.

indicanda est: cujus cognitio cum ad plura loca pertineat, tum vel praecipue ad hunc pertinet. Is igitur summas habet duas tunicas: ex quibus superior a Graecis κερατοειδὴς vocatur. [1] Ea qua parte alba est, satis crassa, pupillae loco extenuatur. Huic [2] interior adjuncta est, media parte, qua pupilla est, modico foramine concava, circa tenuis, ulterioribus partibus ipsa quoque plenior: quae [3] χοριοειδὴς a Graecis nominatur. Hae duae tunicae cum interiora oculi cingant, rursus sub his coeunt; extenuataeque et in unum coactae per foramen quod inter ossa est, ad membranam cerebri perveniunt, eique inhaerescunt. Sub his autem qua parte pupilla est, locus vacuus est: deinde infra rursus tenuissima tunica, quam Herophilus ἀραχνοειδῆ nominavit. Ea media subsidit; eoque cavo continet quiddam, quod a vitri similitudine ὑαλοειδὲς Graeci vocant. Id neque liquidum, neque aridum est, sed quasi congelatus humor: ex cujus colore pupillae color vel niger est, vel caesius; [4] cum summa tunica tota alba fit. [5] Id autem superveniens ab interiore parte membranula includit. Sub his gutta humoris est ovi albo similis; a qua videndi facultas proficiscitur: κρυσταλλοειδὴς a Graecis nominatur.

* Igitur vel ex morbo, vel ex ictu concrescit humor sub * 14.
duabus tunicis, qua locum vacuum esse proposui; isque paulatim indurescens, interiori potentiae se opponit. [1] Vitiique ejus plures species sunt; quaedam sanabiles, quaedam quae curationem non admittunt. Nam si exigua suffusio est, si immobilis, colorem vero habet marinae aquae, vel ferri nitentis, et a latere sensum aliquem fulgoris relinquit, spes superest. Si magna est, si nigra pars oculi, amissa naturali figura, [2] in aliam vertitur, [3] si suffusioni color caeruleus est, [4] aut auro similis, si labat, et hac atque illac movetur, vix umquam succurritur. Fere vero pejor est, quo ex graviore morbo, majoribusve capitis dolori-

1. *Ea)* Cod. quidam Constantini, et Ed. Lindenii, *eaque*.

2. *interior)* Alii, *inferior*.

3. *κοριοειδὴς)*. Edd. Caesarii, Ruellii, Pantini. et Lindenii, ῥαγοειδὴς.

4. *cum summa tunica tota &c.)* Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *cum summa tota tunica &c.*

5. *Id autem superveniens ab interiore parte membranula includit)* Legendum quod de hoc loco scripsit Morgagnus epist. anat. 17. sect. 23.

1. *Vitiique ejus)* In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legitur *Vitii ejus*.

2. *in aliam vertitur)* Ita in margine Ed. Constantinianae. Libri antiqui habent *in aliam vertit*. Sed vide adnot. 1. ad sect. 8. cap. 28. lib. 5. Lindenius legit *in aliam se vertit*.

3. *si suffusioni color caeruleus est)* Mercurialis *cereus* pro *caeruleus* legendum putat. Sed Morgagnus nihil mutandum censet. Vide epist. anat. 17. sect. 33. Codd. Vaticani II. et V. habent *caerulentus*.

4. *aut auro similis)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent aut auri similis, sed Mediceus ab alia manu, *auro*.

bus, vel ictu vehementiore orta est. [5] Neque idonea curationi senilis aetas est, quae sine novo vitio, tamen aciem hebetem habet: ac ne puerilis quidem; [6] sed inter has media. Oculus quoque curationi neque exiguus, neque concavus satis opportunus est. [7] Atque ipsius suffusionis quaedam maturitas est. Exspectandum igitur est, donec jam non fluere, sed duritie quadam concrevisse videatur. Ante curationem autem modico cibo uti, bibere aquam triduo debet; pridie ab omnibus abstinere. Post haec in adverso sedili collocandus est loco lucido, lumine adverso sic, ut contra medicus paulo altius sedeat: a posteriore autem parte caput ejus [8] [qui curabitur] minister contineat, [9] ut immobile id praestet: nam levi motu eripi acies in perpetuum potest. Quin etiam ipse oculus [qui curabitur] immobilior faciendus est, super alterum lana imposita et deligata. Curari vero sinister oculus dextra manu, dexter sinistra debet. [10] Tum acus admovenda est acuta, sed non nimium tenuis, eaque recta demittenda est per summas duas tunicas medio loco inter oculi nigrum et angulum tempori propiorem, e regione mediae suffusionis sic, ne qua vena laedatur. Neque tamen timide demittenda est, quia inani loco excipitur. Ad quem cum ventum est, ne mediocriter quidem peritus falli potest; quia prementi nihil renititur. Ubi eo ventum est, inclinanda acus ad ipsam suffusionem est, leniterque ibi verti, et paulatim eam deducere infra regionem pupillae debet; ubi deinde eam transiit, vehementius imprimi, ut inferiori parti in-

5. *Neque idonea curationi senilis aetas est)* Ita legitur in Ed. Lindenii. Hanc lectionem confirmat Cod. Vat. VIII. nisi quod in eo pro *Neque* mendose est *Nequis*. Med. I. habet *Nequis idonea curatio senilis aetas est*; alii, et Edd. antiquae, *Neque idonea curatio* (Constantiniana in margine, *curationi*) *si senilis aetas est*.

6. *sed inter has media)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. In aliis, et in libris editis additur *aetas*, ex glossa.

7. *Atque ipsius suffusionis)* Lindenius legit *Atque ipsius quoque suffusionis*.

8. [*qui curabitur*]*)* glossema est, ut et in periodo sequenti.

9. *ut immobile id praestet)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii Codd. et libri vulgati, *et immobile id praestet*.

10. *Tum acus admovenda est acuta, sed non nimium tenuis; eaque recta demittenda est)* Ita emendavi locum hunc in libris omnibus aliter aliterque corruptum. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *Tum acus admovenda est sicut aut foret, non nimium tenuis, eaque demittenda sed recta est*; alii Codd. *Tum acus admovenda est aut acuta, aut forte nimium* (Med. IV. ab alia manu, *non nimium*) *tenuis, eaque demittenda, sed recta est*; Edd. antiquae, *Tum acus admovenda est, aut acuta, aut forte non nimium tenuis; eaque demittenda, sed recta est*. In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legitur *Tum acus admovenda est, aut acuta, aut certe non nimium tenuis, eaque demittenda, sed recta est*: Hanc lectionem cum minus probaret Morgagnus, a me quaesivit quae sit Cod. Med. I. scriptura; eaque perspecta, censuit particulam *sicut*, et sequentem litteram *a* mendose scriptas esse pro *acuta*; voces autem *ut foret* glossema esse: idemque mihi assensus est, cum dixissem, mihi videri particulam *sed* transferendam esse, et legendum *Tum acus admovenda est acuta*,

sidat. Si haesit, curatio expleta est: si subinde redit, [11] eadem acu concidenda, et in plures partes dissipanda est; quae singulae et facilius conduntur, et minus late officiunt. [12] Postea educenda [13] recta acus est, [14] imponendumque lana molli exceptum ovi album, et supra quod inflammationem coerceat, atque ita devinciendum. Post haec opus est quiete, abstinentia, lenium medicamentorum inunctionibus, cibo; qui postero die satis mature datur; primum liquido, ne maxillae laborent; deinde inflammatione finita, tali, qualis in vulneribus [15] propositus est. Quibus [16] ut aqua quoque diutius bibatur necessario accedit.

* De pituitae quoque tenuio cursu qui oculos infestat, quatenus medicamentis agendum est, jam explicui. Nunc ad ea veniam [1] quae curationem manus postulant. Animadvertimus autem quibusdam numquam siccescere oculos, sed semper humore tenui madere: quae res aspritudinem continuat; [2] ex levibus momentis inflammationes et lippitudines excitat; totam denique vitam hominis infestat. Idque in quibusdam nulla ope adjuvari potest, in quibusdam sanabile est. Quod primum discrimen nosse oportet, [3] ut alteris succurratur, alteris manus non injiciatur. Ac primum supervacua curatio est in iis qui ab infantibus id vitium habent; quia necessario mansurum est [4] usque mortis diem. Deinde non necessaria etiam in iis quibus non multa, sed acris pituita est: siquidem manu nihil adjuvantur; medicamentis, et victus ratione quae crassiorem pituitam reddit, ad sanitatem perveniunt. Lata etiam capita vix medicinae patent. Tum interest, * 15.

sed non nimium tenuis.

11. *eadem acu concidenda)* Ita in plerisque Codicibus. Vat. VIII. pro *eadem acu* habet *ea dema cis*; Med. I. *eadem magis*. Vulgo legitur ex Palavicino, *eadem acu magis concidenda*.

12 *Postea)* Sic reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et libri vulgati habent *Post haec*.

13. *recta acus est)* Ita in Mss. Vulgo legitur *acus recta est*.

14. *imponendumque)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *imponendum est*; libri editi, *imponendumque est*.

15. *propositus est)* Verbum *est* in Edd. Salingiacensi, et Lindeniana deest.

16. *ut aqua quoque diutius bibatur &c.)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *ut aqua diutius bibatur &c.*

1. *quae curationem manus postulant)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *quae curationem manu postulant*. Ego pro *manu* reposui *manus*. Sic sect. 13. hujus cap. *ubi suffusio vetustior facta est, manus curationem desiderat;* et initio cap. 8. *Verum ut oculi multiplicem curationem etiam manus exigunt &c.* In aliis Codd. et in omnibus Edd. legitur *quae curationem ex manu postulant*.

2. *ex levibus momentis)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *et ex levibus momentis*.

3. *ut alteris succurratur, alteris manus non injiciatur)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. I. *ut alteri succurratur, alteris manus non injiciantur*; Vat. VIII. *ut alteris occurratur, alteris manus non injiciantur:* alii, et Edd. antiquae, *ut alteri succurratur, alteri manus non injiciatur*.

4. *mansurum est usque mortis diem)* Manutii, et Stephanus legunt *mansurum est usque ad mortis diem*.

[5] venae pituitam emittant quae inter calvariam et cutem sunt, an quae inter membranam cerebri et calvariam. [6] Superiores fere per tempora oculos rigant; inferiores per eas membranas quae ab oculis ad cerebrum tendunt. Potest autem adhiberi remedium iis quae supra os fluunt; non potest iis quae [7] sub osse. Ac ne iis quidem succurritur, quibus pituita utrimque descendit: quia levata altera parte, nihilominus altera infestat. Quid sit autem, hac ratione cognoscitur. Raso capite ea medicamenta quibus in lippitudine pituita suspenditur, a superciliis usque ad verticem illini debent: si sicci oculi esse coeperunt, apparet per eas venas quae sub cute sunt irrigari: si nihilo minus madent, manifestum est sub osse descendere: [8] si est humor, sed levior, duplex vitium est. Plurimi tamen ex laborantibus reperiuntur, quos superiores venae exerceant; ideoque pluribus etiam opitulari licet. Idque non in Graecia tantummodo, sed in aliis quoque gentibus celebre est: adeo ut nulla medicinae pars magis [9] per nationes quasque exposita sit. Reperti in Graecia sunt qui novem lineis cutem capitis inciderent: duabus in occipitio rectis, una super eas transversa: dein duabus super aures, una inter eas item transversa: [10] tribus inter verticem et frontem rectis. Reperti sunt qui a vertice [11] rectas lineas ad tempora deducerent; cognitisque ex motu maxillarum musculorum initiis, leviter super eos cutem inciderent, diductisque per retusos hamos oris, insererent linamenta, [12] ut neque inter se cutis antiqui fines committerentur, et in medio caro incresceret, quae venas [13] ex quibus humor ad oculos transiret adstringeret. Quidam etiam atramento duas lineas duxerunt a media aure ad mediam alteram aurem, deinde a naribus ad verticem: tum ubi lineae committebantur, scalpello in-

5. *venae pituitam emittant)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *venae pituitam mittant*; Ed. Lindenii, *pituitam emittant venae*.

6. *Superiores fere)* Lindenius, *Superiores enim*.

7. *sub osse)* Sic paulo infra, *manifestum est*, pituitam *sub osse descendere*; id est per eas venas quae sunt inter membranam cerebri, et calvariam; ut explicat Morgagnus. Lindenius perperam legit *ab osse*.

8. *si est humor, sed levior)* Lindenius legit *si est tumor, sed levior*. Ita sane habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. sed mendose. Sermo enim est, non de tumore oculorum, sed de humoris, id est pituitae cursu qui eos infestat.

9. *per nationes quasque)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *per nationes quoque*.

10. *tribus)* Lindenius, *tribus denique*.

11. *rectas lineas)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae, *recte eas lineas*; Ed. Constantini in margine » *rectas eas lineas*, vel *recta eas lineas* ». Lindenius legit *recta eas lineas*.

12. *ut neque &c.)* Lindenius, *sic, ut neque &c.*

13. *ex quibus humor ad oculos transiret)* In Edd. Caesarii, et Lindenii deest vox *humor*, sine qua nullus sensus est.

ciderunt;[14] et post, sanguine effuso, os ibidem adusserunt. Nihilo minus autem et in temporibus, et [15] inter frontem atque verticem eminentibus venis idem candens ferrum admoverunt. Frequens curatio est venas in temporibus adurere: quae fere quidem in ejusmodi malo tument; sed tamen, ut inflentur magisque se ostendant, cervix ante modice deliganda est: [16] tenuibusque ferramentis, et retusis venae adurendae; donec [17] in oculis pituitae cursus conquiescat. Id enim signum est quasi excaecatorum itinerum, per quae humor ferebatur. Valentior tamen medicina est, ubi tenues conditaeque venae sunt, ideoque legi non possunt, eodem modo cervice deligata, retentoque ab ipso spiritu, quo magis venae prodeant, atramento notare eas contra tempora, et inter verticem ac frontem: deinde cervice resoluta, qua notae sunt, venas incidere, et sanguinem mittere: ubi satis fluxit, tenuibus ferramentis adurere: contra tempora quidem timide, ne subjecti musculi qui maxillas tenent sentiant: inter frontem vero et verticem vehementer, [18] ut squama ab osse secedat. Efficacior tamen etiamnum est Afrorum curatio, qui verticem usque ad os adurunt sic, ut squamam remittat. Sed nihil melius est, quam quod in Gallia quoque Comata fit, ubi venas in temporibus et in superiore capitis parte legunt. Adusta quo modo curanda sint jam explicui. Nunc illud adjicio; neque ut crustae decidant, neque ut ulcus impleatur, adustis venis, esse properandum; ne vel sanguis erumpat, vel cito pus supprimatur: cum per hoc siccescere eas partes opus sit; per illud exhauriri opus non sit. Si quando tamen sanguis eruperit, [19] infrianda medicamenta esse, quae sic sanguinem supprimant, [20] ne adurant. Quemadmodum autem [21] venae legendae sint, quidque lectis his faciendum sit, cum venero ad crurum varices dicam.

14. *et post, sanguine effuso, os ibidem adusserunt)* Cod. Med. I. habet *et post sanguine fuso tum sibidem adserunt*; Vat. VIII. *et post sanguinē fustum sibidem adserunt*; alii, et Ed. Lindenii, *et post sanguinem effusum os ibidem adusserunt*. Edd. antiquae, *et post sanguine fuso os ibidem adusserunt*. Ego reposui *sanguine effuso*. Sic lib. 5. cap. 26. sect. 21. *satis multo sanguine effuso*.

15. *inter frontem atque verticem)* Ita in Ed. Lindenii. Codd. Mss. et Edd. antiquae perperam habent *inter frontem atque calvariam*.

16. *tenuibusque ferramentis)* Lindenius, *Tenuibus autem ferramentis*.

17. *in oculis)* Idem, *in oculos*.

18. *ut squama ab osse secedat)* Plerique Codd. habent *ut squama ab osse recedat*. Ego reposui *secedat* ex Cod. Med. I. et Vat. VIII. sed in iis cetera verba mendosa sunt. Pro *ut squama* in Mediceo est *ut sic aqua*; in Vaticano, *ut sic quamquam*. Vulgo legitur *sic* (in Ed. Lindenii, *sic, ut*) *squama ab osse recedat*.

19. *infrianda)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *infricanda*. Alibi quoque in his verbis variatur.

20. *ne adurant)* Lindenius, *ut ne adurant*.

21. *venae legendae sint)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. librique vulgati habent *deli-*

VIII. * Verum ut oculi multiplicem curationem, etiam manus exigunt; sic in auribus admodum pauca sunt, quae in hac medicinae parte tractentur. Solet tamen evenire vel [1] a primo natali die protinus, vel postea facta exulceratione, deinde per cicatricem aure repleta, ut foramen in ea nullum sit, ideoque audiendi usu careat. Quod ubi incidit, specillo tentandum est, alte ne id repletum, an in summo tantum glutinatum sit. Nam si alte est, prementi non cedit: si in summo, specillum protinus recipit. Illud attingi non oportet, ne sine effectus spe [2] distentio oriatur nervorum, et ex ea mortis periculum sit: hoc facile curatur. Nam qua cavum esse debet, vel medicamentum aliquod imponendum est ex adurentibus, vel candente ferro aperiendum, vel etiam scalpello incidendum. Cumque id patefactum, et jam ulcus purum est, [3] conjicienda eo pinna est, illita medicamento cicatricem inducente; [4] circaque idem medicamentum dandum, ut cutis circa pinnam sanescat: quo fit ut ea remota, postea facultas audiendi sit. [5] At ubi aures, in viro puta, perforatae sunt, et offendunt, trajicere id cavum celeriter candente acu satis est, [6] ut leviter ejus orae exulcerentur; aut etiam adurente medicamento idem exulcerare: postea deinde imponere id quod purget; tum quod eum locum repleat, [7] et sic cicatricem inducat. Quod si magnum id foramen est, sicut solet esse in iis qui majora pon-

gendae; sed alii Codd. *delegendae*: quod ego mutavi in *legendae*, cum et statim sequatur *quidque lectis his faciendum sit*; et superius legatur *ubi tenues conditaeque venae sunt, ideoque legi non possunt*, pauloque infra, *venas in temporibus, et in superiore capitis parte legunt*. Seneca quoque de Provid. cap. 3. in eadem re hoc verbo utitur; *et legi et extrahi venas*.

1. *a primo natali die)* Sic cap. 12. sect. 4. hujus lib. *Lingua vero quibusdam cum subjecta carne a primo natali die juncta est*. Cicero quoque *natali die tuo* dixit in epist. 9. ad Attic. lib. 4. Lindenius. et alii legunt cum Caesario, *a prima natali die*. In Codd. Med. 1. et Vat. VIII. deest vox *natali*.

2. *distentio oriatur nervorum)* Lindenius, *oriatur distentio nervorum*.

3. *conjicienda)* Caesarius, et alii, in quibus Lindenius, legunt *injicienda*.

4. *circaque idem medicamentum dandum)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *circaque id medicamentum dandum*.

5. *At ubi aures, in viro puta, perforatae sunt, et offendunt)* quia alienigenam ostendunt. Plinius lib. 11. cap. 37. sect. 50. ubi de auribus loquitur: *In Oriente quidem et viris aurum gestare eo loci, decus existimatur*. Hinc illud Juvenalis Satyra I.

Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestrae
Arguerint, licet ipse negem.

Porro *in viro* Celsus dicit: nam mulieres etiam Romae inauribus se ornabant. Perperam Lindenius omittit tres voces *in viro, puta*.

6. *ut leviter ejus orae exulcerentur)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. habent *ut leviter ejus ore ulcerentur*; alii, et Edd. antiquae, *ut leniter ejus ora exulcerentur*. Ed. Lindenii, *ut leniter ejus orae exulcerentur*. Ego reposui *leviter* ex Med. 1. et Vat. VIII.

7. *et sic cicatricem inducat)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *cicatricem inducat*. Vide adnot. cap. 7. sect. 8. hujus lib.

dera auribus gesserunt, incidere [8] quod superest ad extremum oportet: supra deinde oras scalpello exulcerare, et postea suere, ac medicamentum quo id glutinetur imponere. Tertium est, si quid ibi curti est sarcire: quae res cum in labris quoque et naribus fieri possit, [9] eamdem etiam curationem habeat, simul explicanda est.

* Curta igitur [1] in his tribus, si qua parva sunt, curari possunt: si qua majora sunt, [2] aut non recipiunt curationem, aut ita per hanc ipsam deformantur, ut minus indecora ante fuerint. Atque in aure quidem et naribus deformitas sola timeri potest: in labris vero, si nimium contracta sunt, [3] usus quoque necessario jactura fit; quia minus facile et cibus assumitur, et sermo explicatur. Neque enim creatur ibi corpus, sed ex vicino adducitur: quod [4] in levi mutatione et nihil eripere, et fallere oculum potest; in magna non potest. Neque senile autem corpus, neque quod mali habitus est, neque in quo difficulter ulcera sanescunt, huic medicinae idoneum est; [5] quia nusquam celerius cancer occupat, et difficilius tollitur. Ratio curationis ejusmodi est: id [6] quod curtum est in quadratum redigere; ab interioribus ejus angulis lineas transversas incidere, quae citeriorem partem ab ulteriore ex toto diducant; deinde ea quae sic [7] resolvi- IX.

8. *quod superest)* Lindenius, *quod super est.*

9. *eamdem etiam curationem habeat)* Ita Ed. Lindenii; Codd. Mss. et aliae Edd. *eamdem etiam rationem habeat*; Edd. Manutianae, *eamdem autem rationem habeat.*

1. *in his tribus, si qua parva sunt)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *in his tribus, ac si qua parva sunt.* Ego expuli particulam *ac*. In aliis Codd. et in Edd. antiquis legitur *in his tribus, ac si qua parva paria sunt*; in Ed. Lindenii, *in his tribus, ac si qua parte parva sunt.*

2. *aut non recipiunt curationem)* Sic lib. 3. cap. 9. *ubi id quod est curationem non recipit, potest recipere id quod futurum est.* Caesarius, Ruellius, et Lindenius legunt *aut non accipiunt curationem.*

3. *usus quoque necessario jactura fit)* Alii legunt *usus quoque necessarii jactura fit.*

4. *in levi mutatione)* Ita libri antiqui. Lindenius legit *in levi mutilatione*, ut habet in margine Ed. Constantini. » *Per hunc unum Celsi locum* (ita Facciolatus) *vox* mutilatio *inter latinas obrepsit, et in Juncheri Fabrique Thesauro sine ulla controversia sedem posuit. At mihi dubia erit, donec certiore auctoritate firmetur. Hic enim quinque Editiones meae habent:* in levi mutatione ». Vide Epist. 3. Morgagni. Et tamen in Totius Latinitatis Lexico *mutilatio* sedem tenet; quod miror: multoque magis mirabor, si post ea quae ego in prima mea Celsi Editione adnotavi, in altera quoque illius Lexici Editione locum tenebit.

5. *quia nusquam celerius cancer occupat, et difficilius tollitur)* Reposui *et difficilius* pro *aut difficilius*, quod est in libris antiquis: in quibus particulae *et*, *aut*, *ac*, *at* saepe inter se commutantur. Lindenius legit *quia nusquam aut celerius cancer occupat, aut difficilius tollitur.*

6. *quod curtum est)* Libri antiqui habent *quod curatum est*; Ed. Lindenii, *quod curtatum est*. Lego *curtum*: nam et initio hujus cap. in omnibus libris est *curta*; et in fine capitis antecedentis, *curti*. Vide lib. 5. c. 26. s. 1.

7. *resolvimus)* Cod. Med. I. et. Vat. VIII. atque Edd. Caesarii, Gryphii, Pantini, et Constantini, *reposuimus*.

mus in unum adducere. Si non satis junguntur, ultra lineas quas ante fecimus, alias duas lunatas, et ad plagam conversas immittere, quibus summa tantum cutis diducatur: sic enim fit, ut facilius quod adducitur sequi possit. [8] Quod non vi cogendum est; sed ita adducendum, ut ex facili subsequatur, et dimissum non multum recedat. [9] Interdum tamen ab altera parte cutis haud omnino adducta deformem, quem reliquit, locum reddit. Hujusmodi loci altera pars incidenda, altera intacta habenda est. Ergo neque ex imis auribus, neque ex medio naso imisve narium partibus, neque ex angulis labrorum quidquam attrahere tentabimus. Vtrimque autem petemus, si quid summis auribus, si quid imis, [10] si quid aut medio naso, aut mediis naribus, aut mediis labris deerit. Quae tamen interdum etiam duobus locis [11] curta esse consuerunt: sed eadem ratio curandi est. Si cartilago in eo quod incisum est eminet, excidenda est: neque enim aut glutinatur, aut acu tuto trajicitur. Neque longe tamen excidi debet, ne inter duas oras liberae cutis utrimque coitus puris fieri possit. Tum junctae orae inter se suendae sunt, utrimque cute apprehensa; et qua priores lineae sunt, ea quoque suturae injiciendae sunt. Siccis locis, [12] uti naribus, illita spuma argenti satis proficit. [13] In ulteriores vero lunatasque plagas linamentum dandum est, ut caro increscens vulnus impleat. Summaque cura quod ita sutum est tuendum esse, apparere ex eo potest quod de cancro supra posui. Ergo etiam tertio quoque die fovendum erit vapore aquae calidae; rursusque idem medicamentum injiciendum: [14] fereque septimo die glutinatum est. Tum suturae eximi, et ulcus ad sanitatem perduci debet.

X.* * Polypum vero qui in naribus nascitur, [1] ferro praecipue curari jam alias posui. [2] Ergo hunc ferramento acuto, in modum spathae facto, resolvere ab osse oportet: adhibita diligentia, ne

8. *Quod non vi cogendum est &c.)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Quod non est cogendum, sed ita ducendum, ut facilius subsequatur.*

9. *Interdum tamen)* Ita Codd. Mss. atque Ed. Lindenii. In Edd. antiquis legitur *Interdum autem*, ut habet ab alia manu Cod. Med. IV. Fortasse rectius.

10. *si quid aut medio naso)* Verba haec Constantino videntur ex margine irrepsisse; eaque a Lindenio omittuntur.

11. *curta)* Ita in Ed. Constantini ad marginem. Libri antiqui habent *curata*; Ed. Lindenii *curtata*.

12. *uti naribus)* Videtur legendum *uti auribus*: nares enim fere humore madent.

13. *In ulteriores vero lunatasque plagas)* Perperam Lindenius legit *in interiores*. Celsus lineas significat, quas supra dixit *ultra lineas ante factas esse immittendas*.

14. *fereque)* Lindenius legit *quo fere*.

1. *ferro praecipue curari)* Ita Codd. Mss. Vulgo legitur *praecipue ferro curari*.

2. *Ergo hunc ferramento acuto)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Ergo etiam hunc ferramento acuto*.

infra cartilago laedatur; in qua difficilis curatio est. Vbi abscissus est, [3] unco ferramento extrahendus est. Tum implicitum linamentum, vel aliquid ex penicillo respergendum est medicamento quo sanguis [4] supprimitur, [5] eoque naris leviter implenda. Sanguine suppresso, [6] linamento vulnus purgandum est. Vbi purum est, eo pinna, eodem modo quo in aure supra positum est, medicamento illita, quo cicatrix inducitur, intus demittenda, donec ex toto id sanescat.

* Id autem vitium, quod ὄζαινα a Graecis vocatur, si me- *XI.
dicamentis non cederet, quemadmodum manu curandum esset, apud magnos chirurgos non reperi: credo quia res raro ad sanitatem satis proficit, cum aliquod in ipsa curatione tormentum habeat. Apud quosdam tamen positum est [1] vel fictilem fistulam, vel enodem scriptorium calamum in narem esse conjiciendum, donec sursum ad os perveniat: tum per id tenue ferramentum candens dandum esse ad ipsum os: deinde adustum locum purgandum esse aerugine et melle: ubi purus est, lycio ad sanitatem perducendum. Vel narem incidendam esse ab ima parte ad os, ut et conspici locus possit, et facilius candens ferramentum admoveri. Tum sui narem debere; et adustum quidem ulcus eadem ratione curari: suturam vero illini vel spuma argenti, vel alio glutinante.

* In ore quoque quaedam manu curantur. Vbi in primis *XII.
dentes nonnumquam moventur, modo propter radicum imbecil- I.
litatem, modo propter gingivarum [1] arescentium vitium. Oportet in utrolibet candens ferramentum gingivis admovere, [2] ut attingat leviter, non insidat. Adustae gingivae melle illinendae, et

3. *unco ferramento)* Vox ferramento videri potest glossema. Vncus apud Celsum saepe occurrit, et semper substantiva forma. Vide cap. 26. et 29. hujus lib.

4. *supprimitur)* Malim *supprimatur*; et infra *inducatur*.

5. *eoque naris leviter implenda)* naris ex qua polypus extractus est. Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *eoque nares leniter implendae*.

6. *linamento vulnus purgandum est)* linamento scilicet melle illito: nam siccum purgandi vulneris facultatem non habet. Sed vox *linamento* videtur glossema. Edd. antiquae paene omnes habent *vulnus*; Manutianae, *ulculum*; Codd. plerique *ulculus*; Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *ulcus*.

1. *fictilem fistulam)* Ita in Cod. Vat. VIII. et ita legit Fabritius ab Aquapendente Part. I. cap. 26. Op. Chirurg. Alii Codd. habent *facilem*; Med. I. et Edd. antiquae, *sutilem*; Ed. Lindenii, *subtilem*, ut est in margine Constantinianae.

1. *arescentium)* id est macrescentium: cum scilicet gingivae se contrahunt, et dentes ex parte nudatos relinquunt. Galenus lib. 5. cap. 14. de C. M. S. L. dentes aridos et macros fieri dicit. Verum gingivae aridae fiunt, non dentes. Constantinus adnotat » *madescentium*. Alii exponunt, ulcere putri corrosarum ». Lindenius legit *marcescentium*.

2. *ut attingat leviter, non insidat)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *ut leviter attingat, non ut insidat*.

mulso eluendae sunt. Vt pura ulcera esse coeperunt, arida medicamenta [3] infrianda sunt ex iis quae reprimunt. Si vero dens dolores movet, eximique eum, quia medicamenta nihil adjuvant, [4] placuit, circumradi debet, ut gingiva ab eo resolvatur; tum is concutiendus est: [5] eademque facienda, donec bene moveatur: nam dens haerens cum summo periculo evellitur, ac nonnumquam maxilla loco movetur. Idque etiam majore periculo in superioribus dentibus fit; quia potest tempora [6] oculosque conentere. Tum si fieri potest, manu; si minus, forcipe dens excipiendus est: [7] ac si exesus est, ante id foramen vel linamento, vel bene accomodato plumbo replendum est, ne sub forcipe confringatur. [8] Recta vero forceps ducendus est, ne inflexis radicibus os rarum cui dens inhaeret, parte aliqua frangatur. Neque ideo nullum ejus rei periculum est; utique in dentibus brevibus, qui fere longiores radices habent: saepe enim forceps, cum dentem comprehendere non possit, aut frustra comprehendat, os gingivae prehendit et frangit. Protinus autem ubi plus sanguinis profluit, scire licet aliquid ex osse fractum esse. Ergo specillo conquirenda est testa quae recessit, et vulsella protrahenda est: si non sequitur, incidi gingiva debet, donec labans ossis testa recipiatur. Quod [9] si factum statim non est, indurescit extrinsecus maxilla, ut is hiare non possit. [10] Sed imponendum calidum ex farina et fico cataplasma est, donec ibi pus moveatur: tum incidi gingiva debet. Pus quoque multum profluens, ossis fracti nota est. Itaque etiam tunc id extrahi convenit. Nonnumquam etiam, eo laeso, [11] fissura fit: quae eradi debet. Dens autem scaber, qua parte niger est, radendus est, illinendusque rosae flore contrito, cui gallae quarta pars et altera myrrhae sit adje-

3. *infrianda)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *infricanda*.

4. *placuit)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *placuerit*; et infra, *ut gingivae ab eo resolvantur*.

5. *eademque facienda)* Ita in Ed. Lindenii. Veteres libri habent *eaque facienda*.

6. *oculosque)* Ita Cod. Med. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *oculosve*.

7. *ac si exesus est)* Lindenius, *At si exesus est*.

8. *Recta vero forceps ducendus est)* Ita legit Lindenius; alii, *Recta vero forfex ducenda est*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *Recta vero forfex ducendus est*. Vide adnot. 10. ad cap. 5. sect. 2. hujus lib.

9. *si factum statim non est, indurescit extrinsecus maxilla, ut is hiare non possit)* Edd. Manutiorum, Gryphii, Pantini, Constantini, Stephani habent *si fractum* &c. Ed. Constantini in margine, *factum-intumescit*; Lindenius legit *si fractum statim non est, sed intumescit* &c. et infra, *ut os hiare non possit*.

10. *Sed imponendum &c.)* Fortasse, *Sed tum imponendum* &c. Sic cap. 22. hujus lib. *Sed tum quoque inguen incidendum*: et lib. 6. cap. 9. *Sed tum omnibus medicamentis quae supra posita sunt, adjiciendae quaedam valentiores compositiones*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent, *Imponendum* &c. Ed. Lindenii, *foras imponendam* &c.

11. *fissura)* Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *fistula*.

cta: continendumque ore crebro vinum meracum. Atque in eo casu velandum caput, ambulatione multa, frictione capitis, cibo non acri utendum est. At si ex ictu vel alio casu aliqui labant dentes, auro cum iis qui bene haerent vinciendi sunt; continendaque ore reprimentia; ut vinum in quo malicorium decoctum, aut in quod galla candens conjecta sit. [12] Si quando etiam in pueris ante alter dens nascitur, quam prior excidat, is qui cadere debuit, [13] circumpurgandus et evellendus est; is qui natus est, in locum prioris quotidie digito adurgendus, donec ad justam magnitudinem perveniat. Quotiescumque dente exempto radix relicta est, protinus ea quoque ad id [14] facto forcipe, quam [15] ῥιζάγραν Graeci vocant, eximenda est.

* Tonsillas autem quae post inflammationes induruerunt; ἀντιάδες autem a Graecis appellantur; cum sub levi tunica sint, oportet digito circumradere et evellere: si ne sic quidem resolvuntur, hamulo excipere, et scalpello excidere: [1] tum os aceto eluere, et illinere vulnus medicamento, quo sanguis [2] supprimatur. * 2.

* Vva si cum inflammatione descendit, dolorique est, et subrubicundi coloris, praecidi sine periculo non potest; solet enim multum sanguinem effundere: itaque melius est iis uti, quae alias proposita sunt. Si vero inflammatio quidem nulla est, nihilo minus autem ea ultra justum modum a pituita [1] deducta est, et tenuis, acuta, alba est, praecidi debet: itemque si ima livida et crassa; summa tenuis est. Neque quidquam commodius est, quam vulsella [2] prehendere, sub eaque, quod volumus, excidere. Neque enim ullum periculum est, ne plus minusve praecidatur: cum liceat tantum infra vulsellam relinquere, quantum inutile esse manifestum est; idque praecidere, quo longior uva est, quam * 3.

12. *Si quando etiam in pueris ante alter, dens nascitur &c.)* Fortasse legendum *Si quando autem &c.* In quibusdam Codd. et in omnibus antiquis Edd. excepta Constantiniana, deest paticula *ante*. Lindenius legit *Si quando etiam in pueris ante dens nascitur &c.*

13. *circumpurgandus)* Sic lib. 5. cap. 28. sect. 14. Clavus *tollitur etiam, si quis eum circumpurgat*. Lindenius legit *circumradendus*.

14. *facto forcipe)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. 1. et Vat. VIII. *facto forfice*; alii Codd. et Edd. antiquae, *facta forfice*.

15. *ῥιζάγραν)* Ita in margine Ed. Constantinianae; et in Ed. Lindenii. Cod. Med. 1. et Vat. VIII. habent *ria*; alii, *riza*; sex Edd. primae, *rizan*; Manutianae, Ruelliana, et Stephani, *ῥιζαν*; ceterae, *rhizan*.

1. *tum os aceto eluere)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. habent *tumulos aceto eluere*. Ego corruptam vocem *tumulos* mutavi in *tum os*. Vulgo legitur *tum ulcus aceto eluere*, ut est in aliis Codicibus. Sed quis ita loquatur, *tum ulcus aceto eluere, et illinere vulnus medicamento?*

2. *supprimatur)* Lindenius, *supprimitur*.

1. *deducta)* Alii, in his Lindenius, legunt *diducta*.

2. *prehendere)* Lindenius, *apprehendere*.

esse naturaliter debet. Post curationem eadem facienda sunt, quae in tonsillis proxime posui.

4. * Lingua vero quibusdam cum subjecta parte a primo natali die juncta est, qui ob id ne loqui quidem possunt. Horum extrema lingua vulsella[1] prehendenda est; sub eaque membrana incidenda: magna cura habita, ne venae quae juxta sunt violentur, et profusione sanguinis noceant. Reliqua curatio vulneris in prioribus posita est. Et plerique quidem, ubi consanuêrunt, loquuntur. Ego autem cognovi qui, succisa lingua, cum abunde super dentes eam promeret, non tamen loquendi facultatem consecutus est. Adeo in medicina, etiam ubi perpetuum est quod fieri debet, non tamen perpetuum est id quod [2] sequi convenit.

5. * Sub lingua quoque interdum aliquid abscedit; quod fere consistit in tunica, doloresque magnos movet. Quod si exiguum est, incidi semel satis est: si majus, summa cutis usque ad tunicam excidenda est, deinde utrimque orae hamulis excipiendae, et tunica undique circumdata liberanda est: magna diligentia per omnem curationem habita, ne qua major vena incidatur.

6. * Labra autem saepe finduntur; eaque res habet cum dolore etiam hanc molestiam, quod sermo prohibetur; qui subinde eas rimas cum dolore diducendo sanguinem citat. Sed has, si in summo sunt, medicamentis curare commodius est, quae ad ulcera oris fiunt: si vero altius descenderunt, necessarium est tenui ferramento adurere, quod spathae simile, quasi transcurrere, non imprimi debet. Postea facienda eadem sunt, quae [1] in auribus adustis exposita sunt.

XIII. * At in cervice, inter cutem et asperam arteriam, tumor increscit: *βρογχοκήλην* Graeci vocant. Quo modo caro hebes, modo humor aliquis, melli aquaeve similis, includitur; interdum etiam minutis ossibus pili immixti. [1] Ex quibus quidquid est, tunica continetur. Potest autem adurentibus medicamentis curari: quibus summa cutis cum subjecta tunica [2] exeditur. Quo fa-

1. *prehendenda)* Lindenius, *apprehendenda*.

2. *sequi)* Idem, *consequi*.

1. *per omnem curationem)* Idem, *per hanc curationem*.

1. *in auribus adustis)* videlicet in auribus perforatis; in quibus, ut dictum est cap. 8. hujus lib. *trajicere id cavum celeriter candenti acu satis est*. Lindenius legit *in naribus adustis*, id est in ozaena, de qua superiori cap. 11. dictum est.

1. *Ex quibus quidquid est, tunica continetur. Potest autem adurentibus &c.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. Hi tumores ex eo genere sunt, quos tunica sua includi dictum est cap. 6. hujus libri. In aliis Codd. et in omnibus Edd. legitur *Ex quibus quidquid est, quod tunica continetur, potest adurentibus &c.*

2. *exeditur)* Ita Cod. Vat. VIII. et alii multi. Etiam lib. 5. cap. 28. sect. 7. dixit, *Adurentibus quoque medicamentis quidam utuntur, quae exedant*. Cod. Med. I. habet *exetur*, et ab antiquo emendatore, *exe-*

cto, sive humor est, profluit; sive quid densius, digitis educitur: tum ulcus sub linamentis sanescit. Sed scalpelli curatio brevior est. [3] Medio tumore una linea inciditur usque ad tunicam: deinde vitiosus sinus ab integro corpore digito separatur, totusque cum velamento suo eximitur: tum aceto, cui vel salem vel nitrum aliquis adjecit, eluitur; oraeque una sutura junguntur; ceteraque eadem quae in aliis suturis superinjiciuntur: leniter deinde, ne fauces urgeat, deligatur. Si quando autem tunica eximi [4] non potuit, intus inspergenda adurentia, linamentisque [5] id curandum est, et ceteris pus moventibus.

* Sunt etiam circa umbilicum plura vitia; de quibus pro- * XIV.
pter raritatem inter auctores parum constat. Verisimile est autem id a quoque praetermissum, quod ipse non cognoverat: a nullo id quod non viderat fictum. Commune omnibus est [1] umbilicum indecore prominere: [1] causae requiruntur. Meges tres has posuit: modo intestinum eo irrumpere, modo omentum, modo humorem. Sostratus nihil de omento dixit: duobus iisdem adjecit, carnem ibi interdum increscere; eamque modo integram esse, modo carcinomati similem. Gorgias ipse quoque omenti mentionem omisit: sed eadem tria causatus, spiritum quoque interdum eo dixit irrumpere. [2] Heron omnibus his quatuor positis, et omenti mentionem habuit, et ejus quod simul et omentum et intestinum habuerit. [3] Quid autem horum sit, his indiciis cognoscitur. Vbi intestinum prolapsum est, tumor neque durus, neque mollis est; omni frigore minuitur; non solum sub omni calore, sed etiam retento spiritu crescit; sonat interdum; atque ubi resupinatus est aliquis, [4] delapso intestino, ipse desidit. Vbi vero omentum est, cetera similia sunt; [5] tumor mollior, et ab ima parte latus, ex-

stur; a Palavicino autem, *exeritur*. In antiquis Edd. quoque legitur *exeritur*: in margine autem Constantinianae, et in Lindeniana, *exuritur*.

3. *Medio tumore una linea inciditur)* In Edd. Pinzii, et Lindenii legitur *Medio tumor una linea inciditur*. Vide adnot. 1. ad cap. 7. sect. 1. hujus libri.

4. *non potuit)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *non potuerit*.

5. *id curandum est, et ceteris)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et antiquae Edd. *id curandum est, ceteris*; Ed. Lindenii, *id curandum, et ceteris*.

1. *causae requiruntur)* Lindenius legit *Causae requiruntur?*

2. *Heron)* Edd. Ruellii, Gryphii, Pantini, Constantini, et Stephani, *Hieron*.

3. *Quid autem &c.)* Lindenius, *Quod autem &c.*

4. *delapso)* Lindenius legit *relapso*; et infra, *relabatur*, et *relapsum*, pro *delabatur*, et *delapsum*.

5. *tumor mollior, et ab ima parte latus, extenuatus in vertice est)* Sic reposui ex Codd. Med. 1. et Vat. VIII. nisi quod in iis est *extenuatū*. Alii Codd. et pleraeque Edd. habent *in verticem* pro *in vertice*. Manutii legunt *tumor mollior, et ab una parte latus extenuatum in ventrem est*; Caesarius, *tumor mollior ab ima parte latus, extenuatus in verticem est*; alii, *tumor mollior, ab ima parte latus, extenuatum in verticem est*; Lindenius, *tumor*

tenuatus in vertice est; si quis apprehendit, elabitur. Vbi utrumque est, indicia quoque mixta sunt, et inter utrumque mollities. At caro durior est, semperque etiam resupinato corpore tumet, prementique non cedit, prioribus facile cedentibus. [6] Si vitiosa est, easdem notas habet quas in carcinomate exposui. Humor autem si premitur, circumfluit. At spiritus pressus cedit, sed protinus redit: resupinato quoque corpore tumorem in eadem figura tenet. Ex his id quod ex spiritu vitium est, medicinam non admittit. Caro quoque carcinomati similis cum periculo tractatur: itaque omittenda est. Sana excidi debet; idque vulnus linamentis curari. [7] Humorem quidem vel inciso summo tumore effundunt, et vulnus iisdem linamentis curant. In reliquis variae sententiae sunt. Ac resupinandum quidem corpus esse, res ipsa testatur; ut in uterum sive intestinum, sive omentum est delabatur. Sinus vero umbilici, tum vacuus, a quibusdam duabus regulis [8] exceptus est; vehementerque earum capitibus deligatis, ibi emoritur: a quibusdam, [9] ad imum acu trajecta, duo lina ducente, deinde utriusque lini duobus capitibus diversae partes [10] adstrictae; [11] quod in uva quoque oculi fit: nam sic id quod supra vinculum est, [12] emoritur. Adjecerunt quidam, ut antequam vincirent, summum una linea inciderent, [13] exciderentque; quo facilius digito demisso, quod illuc irrupisset depellerent: tum deinde [14] vinxerunt. Sed abunde est jubere spiritum continere, ut tumor, quantus maximus esse potest, se ostendat: tum imam basim ejus atramento notare; resupinatoque homine, digitis tumorem eum premere, ut si quid delapsum non est, manu cogatur: post haec umbilicum adtrahere, et qua nota atramenti est, lino vehementer adstringere; deinde partem superiorem aut me-

mollior, et ab ima parte extenuatus in verticem est.

6. *Si vitiosa est)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *si vitiosa caro est.*

7. *Humorem quidem vel inciso &c.)* Particula *vel* prorsus vacat; ut et lib. 8. cap. I. ubi in Codd. Med. I. Vat. VIII. legitur *quoniam nisi vel in summo, nulli ossi inhaerescunt*; in aliis recte, *quoniam nisi in summo &c.* Nisi forte deest alterum membrum ab eadem particula *vel* incipiens: quod tamen cujusmodi esse posset non video. Vulgo legitur *Humorem quidam vel inciso &c.* ex Palavicino.

8. *exceptus est)* Lindenius legit *excipitur*, ut habet in margine Ed. Constantini.

9. *ad imum acu trajecta)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *ad imum acu trajectatur*; unde verbum *trajecto* in Lexica receptum est, sed nullo alio exemplo confirmatum.

10. *adstrictae)* subauditur *sunt*; eadem enim constructio est, quae superior, *exceptus est*. Vulgo legitur *adstringuntur*, ex Palavicino.

11. *quod in uva quoque oculi fit)* Vide cap. 7. sect. II. hujus libri.

12. *emoritur)* Ita in Cod. Veneto. Alii Codd. et omnes Edd. habent *moritur*; sed paulo supra omnes libri, *emoritur*.

13. *inciderentque)* Verbum hoc a Lindenio omittitur.

14. *vinxerunt)* Lindenius legit *vincirent*; ut habet in margine Ed. Constantini.

dicamentis, aut ferro adurere, donec emoriatur: atque ut cetera usta, ulcus nutrire. Idque non solum ubi intestinum, vel omentum, vel utrumque est; sed etiam ubi humor est optime proficit. Sed ante quaedam visenda sunt, ne quod ex vinculo periculum sit. Nam curationi neque infans, neque aut robustus annis, aut senex aptus est; sed a septimo fere anno ad quartumdecimum. Deinde ei corpus idoneum est id quod integrum est: at quod mali habitus est, quodque papulas, impetigines, similiaque habet, idoneum non est. Levibus quoque tumoribus facile subvenitur: at in eorum qui nimis magni sunt curatione periculum est. [15] Tempus autem anni et autumnale, et hibernum vitandum est: ver idoneum maxime est: ac prima aestas non aliena est. Praeter haec abstinere pridie debet. Neque id satis est; sed alvus quoque ei ducenda est, quo facilius omnia quae excesserunt [16] intra uterum considant.

* Aquam iis qui hydropici sunt emitti oportere alias dixi. Nunc quemadmodum id fiat [1] dicendum est. Quidam autem sub umbilico, fere quatuor interpositis digitis a sinistra parte: quidam ipso umbilico perforato, id facere consuerunt: quidam cute primum adusta, deinde interiore abdomine inciso; quia quod per ignem divisum est, minus celeriter coit. Ferramentum autem demittitur magna cura habita, ne qua vena incidatur. Id tale esse debet, ut fere tertiam digiti partem latitudo mucronis impleat; demittendumque ita est, ut membranam quoque transeat, qua caro ab interiore parte finitur: eo tum plumbea aut aenea fistula [2] conjicienda est, vel recurvatis in exteriorem partem labris, [3] vel in media circumsurgente quadam mora, ne tota intus delabi possit. Hujus ea pars quae intra, paulo longior esse debet, quam quae extra; ut [4] ultra interiorem membranam procedat. Per hanc effundendus humor est: atque ubi major pars ejus evocata est, claudenda demisso linteolo fistula est; et in vulnere, si id ustum non est, relinquenda. Deinde per insequentes dies circa singulas heminas emittendum, donec nullum aquae vestigium appareat. Quidam tamen etiam non usta cute, protinus * XV.

15. *Tempus autem anni et autumnale &c.)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Tempus autem anni autumnale et hibernum vitandum, ver est idoneum maxime.*

16. *intra uterum)* Alii, *intra alvum.*

1. *dicendum est)* Ita in Mss. et in Edd. 1478. et 1481. in Edd. ceteris deest verbum *est*.

2. *conjicienda)* Lindenius, et alii cum Caesario legunt *injicienda*.

3. *vel in media circumsurgente quadam mora)* Alii cum Caesario legunt *vel in media circumsurgente quadam nodo*; Lindenius, *vel eadem circumcingente quadam remora*.

4. *ultra interiorem)* Sic in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *ultra ulteriorem*.

fistulam recipiunt, et super vulnus [5] spongiam *** expressam deligant: deinde postero die rursus fistulam demittunt; quod recens vulnus paulum diductum patitur; ut si quid humoris superest emittatur: idque bis ita fecisse contenti sunt.

* XVI. * Nonnumquam autem venter ictu aliquo perforatur; sequiturque, ut intestina evolvantur. Quod ubi incidit, protinus considerandum est, an integra ea sint; deinde, an iis color suus maneat. Si tenuius intestinum perforatum est, nihil profici posse [1] jam retuli. [2] Latius intestinum sui potest: non quod certa fiducia sit; sed quod dubia spes certa desperatione sit potior; interdum enim glutinatur. Tum si utrumlibet intestinum lividum, aut pallidum, aut nigrum est; quibus illud quoque necessario accedit, ut sensu careat; medicina omnis inanis est. Si vero adhuc ea sui coloris sunt, cum magna festinatione succurrendum est: momento enim alienantur externo et insueto spiritu circumdata. Resupinandus autem homo est, coxis erectioribus; et si angustius vulnus est, quam ut intestina commode refundantur, incidendum est, donec satis pateat: ac si jam sicciora intestina sunt, perluenda aqua sunt, cui paulum admodum olei sit adjectum. Tum minister oras vulneris leniter diducere manibus suis, vel etiam duobus hamis [3] interiori membranae injectis, debet: medicus priora semper intestina quae posteriora prolapsa sunt condere sic, ut orbium singulorum locum servet. Repositis omnibus, leniter homo concutiendus est: quo fit ut per se singula intestina in suas sedes [4] deducantur, [5] et in his considant. His conditis, omentum quoque considerandum est: ex quo si quid jam nigri et emortui est, forfice excidi debet: [6] si integrum est, leniter super intestina [7] deduci. Sutura autem neque summae cutis, neque interioris membranae per se satis proficit; sed utriusque: et quidem [8] duobus linis injicienda est, [9] et spissior quam

5. *spongiam *** expressam)* Verba aliqua desunt. Lindenius legit *spongiam, aut succidam lanam ex aqua frigida, vel ex aceto expressam.* Ego malim, *spongiam ex aceto expressam.* Sic proximo cap. 16. *spongiam, aut sucidam lanam ex aceto expressam.*

1. *jam retuli)* Vide lib. 5. cap. 26. sect. 2.

2. *Latius)* Fortasse *Laxius,* ut lib. 1. cap. 7.

3. *interiori membranae)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *membranae interiori.*

4. *deducantur)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *diducantur;* Ed. Lindenii, *reducantur.*

5. *et in his considant)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. ceteraeque Edd. *et inibi considant.*

6. *si integrum est)* Alii omnes legunt *si quid integrum est;* sed perperam. Totum enim omentum, si integrum est, relinquendum est.

7. *deduci)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. Alii legunt *diduci;* Lindenius, *reduci.*

8. *duobus linis injicienda est)* Ita Codd. Mss. In Edd. antiquis pro *injicienda* legitur *vincienda,* ex Palavicino; in margine Constantinianae »*facienda*, vel *injicienda*«; in Ed. Lindenii, *e duobus linis facienda est.*

9. *et spissior quam alibi)* Ita Ed. Lindenii. In libris antiquis deest particula *et.*

alibi; quia et rumpi facilius motu ventris potest, et non aeque magnis inflammationibus pars ea exposita est. Igitur in duas acus fila conjicienda, eaeque duabus manibus tenendae; et prius interiori membranae sutura injicienda est sic, ut sinistra manus in dexteriore ora, dextra in sinisteriore a principio vulneris orsa, ab interiore parte in exteriorem acum immittat: quo fit ut ab intestinis [10] ea pars semper acuum sit, quae retusa est. Semel utraque parte trajecta, permutandae acus inter manus sunt, ut ea sit in dextra, quae fuit in sinistra; ea veniat in sinistram, quam dextra continuit: iterumque eodem modo per oras immittendae sunt: atque ita tertio et quarto, deincepsque permutatis inter manus acubus [11] plaga includenda. Post haec eadem fila, eaedemque acus ad cutem transferendae, similique ratione ei quoque parti [12] sutura injicienda; semper ab interiore parte acubus venientibus, semper inter manus trajectis: dein glutinantia injicienda. Quibus aut spongiam, aut sucidam lanam ex aceto expressam accedere debere manifestius est, quam ut semper dicendum sit. Impositis his leniter deligari venter debet.

* [1] Interdum autem vel ex ictu aliquo, vel retento diutius spiritu, vel sub gravi fasce, interior abdominis membrana, superiore cute integra, rumpitur. Quod feminis quoque ex utero saepe evenire consuevit: fitque praecipue circa ilia. Sequitur autem, cum superior caro mollis sit, ut non satis intestina contineat, hisque intenta cutis [2] indecore intumescat. Atque id quoque [3] aliter ab aliis curatur. Quidam enim per acum duobus linis ad imam basim immissis sic utrimque devinciunt, quemadmodum et in umbilico, et in uva positum est, ut quidquid super vinculum est emoriatur. Quidam medium tumorem excidunt ad similitudinem myrtacei folii; quod semper eodem modo servandum esse jam posui; et tum oras sutura jungunt. Commodissimum est autem, resupinato corpore, experiri manu, qua parte is tumor maxime cedat; quia necesse est, ea parte rupta mem- * XVII. 1.

10. *ea pars semper acuum sit, quae retusa est)* Ita habent plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. *eaq. pars semper acuum quae retusa est.* In Edd. antiquis legitur ex Palavicino, *ea pars semper acuum longe sit, quae retusa est;* in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii, *ea pars semper acuum longe sit, quae acuta; propinqua, quae retusa est.*

11. *plaga includenda)* Lindenius, *includenda plaga.*

12. *sutura injicienda)* Sic reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. habent *utraque injicienda.* In Med. autem IV. addita est ab alia manu vox *sutura;* unde vulgata lectio, *utraque sutura injicienda.* Vide adnot. 17. ad cap. 7. sect. 8. hujus lib.

1. *Interdum autem)* Alii omnes legunt *interdum tamen.*

2. *indecore)* Ita Edd. Manutiorum, Ruellii, Constantini, et Stephani; Codd. Mss. ceteraeque Edd. *indecora.*

3. *aliter ab aliis curatur)* Lindenius, *aliter atque aliter curatur.*

brana sit; quaque integra est, ea magis obnitatur: tum qua rupta videbitur, [4] immittendae scalpello duae lineae sunt, ut exciso medio, interior membrana utrimque recentem plagam habeat; quia quod vetus est, sutura non coit. Loco patefacto, si qua parte membrana non novam plagam sed veterem habet, tenuis excidenda habena est quae tantum oras ejus exulceret. Cetera quae ad suturam, reliquamque curationem pertinent, supra comprehensa sunt.

2. * Praeter haec evenit, ut in quorumdam ventribus varices sint: [1] quarum quia nulla alia curatio est quam quae in cruribus esse consuevit, tum eam partem explanaturus, hanc quoque eo differo.

XVIII. * Venio autem ad ea quae in naturalibus partibus circa testiculos oriri solent: quae quo facilius explicem, prius ipsius loci natura paucis proponenda est. Igitur testiculi [1] simile quiddam medullis habent: nam sanguinem non emittunt, et omni sensu carent: [2] dolent autem in ictibus et inflammationibus tunicae, quibus ii continentur. Dependent vero ab inguinibus [3] per singulos nervos, quos κρεμαστῆρας Graeci nominant: cum quorum utroque binae descendunt et venae et arteriae. [4] Haec autem tunica conteguntur tenui, nervosa, sine sanguine, alba, quae

4. *immittendae scalpello duae lineae sunt)* Ita Codd. Mss. et cum Ed. principe etiam Manutianae, Ruelliana, Constantiniana, et Stephani: nisi quod in Codd. Med. I. et Vat. VIII. pro *immittendae* est *admittendae*. Eadem dicendi forma usus est Celsus cap. 9. hujus lib. *ultra lineas quas ante fecimus, alias duas lunatas, et ad plagam conversas immittere* oportet. Ed. Constantini in margine habet *incidendae*. Alii legunt *immittendae scalpello duae tunicae sunt*; Lindenius, *incidendae scalpello duae tunicae sunt*. Sed quaenam istae duae tunicae sunt? Nam hic non agitur, nisi de interiore abdominis membrana, quae rupta est, incidenda.

1. *quarum)* Legerim *quorum*. Cap. 31. hujus lib. *orti varices*; et paulo post, *id per totum varicem fit*; et lib. 2. cap. 8. *At varix ortus*.

1. *simile quiddam medullis habent)* Ita omnes libri antiqui. Lindenius legit *simile quiddam glandulis habent*; ex Constantino, qui margini adscripsit *glandulis*; non alia ratione adductus, quam quod testiculi glandulis adnumerantur a Galeno lib. 3. de Alim.

2. *dolent autem in ictibus et inflammationibus tunicae, quibus ii continentur)* Lindenius legit *dolent autem in ictibus et inflammationibus tunicarum, quibus hi continentur*; sed perperam. Si testiculi *omni sensu carent*, quomodo, inquit Morgagnus, in tunicarum ictibus dolent?

3. *per singulos nervos, quos κρεμαστῆρας Graeci nominant)* Morgagnus censet, Celsum, temporum suorum morem secutum, vas semen deferens indicare, quod crassiusculo nervo simile, intra illam tunicam cum arteriis et venis ad testem pertinet. Id et ex Ruffo Ephesio ostendit, qui lib. 3. cap. 32. ita scripsit; *nervus quoque cum arteria concavus ad testem pervenit, qui Suspensor a nostris dici potest: Cremastera Graeci vocant*: et ex multis Celsi ipsius locis, praesertim ex cap. 19. hujus lib. ubi legitur *Purgatus ita testiculus per ipsam plagam cum venis, et arteriis, et nervo suo leniter demittendus est*.

4. *Haec)* id est nervus, venae, et arteriae. Ita habent Codd. Mss. et Ed. Lindenii; ceterae Edd. *Hac*, a Palavicino; Ed. Constantini in margine » *Ii*, nempe nervi ».

[5] ἐλυτροειδὴς a Graecis nominatur. Super eam valentior tunica est, quae interiori vehementer ima parte inhaeret: δαρτὸν Graeci vocant. Multae deinde membranulae venas et arterias, eosque nervos comprehendunt; atque inter duas quoque tunicas superioribus partibus [6] leves parvulaeque sunt. Hactenus propria utrique testiculo et velamenta et auxilia sunt. Communis deinde utrique, omnibusque interioribus sinus est, [7] qui jam conspicitur a nobis: ὀσχεὸν Graeci, scrotum nostri vocant. Isque ab ima parte mediis tunicis leviter innexus, a superiore tantum circumdatus est. Sub hoc igitur plura vitia esse consuerunt; quae modo ruptis tunicis quas ab inguinibus incipere proposui, modo his integris fiunt. Siquidem interdum vel ex morbo primum inflammatur, deinde postea pondere abrumpitur; vel ex ictu aliquo protinus rumpitur tunica quae diducere ab inferioribus partibus intestina debuit: tum pondere eo devolvitur aut omentum, aut etiam intestinum: [8] idque ibi reperta via, paulatim ab inguinibus in inferiores quoque partes nisum, subinde nervosas tunicas, [9] et ob id ejus rei patientes, diducit. Ε'ντεροκήλην et ἐπιπλοκήλην Graeci vocant: apud nos indecorum, sed commune his herniae nomen est. Deinde si descendit omentum, numquam in scroto tumor tollitur, sive inedia fuit, sive corpus huc illucve conversum, [10] aut alio quo modo [11] collocatum est: itemque si retentus est spiritus, non magnopere increscit; tactu vero inaequalis est, et mollis, et lubricus. At si intestinum quoque descendit, tumor is sine inflammatione modo minuitur, modo increscit; estque fere sine dolore, et cum conquiescit aliquis aut jacet, [12] in-

5. *ἐλυτροειδὴς)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *elyphroides:* alii, et Edd. sex primae, *aegytroides*; Edd. Manutianae, ἐλγφροειδὴς; aliae, ἐρυτροειδὴς.

6. *leves parvulaeque)* Lindenius legit *tenues patulaeque*.

7. *qui jam conspicitur a nobis)* Idem, *qui etiam conspicitur a nobis*.

8. *idque ibi reperta via)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *atque* (Ed. Ruellii, *At*) *ibi reperta via*.

9. *et ob id ejus rei patientes)* ob id, quod nervosae sunt. Lindenius legit *et ob id, quod dixi, patentes*; haec referens ad illa *membranulae tenues patulaeque sunt*, quae ipse supra posuit loco eorum *membranulae leves parvulaeque sunt*. At Celsus incidi vult, non eas membranulas, sed duas illas tunicas, quibus singulis singulos testiculos cum venis, et arteriis, et nervo suo contineri dixit.

10. *aut alio quo modo)* Sic reposui pro *aut aliquo modo*, quod est in antiquis libris. Lindenius legit *aut alio quovis modo*, ut habet in margine Ed. Constantini.

11. *collocatum est)* Verbum *est* in Cod. Med. IV. atque in omnibus Edd. deest.

12. *interdum ex toto desidit, interdum sic dividitur, ut in scroto &c.)* Videtur delendum esse verbum *dividitur*, et ita legendum, *interdum ex toto desidit, interdum sic, ut in scroto* &c. Eadem ratione lib. 8. cap. 9. sect. I. dicitur, Costa *interdum sic finditur, ut ne summum quidem os, sed interior ejus pars, quae rara est, laedatur; interdum sic, ut eam totam is casus perrumpitur*. Vt ibi *finditur* in secundo membro intelligitur, ita hic *desidit*. In margine Ed. Constantinianae legitur *interdum ex toto desinit, interdum sic dis-*

terdum ex toto desidit, interdum sic dividitur, ut in scroto exiguae reliquiae maneant: [13] at clamore, et satietate, et si sub aliquo pondere is homo [14] nisus est, crescit: frigore omni contrahitur, calore diffunditur; estque tum scrotum et rotundum, et tactu [15] laeve: idque quod subest, lubricum est; si pressum est, ad inguen revertitur; dimissumque, iterum cum quodam quasi murmure devolvitur. Et id quidem in levioribus malis evenit. Nonnumquam autem stercore accepto vastius tumet, retroque compelli non potest, affertque tum dolorem et scroto, et inguinibus, et abdomini: nonnumquam stomachus quoque affectus primum rufam bilem per os reddit, deinde viridem, quibusdam etiam nigram. Integris vero membranis interdum eam partem humor [16] distringit. Atque ejus quoque species duae sunt. Nam vel inter tunicas is increscit, vel in membranis quae ibi circa venas et arterias sunt, ubi eae gravatae occalluerunt. Ac ne ei quidem humori qui inter tunicas est, una sedes est. Nam modo inter summam et mediam, modo inter mediam et imam consistit. Graeci communi nomine, quidquid est, ὑδροκήλην appellant: [17] nostri, ut scilicet nullis discriminibus satis cognitis, [18] haec quoque sub eodem nomine quo priora, habent. Signa autem quaedam communia sunt, quaedam propria: communia, quibus humor deprehenditur; propria, quibus locus. Humorem subesse discimus, si tumor est numquam ex toto se remittens, sed interdum levior aut propter famem, aut propter febriculam, maximeque in pueris: isque mollis est, si non nimius humor subest; at si is vehementer increvit, renititur sicut uter repletus et [19] arte adstrictus: venae quoque in scroto inflantur; et si digito [20] pressimus, cedit humor, circumfluensque id quod non premitur, attollit, et tamquam in vitro cornuve per scrotum apparet; isque, quantum in ipso est, sine dolore est. Sedes autem ejus sic deprehenditur. Si inter summam mediamque tunicam est, cum digitis duobus pressimus, paulatim humor inter eos revertens subit:

nuitur, ut in scroto &c. in Ed. Lindenii, *interdum ex toto desidit, interdum sic minuitur, ut in scroto &c.*

13. *at clamore)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. *et clamore;* Edd. antiquae, *At si clamore;* Ed. Lindenii, *at sub clamore.*

14. *nisus)* Ita in Codd. Mss. in libris editis, *nixus.*

15. *laeve)* Ita Ed. princeps, et Pantiniana; Edd. ceterae, et Codd. Mss. *leve.*

16. *distringit)* Lindenius legit *distendit*, ut habet in margine Ed. Constantini.

17. *nostri, ut scilicet &c.)* Lindenius, *nostri vero, scilicet &c.*

18. *haec quoque sub eodem nomine &c.)* Alii legunt cum Caesario, *hoc quoque sub eodem nomine &c.* Lindenius, *haec quoque eodem nomine &c.*

19. *arte)* Lindenius, *arcte.*

20. *pressimus)* Ita Codd. Mss. et pleraeque Editiones tum hic, tum infra. Caesarius, Ruellius, et Pantinus utrobique legunt *pressus;* Lindenius, *premimus.*

[21] scrotum [ipsius] albidius est; si ducitur, aut nihil, [22] aut parvulum intenditur: testiculus ea parte neque visu, neque tactu sentitur. At si sub media tunica est, intentum scrotum magis se attollit, adeo ut superior coles sub tumore eo delitescat. Praeter haec aeque integris tunicis ramex innascitur: [23] κιρσοκήλην Graeci appellant. Venae intumescunt; eaeque intortae, [24] conglomerataeque a superiore parte vel ipsum scrotum implent, vel mediam tunicam, vel imam: interdum etiam sub ima tunica circa ipsum testiculum nervumque ejus increscunt. Ex his eae quae in ipso scroto sunt, oculis patent: eae vero quae mediae imaeve tunicae [25] insidunt, ut magis conditae, non aeque quidem cernuntur, sed tamen etiam visui subjectae sunt: praeterquamquod et tumoris aliquid est, pro venarum magnitudine [26] ac modo; et id prementi magis renititur, ac per ipsos venarum toros inaequale est; et qua parte id est, testiculus magis justo dependet. Cum vero etiam super ipsum testiculum nervumque ejus id malum increvit, aliquanto longius testiculus ipse descendit, minorque altero fit, utpote alimento amisso. Raro, sed aliquando caro quoque inter tunicas increscit: σαρκοκήλην Graeci vocant. Interdum etiam ex inflammatione tumet ipse testiculus, ac febres quoque affert; et nisi celeriter ea inflammatio conquievit, dolor ad inguina atque ilia pervenit, partesque eae intumescunt; [27] nervus ex quo testiculus dependet plenior fit, simulque indurescit. Super haec inguen quoque nonnumquam [28] ramice impletur: *βουβωνοκήλην* appellant.

21. *scrotum [ipsius] albidius est)* ipsius videtur glossema. Liber Guilandini habet *scrotum spissius et albidius est;* Ed. Lindenii, *scrotum remissius et albidius est.*

22. *aut parvulum intenditur)* Fortasse legendum *aut parum intenditur.* Adverbium *parum* apud Celsum passim occurrit; *parvulum* nusquam alibi. Sed neque alius latinus auctor id usurpavit, ante Plinium minorem. Quidam tamen apud eum quoque legere malunt *paululum.* Vide Lexicon Forcellini. Lindenius legit *aut paululum intenditur.*

23. *κιρσοκήλην Graeci appellant. Venae intumescunt; eaeque intortae &c.)* Sic reposui ex Mss. Edd. sex primae, et ambae Manutianae pro *eaeque* habent *hae quoque.* Caesarius, et alii legunt *κιρσοκήλην Graeci appellant, cum venae intumescunt. Hae quoque intortae &c.* Lindenius, *κιρσοκήλην Graeci appellant, cum venae intumescunt. Hae quandoque intortae &c.*

24. *conglomerataeque a superiore parte)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *conglomerataeque ad superiorem partem.*

25. *insidunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *insident.*

26. *ac modo)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *et modo.*

27. *nervus)* Lindenius, *et nervus.*

28. *ramice impletur)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *varice implicetur;* Liber Guilandini, *varice impletur.* Reposui *ramice,* atque ita legendum esse apparet ex his verbis cap. 24. hujus lib. *Ubi vero in ipso inguine ramex est.* Alii Codd. habent *varice implent;* Edd. antiquae, *varices implent.* In margine Edd. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legitur *ramices implent.* Sed cap. 22. et cap. 24. *ramex* singulari numero quater occurrit; *ramices* plurali numero nusquam reperitur.

XIX. * His cognitis, de curatione dicendum est: in qua quaedam communia omnium sunt, quaedam propria singulorum. Prius de communibus dicam. Loquar autem nunc de iis quae scalpellum desiderant: nam quae vel sanari non possint, vel aliter nutriri debeant dicendum erit, [1] simul ad species singulas venero. Inciditur autem interdum inguen, interdum scrotum. In utraque curatione [2] homo ante triduo bibere aquam; pridie abstinere etiam a cibo debet: ipso autem die collocari supinus; deinde si inguen incidendum est, idque jam pube contegitur, ante radendum est; [3] et tum, extento scroto, ut cutis inguinis intenta sit, id incidendum sub imo ventre, qua cum abdomine tunicae inferiores committuntur. Aperiendum autem audacter est, donec summa tunica quae ipsius scroti est incidatur, perveniaturque ad eam quae media est. Plaga facta, foramen deorsum versus subest. In id demittendus est sinistrae manus digitus index, ut diductis intervenientibus membranulis, sinum laxet. Minister autem sinistra manu comprehenso scroto, sursum versus [4] id debet extendere, et quam maxime ab inguinibus abducere; primum cum ipso testiculo, dum medicus omnes membranulas quae super mediam tunicam sunt, si digito diducere non potest, scalpello abscindat: deinde sine eo, ut is delapsus ipsi plagae jungatur, digitoque inde promatur, et super ventrem cum duabus suis tunicis collocetur. Inde si qua vitiosa sunt, circumcidenda sunt. In quibus cum multae venae discurrant, tenuiores quidem praecidi protinus possunt: majores vero ante longiore lino deligandae sunt, ne periculose sanguinem fundant. Sin media tunica vexata erit, aut sub ea malum increverit, excidenda erit sic, ut alte ad ipsum inguen praecidatur. Infra tamen non tota demenda est: nam quod [5] ad basim testiculi vehementer cum ima tunica connexum est, excidi sine summo periculo non potest: itaque ibi relinquendum est. Idem in ima quoque tunica, si laesa est, faciendum est. Sed non a summa inguinis plaga, verum infra paulum ea abscindenda, ne laesa abdominis membrana

1. *simul ad species singulas venero)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. pleraeque; alii Codd. et Edd. Manutianae, *simul cum ad species* &c. Edd. Ruellii, Gryphii, et Lindenii, *simul ac ad species* &c.

2. *homo ante triduo bibere aquam &c.)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae, *homo ante triduum bibere aquam* &c. Ed. Lindenii, *homo ante per triduum bibere aquam* &c.

3. *et tum)* In Ed. Salingiacensi, et in Lindeniana deest *et*.

4. *id debet extendere)* scilicet scrotum. Ita legitur ad marginem in Ed. Constantini. Libri omnes tum scripti, tum impressi habent *eum debet extendere*. Sed aut *id* legendum, aut *eum* delendum esse jam monuit Morgagnus.

5. *ad basim)* Stephanus, et Lindenius, *ad basin*.

inflammationes moveat. Neque tamen nimium ex ea [6] rursum relinquendum est, ne postea sinuetur, et sedem eidem malo praestet. Purgatus ita testiculus per ipsam plagam cum venis, et arteriis, et nervo suo leniter demittendus est; videndumque ne sanguis in scrotum descendat, neve concretus aliquo loco maneat. Quae ita fient, si venis vinciendo medicus prospexerit. Lina quibus capita earum continebuntur, extra plagam dependere debebunt: quae, pure orto, sine ullo dolore excident. Ipsi autem plagae injiciendae duae fibulae sunt; et insuper medicamentum, quo glutinetur. [7] Solet autem interdum ab altera ora necessarium esse aliquid excidi, ut cicatrix major et latior fiat. Quod ubi incidit linamenta super non fulcienda, sed leviter tantum [8] imponenda sunt; supraque, ea quae inflammationem repellant, id est ex aceto vel lana sucida, vel spongia: cetera eadem quae ubi pus moveri debet, adhibenda sunt. At cum infra incidi oportet, resupinato homine subjicienda sub scroto sinistra manus est; deinde id vehementer apprehendendum, et incidendum; si parvulum est quod nocet, modice, ut tertia pars integra, ad sustinendum testiculum, infra relinquatur: si majus est, etiam amplius, ut paulum tantummodo ad imum, cui testiculus insidere possit, integrum maneat. Sed primo rectus scalpellus quam levissima manu teneri debet, donec scrotum ipsum diducat: tum inclinandus mucro est, ut transversas membranas secet, quae inter summam mediamque tunicam sunt. [9] Ac si vitium in proximo est, mediam tunicam attingi non oportet: si sub illa quoque conditur, etiam illa incidenda est; sicut tertia quoque, si illa vitium tegit. Vbicumque autem repertum malum est, ministrum ab inferiore parte exprimere moderate scrotum oportet: medicum, digito manubriolove scalpelli [10] diductam inferiore parte tunicam extra collocare; deinde eam ferramento, quod a similitudine [11] corvum vocant, incidere sic, [12] ut intrare duo digiti, index et medius,

6. *rursum relinquendum est)* i. e. e contrario. Ita in Ed. Lindenii. Veteres libri habent *sursum*, vel *susum*.

7. *Solet autem interdum)* Restitui particulam *autem* ex Cod. Med. I. et Vat. VIII.

8. *imponenda)* Ita habet Rhodii Codex; Codices et Editiones quotquot ego vidi, *ponenda*: sed sub finem hujus cap. et alibi semper, *imponendum*, et *imponere*, non *ponere*.

9. *Ac si vitium)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *At si vitium*.

10. *diductam inferiore parte tunicam extra collocare)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *deductam inferiorem tunicam* &c. alii, et antiquae Edd. *diductam inferiorem partem tunica* &c. Ed. Lindenii, *diducta inferiore parte, tunicam extra collocare*. Ego *diductam* reposui ex Mss. et verba aliter divisi.

11. *corvum)* Sic in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii; in libris antiquis, *curvum*.

12. *ut intrare duo digiti)* Manutii, Gryphius, Pantinus, Constantinus, et Stephanus legunt *ut in eamdem intrare duo digiti*.

possint: [13] his deinde conjectis, [14] incidenda reliqua pars tunicae et inter digitos scalpellus immitendus est, eximendumque aut effundendum quidquid est noxium. Quamcumque autem tunicam quis violavit, illam quoque debet excidere; ac mediam quidem, ut supra dixi, [15] quam altissime ad inguen; imam autem, paulo infra. Ceterum antequam excidantur, [16] venae quoque vinciri lino summae debent; et ejus lini capita extra plagam relinquenda sunt, sicut in aliis quoque venis quae id requisierint. Eo facto, testiculus intus reponendus est: oraeque scroti suturis inter se committendae; neque paucis, ne parum glutinentur, et longior fiat curatio; neque multis, ne inflammationem augeant. Atque hic quoque videndum est, ne quid in scroto sanguinis maneat: tum imponenda glutinantia sunt. Si quando autem in scrotum sanguis defluxit, aliquidve concretum ex eo decidit, incidi subter id debet; purgatoque eo, spongia acri aceto madens circumdari. Deligatum autem vulnus omne quod ex his causis factum est, si dolor nullus est, quinque primis diebus non est resolvendum, sed bis die tantum [17] aceto irroranda lana, vel spongia: si dolor est, [18] tertio die resolvendum; et ubi fibulae sunt, hae incidendae; ubi linamentum, id mutandum est; rosaque et vino madefaciendum id quod imponitur. Si inflammatio increscit, adjiciendum prioribus cataplasma ex lenticula et melle; vel ex malicorio quod in austero vino coctum sit; vel ex his mixtis. Si sub his inflammatio non [19] conquieverit, post diem quintum multa calida aqua vulnus fovendum, donec scrotum ipsum et exte-

13. *his deinde conjectis)* Primum tunica incidenda, ut intrare duo digiti, index et medius, possint; deinde hi digiti intus conjiciendi. In quodam Constantini Cod. et in Ed. Lindenii perperam legitur *his deinde confectis*.

14. *incidenda)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *excipienda*.

15. *quam altissime ad inguen)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii; et ita legendum est, non *ab inguine*, ut habent antiqui libri. Respicit enim Celsus ad ea quae supra dixit, *Sin media tunica vexata erit, aut sub ea malum increverit, excidenda erit sic, ut quam altissime ad inguen praecidatur*.

16. *venae quoque vinciri lino summae debent)* Libri antiqui habent *hae* (Cod. Med. I. et Vat VIII. *eae*) *quoque vinciri lino summe debent*. Krausius pro *hae* reposuit *venae*; ego, *summe* pro *summae*, ut habet in margine Ed. Constantini. Summae autem dicuntur venae, ut lib. 8. cap. 9. sect. I. summum linamentum, i. e. summa sui parte. Sed quo refertur particula *quoque*? Fortasse legendum *venae hic quoque vinciri* &c. haec enim verba ea spectant, quae supra habentur, *In quibus cum multae venae discurrant, tenuiores quidem praecidi protinus possunt; majores vero ante longiore lino deligandae sunt, ne periculose sanguinem fundant*. Lindenius legit *hae quoque vinciri lino summa cura debent*.

17. *aceto irroranda lana, vel spongia)* id est ea lana vel spongia quae imposita ante est, aceto irroranda. Lindenius haec verba ita dividit: *aceto irroranda, lana vel spongia imposita*.

18. *tertio die)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *tertia die*.

19. *conquieverit)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *conquierit*.

nuetur, et rugosius fiat: tum imponendum cataplasma ex triticea farina cui resina pinea adjecta sit: quae ipsa, si robustus curatur, ex aceto; si tener, ex melle coquenda sunt. Neque dubium est, [20] quodcumque vitium fuit, si magna inflammatio est, quin ea quae pus movent imponenda sint. Quod si pus in ipso scroto ortum est, paulum id incidi debet, ut exitus detur; linamentumque eatenus imponendum est, ut foramen tegat. Inflammatione finita, propter nervos [21] priore cataplasmate, dein cerato utendum est. Haec proprie ad ejusmodi vulnera pertinent: cetera et in curatione, et in victu, similia iis esse debent quae in alio quoque vulnerum genere praecepimus.

* His propositis ad singulas species veniendum est. Ac si cui parvulo puero intestinum descendit, ante scalpellum experienda [1] vinctura est. Fascia ejus rei causa fit, cui [2] imo loco pila assuta est ex panniculis facta; quae ad repellendum intestinum ipsi illi subjicitur: deinde reliqua fasciae pars [3] arte circumdatur. Sub quo saepe et intus compellitur intestinum, et inter se tunicae glutinantur. Rursus si aetas processit, multumque intestini descendisse ex tumore magno patet, [4] adjiciunturque dolor et vomitus; quae ex stercore [5] ex cruditate eo delapso fere accidunt; scalpellum adhiberi sine pernicie non posse manifestum est: levandum tantummodo malum, et per alias curationes extrahendum est. Sanguis mitti ex brachio debet: deinde si vires patiuntur, imperanda tridui abstinentia est; si minus, certe pro vi corporis quam longissima. Eodem vero tempore superhabendum cataplasma ex lini semine quod ante aliquis ex mulso decoxerit. Post haec et farina hordeacea cum resina injicienda; [6] et is demittendus in * XX.

20. *quodcumque vitium fuit)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae, *quodcumque initium fuit;* alii Codd. *quodcumque vitium est.*

21. *priore cataplasmate)* eo scilicet quod prius, id est in inflammatione ante quam pus oriretur, impositum est. Ita habent Med. I. Vat. VIII. aliique Codd. et omnes Edd. antiquae; Cod. Med. VI. *propriore;* alii, atque Ed. Lindenii, *propiore;* atque ita legendum esse contendit Constantinus. Sed *propiore* pro eo quod de duobus secundo loco positum est, non videtur recte dici posse. Celsus plane aperteque more suo scripsisset *posteriore*, si quod secundo loco posuit intellexisset.

1. *vinctura)* Sic in Libro Guilandini, et in Ed. Lindenii; in Codd. ceterisque Edd. *junctura.*

2. *imo loco)* Ita Edd. antiquae. Recte. Codd. Mss. et Ed. Lindenii, *uno loco*. Alibi quoque duas voces *imus* et *unus* commutatas animadverti.

3. *arte)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *arcte*.

4. *adjiciunturque dolor et vomitus)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae; alii Codd. *adjiciunturque dolores vomitus;* Ed. Lindenii, *adjiciunturque dolores, et vomitus*.

5. *ex cruditate eo delapso)* Ita in plerisque Codicibus. Med. I. Vat. VIII. Edd. sex primae, aliaeque habent *et ex cruditate eo delapso*. Caesarius, Pantinus, et Lindenius legunt *per cruditatem eo delapso*.

6. *et is demittendus)* Lindenius, *et ipse demittendus*.

solium aquae calidae, cui oleum quoque adjectum sit; dandumque aliquid cibi [7] levis, calidi. Quidam etiam alvum ducunt. Id [8] deducere aliquid in scrotum potest, educere ex eo non potest. Per ea vero quae supra scripta sunt, levato malo, si quando alias dolor reverterit, eadem erunt facienda. Sine dolore quoque si multa intestina prolapsa sunt, secari supervacuum est: [9] non quo excludi a scroto non possint; nisi tamen id inflammatio prohibuit; [10] sed quod repulsa inguinibus immorentur, ibique tumorem excitent: atque ita fiat mali non finis, sed mutatio. At in eo quem scalpello curari oportebit, simul atque ad mediam tunicam vulnus in inguine factum pervenerit, duobus hamulis ea juxta ipsas oras apprehendi debebit, dum [11] diductis omnibus membranulis medicus eam liberet. [12] Neque enim cum periculo laeditur quae excidenda est; cum intestinum esse nisi sub ea non possit. Vbi diducta autem erit, ab inguine usque ad testiculum incidi debebit sic, [13] ne is ipse laedatur; tum excidi. Fere tamen hanc curationem puerilis aetas, et modicum malum recipit. [14] Si vir robustus est, majusque id vitium est, extrahi testiculus non debet, sed in sua sede permanere. Id hoc modo fit. Inguen eadem ratione usque ad mediam tunicam scalpello aperitur; eaque tunica eodem modo duobus hamis excipitur sic, ut [15] a ministro testiculus eatenus contineatur, ne per vulnus exeat; tum ea tunica deorsum versus scalpello inciditur; sub eaque in-

7. *levis, calidi)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae. Libri antiqui habent *lenis, calidi;* Ed. Lindenii, *levis et calidi.*

8. *deducere)* Manutii, Gryphius, Constantinus, et Stephanus legunt *ducere.*

9. *non quo excludi a scroto non possint)* Ita Codd. Vaticani II. IV. V. et VI. atque Edd. Manutiorum, Gryphii, Pantini, Constantini, Stephani, et Lindenii; sed. Edd. Gryphii, Pantini, et Stephani, *non quod;* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae, *non quo non excludi a scroto possint;* Ed. Caesarii, *non quo non cludi scroto possint.*

10. *sed quod)* Ita Cod. Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *sed quo.*

11. *diductis)* Sic reposui pro *deductis*, quod est in Mss. Vulgo legitur *eductis*; sed perperam.

12. *Neque enim cum periculo laeditur quae excidenda est)* Respicit Celsus locum illum cap. antecedentis; *Quamcumque autem tunicam quis violavit, illam quoque debet excidere.* In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii perperam legitur *Neque enim non nisi* (in Ed. Lindenii, *Neque enim nisi*) *cum periculo laeditur, quae incidenda est.*

13. *ne is ipse laedatur)* Caesarius, Gryphius, Pantinus, et Lindenius legunt *ne ipse laedatur.*

14. *Si)* Lindenius, *Sin.*

15. *a ministro)* Lindenius perperam legit *a sinistro*, id est hamo. Nam, ut animadvertit Morgagnus, neuter ex duobus hamis quibus tunica excipitur, sed minister testiculum in sua sede continere debet: quemadmodum alia quoque ejusmodi praestat. Sic superiori cap. *Minister comprehenso scroto, sursum versus id debet extendere*; et cap. 29. hujus lib. *Quoties infans protractus est, tradendus ministro est. Is eum supinis manibus sustinere debet.*

dex digitus sinistrae manus ad imum testiculum demittitur, eumque ad plagam compellit: deinde dextrae manus duo digiti, pollex atque index, venam et arteriam et nervum tunicamque eorum a superiore tunica diducunt. Quod si aliquae membranulae prohibent, scalpello resolvuntur, donec ante oculos tota jam tunica sit. Excisis quae excidenda sunt, repositoque testiculo, ab ora quoque ejus vulneris quod in inguine est, demenda habenula paulo latior est, quo major plaga sit, et plus creare carnis possit.

* At si omentum descendit, eodem quidem modo quo supra scriptum est, aperiendum inguen, diducendaeque tunicae sunt: considerandum autem est, [1] majorne is modus, an exiguus sit. Nam quod parvulum est, super inguen [2] in uterum vel digito vel [3] averso specillo repellendum est: si plus est, sinere oportet dependere quantum ex utero prolapsum est; idque adurentibus medicamentis illinere, donec emoriatur et excidat. Quidam hic quoque duo lina acu trajiciunt, binisque singulorum capitibus diversas partes adstringunt; sub quo aeque, sed tardius [4] emoritur. Adjicitur tamen hic quoque celeritati, si omentum super vinculum illinitur medicamentis, quae sic exedunt, ne erodant: [5] σηπτὰ Graeci vocant. Fuerunt etiam qui omentum forfice praeciderent: quod in parvulo non est necessarium; si majus est, potest profusionem sanguinis facere; siquidem omentum quoque venis quibusdam, etiam majoribus illigatum est. Neque vero [6] si percusso ventre [7] id prolapsum forfice praeciditur: cum et emortuum sit, et aliter tutius avelli non possit, inde huc exemplum transferendum est. Vulnus autem curari, [8] si relictum omentum est, sutura debet: si id amplius fuit, et extra emortuum est, excisis oris, sicut supra propositum est.

* XXI. 1.

1. *majorne is modus)* Lindenius legit *majorne ejus modus*.

2. *in uterum)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *in alvum*; quae est interpretatio vocis *uterum*. Etiam cap. 28. hujus lib. quidam Codd. habent *Si ex alvo est* pro *Si ex utero est*.

3. *averso specillo)* Stephanus, et Lindenius perperam legunt *adverso specillo*.

4. *emoritur)* Ita Ed. Lindenii; Edd. ceterae, et Codd. Mss. *emoriatur*.

5. *σηπτὰ Graeci vocant)* Ita Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae; ceterae Edd. *σηπτικὰ Graeci vocant*. Eamdem lectionis varietatem adnotavi lib. 5. cap. 19. sect. 18. Haec verba inde sumpta, et margini ab enarratore aliquo adscripta, inde in contextum irrepsere.

6. *si percusso ventre)* Veteres libri habent *si discisso ventre* &c. Lindenius pro *discusso* reposuit *discisso*; ut legitur in margine Ed. Constantinianae: ego, *percusso*. Vide quae adnotavi ad lib. 5. cap. 26. sect. 17.

7. *id prolapsum forfice praeciditur)* Lindenius legit *id, quod prolapsum est, forfice praeciditur*.

8. *si relictum omentum est)* Sic cap. 19. hujus lib. *Neque tamen nimium ex ea membrana rursum relinquendum est*; et lib. 8. cap. 3. *Vbi inferiori parte sublata, inferior relicta est*. Lindenius legit *si reductum omentum est*, ut habet in margine Ed. Constantini.

2. * Si vero humor intus est, incidendum est, in pueris quidem inguen; [1] nisi in his quoque id liquoris ejus major modus prohibet: in viris vero, et ubicumque multus humor subest, scrotum. Deinde si inguen incisum est, eo protractis tunicis, humor effundi debet: si scrotum, et sub hoc protinus vitium est, nihil aliud quam [2] humor effundendus, abscindendaeque membranae sunt, si quae eum continuerunt; deinde eluendum id ex aqua quae vel salem adjectum, vel nitrum habeat: si sub media, imave tunica, totae eae extra scrotum collocandae, excidendaeque sunt.

XXII. * Ramex autem si super ipsum scrotum est, adurendus est tenuibus et acutis ferramentis, quae ipsis venis infigantur; cum eo, ne amplius quam has urant; maximeque ubi inter se implicatae glomerantur, eo ferrum id admovendum est; tum super farina ex aqua frigida subacta injicienda est; utendumque eo vinculo [1] quod idoneum esse ani curationibus posui: tertio die lenticula cum melle imponenda est: post, ejectis crustis, ulcera melle purganda, rosa implenda, [2] ad cicatricem aridis linamentis perducenda sunt. Quibus vero super mediam tunicam venae tument, incidendum inguen est, atque tunica promenda, ab eaque venae digito vel manubriolo scalpelli separandae. [3] Qua [parte] vero inhaerebunt, et ab superiore et ab inferiore parte lino vinciendae; tum sub ipsis vinculis praecidendae, reponendusque testiculus est. At ubi supra tertiam tunicam ramex insedit, mediam excidi necesse est. Deinde si duae tresve venae tument, et ita pars aliqua obsidetur, ut major eo vitio vacet, idem faciendum quod supra scriptum est; [4] ut et ab inguine, et a testiculo deligatae venae praecidantur, isque condatur. Sin totum id ramex obsederit, per plagam demittendus digitus index erit, subjiciendusque venis sic, [5] ut paulatim eas protrahat; [6] eaeque adducen-

1. *nisi in his quoque id liquoris ejus major modus* &c.) Ita habent Codd. Mss. nisi quod in Med. I. et Vat. VIII. pro *id liquoris* est *et liquoris*. Vulgo legitur *nisi in his quoque liquoris ejus major modus* &c.

2. *humor effundendus*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *humor est fundendus*. Vulgo legitur *humor est effundendus*, ex Palavicino.

1. *quod idoneum esse ani curationibus posui*) Vide lib. 6. cap. 18. sect. 8.

2. *ad cicatricem*) Lindenius, *et ad cicatricem*.

3. *qua* [*parte*]) Cum infra legatur *et ab superiore, et ab inferiore parte*, vocem *parte* ex glossemate additam puto, et *qua* adverbium esse.

4. *ut et ab inguine*) Ita Cod. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *ut ab inguine*.

5. *ut paulatim eas protrahat*) Sic reposui et Codd. Mss. atque Ed. principe. In Edd. ceteris deest vox *eas*.

6. *eaeque adducendae*) Ita in Cod. Vat. VIII. Med. I. habet *eaeque adducendaeque*; alii, *aeque adducendae*; libri vulgati, *aeque adducendo*, ex Palavicino.

dae, donec is testiculus par alteri fiat: tum fibulae oris sic injiciendae, ut simul eas quoque venas comprehendant. Id hoc modo fit. Acus ab exteriore parte oram vulneris perforat: tum non per ipsam venam, sed per membranam ejus immittitur, per eamque in alteram oram compellitur. [7] Vena vulnerari non debet, ne sanguinem fundat. Membrana semper inter has venas est, ac neque periculum affert, [8] et filo comprehensa illas abunde tenet. Itaque etiam satis est duas fibulas esse. Tum venae, [9] quaecumque protractae sunt, in ipsum inguen averso specillo compelli debent. Solvendi fibulas tempus, inflammatione finita, et purgato vulnere est; ut una simul et oras et venas cicatrix devinciat. Vbi vero inter imam tunicam et ipsum testiculum nervumque ejus ramex ortus est, una curatio est quae totum testiculum abscindit. Nam neque ad generationem quidquam is confert, et omnibus indecore, quibusdam etiam cum dolore dependet. Sed tum quoque inguen incidendum; media tunica promenda, atque excidenda est; idem in ima faciendum; nervusque ex quo testiculus dependet praecidendus: post id venae et arteriae ad inguen lino deligandae, et infra vinculum abscindendae sunt.

* Caro quoque, si quando inter tunicas [1] increvit, nihil dubii est quin eximenda sit: sed id, ipso scroto inciso, fieri commodius est. At si nervus induruit, curari res neque manu, neque medicamento potest. Vrgent enim febres ardentes, et aut virides, aut nigri vomitus; praeter haec, ingens sitis, et linguae aspritudo; fereque a die tertio spumans bilis alvo cum rosione redditur: [2] ac neque assumi facile cibus, neque contineri potest: neque multo post extremae partes frigescunt, tremor oritur, manus sine ratione extenduntur; deinde in fronte frigidus sudor, eumque mors sequitur. *XXIII.

* Vbi vero in ipso inguine ramex est, si tumor modicus est, semel incidi; si major, duabus lineis debet, ut medium excida- *XXIV.

7. *Vena vulnerari non debet, ne sanguinem fundat)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Venae vulnerari non debent, ne sanguinem fundant.*

8. *et filo comprehensa illas abunde tenet)* membrana filo comprehensa venas tenet. Sic reposui ex multis Codicibus. Med. I. et Vat. VIII. habent *et filo comprehenso* &c. Vulgo legitur *et filo comprehensas* &c. ex Palavicino.

9. *quaecumque protractae sunt, in ipsum inguen averso specillo compelli debent)* Ita in Med. I. Vat. VIII. aliisque Codicibus. Alii Codd. et antiquae Edd. pro *averso* habent *adverso*. Lindenius haec verba ita dividit: *quaecumque protractae sunt in ipsum inguen, averso specillo compelli debent;* sed perperam.

1. *increvit)* Ita Ed. Lindenii; ceterae Edd. et multi Codd. in his Med. I. et Vat. VIII. *concrevit;* alii Codd. *crescit*. Cap. 18. hujus lib in omnibus Codd. omnibusque Edd. legitur *Si quando autem caro inter tunicas increscit*.

2. *ac neque)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *at neque;* libri vulgati, *Atque neque*,

tur: deinde non extracto testiculo, sicut intestinis quoque prolapsis interdum fieri docui, colligendae venae, vinciendaeque ubi tunicis inhaerebunt, et sub his nodis praecidendae sunt. Neque quidquam novi curatio vulneris ejus requirit.

* XXV. * Ab his ad ea transeundum est, quae in cole ipso fiunt.
1. In quo si glans nuda est, vultque aliquis eam decoris causa tegere, fieri potest: sed expeditius in puero, quam in viro; in eo cui id naturale est, quam in eo qui quarumdam gentium more circumcisus est; in eo cui glans parva, [1] juxtaque eam cutis spatiosior, brevis ipse coles est, quam in quo contraria his sunt. Curatio autem eorum quibus id naturale est, ejusmodi est. Cutis circa glandem prehenditur et extenditur, donec illam ipsam condat; ibique deligatur: deinde juxta pubem, in orbem tergus inciditur, donec coles nudetur; magnaque cura cavetur, ne vel urinae iter, vel venae quae ibi sunt incidantur. Eo facto, cutis ad vinculum inclinatur, nudaturque circa pubem velut circulus; [2] eoque linamenta dantur, ut caro increscat, et id impleat; satisque velamenti supra latitudo plagae [3] praestet. Sed donec cicatrix sit, vinctum esse id debet; in medio tantum relicto exiguo urinae itinere. At in eo qui circumcisus est, sub circulo glandis scalpello diducenda cutis ab interiore cole est. Non ita dolet, quia summo soluto, diduci deorsum usque ad pubem manu potest; neque ideo sanguis profluit. Resoluta autem cutis rursus extenditur ultra glandem: tum multa frigida aqua fovetur; [4] emplastrumque circa datur, quod valenter inflammationem reprimat; [5] proximisque diebus *** et prope a fame victus est, ne forte eam partem satietas excitet. Vbi jam sine inflammatione est, deligari debet a pube usque circulum: super glandem autem, adverso emplastro imposito, induci. Sic enim fit, ut inferior pars glutinetur; superior ita sanescat, ne inhaereat.

* 2. * Contra, si glans ita contecta est, ut nudari non possit; quod vitium Graeci *φίμωσιν* appellant; aperienda est: quod hoc

1. *juxtaque eam cutis spatiosior, brevis ipse coles est)* Ita in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *juxtaque eam cutis, spatiosior vero ipse coles est*.

2. *eoque linamenta dantur)* Lindenius legit *tum super eo linamenta dantur*.

3. *praestet)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii; in libris antiquis, *praestat*.

4. *emplastrumque circa datur)* Lindenius legit *emplastroque circumdatur*; ut habet Codex quidam Constantini.

5. *proximisque diebus *** et prope a fame victus est)* Veteres libri habent *proximisque diebus, et prope a fame victus est*. Sed evidens est, post verba *proximisque diebus* aliqua deesse. Palavicinus legit *proximisque diebus ut prope a fame victus est, abstineat*. Lindenius vero ita supplet, *proximisque diebus abstinere, donec prope a fame victus sit*. Haec quidem videtur esse Celsi sententia; sed constructio laborat, nisi nova adhibita licentia, verbo *abstinere* additur *debet*.

modo fit. Subter a summa ora cutis inciditur recta linea usque ad frenum; atque ita superius tergus relaxatum, cedere retro potest. Quod si parum sic profectum est, aut propter angustias, aut propter duritiem tergoris, protinus triangula forma cutis ab inferiore parte excidenda est sic, ut vertex ejus ad frenum, basis in tergo extremo sit. Tum superdanda linamenta sunt, aliaque medicamenta quae ad sanitatem perducant. Necessarium autem est, donec cicatrix sit, conquiescere: nam ambulatio atterendo ulcus sordidum reddit.

* Infibulare quoque adolescentulos [1] interdum vocis, interdum valetudinis causa quidam consuerunt: ejusque haec ratio est. * 3.
Cutis quae super glandem est extenditur, notaturque utrimque a lateribus atramento, qua perforetur; deinde remittitur. Si super glandem notae revertuntur, nimis apprehensum est, et ultra notari debet: si glans ab his libera est, is locus idoneus fibulae est. Tum qua notae sunt cutis acu filum ducente transuitur, ejusque fili capita inter se deligantur, quotidieque id movetur donec circa foramina cicatriculae fiant. Vbi eae confirmatae sunt, [2] exempto filo fibula [3] additur, quae quo [4] laevior, eo melior est. Sed hoc quidem saepius inter supervacua, quam inter necessaria est.

* Res vero interdum cogit emoliri manu urinam, cum illa * XVI.
non redditur, aut quia senectute iter ejus collapsum est, aut 1.
quia calculus, vel concretum aliquid ex sanguine intus se opposuit: ac mediocris quoque inflammatio saepe eam reddi naturaliter prohibet. Idque non in viris tantummodo, sed in feminis quoque interdum necessarium est. Ergo aeneae fistulae fiunt; [1] quae ut omni corpori ampliori minorique sufficiant, ad mares tres; ad feminas duae medico habendae sunt: [2] ex virilibus maxima decem et quinque digitorum; media duodecim; minima novem: ex muliebribus major novem; minor sex. Incurvas

1. *interdum vocis)* Vocis causa eos infibulare consuerunt, quos, comoediis, aut tragediis agendis destinabant. Hos exagitat Juvenalis Sat. 6. et grandem Menophili fibulam irridet Martialis epigr. 82. lib. 7. Duae hae voces desunt in Codd. Mediceis I. IV. et V. atque in Vaticanis I. et VIII. itemque in Edd. omnibus, exceptis iis quas Manutii, Gryphius, Constantinus, et Stephanus procurarunt. Scilicet hic quoque eodem modo errarunt librarii, quo alibi; ex duobus scilicet incisis ab eadem voce incipientibus alterum omittendo. Vide adnot. 1. ad sect. 1. cap. 27. lib. 3.

2. *exempto filo)* Lindenius, *excepto filo*.

3. *additur)* Cod. quidam Constantini, et Ed. Lindenii, *inditur*.

4. *laevior)* Alii omnes, *levior*.

1. *quae)* Lindenius, *eaeque*.

2. *ex virilibus maxima decem, et quinque digitorum)* Ita in plerisque Codicibus. Vat. VIII. habet *ex virilibus maxima. X. et XV. digitorum;* Med. 1. et omnes Edd. *ex virilibus maxima decem et quinque est* (Cod. *X et V. ē*) *digitorum*.

vero esse eas paulum, sed magis viriles oportet, laevesque admodum; ac neque nimis plenas, neque nimis tenues. Homo tum resupinus [3] [eo modo quo in curatione ani figuratur] super subsellium aut lectum collocandus est. Medicus autem a dextro latere sinistra quidem manu colem masculi continere, dextra vero fistulam demittere in iter urinae debet: atque ubi ad cervicem vesicae ventum est, simul cum cole fistulam inclinatam in ipsam vesicam compellere, eamque urina reddita recipere. Femina [4] brevius urinae iter, simul et rectius habet; quod [5] mammulae simile inter imas oras super naturale positum non minus saepe auxilio eget, [6] aliquanto minus difficultatis exhibet. Nonnumquam etiam prolapsus [7] in ipsam fistulam calculus; [8] quia subinde ea extenuatur; non longe ab exitu inhaerescit. Eum, si fieri potest, oportet [9] evellere vel oriculario specillo, vel eo ferramento quo in sectione calculus protrahitur. Si id fieri non potuit, cutis extrema quamplurimum attrahenda, et, condita glande, lino vincienda est: deinde a latere recta plaga coles incidendus, et calculus eximendus est: tum cutis remittenda. Sic enim fit ut incisum colem integra pars cutis contegat, et urina naturaliter profluat.

* 2. * Cum vesicae vero calculique facta mentio sit; locus ipse exigere videtur, ut subjiciam quae curatio calculosis cum aliter succurri non potest adhibeatur. Ad quam festinare, cum praeceps sit, nullo modo convenit. Ac neque omni tempore, neque in omni aetate, neque in omni vitio id experiendum est: sed solo vere; in eo corpore quod jam novem annos, nondum quatuordecim excessit; et [1] si tantum mali subest, ut neque medica-

3. [*eo modo quo in curatione ani figuratur*]) Lindenius legit *in curatione calculi.* Membrum hoc insititium esse Morgagnus docet. Nam, inquit, *in curatione ani figura requiritur aliena omnino a proposito, neque ea a Celso usquam descripta fuit: figura autem quae in curatione calculi ab eo infra proponitur, nimis molesta, et hic minus necessaria est.*

4. *brevius urinae iter, simul et rectius habet)* Ita hunc locum emendavit Lindenius: quae emendatio magna ex parte confirmatur a Codd. Med. I. et Vat. VIII. in quibus legitur *brevius urinae similiter, et rectius habet:* quin etiam duae primae syllabae vocis *similiter* in Vaticano deletae sunt, ut legatur *iter.* Alii Codd. et Edd. antiquae habent *brevius urinae similiter et rectius* (Codd. *erectius*) *iter habet.*

5. *mammulae)* Hac voce usus est Varro lib. 2. cap. 3. R. R. ubi loquitur de capris; *sub rostra duas ut mammulas pensiles habeant.* Lindenius legit *carunculae.*

6. *aliquanto minus difficultatis exhibet)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Veteres libri habent *aliquanto minus difficultatis exigit.*

7. *in ipsam fistulam)* in ipsum urinae iter.

8. *quia subinde ea extenuatur)* Ita habent Cod. Med. I. Vat. VIII. et alii multi; atque ita legendum esse, aut *qua* conjecit Morgagnus. Vulgo enim legebatur *qui subinde* &c. ut est in quibusdam Codicibus.

9. *evellere)* Al. *vellere.*

1. *si tantum mali subest)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *si tantum mali est.*

mentis vinci possit, [2] neque jam trahi posse videatur, quo minus interposito aliquo spatio intcrimat. Non quo non interdum etiam temeraria medicina proficiat; sed quo saepius utique in hoc fallat, in quo plura et genera et tempora periculi sunt. Quae simul cum ipsa curatione proponam. Igitur ubi ultima experiri statutum est, ante aliquot diebus victu corpus praeparandum est: ut modicos, ut salubres cibos, ut minime glutinosos assumat, ut aquam bibat. [3] Ambulandi vero inter haec exercitatione utatur, quo magis calculus ad vesicae cervicem descendat. Quod an inciderit, digitis quoque, sicut in curatione docebo, demissis cognoscitur. Vbi ejus rei fides est, pridie is puer in jejunio continendus est; et tum loco calido curatio adhibenda, quae hoc modo ordinatur. Homo praevalens et peritus in sedili alto considit, supinumque eum et aversum, super genua sua coxis ejus collocatis, comprehendit; reductisque ejus cruribus, ipsum quoque jubet, manibus ad suos poplites datis, eos quam maxime possit attrahere; simulque ipse sic eos continet. Quod si robustius corpus ejus est [4] [qui curatur] duobus sedilibus junctis duo valentes insidunt; quorum et sedilia et interiora crura inter se deligantur, ne diduci possint: tum is super duorum genua eodem modo collocatur; atque alter, prout consedit, sinistrum crus ejus, alter dextrum, simulque ipse poplites suos attrahit. Sive autem unus, sive duo continent, super humeros ejus suis pectoribus incumbunt. Ex quibus evenit, ut inter ilia sinus super pubem sine ullis rugis sit extentus, et in angustum compulsa vesica facilius calculus capi possit. Praeter haec etiamnum a lateribus duo valentes objiciuntur, qui circumstantes labare vel unum vel duos qui puerum continent non sinunt. Medicus deinde diligenter unguibus circumcisis, [5] unctaque sinistra manu, duos

2. *neque jam trahi posse videatur)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *neque eam trahi* &c. Ego mutavi *eam*, in *jam*. In aliis Codd. legitur *neque eam cum trahi* &c. in libris vulgatis, *neque etiam trahi* &c.

3. *Ambulandi vero inter haec exercitatione utatur)* Sic lib. 4. cap. 4. sect. 3. *Exercitatio quoque ambulandi currendique necessaria est*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *Ambulatione utatur*.

4. *[qui curatur])* glossema in contextum irrepsit. Vide adnot. 7. ad cap. 7. sect. 14. hujus lib.

5. *unctaque sinistra manu, duos ejus digitos, indicem et medium, leniter prius unum, deinde alterum &c.)* Libri antiqui quotquot vidi, habent *atque sinistra manu*. Ego pro *atque* reposui *unctaque*; sic et sententia et constructio recte constant. Cap. 29. hujus lib. simili ratione agendum praecipitur ubi prope maturus partus intus emortuus, et infans educendus; *medicus unctae manus indicem digitum primum debet inserere .... rursusque alterum digitum demittere*. Quidam Codex apud Constantinum habet *sedet*, *atque sinistrae manus duos digitos* &c. Lindenius legit *sinistrae manus duos digitos, indicem et medium, leniter prius unctos oleo, simul in anum ejus demittit*. Malc. *Agitur enim de puero (utor Morgagni verbis) cui calculus e vesica excidendus, satis doloribus circa*

ejus digitos, indicem et medium, leniter prius unum, deinde alterum in anum ejus demittit; dextraeque digitos super imum abdomen [6] leviter imponit; ne si utrimque digiti circa calculum vehementer concurrerint, [7] vesicam laedant. Neque vero festinanter in hac re, ut in plerisque, agendum est; sed ita, ut quam maxime id tuto fiat: nam laesa vesica nervorum distentiones cum periculo mortis excitat. Ac primum circa cervicem quaeritur calculus: [8] ubi repertus minore negotio expellitur. Et ideo dixi ne curandum quidem, nisi cum hoc indiciis suis cognitum est. Si vero aut ibi non fuit, aut recessit retro, digiti ad ultimam vesicam dantur; paulatimque dextra quoque [9] manus [ejus] ultra translata subsequitur. Atque ubi repertus est calculus; qui necesse est in manus incidat; eo curiosius deducitur, quo minor laeviorque est; ne effugiat, id est ne saepius agitanda vesica sit. Ergo ultra calculum [10] dextra semper manus [ejus] opponitur, [11] sinistrae digiti deorsum eum compellunt, donec ad cervicem pervenitur. In quam, si oblongus est, sic compellendus est, [12] ut pronus exeat; si planus, sic ut transversus sit; si quadratus, ut duobus angulis sedeat; si altera parte plenior, sic ut prius ea qua tenuior sit, evadat. In rotundo nihil interesse, ex ipsa figura patet; nisi si laevior altera parte est, ut ea antece-

ea loca cruciato, quos cur duos simul digitos immittendo, medicus plus aequo augeat, nulla causa est.

6. *leviter)* Ita Cod. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *leniter*.

7. *vesicam laedant)* Lindenius, *vesicam laedat*.

8. *ubi repertus)* Alii, *Ibi repertus*.

9. *manus [ejus])* Vox *ejus* videtur glossema.

10. *dextra semper manus [ejus] opponitur)* Ita habent Cod. Med. I. et Edd. antiquae; sed hic quoque vox *ejus* videtur irrepisse. In Vat. VIII. aliisque Codd. legitur *dextra semper manus ejus opponit*; in Ed. Lindenii, *dextra semper manus ei se opponit*.

11. *sinistrae digiti deorsum eum compellunt)* Ita Codd. Mss. atque Ed. Caesariana, et aliae. In Ed. principe pro *compellunt* est *compellut*; in Edd. 1481. 1493. 1497. 1516. 1524. et Manutianis, *compellit*. Codex quidam apud Constantinum habet *sinistra digitis eum compellit*; Ed. Lindenii, *sinistra eum compellit deorsum digitis*.

12. *ut pronus exeat)* In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legitur *ut ne pronus exeat*. Constantinus autem verba ista *ut duobus angulis sedeat*, quae paulo post sequuntur, sic interpretatur: *sedet binis angulis, imo quaternis, cum per totam planam superficiem jacet, nec in latus procumbens carinatur*. In hunc locum ita scribit Morgagnus: *Ratio quam attulit* Constantinus, *pro nova scriptura* ut ne pronus, *non sic placere omnibus videtur posse, ut Lindenio placuit.* Jacens ovum oblongum est, *inquit Constantinus:* stans erectum. Pronus *calculus* minime, aut vix extrahi posset. *Imo ovi exemplum adversatur; neque enim per id foramen per quod jacens traduci potest, traduci poterit erectum: itaque Celsus ovi similem calculum, id est altera parte pleniorem, altera tenuiorem, non erectum, sed pronum educi, voluit, cum dari operam jussit, ut prius ea parte qua tenuior sit, evadat. In caeteris autem quae his interjecta sunt, num recte omnia interpretetur Constantinus, alii viderint; res enim sane digna est de qua quaeratur.* Vide Epistolas 3. et 4. huic operi adjectas.

dat. [13] Cum jam eo venit, incidi juxta anum cutis plagà lunata usque ad cervicem vesicae debet, cornibus ad coxas spectantibus paulum: deinde ea parte [14] qua resima plaga est, etiamnum sub cute altera transversa plaga facienda est qua cervix aperiatur; donec urinae iter pateat sic, ut plaga paulo major, quam calculus sit. Nam qui [15] metu fistulae; [16] quam illo loco ῥυάδα Graeci vocant; parum patefaciunt, cum majore periculo eodem revolvuntur: quia calculus iter cum vi promitur facit, nisi accipit: idque etiam perniciosius est, si figura quoque calculi, vel aspritudo aliquid eo contulit.. Ex quo et sanguinis profusio, et distentio nervorum fieri potest: quae si quis evasit, multo tamen patentiorem fistulam habiturus est rupta cervice, quam habuisset incisa. [17] Cum vero ea patefacta est, in conspectum calculus venit: [18] in cujus colore nullum discrimen est. Ipse si

13. *Cum jam eo venit, incidi juxta anum cutis plaga lunata usque ad cervicem vesicae debet)* Codd. Mss. et Edd. antiquae habent *Cum jam eo venit, ut incidi super vesicae cervicem juxta anum cutis plaga lunata usque ad cervicem vesicae debet:* sed Edd. *debeat*, ex Palavicino. Constantinus animadvertit, non verbum *debet* in *debeat* mutandum, sed particulam *ut* tollendam esse. Constantino assentitur Morgagnus, ac praeterea docet, verba illa *super vesicae cervicem* supervacua esse, cum dictum sit, *Cum jam eo venit,* videlicet in cervicem vesicae; et statim dicatur, *incidi cutis .... usque ad cervicem vesicae debet*. Lindenius legit *Cum jam eo venit, ut super vesicae cervicem sit, juxta anum incidi cutis plaga lunata* &c. Ego Morgagnum sequor.

14. *qua resima plaga est)* Ita legendum esse ex Cod. Med. I. docuit Cocchius in Additamentis ad Orationem de Anatome editam an. 1745. Resima autem plaga est, *qua cornua plagae lunatae extant;* ut explicat Morgagnus. Cod. Vat. VIII. cum Med. I. consentit. Alii habent *qua stragesima plaga est;* libri vulgati, *qua strictior ima plaga est*, ex Palavicino.

15. *metu fistulae)* Caesarius margini adscripsit » alias *meatum* »; atque ita legunt Pantinus, et Constantinus; sed perperam. Celsus enim fistulam significat quae ex vulnere oritur, ut apparet ex his verbis quae postea sequuntur: *multo tamen patentiorem fistulam habiturus est rupta cervice, quam habuisset incisa*.

16. *quam illo loco ῥυάδα Graeci vocant)* Med. I. aliique Codices, atque Edd. sex primae habent *corhyáda* pro *rhyada;* videlicet ex incauta geminatione antecedentis syllabae; quemadmodum et in eodem Cod. Mediceo, et in Vat. VIII. lib. 8. cap. I. est *Graeci* κιζυγῶδες pro *Graeci* ζυγῶδες. Alii Codd. habent *choryada;* Edd. Manutianae, χορυάδα. Locus hic torsit Editorum ingenia. Caesarius hanc vocem mutavit in οὐρήθραν; et in margine haec adnotavit: *nisi malis legere* corhyada, *ut hactenus in impressis exemplaribus. Verum quid id sibi velit, nondum usquam comperi apud idoneos auctores*. Caesarium secuti sunt Gryphius, Pantinus, Constantinus, Stephanus, Tornaesius, et Rousseus; sed duo ultimi margini adscripserunt » κορυάδα vel οὐριαδα ». Lindenius demum edidit οὐρορυάδα; sed, ut opinor, ex ingenio: nam vox haec in nullo Graecorum Scriptorum opere ex iis quae supersunt, reperitur. Membrum hoc, ut alia non pauca, ex margine irrepsit.

17. *Cum vero ea patefacta est)* Ita in Cod. Med. I. Vat. VIII. habet *Cum vero ea parte facta est;* alii, et Edd. antiquae, *Cum vero patefacta est;* Lindeniana, *Cum via patefacta est;* Almeloveeniana, *Cum via perfecta est*.

18. *in cujus colore nullum discrimen est)* Ita in Codd. Mediceis I. et III. atque in Vaticanis I. VI. et VIII. Calculis alii aliique colores esse consuerunt: sed quod ad rationem extrahendi calculi pertinet, nihil interest quo colore sit; interest quae sit ejus magnitudo. Nam *ipse si exiguus est, digitis ab alte-*

exiguus est, digitis ab altera parte propelli, ab altera protrahi potest: si major, [19] injiciendus a superiore parte uncus est ejus rei causa factus. Is est ad extremum tenuis, in semicirculi speciem retusae latitudinis, [20] ab exteriore parte laevis, qua corpori jungitur; ab interiore asper, qua calculum attingit. Isque longior potius esse debet: [21] nam brevis extrahendi vim non habet. Vbi injectus est, in utrumque latus inclinandus est, [22] ut appareat an calculus teneatur; quia si apprehensus est, ille simul inclinatur. Idque eo nomine opus est, ne cum adduci uncus coeperit calculus intus effugiat, hic in oram vulneris incidat, eamque convulneret. In qua re quod periculum esset, jam supra [23] proposui. Vbi satis teneri calculum patet, eodem paene momento triplex motus adhibendus est: in utrumque latus; deinde extra, sic tamen ut leniter id fiat. [24] Paulumque primo calculus attrahitur: quo facto, attollendus uncus extremus est, uti intus magis maneat, faciliusque illum producat. [25] Quod si quando a superiore parte calculus parum commode [26] comprehendetur, a latere erit apprehendendus.

Haec est simplicissima curatio. Sed varietas rerum quas-

ra parte propelli, ab altera protrahi potest. Si major &c. Eadem dicendi forma usus est Celsus lib. 5. cap. 26. sect. 28. *Si ex acuto telo plaga est, ea transversa commodior est; si ex retuso et gravi, nullum in figura discrimen est.* Alii Codd. et Edd. antiquae habent *in cujus corpore nullum discrimen est.* Constantinus margini adscripsit » Hoc falsum: itaque legendum *colore* (ut in ms.) aut *non nullum discrimen est* ». Lindenius edidit *in cujus corpore multum discrimen est* (*magnum*, puto, dicere voluit) et cum animadverterit haec cum sequentibus apte non cohaerere, in proxima periodo *Ipse* in *Ideo* mutavit.

19. *injiciendus a superiore parte uncus est)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *injiciendus a superiore ei parte uncus est*; Cod. Ven. *injiciendus a superiore parte ei uncus est.*

20. *ab exteriore parte)* Ed. Lindenii habet *ab interiori*; sed mendose. Almeloveenius legit *ab exteriori parte*, ut est in plerisque libris; sed in Codd. Med. 1. et Vat. VIII. *ab exteriore parte*; et infra, *ab interiore*, non, ut in aliis, *ab interiori*.

21. *nam brevis extrahendi vim non habet)* Ita Codd. Mss. et quidem recte. In Edd. antiquis deest particula *non*. Constantinus putat de duobus uncis intelligendum esse, altero longiore, quo calculus attrahitur; altero breviore, quo extrahitur: ideoque reponendum *nam brevior extrahendi vim habet*. Lindenius legit *nam brevior extrahendi vim non habet*.

22. *ut appareat an calculus teneatur)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. habent *ut appareat calculus teneatur*. Ego restitui particulam *an*. In aliis Codd. et omnibus Edd. legitur *ut appareat calculus, et teneatur*; sed perperam. Nam cervice jam patefacta, calculum in conspectum venire dictum est: uncus autem in utramque partem inclinatus facit ut appareat, non an calculus in conspectu sit, sed an ab unco bene teneatur.

23. *proposui)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. *posui*.

24. *Paulumque primo calculus attrahitur* &c.*)* Ita plerique Codices; Med. 1. et Vat. VIII. atque omnes Edd. *paulumque primo calculus attrahatur* &c.

25. *Quod si quando)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, *Quod aliquando*; libri vulgati, *Quod si aliquando*.

26. *comprehendetur)* Ita Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae; aliae Edd. *comprehendatur*; Lindeniana, *comprehenditur*.

dam etiamnum animadversiones desiderat. Sunt enim quidam non asperi tantummodo, sed spinosi quoque calculi, qui per se quidem delapsi in cervicem, sine ullo periculo eximuntur: in vesica vero non tuto vel hi conquiruntur, vel attrahuntur; quoniam ubi illam convulnerarunt, ex distentione nervorum mortem maturant; multoque magis si spina aliqua vesicae inhaeret, [27] eamque cum duceretur duplicavit. Colligitur autem eo quod difficilius urina redditur in cervice calculum esse; eo quod cruenta destillat illum esse spinosum: maximeque id [28] subjectis digitis quoque [29] experiundum est, neque adhibenda manus [30], nisi id constitit. Ac tum quoque leniter intus digiti objiciendi, ne violenter promovendo convulnerent: tum incidendum. Multi hic quoque scalpello usi sunt. Meges (quoniam is infirmior est, [31] potestque in aliquam prominentiam incidere, incisoque super illam corpore, qua cavum subest non secare, sed relinquere, quod iterum incidi necesse sit) ferramentum fecit rectum, in summa parte labrosum, in ima semicirculatum acutumque. Id receptum inter duos digitos, indicem ac medium, super pollice imposito sic deprimebat, ut simul cum carne, si quid ex calculo prominebat, incideret: quo consequebatur, ut semel quantum satis esset aperiret. Quocumque autem modo [32] cervix patefacta est, leniter extrahi quod asperum est debet nulla propter festinationem vi admota.

* At calculus arenosus et ante manifestus est; [1] quoniam uri- * 3.

27. *eamque cum duceretur duplicavit)* Constantinus ita explicat; ejus tunicas introrsum traxit. Lindenius legit *deduceretur*.

28. *subjectis digitis)* scilicet in anum. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *sub his digitis:* alii, *subit digitis*. Ego mutavi *sub his* in *subjectis*. Sic proxima sect. 3. *calculus arenosus inter subjectos digitos neque aeque renititur* &c. et sect. 4. *virgini subjici digiti tamquam masculo, mulieri per naturale ejus, debent*. Vulgo legitur ex Palavicino, *sub digitis*.

29. *experiundum est)* Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *experiendum est*.

30. *nisi id constitit)* Liudenius, *nisi id consistit*.

31. *potestque in aliquam prominentiam incidere, incisoque super illam corpore* &c.) Codd. Mss. et omnes paene Edd. habent *potestque in aliqua prominentia incidere, incisoque super illam corpore* &c. Ruellius, et Constantinus pro *illam* legunt *illa*, ut *aliqua prominentia* sit quartus casus pluralis. Ego retineo *super illam*, et repono *in aliquam prominentiam*. Videtur in vetere exemplari scriptum fuisse *in aliquā prominentiā*, ut saepe fit: verisimilius autem est librarios in describendo duas illas lineolas omisisse, quam voci *illa* litteram *m* addidisse.

32. *cervix patefacta est)* Ita ex Morgagno. Liber Guilandini habet *cervix ea patefacta est*. In Codd. et plerisque Edd. legitur *cervix ea parte facta est*; in Ed. Ruelliana, *cervix ea parte fracta est*; in margine Constantinianae » *cervix ea parte secta*, vel *patefacta est* »; in Ed. Lindenii, *cervix ea parte secta est*.

1. *quoniam urina quoque redditur arenosa: et in ipsa curatione* &c.) Sic reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. emendatione adhibita. Ii enim pro *et* habent *ē*. In aliis Codd. legitur *quaniam et urinam quoque redditus harenosam, et in ipsa cu-*

na quoque redditur arenosa: et in ipsa curatione; quoniam inter subjectos digitos [2] neque aeque renititur, et insuper [3] dilabitur. Item molles calculos, et ex pluribus minutisque, sed inter se parum adstrictis, compositos [4] indicat urina trahens quasdam quasi squamulas. Hos omnes, leniter permutatis subinde digitorum vicibus, sic oportet [5] adducere, ne vesicam laedant, neve intus aliquae dissipatae reliquiae maneant, quae postmodum curationi difficultatem faciant. Quidquid autem ex his in conspectum venit, vel digitis, vel unco eximendum est. At si plures calculi sunt, singuli protrahi debent; sic tamen, ut si quis exiguus supererit potius relinquatur: siquidem in vesica difficulter invenitur, inventusque celeriter effugit. Ita longa inquisitione vesica laeditur, excitatque inflammationes mortiferas; adeo ut [6] quidam secti, cum diu frustraque per digitos vesica esset agitata, decesserint. Quibus accedit etiam quod exiguus calculus ad plagam [7] urina postea promovetur, et excidit. Si quando autem is major non videtur nisi rupta cervice extrahi posse, findendus est: [8] cujus repertor Ammonius, ob id λιθότομος cognominatus est. Id hoc modo fit. [9] Vncus injicitur calculo sic, ut facile eum concussum quoque teneat, ne is retro revolvatur: tum ferramentum adhibetur crassitudinis modicae, prima parte tenui sed retusa, quod admotum calculo, [10] et ex altera parte ictum, eum

ratione &c. in libris vulgatis, *quoniam et urina* (in Ed. Lindenii, *quoniam urina*) *quae redditur arenosa est; et in ipsa curatione* &c.

2. *neque aeque renititur, et insuper* &c.) minus renititur, quam calculus compactus et durus, de quo hactenus dictum est. Ita hunc locum restitui, libris aliis ex aliis emendatis. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *neque aeque leniter et insuper*; mendose *leniter* pro *renititur*. In aliis Codd. et in Edd. antiquis legitur *neque aeque leniter renititur, et insuper* &c. videlicet *leniter*, quod in aliquo exemplari tamquam varians lectio margini adscriptum fuerat, in contextum traducto. Vide loca alia eodem modo vitiata in adnot. I. ad sect. 4. hujus capitis. Lindenius legit *neque aeque, sed leniter renititur, et insuper* &c. ut habet in margine Ed. Constantini.

3. *dilabitur)* Sic in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *dilatatur*.

4. *indicat urina trahens quasdam* &c.) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et antiquae Edd. *indicatur, in se attrahens quasdam* &c. Ed. Lindenii, *indicat urina secum trahens quasdam* &c.

5. *adducere)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. in aliis, et in libris vulgatis *abducere*.

6. *quidam secti)* Ita legitur in Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Edd. antiquis; et Morgagno sententia ipsa postulare videtur, ut ita legatur. Alii Codd. habent *quidam non secuti*; Ed. Lindenii, *quidam non secti*.

7. *urina postea promovetur, et excidit)* Ita in plerisque Codicibus. Vulgo legitur *urina postea promovente excidit*, ut habent Cod. Med. I. et Vat. VIII.

8. *cujus repertor Ammonius, ob id* &c.) *cujus* pro cujus rei; ut alibi *hujus* pro hujus rei. Lindenius legit *cujus repertor Ammonius, qui ob id* &c.

9. *Vncus injicitur calculo sic, ut concussum quoque eum teneat)* Ita Codd. Mss. et Edd. antiquae; Ed. Constantini in margine *concussus* pro *concussum*. Lindenius legit *Vncus injicitur calculo sic, ut facile eum conclusum quoque teneat*.

10. *et ex altera parte ictum, eum fin-*

findit; magna cura habita, ne aut ad ipsam vesicam ferramentum perveniat, aut calculi fractura ne quid incidat. *

* Hae vero curationes in feminis quoque similes sunt; [1] de quibus tamen proprie quaedam dicenda sunt. Siquidem in his, 4.
ubi parvulus calculus est, scalpellus supervacuus est; quia is urina in cervicem compellitur; quae et brevior quam in maribus, et laxior est. Ergo et per se saepe excidit, [2] et si in primo quod est angustius inhaeret, eodem tamen unco sine ulla noxa educitur. At in majoribus calculis necessaria eadem curatio est. Sed virgini subjici digiti tamquam masculo, mulieri [3] per naturale ejus debent. Tum virgini quidem sub ima sinisteriore ora; mulieri vero inter urinae iter et os pubis incidendum est sic, ut utroque loco plaga transversa sit. Neque terreri convenit, si plus ex muliebri corpore sanguinis profluit. *

* Calculo evulso, si valens corpus est, neque magnopere ve- 5.
xatum, sinere oportet sanguinem fluere, quo minor inflammatio oriatur: atque ingredi quoque eum paulum non alienum est; ut excidat, si quid intus concreti sanguinis mansit. Quod si per se non destitit, rursus, ne vis omnis intereat, supprimi debet: idque protinus in imbecillioribus ab ipsa curatione faciendum est: siquidem ut distentione nervorum periclitatur aliquis dum vesica ejus agitatur; sic alter metus excipit, [1] [remotis medicaminibus] ne tantum sanguinis profluat, ut occidat. Quod ne in-

dit) Ita in Codd. Mss. nisi quod in Med. 1. et Vat. VIII. pro *ictum* est *ictu*. Edd. antiquae habent *et ex altera parte ictum findit*; Ed. Lindenii, *et ex altera parte ictum, findat*.

1. *de quibus tamen proprie quaedam dicenda sunt)* Ita in Libro Guilandini. Cod. Med. 1. et Vat. VIII. habent *de quibus parum proprie quaedam dicenda sunt*; alii, et Edd. antiquae, *de quibus tamen parum proprie quaedam dicenda sunt*; scilicet inserto *parum*, ut *leniter* in antecedenti sectione. Lindenius legit *de quibus parum, proprie tamen quaedam dicenda sunt*.

2. *et si in primo quod est angustius inhaeret)* urethra in primo, sive exteriore suo orificio in ipsis etiam feminis contrahitur. Vide Morgagni Advers. Anat. 4. Animad. 24. Constantinus ita explicat: *nempe urinae itinere, quod est compressius*. Lindenius perperam legit *et si in urinae itinere, quod est angustius, inhaeret*.

3. *per naturale ejus)* Cod. Med. 1. et Vat. VIII. habent *per naturalicius*; alii, *per naturalem ejus licius*; libri vulgati, *per naturalia ejus*, ex Palavicino. Sed et ex Codd. scriptura, et ex pronomine singulari *ejus* facile apparet legendum esse *naturale*. Sic sect. 1. hujus cap. *Femina brevius urinae iter simul et rectius habet, quod mammulae simile inter imas oras super naturale positum* &c. Cap. quidem 28. hujus lib. legitur *Proprie vero quaedam ad feminas pertinent: ut in primis quod earum naturalia* &c. sed ibi pluralis numerus *naturalia* cohaeret cum *feminas*.

1. *[remotis medicaminibus])* Duo haec verba aliena sunt. Supra enim dictum est, *si fluere sanguis per se non destitit, rursus, ne vis omnis intereat, supprimi debere*; et infra dicitur, *quod ne incidat desidere is debet in acre acetum*. Praecipit igitur Celsus, ut medicamenta admoveantur, non ut removeantur. Vox ipsa *medicaminibus* indicat duo haec verba Celsi non esse. Vide adnotat. 7. ad sect. 1. cap. 28. lib. 5.

cidat, desidere is debet in acre acetum cui aliquantum salis sit adjectum: sub quo et sanguis fere conquiescit, et adstringitur vesica, ideoque minus inflammatur. Quod si parum proficit, agglutinanda cucurbitula est [2] et inguinibus, et coxis, et super pubem. Ubi jam satis vel evocatus est sanguis, vel prohibitus, resupinus collocandus est sic, ut caput humile sit, coxae paulum excitentur: ac super vulnus [3] imponendum est duplex aut triplex linteolum aceto madens. Deinde interpositis duabus horis, in solium is aquae calidae resupinus demittendus est sic, ut a genibus ad umbilicum aqua teneat, cetera vestimentis circumdata sint; manibus tantummodo pedibusque nudatis, ut et minus digeratur, et ibi diutius maneat. Ex quo [4] multus sudor oriri solet; qui spongia subinde in facie detergendus est: finisque ejus fomenti est, donec infirmando offendat. Tum multo is oleo perungendus, inducendusque hapsus lanae mollis tepido oleo repletus, qui pubem, et coxas, et inguina, et plagam ipsam, [5] contectam eodem ante linteolo protegat: isque subinde oleo tepido madefaciendus est; ut neque frigus ad vesicam admittat, et nervos leniter molliat. Quidam cataplasmatis calefacientibus utuntur. Ea plus pondere nocent, [6] quo vesicam urgendo vulnus irritant, quam calore proficiunt. Ergo ne vinculum quidem ullum necessarium est. Proximo die, si spiritus difficilius redditur; si urina [7] non excedit; si locus circa pubem mature intumuit; scire licet in vesica sanguinem concretum remansisse. Igitur demissis eodem modo digitis, leniter pertractanda vesica est, et discutienda si qua coierunt: quo fit, ut per vulnus postea [8] procidant. Non alienum etiam est oriculario clystere acetum nitro mixtum per plagam in vesicam compellere: nam sic quoque discutiuntur si qua cruenta coierunt. Eaque facere etiam primo die convenit, si timemus ne quid intus sit: maximeque ubi ambulando id elicere imbecillitas prohibuit. Cetera eadem facienda sunt: ut demittatur in solium, ut eodem modo panniculus, eodem lana superinjiciatur. Sed neque saepe, neque tamdiu

2. *et inguinibus)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. Lindenii perperam legitur *et in genibus*.

3. *super vulnus)* Ita plerique Codd. et Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. ceteraeque Edd. *super ulcus*.

4. *multus sudor)* Ita Codd. Mss. libri vulgati, *sudor multus*.

5. *contectam eodem ante linteolo)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. omnesque Edd. *contectam eodem ante se linteolo*.

6. *quo vesicam urgendo)* Ita Codd. Mss. In Edd. antiquis legitur *quae vesicam urgendo*; in margine Ed. Constantinianae, *quia vesicam urgendo*; in Ed. Lindenii, *atque vesicam urgendo*.

7. *non excedit)* Constantinus legit *non excidit*; Lindenius, *non exit*. Vide adnot. 3. ad sect. 4. cap. 27. libri 3.

8. *procidant)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. librique vulgati, *procedant*.

in aqua calida puer habendus, quam adolescens est; infirmus, quam valens; levi, quam graviore inflammatione affectus; is cujus corpus digeritur, quam is cujus adstrictum est. Inter haec vero, si somnus est, et aequalis spiritus, et madens lingua, et sitis modica, [9] et venter imus sedet, et mediocris est cum febre modica dolor, scire licet [10] recte curationem procedere. [11] Atque in his inflammatio fere quinto vel septimo die finitur: qua levata, solium supervacuum est: supini tantummodo vulnus aqua calida fovendum est, ut si quid urinae rodit [12] eluatur. Imponenda autem medicamenta sunt pus moventia; et si purgandum [13] vulnus videbitur, [14] melle linendum. Id si rodet, rosa temperabitur. [15] [Huic curationi aptissimum videtur enneapharmacum emplastrum: nam et sevum habet ad pus movendum, et mel ad ulcus repurgandum; medullam etiam, maximeque vitulinam; [16] quod in id, ne fistula relinquatur, praecipue proficit]. Linamenta vero tum [17] super vulnus non sunt necessaria; super medicamentum, ad id continendum, recte imponuntur. At ubi vulnus purgatum est, puro linamento ad cicatricem perducendum est. Quibus temporibus tamen, si felix curatio non fuit, [18] varia pericula oriuntur. Quae praesagire protinus licet, si continua vigilia est; si spiritus difficultas; si lingua arida est; si sitis vehemens; si venter imus

9. *et venter imus sedet, et mediocris &c.)* Locus corruptus. Ita legitur in margine Ed. Constantinianae et in Ed. Lindenii. Sed non video, cur Celsus figurate loqui voluerit, et non potius plane dixerit, *et venter imus sine tumore, et mediocris est* &c. Ac si sedet de ventre qui cum tumidus esset, desidit dici potest; de eo qui neque intumuit, neque intumescit, haud scio num recte dicatur. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *et venter imus si mediocris*; Med. III. *et venter imus* · *et mediocris* &c. ut verbum aliquod deesse videatur; alii, et antiquae Edd. *et venter imus, sed et mediocris* &c.

10. *recte curationem procedere)* Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *recte procedere curationem*.

11. *Atque in his)* Lindenius, *At in his*.

12. *eluatur)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *abluatur*.

13. *vulnus)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *ulcus*.

14. *melle linendum)* Fortasse *mel illinendum*, ut alibi.

15. [*Huic curationi aptissimum videtur enneapharmacum emplastrum* &c. *)* Edd. Manutiorum, et Lindenii habent *ἐννεαφάρμακον*. Periodus insititia. Opus non est repetere emplastrum hoc habere sevum, mel, medullam, cum id ipsius compositio ostendat sic descripta lib. 5. cap. 19. sect. 10. *Constat ex novem rebus, cera, melle, sevo, resina, myrrha, rosa, medulla vel cervina, vel vitulina, vel bubula* &c. Ex quibus verbis apparet vitulinam medullam cervina et bubula majorem facultatem non habere. Celsus cap. 26. sect. 20. ejusdem lib. dixit, ad implendum vulnus tetrapharmacum cum rosa adhibendum esse: vulnus autem implendo cavetur, ne fistula relinquatur.

16. *quod in id)* Lindenius legit *quae in id*.

17. *super vulnus)* Libri omnes habent *super ulcus*; et infra, *ubi ulcus purgatum est*. Ego utrobique reposui *vulnus*. Paulo superius in Codd. Med. I. et Vat. VIII. legitur *si purgandum vulnus*; in aliis, et in libris vulgatis, *si purgandum ulcus*.

18. *varia pericula oriuntur)* Ita Codd. Mss. paene omnes. In quibusdam deest vox *varia*, et margini adscriptum est *per circula*. Vulgo legitur ex Palavicino, *varia circa pericula oriuntur*.

tumet; si vulnus hiat; si [19] transfluens urina id non rodit; [20] si ante tertium diem quaedam livida [21] excidunt; si is aut nihil, aut tarde respondet; si vehementes dolores sunt; si post diem quintum magnae febres urgent, et fastidium cibi permanet; si cubare in ventrem jucundius est. Nihil tamen pejus est distentione nervorum, et ante nonum diem vomitu bilis. Sed cum inflammationis sit metus, succurri abstinentia, modicis et tempestivis cibis; inter haec [22] fomentis, et quibus supra scripsimus, oportet.

XXVII. * Proximus cancri metus est. Is cognoscitur, si et per vulnus, et per ipsum colem fluit sanies mali odoris, cumque ea quaedam a concreto sanguine non abhorrentia, tenuesque carunculae lanulis similes: praeter haec, si orae vulneris aridae sunt; si dolent inguina; si febris [1] non desinit, eaque in noctem augetur; si inordinati horrores accedunt. Considerandum autem est in quam partem cancer is tendat. Si ad colem, indurescit is locus, et rubet, et tactu dolorem excitat, testiculique intumescunt: si in ipsam vesicam, ani dolor sequitur, [2] coxae durae sunt, non facile crura extendi possunt: at si in alterutrum latus, oculis id expositum est, paresque utrimque easdem notas, sed minores habet. Primum autem ad rem pertinet corpus recte jacere, ut superior pars [3] semper ea sit, in quam vitium fertur. Ita si ad colem it, supinus is collocari debet; si ad vesicam, in ventrem; si in latus, in id quod integrius est. Deinde ubi ventum fuerit ad curationem, homo in aquam demittetur in qua marrubium decoctum sit, aut cupressus, aut myrtus; idemque humor clystere intus [4] adigētur: tum superponetur lenticula cum malicorio mixta; quae utraque ex vino decocta sint; vel rubus, aut oleae folia eodem modo decocta; [5] aliave medicamenta quae ad cohi-

19. *transfluens)* Ita Codd. Mss. et Edd. princeps, Constantiniana, et Stephani: Edd. 1481. 1493. 1516. 1522. *transiluens*; Pinziana, *transilens*; Caesariana, ceteraeque, *transiliens*.

20. *si ante tertium diem)* Ita in Libro Guilandini. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *similiter tertium diem*; alii, *similiter ante tertium diem*; libri vulgati, *si similiter ante tertium diem*, ex Palavicino.

21. *excidunt)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *excedunt*.

22. *fomentis, et quibus supra scripsimus)* scilicet panniculo et lana oleo repletis. Alii legunt *fomentis, de quibus supra scripsimus*.

1. *non desinit)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *non defuit*.

2. *coxae durae sunt)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. *coxae durant*; Edd. antiquae, *coxae durescunt*, ex Palavicino; Ed. Lindenii, *coxae tumescunt*.

3. *semper ea sit)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Codd. Mss. habent *eadem semper sit*; Edd. antiquae, *semper eadem sit*.

4. *adigetur)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae, *adicietur*; alii Codd. *adietur*. Vide adnot. 2. ad cap. 5. lib. 8.

5. *aliave medicamenta)* Alii, *aliaque medicamenta*.

bendos purgandosque cancros proposuimus. Ex quibus si qua erunt arida, per scriptorium calamum inspirabuntur. Vbi stare coeperit cancer, mulso [6] vulnus eluetur: vitabiturque eo tempore ceratum, quod ad recipiendum id malum corpus emollit: potius plumbum elotum cum vino inungetur; [7] superque idem linteolo illitum imponetur. Sub quibus perveniri ad sanitatem potest: cum eo tamen, quod non ignoremus, orto cancro saepe affici stomachum, cui cum vesica [8] quaedam consortio est: exque eo fieri, ut neque retineatur cibus, neque si quis retentus est, concoquatur, neque corpus alatur; ideoque ne vulnus quidem aut purgari, aut ali possit: quae necessario mortem maturant. Sed ut his succurri nullo modo potest, [9] sic a primo tamen die tenenda ratio curationis est. In qua quaedam observatio, ad cibum quoque potionemque pertinens, necessaria est. Nam cibus inter principia non nisi humidus dari debet: ubi [10] vulnus purgatum est, ex media materia: olera et salsamenta semper aliena sunt. Potione opus est [11] modica. Nam si parum bibitur, accenditur vulnus, et vigilia urget, et vis corporis minuitur: si plus aequo assumitur, subinde vesica impletur, eoque irritatur. Non nisi aquam autem bibendam esse, manifestius est, quam ut subinde dicendum sit. Solet vero sub ejusmodi victu evenire, ut alvus non reddatur. Haec aqua ducenda est, in qua vel foenum graecum, vel malva decocta sit. Idem humor rosa mixtus in ipsum vulnus oriculario clystere [12] agendus est, ubi id rodit urina, neque purgari patitur. Fere vero primo per vulnus exit haec: deinde eo sanescente dividitur, et pars per colem descendere incipit, donec ex toto plaga claudatur. Quod interdum tertio mense, interdum non ante sextum, nonnumquam exacto quoque anno fit. Neque desperari debet solida glutinatio vulneris, nisi ubi aut vehementer rupta cervix est, aut ex cancro multae magnaeque

6. *vulnus)* Ita in libris antiquis; in Ed. Lindenii, *ulcus*.

7. *superque)* id est, et super imponetur. Edd. sex primae, Manutianae, et Lindeniana habent *super quae*.

8. *quaedam consortio est)* Sic reposui ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. habent *quodammodo consortium est*. Vulgo legitur ex Palavicino, *quoddam consortium est*.

9. *sic a primo tamen die tenenda ratio curationis est)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Codd. Mss. et Edd. antiquae habent *sic a primo tamen diu tenenda* &c.

10. *ubi vulnus purgatum est)* Libri omnes habent *ubi ulcus purgatum est*. Vide superiorem adnot. 6. et adnot. 3. ad sect. 2. cap. 27. lib. 5.

11. *modica)* modicum dicitur quod est inter nimium et parum. Sic reposui ex Mss. Edd. antiquae habent *non modica*; Constantiniana in margine, *non immodica*; et ita legit Lindenius.

12. *agendus est)* In Ed. Constantini ad marginem legitur *adigendus*. Fortasse rectius. Verbum *est* in Edd. Caesarii, et Lindenii deest.

caruncula e, simulque nervosa aliqua exciderunt. Sed ut vel nulla ibi fistula, vel exigua admodum relinquatur, summa cura providendum est. Ergo cum jam ad cicatricem [13] vulnus tendit, extentis jacere feminibus et cruribus oportet: nisi tamen molles arenosive calculi fuerunt. Sub his enim tardius vesica purgatur: ideoque diutius plagam patere necessarium est; [14] et tum demum, ubi jam nihil tale extra fertur, ad cicatricem perduci. Quod si antequam vesica purgata est, orae se glutinarunt, dolorque et inflammatio redierunt, vulnus digitis vel [15] averso specillo diducendum est; ut torquentibus exitus detur: hisque effusis, cum diutius pura urina descendit, tum demum quae cicatricem inducant, imponenda sunt; extendendique, [16] ut supra docui, pedes quam maxime [17] juncti. Quod si fistulae metus ex his causis quas proposui subesse videbitur, quo facilius claudatur ea, vel certe coangustetur, in anum quoque danda plumbea fistula est, extentisque cruribus femina talique inter se [18] deligandi sunt, donec, [19] qualis futura est, cicatrix sit.

XXVIII.* * Et hoc quidem commune esse maribus et feminis potest. Proprie vero quaedam ad feminas pertinent: ut in primis quod earum naturalia nonnumquam, inter se glutinatis oris, concubitum non admittunt. Idque interdum evenit protinus in utero matris: interdum exulceratione in his partibus facta, et per malam curationem his oris sanescendo junctis. Si [1] ex utero est, membrana ori vulvae opposita est: si ex ulcere, caro [2] id replet. Oportet autem membranam duabus lineis inter se transversis incidere ad similitudinem [3] litterae X, magna cura habita, ne urinae iter violetur: deinde undique eam membranam excidere. At si caro increvit, necessarium est recta linea patefacere: tum [4] ab ora

13. *vulnus tendit)* Ita legunt Caesarius, et alii, inter quos Lindenius. Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *vulnus intendit*. Proximo cap. 28. libri omnes, *Cumque jam* vulnus *ad sanitatem tendet*.

14. *et tum demum)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *tum demum*.

15. *averso specillo)* Ita habent plerique Codd. et Ed. Lindenii; alii Codd. et antiquae Edd. perperam, *adverso specillo*; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *averso scalpello*.

16. *ut supra docui)* In multis Codd. legitur *ut supra posui*.

17. *juncti)* Alii legunt *vincti*.

18. *deligandi sunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *deliganda sunt*.

19. *qualis futura est)* qualis esse poterit. Similiter loquitur lib. 8. cap. ult. sub finem; *donec quae saltem esse in ejusmodi re sanitas potest, veniat*. Sic autem reposui ex Codd. Mss. et Ed. principe. In ceteris Edd. perperam legitur *qualis sutura est*.

1. *ex utero)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque omnes Editiones; alii Codd. *ex alvo*.

2. *id replet)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. librique editi, *replevit*.

3. *litterae X)* Ed. Lindenii, *litterae χ*.

4. *ab ora vel vulsella, vel hamo apprehensa tamquam habenulam excidere)* Ita habent Codd. Mss. Vulgo legitur *ab ora*

vel vulsella, vel hamo apprehensa, tamquam habenulam excidere; et intus implicitum in longitudinem linamentum; λημνίσκον Graeci vocant; in aceto tinctum demittere, supraque sucidam lanam aceto madentem deligare: [5] tertio die solvere, et vulnus, sicut alia vulnera curare: cumque jam ad sanitatem tendet, plumbeam fistulam medicamento cicatricem inducente illinere, eamque intus dare: supraque idem medicamentum injicere, donec ad cicatricem plaga perveniat.

*Vbi concepit autem aliqua, si jam prope maturus partus intus emortuus est, neque [1] excidere per se potest, adhibenda curatio est: quae numerari inter difficillimas potest. Nam et summam prudentiam moderationemque desiderat, et maximum periculum affert. [2] Sed vulvae natura mirabilis cum in multis aliis, tum in hac re quoque facile cognoscitur. Oportet autem ante omnia resupinam mulierem transverso lecto sic collocare, ut feminibus ejus ipsius ilia comprimantur: quo fit, ut et imus venter in conspectu medici sit, et infans ad os vulvae compellatur: quae emortuo partu, id comprimit: ex intervallo vero paulum dehiscit. Hac occasione usus medicus, unctae manus indicem digitum primum debet inserere, atque ibi continere, [3] donec iterum id os aperiatur, rursusque alterum digitum [4] demittere; et per easdem occasiones alios, donec tota esse intus manus possit. Ad cujus rei [5] facultatem multum confert et magnitudo vulvae, et vis nervorum ejus, et corporis totius habitus, et mentis etiam robur: cum praesertim intus nonnumquam etiam duae manus dari debeant. Pertinet etiam ad rem quam calidissimum esse imum ventrem, et extrema corporis; [6] nequedum inflammationem coepisse, sed recenti re protinus adhiberi medicinam. Nam si corpus jam intumuit, neque demitti manus, neque educi infans nisi aegerrime potest: sequiturque saepe cum vomitu, et cum tremore *XXIX.

vel vulsella, vel hamulo apprehensam &c. ex Palavicino.

5. *tertio die solvere, et vulnus sicut alia vulnera curare)* Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *tertio die solvere ulcus, et sicut alia ulcera curare;* Ed. Constantini in margine, *tertio die solvere, et ulcus sicut alia ulcera curare.*

1. *excidere)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *excedere.*

2. *Sed vulvae natura mirabilis)* Libri omnes habent *Sed ante omnia vulvae natura mirabilis;* videlicet duabus vocibus *ante omnia* ex proxima periodo librariorum incuria repetitis, ut jam animadvertit Morgagnus.

3. *donec iterum id os aperiatur)* In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legitur *donec iterum os adaperiatur.*

4. *demittere)* In libris omnibus additur *debebit;* ex glossemate.

5. *facultatem)* Lindenius legit *facilitatem,* ut habet quidam Constantini Codex.

6. *nequedum inflammationem coepisse)* Alii legunt cum Caesario, *neque cum inflammatione incepisse;* Lindenius, *nequedum inflammationem accepisse.*

mortifera nervorum distentio. Verum intus emortuo corpori manus injecta protinus habitum ejus sentit: nam aut in caput, aut in pedes conversum est; [7] aut transversum jacet; fere tamen sic, ut vel manus ejus, vel pes in propinquo sit. Medici vero propositum est, ut cum [8] manu dirigat vel in caput, vel etiam in pedes, si forte aliter compositus est. Ac si nihil aliud est, manus vel pes apprehensus corpus rectius reddit: nam manus in caput, pes in pedes [9] cum convertit. Tum si caput proximum est, demitti debet uncus undique laevis, acuminis brevis, qui vel oculo, vel auri, vel ori, interdum etiam fronti recte injicitur; deinde attractus infantem educit. Neque tamen quolibet is tempore extrahi debet. Nam si compresso vulvae ore id tentatum est, non emittente eo, infans abrumpitur, et unci acumen in ipsum os vulvae delabitur; sequiturque nervorum distentio, et ingens periculum mortis. Igitur compressa vulva, conquiescere; hiante, leniter trahere oportet; et per has occasiones paulatim eum educere. Trahere autem dextra manus uncum; sinistra intus posita infantem ipsum, simulque dirigere cum debet. Solet etiam evenire, ut is infans humore distendatur, exque eo profluat foedi odoris sanies. Quod si tale est, indice digito corpus [10] illud forandum est, ut effuso humore extenuetur; tum id leniter per ipsas manus recipiendum est. Nam [11] uncus injectus hebeti corpusculo facile elabitur: in quo quid periculi sit [12] supra positum est. In pedes quoque conversus infans non difficulter extrahitur; [13] quibus apprehensis per ipsas manus commode educitur. Si vero transversus est, neque dirigi potuit, uncus alae injiciendus, paulatimque attrahendus est. Sub quo fere cervix

7. *aut transversum jacet)* Ita habent Codd. Mss. Vulgo legitur *aut in transversum jacet.*

8. *ut eum manu dirigat)* Lindenius legit *ut infantem manu dirigat;* sed paulo infra, ut alii omnes, *pes in pedes eum diriget,* quamvis praecedat *aut transversum jacet,* i. e. corpus.

9. *eum convertit)* Ita plerique Codices; Med. 1. et Vat. VIII. omnesque Edd. *eum convertet.*

10. *illud forandum est)* Verba haec et sequentia usque ad *elabitur* in Codd. Med. 1. et Vat. VIII. desunt; et *labitur* in iis est pro *elabitur.*

11. *uncus injectus hebeti corpusculo facile elabitur)* Ita in Codice quodam Constantini. Sed Constantinus putat legendum esse *enecti* pro *hebeti.* Codices quos ego vidi, et Edd. antiquae habent *uncus injectus facile hebeti corpusculo elevabitur;* Ed. Lindenii, *uncus injectus putri corpusculo facile elabitur.* Sed legendum *hebeti:* quam vocem Celsus eadem significatione alibi adhibuit. Cap. 3. hujus lib. *illa ipsa carne hebete, nec firma;* et cap. 13. *tumor increscit . . . quo modo caro hebes, modo humor aliquis melli aquaeve similis continetur.*

12. *supra positum est. In pedes quoque &c.)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *supra positum. Sed in pedes quoque &c.* Ed. Lindenii, *supra positum est. Sed in pedes quoque &c.*

13. *quibus apprehensis)* Lindenius, *namque his apprehensis.*

replicatur, retroque caput ad reliquum corpus spectat. Remedio est cervix praecisa; ut separatim utraque pars auferatur. Id unco fit, qui priori similis, in interiore tantum parte per totam aciem exacuitur. Tum id agendum est, ut ante caput, deinde reliqua pars auferatur: quia fere majore parte extracta, caput in vacuam vulvam prolabitur, extrahique sine summo periculo non potest. Si tamen id incidit, super ventrem mulieris duplici panniculo injecto, valens homo, non imperitus, a sinistro latere ejus debet assistere, et super imum ventrem ejus duas manus imponere, alteraque alteram premere: quo fit, ut illud caput ad os vulvae compellatur, [14] idque eadem ratione quae supra posita est, unco [15] extrahitur. At si pes alter juxta repertus est, alter retro cum corpore est, quidquid [16] protractum est paulatim [17] abscindendum est: et si clunes os vulvae urgere coeperunt, iterum retro repellendae sunt, conquisitusque pes ejus adducendus. Aliaeque etiamnum difficultates faciunt, ut qui solidus non exit, concisus eximi debeat. Quoties autem infans protractus est, tradendus ministro est. Is eum supinis manibus sustinere; medicus deinde sinistra manu leniter trahere umbilicum debet ita, ne abrumpat, dextraque eum sequi usque ad eas quas secundas vocant, quod velamentum infantis intus fuit; hisque ultimis apprehensis, venulas membranulasque omnes eadem ratione manu diducere a vulva, totumque illud extrahere, et si quid intus praeterea concreti sanguinis remanet. Tum compressis in unum feminibus, illa [18] conclavi collocanda est modicum calorem sine ullo perflatu, habente; [19] et super imum ventrem ejus imponenda lana sucida in aceto et rosa tincta. Reliqua curatio talis esse debet, qualis in inflammationibus, et in iis vulneribus quae in nervosis locis sunt, adhibetur.

* Ani quoque vitia, ubi medicamentis non vincuntur, manus auxilium desiderant. Ergo [1] si qua scissa in eo vetustate induruerunt, jamque callum habent, commodissimum est ducere alvum, * XXX. 1.

14. *idque)* Lindenius, *idque tum*.

15. *extrahitur)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *extrahere*; Ed. Lindenii, *extrahi possit*.

16. *protractum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae; alii Codd. *prolatum*; alius apud Constantinum, et Ed. Lindenii, *prolapsum*.

17. *abscindendum est: et si clunes &c.)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *abscindendum est. Si clunes &c.*

18. *conclavi)* Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *in conclavi*.

19. *et super)* Ita Codd. Mss. In libris editis deest *et*.

1. *si qua scissa)* Ita in libris antiquis. Lindenius legit *si qua fissa*, ut habet in margine Ed. Constantini. Lib. 5. cap. 20. sect. 5. pastillum est *ad ani fissa*; sed. lib. 6. cap. 18. sect. 7. dicitur, *in ano saepe, et quidem pluribus locis cutis scinditur*; et sect. 9. ejusdem cap. *Ea quoque medicamenta quae in recentibus scissuris posita sunt, hic idonea sunt*.

tum spongiam calidam admovere, ut relaxentur illa, et foras prodeant: ubi in conspectu sunt, scalpello singula excidere, et [2] ulcera renovare; deinde imponere [3] linamentum molle, et super linteolum illitum melle; locumque eum molli lana implere, et ita vincire: altero die, deincepsque ceteris, lenibus medicamentis uti quae ad recentia eadem vitia necessaria esse alias proposui: [4] et utique per primos dies sorbitionibus eum sustinere; paulatim deinde cibis adjicere aliquid, generis tamen ejus quod eodem loco praeceptum est. Si quando autem ex inflammatione pus in his oritur, ubi primum id apparuit, incidendum est, ne anus ipse suppuret. Neque tamen ante properandum est: nam si crudum incisum est, [5] inflammationi multum accedit, et puris aliquanto amplius concitatur. His quoque vulneribus, lenibus cibis, iisdemque medicamentis opus est.

* 2. * At tubercula, quae κονδυλώματα appellantur, ubi induruerunt, hac ratione curantur. Alvus ante omnia ducitur: tum vulsella tuberculum apprehensum, juxta radices [1] exciditur. Quod ubi factum est, eadem sequuntur quae supra post curationem adhibenda esse proposui: tantummodo si quid increscit, squama aeris coercendum est.

* 3. * Ora etiam venarum fundentia sanguinem sic tolluntur. Vbi sanguini qui effluit sanies adjicitur, [1] alvus acribus ducitur, quo magis ora promoveantur: eoque fit, ut [2] omnia venarum quasi capitula conspicua sint. Tum si capitulum exiguum est, basimque tenuem habet, adstringendum lino paulum supra est, quam ubi cum ano committitur: [3] imponenda spongia ex aqua calida est, donec id liveat: deinde aut ungue, aut scalpello supra nodum id exulcerandum est. Quod nisi factum est, magni dolores subsequuntur; interdum etiam urinae difficultas. Si id majus est, et basis latior, hamulo uno aut altero excipien-

2. *ulcera renovare)* Sic lib. 5. cap. 26. sect. 32. *Deinde ubi sanguis emissus, novatumque vulnus est* &c. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *ulcera revocare*. Manutii perperam legunt *ulcera removere*.

3. *linamentum molle)* Lib. 6. cap. 13. *mollis linamenti paulum involvendum aliqua compositione* &c. In Cod. Med. I. et Vat. VIII. deest vox *molle*.

4. *et utique)* In Ed. Lindenii deest particula *et*.

5. *inflammationi multum accedit)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *inflammationis multum accedit*.

1. *exciditur)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *praeciditur*.

1. *alvus acribus ducitur)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *alvus acrius ducitur*; Ed. Constantini in margine, *alvus acrioribus ducitur*.

2. *omnia venarum quasi capitula)* Ita ex emendatione Constantini; quae firmatur loco illo lib. 6. cap. 18. sect. 9. *ora venarum quasi capitulis quibusdam surgentia*. Cod. Foroliviensis a Morgagno inspectus habet *omnia vena*; Med. VI. *omnia uda*; ceteri, quotquot vidi, *omnia vela*. Vulgo alii legunt *omnia vela* &c. Manutii, *omnes venae* &c. Lindenius, *omnia vasa* &c.

3. *imponenda)* Lindenius, *imponendaque*.

dum est, paulumque supra basim incidendum: neque relinquendum quidquam ex eo capitulo, neque quidquam ex ano demendum est: quod consequitur is qui neque nimium, neque parum hamos ducit. Qua incisum est acus debet immitti, infraque eam lino id capitulum alligari. Si duo triave sunt, [4] imum quodque primum curandum est: si plura, non omnia simul; ne tempore eodem undique tenerae cicatrices sint. Si sanguis profluit, excipiendus est spongia: deinde linamentum imponendum, ungenda femina, et inguina, et quidquid juxta ulcus est, ceratumque superdandum, et farina hordeacea calida implendus is locus, et sic deligandus est. Postero die is desidere in aqua calida debet, eodemque cataplasmate foveri. Ac bis die, et ante curationem, et post eam, [5] coxendices ac femina liquido cerato perungenda sunt; tepidoque is loco continendus. Interpositis quinque aut sex diebus, oriculario specillo linamenta educenda: [6] si capitula simul non exciderunt, digito promovenda: tum lenibus medicamentis, iisdemque quae alibi posui, ulcera ad sanitatem perducenda. Finito vitio, quemadmodum agendum esset [7] jam alias exposui.

* Ab his ad crura proximus transitus est. In quibus orti varices non difficili ratione tolluntur. Huc autem et earum [1] venularum quae in capite nocent; et eorum varicum qui in ventre sunt curationem distuli: quoniam ubique eadem est. Igitur vena omnis quae noxia est aut adusta tabescit, aut manu [2] eximitur. [3] Si recta est; si quamvis transversa, tamen simplex; si modica est, melius aduritur. Si curva est, et velut in orbes quosdam implicatur, [4] pluresque inter se involvuntur, utilius [5] eximere est. Adurendi ratio haec est. Cutis superinciditur: tum patefacta vena, tenui et retuso ferramento candente modice premitur; vitaturque, ne plagae ipsius orae adurantur: quas reducere hamulis facile est. Id interpositis fere quaternis digitis per to- * XXXI.

4. *imum quodque)* Lindenius perperam legit *intimum quodque*.

5. *coxendices)* Ita in Libro Guilandini, et in Ed. Lindenii. Codd. Mss. ceteraeque Edd. habent *cervices*. Sed haec vox procul dubio mendosa est. Videtur legendum *coxas*: nam sic eas Celsus semper appellat.

6. *si capitula)* Lindenius, *et si capitula*.

7. *jam alias exposui)* Cod. Med. I. et Vat. VIII habent *jam superius exposui*; alii, et omnes Edd. *jam alias superius exposui*, adverbio *superius* ex varianti lectione inserto. Celsus ad locum aliquem ejusdem libri indicandum adhibet *supra*; cum vero locum aliquem significat priorum librorum, usurpat *alias*. Cum hic ad id respiciat quod scripsit lib. 6. cap. 18. sect. 9. *sed quoties is suppressus est, ne quid periculi afferat, multa exercitatione materia digerenda est*; legendum est *alias*.

1. *venularum)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *venarum*.

2. *eximitur)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *exciditur*.

3. *Si recta est)* Lindenius omittit *est*.

4. *pluresque inter se involvuntur)* Lindenius legit *pluresve* &c.

5. *eximere est)* Idem, *excidere est*.

tum varicem fit: et tum [6] superimponitur medicamentum, quo adusta sanantur. At exciditur hoc modo. Cute eadem ratione super venam incisa, hamulo orae excipiuntur; scalpelloque undique a corpore vena diducitur; caveturque, ne inter haec ipsa laedatur; eique retusus hamulus subjicitur; interpositoque eodem fere spatio quod supra positum est, in eadem vena idem fit: quae quo tendat facile hamulo extento cognoscitur. Vbi jam idem, quacumque varices sunt, factum est, uno loco aducta per hamulum vena praeciditur: deinde qua proximus hamus est, attrahitur et evellitur; ibique rursus abscinditur. Ac sic undique varicibus crure liberato, [7] plagarum orae committuntur, et super emplastrum glutinans injicitur.

XXXII. * At si digiti vel in utero protinus, vel propter communem exulcerationem postea cohaeserunt, scalpello diducuntur: dein separatim uterque non pingui emplastro circumdatur: atque ita per se uterque sanescit. Si vero [1] fuit ulcus in digito, posteaque male inducta cicatrix [2] curvum eum reddit; primum malagma tentandum est: dein si id nihil prodest; quod et in veteri cicatrice, et ubi nervi laesi sunt evenire consuevit; videre oportet, nervine id vitium, an cutis sit. Si nervi est, attingi non debet: neque enim sanabile est. Si cutis, tota cicatrix excidenda; [3] quae fere callosa extendi digitum minus patiebatur: tum rectus sic ad novam cicatricem perducendus est.

XXXIII. * Gangraenam inter ungues alasque aut inguina nasci; et si quando medicamenta vincuntur, membrum praecidi oportere [1] alio loco mihi dictum est. Sed id quoque cum periculo summo fit: nam saepe in ipso opere, vel profusione sanguinis, vel animae defectione moriuntur. Verum hic quoque nihil interest, an satis tutum praesidium sit, quod unicum est. Igitur inter sanam vitiatamque partem incidenda scalpello caro usque ad os est sic, ut neque contra ipsum articulum id fiat, et potius ex sana parte aliquid excidatur, quam ex aegra relinquatur. Vbi ad os ventum

6. *superimponitur)* In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legitur *superponitur*.

7. *plagarum orae committuntur)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *tum plagarum orae committuntur*.

1. *fuit ulcus in digito)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed Lindenii; alii Codd. ceteraeque Edd. *fit ulcus in digito*.

2. *curvum eum reddit)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *durum eum reddit*; Ed. Lindenii, *curvum eum reddidit*.

3. *quae fere callosa extendi digitum minus patiebatur)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *quae fere calculos efficit, ut extendi digitum non pateretur*; Edd. antiquae, *quae fere callosa efficit, ut extendi digitum non patiatur*; Ed. Lindenii, *quae fere callosa efficit, ut extendi digitus non possit*.

1. *alio loco mihi dictum est)* Lib. 5. cap. 26. sect. 34.

est, reducenda ab eo sana caro, et circa os subsecanda est, ut ea quoque parte [2] aliquid os nudetur: dein id serrula praecidendum est quam proxime sanae carni etiam inhaerenti: ac tum frons ossis quam serrula exasperavit laevanda est, supraque inducenda cutis; quae sub ejusmodi curatione laxa esse debet, ut quam maxime undique os contegat. Quo cutis inducta non fuerit, id linamentis erit contegendum, et super id spongia ex aceto deliganda. Cetera postea sic facienda, ut in vulneribus [3] in quibus pus moveri debet praeceptum est.

2. *aliquid os nudetur)* id est aliquantum. Cod. quidam Constantini, et Ed. Lindenii habent *aliquid ossis nudetur*.

3. *in quibus pus moveri debet)* Ita habent omnes veteres libri; et ita legendum esse Cocchius docet ex loco quodam Heliodori, Graeci Chirurgi de membris abscindendis; quem locum ipse ita latine reddit: *a tertio quartove die, cum jam sanguinis profusio destitit, curatio adhibenda puri movendo idonea*. Vide ejus orationem de Anat. editam an. 1747. Lindenius legit *in quibus pus moveri non debet*, ut habet in margine Ed. Constantini. Citat autem Constantinus locum illum lib. 5. cap. 26. sect. 34. ubi Celsus haec tradidit de gangrenae curatione: *Medicamenta vero, dum malum serpit, adhibenda nulla sunt, quae pus movere consuerunt*. Ita sane: sed cum membrum gangraena affectum praecisum est, atque adeo vulnus recens est, non modo licet, sed etiam oportet pus movere, ceteraque sic facere, ut in aliis vulneribus praeceptum est.

A. CORNELII CELSI

ARTIVM LIBER DECIMVS TERTIVS

IDEM

MEDICINAE OCTAVVS.

I. *Superest ea pars quae ad ossa pertinet: quae quo facilius accipi possit, prius positus figurasque eorum indicabo. Igitur calvaria incipit ex interiore parte concava, extrinsecus gibba, [1] utrimque laevis, et qua cerebri membranam contegit, et qua cute capillum gignente contegitur: eaque simplex ab occipitio et temporibus; duplex usque in verticem a fronte est: ossaque ejus [2] ab exterioribus partibus dura; [3] ab interioribus, quibus inter se connectuntur, molliora sunt: interque ea venae discurrunt, quas his alimentum subministrare, credibile est. Raro autem calvaria solida sine suturis est: locis tamen aestuosis facilius invenitur; et [4] id caput firmissimum, atque a dolore tutissimum est. Ex ceteris, quo suturae pauciores sunt, eo capitis valetudo commodior est. Neque enim certus earum numerus est, sicut [5] ne locus quidem. Fere tamen duae super aures, tempora a superiore capitis parte discernunt: tertia [6] ad aures per verticem tendens,

A. CORNELII CELSI ARTIVM &c.) Cod. Med. 1. habet *Celsi Lib. VII. explicit. Incipit Liber VIII.* Vat. VIII. *Explicit Lib. VII.* alii, ARTIVM AVRELII CORNELII CELSI LIBER XIII. EXPLICITVS FELICITER. IDEM MEDICINAE LIBER VIII. INCIPIT; Ed. Lindenii, *LIBER OCTAVUS. CAP. I.*

1. *utrimque laevis, et qua cerebri membranam contegit &c.)* Vide Hippocratem de Cap. Vuln. sect. 1.

2. *ab exterioribus partibus dura)* In Edd. Caesarii, Ruellii, et Lindenii vox *partibus* deest.

3. *ab interioribus, quibus inter se committuntur, molliora sunt)* Hippocrates de Cap. Vuln. sect. 2.

4. *et id caput firmissimum &c.)* Contra Hippocrates de Locis In Homine ita scribit: *qui plures suturas habent, hi capite melius valent.*

5. *ne locus quidem)* Lindenius legit *nec locus quidem*, ut habet in margine Ed. Constantini: quod minus probandum. Celsus alibi semper *ne quidem*, ut et Cicero.

6. *ad aures)* Ed. Salingiacensis habet *ad nares*. Lindenius legit *ad latera*, ut malebat Paawius. Sed retinendum *ad aures*. Nam, ut animadvertit Morgaguus „ *tendere ad aures sutura* dicitur, *non pervenire*; *quemadmodum lata scapularum ossa infra dicentur* ad spinam tendere, *quam certe non assequuntur: et si tendere non aliud hic quam pervenire, significaret; plura non deessent capita in quibus ea sutura ubi ad temporum ossa ventum est, se quasi dividere, et in unguem exterius commissa, inter processus Mastoidis radicem, et os sincipitis ad auriculam pergere videatur* „.

occipitium a summo capite diducit: quarta ab eodem vertice per medium caput ad frontem procedit; eaque modo sub imo capillo desinit, modo frontem ipsam secans inter supercilia [7] finitur. Ex his ceterae quidem suturae in unguem committuntur: eae vero quae super aures transversae sunt, totis oris paulatim extenuantur; atque ita inferiora ossa superioribus leniter insidunt. [8] Crassissimum vero in capite os post aurem est; qua capillus, ut verisimile est, ob id ipsum non gignitur. [9] Sub iis quoque musculis qui tempora continent, [10] os medium in exteriorem partem inclinatum positum est. At facies suturam habet maximam; quae a tempore incipiens, per medios oculos naresque transversa pervenit ad alterum tempus. A qua breves duae sub interioribus angulis deorsum spectant. Et malae quoque in summa parte singulas transversas suturas habent. A mediisque naribus, aut superiorum dentium gingivis per medium palatum una procedit; aliaque transversa idem palatum secat. Et suturae quidem in plurimis hae sunt. [11] Foramina autem intra caput maxima oculorum sunt; deinde narium; tum quae in auribus habemus. Ex iis quae oculorum sunt, recta simpliciaque ad cerebrum tendunt. Narium duo foramina osse medio discernuntur: [12] siquidem hae primum a superciliis angulisque oculorum osse inchoantur ad tertiam fere partem: deinde in cartilaginem ver-

7. *finitur)* Paawius, et Morgagnus putant ea intercidisse quae post haec sequebantur, ad coronalem suturam pertinentia.

8. *Crassissimum vero in capite os &c.)* Hippocrates de Capitis Vuln. sect. 4.

9. *Sub iis quoque musculis qui tempora continent)* Ita hunc locum emendavit Morgagnus iis ipsis Celsi verbis quae habentur cap. 4. hujus lib. *inter musculos qui tempora continent*. In libris antiquis legitur *Sub his quoque musculis qui tempora connectunt*; in margine Ed. Constantinianae, *contegunt* pro *connectunt*. Lindenius ita edidit: *Super hos quoque musculos, qui tempora contegunt*; mutatione minime necessaria. *Stante enim homine*, ut Morgagnus docet, *est Jugale os infra totos ferme eos musculos*.

10. *os medium in exteriorem partem inclinatum)* Morgagnus censet his verbis eam calvariae partem designari, *quae, sub his musculis latens, contra medium ferme ipsorum in exteriorem inclinatur partem*. In Ed. 1481. et aliis multis pro *inclinatum* est *inclinatam*. Stephanus perperam legit *os medium in interiorem partem inclinatum*.

11. *Foramina autem intra caput maxima &c.)* Paawius haec adnotat: *multo tamen capacius quod occiput ostendit foramen*: contra Morgagnus; *Celsus, qui hanc ossium descriptionem non ob aliam causam suscepit, nisi* quo facilius accipi possent, *quae de agendis a chirurgo circa ossa erat protinus scripturus, alia hic foramina sibi attendenda, diserteque memoranda non censuit: diserte, inquam: nam sicuti quae de suturis omnibus dixit, satis esse, credidit, ut inde ossa, quae non sigillatim nominabat, intelligerentur; ita ex eo quod de* spinae medulla cerebro commissa *attingere mox debebat, foramen per quod e capite haec intra vertebras descenderet, intellectum iri, non dubitavit*.

12. *siquidem hae)* nares. Ita legendum cum Caesario. Codd. Mss. habent *hac*; et infra, *versae*; Edd. ceterae, *haec*; et infra, *versa*, ex Palavicino.

sae, quo propius ori descendunt, eo magis caruncula quoque molliuntur. Sed ea foramina quae [13] a summis ad imas nares simplicia sunt, ibi rursus in bina itinera dividuntur: aliaque ex his ad fauces pervia spiritum et reddunt et accipiunt; [14] alia ad cerebrum tendentia, ultima parte in multa et tenuia foramina dissipantur, per quae sensus odoris nobis datur. In aure quoque [15] primo rectum et simplex iter, [16] procedendo flexuosum, juxta cerebrum in multa et tenuia foramina diducitur, per quae facultas audiendi est. [17] Juxtaque ea duo parvuli quasi sinus sunt; superque eos finitur os, quod transversum a genis tendens, ab inferioribus ossibus sustinetur. Jugale appellari potest ab eadem similitudine, a qua id [18] Graeci ζυγῶδες appellant. [19] Maxilla vero est molle os, eaque una est: cujus eadem et media, [20] et ima pars mentum est: a quo utrimque procedit ad tempora; [21] solaque ea movetur. Nam malae cum toto osse [22] quod superiores dentes exigit, immobiles sunt. Verum ipsius maxillae partes extremae quasi bicornes sunt. Alter processus [23] infra latior, vertice ipso tenuatur, longiusque procedens sub osse jugali subit, [24] et super id temporum musculis illigatur. Alter brevior et rotundior, et in eo sinu qui juxta foramina auris est, cardinis modo fit; ibique huc et illuc se inclinans maxillae facultatem motus praestat. Duriores osse dentes sunt: quorum pars maxil-

13. *a summis ad imas)* summae dicuntur, qua osse inchoantur; imae, qua caruncula molliuntur. Perperam Lindenius legit *a summis ad intimas*.

14. *alia ad cerebrum tendentia, ultima parte &c.)* Sic olim reposui, cum in Cod. Med. I. scriptum invenissem *alia ad cerebrum tendenti ultima parte*. Antea legebatur *alia ad cerebrum tendunt. In ultima parte*; ut habent alii Codices. Vat. VIII. cum Med. I. consentit. Inter variantes lectiones Cod. Medicei quas protulit Cocchius in calce Operum Chirurgorum Graecorum, etiam haec est; ex eaque Krausius quoque elicuit *tendentia, ultima parte*.

15. *primo)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *primum*.

16. *procedendo flexuosum, juxta cerebrum &c.)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae, *procedendo flexuosum fit, quod ipsum juxta cerebrum*; Ed. Lindenii, *procedendo flexuosum fit, quod juxta cerebrum &c.*

17. *Juxtaque ea)* Gryphius, Pantinus, Constantinus, et Lindenius legunt *Juxta ea*, ut est in Ed. Salingiacensi.

18. *Graeci ζυγῶδες appellant)* Pro ζυγῶδες Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent CΙΖΙΓΩΔΕC; ultima scilicet syllaba antecedentis vocis perperam iterata.

19. *Maxilla vero est molle os)* Vide 2. Morgagni Epistolam in Celsum; itemque Epistolas 5. 6. et 7. in fine hujus operis.

20. *et ima pars)* Sic reposui pro *etiam pars*, quod est in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et omnes Edd. habent *et etiam ima pars*.

21. *solaque ea movetur)* Hippocrates de Artic. sect. 16.

22. *quod superiores dentes exigit)* Sic infra, vertebrae *ab utroque latere processus duos exigunt*; et paulo infra, *ab inferiore parte alios deorsum versus processus exigunt*. Constantinus, et Lindenius legunt *excipit*, ut habet in margine Ed. Caesarii.

23 *infra latior)* Ita ex Libro Guilandini. Alii omnes legunt *intra latior*.

24. *et super id)* Vide Epistolas 5. et 6. huic operis adjectas.

lae, pars superiori ossi malarum haeret. Ex his quaterni primi quia secant, [25] τομικοὶ a Graecis nominantur. Hi deinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur. Vltra quos utrimque fere maxillares [26] quini sunt, praeterquam in iis [27] in quibus ultimi, qui sero gigni solent, non increverunt. [28] Ex his primores singulis radicibus; maxillares utique binis, quidam etiam ternis, quaternisve nituntur. Fereque longior radix breviorem dentem edit; rectique dentis recta etiam radix, curvi flexa est. [29] Exque eadem radice in pueris novus dens subit, qui multo saepius priorem expellit: interdum tamen supra infrave eum se ostendit. Caput autem spina excipit. Ea constat ex vertebris quatuor et viginti. Septem in cervice sunt, duodecim ad costas, reliquae quinque sunt proximae costis. Eae teretes brevesque ab utroque latere processus duos exigunt: mediae perforatae, qua spinae medulla cerebro commissa descendit: [30] circa quoque per duos processus tenuibus cavis perviae, per quae a membrana cerebri similes membranulae deducuntur. [31] Omnesque vertebrae, exceptis tribus summis, a superiore parte in ipsis processibus

25. *τομικοὶ)* Ita Edd. Ruellii, Gryphii, Pantini, Constantini, et Stephani; Edd. sex primae, *temnici*; Manutianae, *τεμνικοὶ*; Caesariana, *τέμικοι*, et in margine » alias *τομεῖς* ». Cocchius quoque pro *comis* quod est in Cod. Med. I. legit *τομεῖς*. Cod. Vat. VIII. habet *comis*, ut Med. I. alii, *tenici*. Enarrator quidam Scholae Salernitanae ad cap. 86. ita scribit: *Dicitur, homini inesse* 32. *dentes, et hoc quidem in corpore bene constituto, ut quaelibet maxilla tam superior, quam inferior sexdecim dentium sit capax. Quaterni primores, sive adversi τομεῖς et τομικοὶ Graece nominantur.*

26. *quini)* Ita in Cod. quodam Constantini, et in Ed. Lindenii. Ceterae Edd. et Codd. omnes quos ego vidi habent *quaterni.*

27. *in quibus ultimi)* Ita legunt Caesarius, et Ruellius; et quidem recte. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. aliisque multis est *quibus in ultimi*; praepositione *in* perperam transposita; Vat. III. habet *quibus III ultimi*; Vat. I. *quibus tres ultimi*: Med. IV. et aliae Edd. *in quibus tres ultimi*; Ed. Lindenii, *in quibus genuini*.

28. *Ex his primores)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *Ex his priores*. Plinius primores vocat lib. II. cap. 37. sect. 63. et alibi. Vide supra adnot. 25.

29. *Exque eadem radice)* Aliqui Codd. habent *Exque ea radice*; Edd. Salingiacensis, Gryphiana, Pantiniana, et Constantiniana, *Ex eadem radice*; Lindeniana, *Ex ea radice*. Re vera novus dens ex nova radice subit.

30. *circa quoque per duos processus tenuibus cavis perviae)* Ita habent omnes Codices, omnesque antiquae Editiones; Constantiniana in margine » Al. *subter* ». Paawius mutat *perviae* in *pervia*. Lindenius autem ita legit: *latera quoque inter duos processus tenuibus cavis pervia*. Morgagnus in Epist. 3. ita scribit: *qui haec mutanda cogitarunt, non videntur animadvertisse, quemadmodum, in cervice praesertim, per cavos a superiore facie processus meninges, et nervi exeant, ut neque, si hic particula per mutanda sit, capite quoque* 14. *mutari oportere, ubi summo omnium, atque adeo ipsorum etiam consensu scriptum est, vertebras non posse excidere,* nisi et medulla, quae per medium, et duabus membranulis, quae per duos a lateribus processus feruntur, et nervis qui continens, ruptis.

31. *Omnesque vertebrae, exceptis tribus summis)* Totus hic locus ad vertebras pertinens corruptus est. Verba haec *exceptis tribus summis*, Morgagnus censet, aut non esse Celsi, aut aliter ab eo fuisse scripta. *Nam*, inquit, *si vertebrae tres summae superioribus carent sinibus, itemque pro-*

[32] paulum desidentes sinus habent: ab inferiore alios deorsum versus processus exigunt. Summa igitur protinus caput sustinet, per duos sinus receptis exiguis ejus processibus. Quo fit, [33] ut caput sursum deorsum versum tuberibus exasperetur. [34] Secunda superiori parti inferiori. Quod ad circuitum pertinet, pars summa angustiore orbe finitur: [35] ita superior ei summae circumdata in latera quoque caput moveri sinit. [36] Tertia eodem modo secundam excipit: ex quo facilis cervici mobilitas est. [37] Ac ne sustineri quidem caput posset, nisi utrimque recti valentesque nervi collum continerent, quos [38] τένοντας Graeci appellant: siquidem horum inter omnes flexus alter semper intentus ultra prolabi superiora non patitur. Jamque vertebra tertia [39] tubercula, quae inferiori inserantur exigit. Ceterae processi-

cessibus inferioribus; quomodo prima vertebra sinus habet, ut est in periodo sequenti, quibus capitis processus recipiat? et quomodo tertia vertebra tubercula quae inferiori inserantur, exigit; ut dicitur paulo post *?*

32. *paulum desidentes)* Ita in plerisque Codicibus. Med. I. et Vat. VIII. omnesque Edd. habent *parum desidentes*.

33. *ut caput sursum deorsum versum tuberibus exasperetur)* Constantinus haec adnotat » Al. *versus moveatur, et tuberibus exasperetur* ». Paawius adverbium *sursum* intrusum esse putat, quia *deorsum versus processus tantummodo exserit caput*. Sed retinendum *sursum deorsum versum*, ut attollendi inclinandive capitis motus intelligatur. Ita censet Morgagnus; qui tamen suspicatur aliquid hic redundare, aut aliter legendum esse. *Nam, inquit, si nihil aliud* Celsus *scripsisset, nisi* Quo fit, ut caput sursum deorsum vertatur, *aut* verti possit; *jam satis omnia exposita essent;* tubera *enim, quibus, additum est, caput* exasperari, *iidem nempe* exigui ejus processus *sunt, de quibus proxime dictum erat.* Lindenius legit *ut caput deorsum parvis tuberibus exasperetur*. Sed Morgagno vox *parvis* videtur supervacua, quoniam Celsus *exigui processus* supra dixit.

34. *Secunda superiori parti inferiori)* Lindenius legit *Secunda superioris parti inferiori inseritur*, addito verbo *inseritur* ex Codice quodam Constantini. Sed neque verbum hoc in ullo veteri libro scripto editove, quem ego viderim invenitur; neque per id, et mutationes a Lindenio factas locus restitutus est. Morgagnus suspicatur periodum hanc, mendose adeo scriptam, e librorum margine in contextum irrepsisse; et periodo antecedenti *Quo fit, ut caput* &c. addendam esse sequentem *Quod ad circuitum pertinet;* ac legendum *secundae pars summa angustiore orbe finitur*.

35. *ita superior ei summae circumdata)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, *ita superior summae circumdatae;* Edd. antiquae, *Itaque superior summae circumdata;* Ed. Lindenii, *itaque superior secundae circumdata*.

36. *Tertia eodem modo secundam excipit)* Haec quoque periodus Morgagno videtur aliena. *Num, inquit, secunda ab ima etiam parte alterum ejusmodi processum exigit, cui tertia ad eundem modum circumdetur vertebra?*

37. *Ac ne sustineri quidem* &c.*)* Ita habet in margine Ed. Constantini. In aliis libris legitur *Ac ne sustinere quidem* &c.

38. *τένοντας)* Ita Cod. Med. VII. atque Ed. Stephani; alii Codd. TENONTE; alii, TENONTAE. Foesius in OEcon. adnotat, tendines a Graecis *τένοντας* appellari; sed interdum *proprie pro nervis illis majoribus sumi, qui sunt in ea cervicis parte qua capiti colligatur, et quorum opera movetur*. Manutii legunt *ξένοντας*; Caesarius, Gryphius, Pantinus, Constantinus, et Lindenius, *καρότας*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae habent *cerotas*: quam vocem Cocchius mendose scriptam esse putat pro *κερουτίας*.

39. *tubercula quae inferiori inserantur exigit)* Sic paulo supra, *processus duos*

bus deorsum spectantibus in inferiores insinuantur, ac per sinus quos utrimque habent, superiores accipiunt; multisque nervis et multa cartilagine continentur. Ac sic [40] uno flexu modico in pronum dato, [41] ceteris negatis, homo et rectus insistit, [42] et aliquid ad necessaria opera curvatur.. Infra cervicem vero summa costa [43] contra humerum sita est. [44] Inde sex inferiores usque ad imum pectus proveniunt: eaeque primis partibus rotundae et leniter quasi capitulatae, vertebrarum transversis processibus ibi quoque paulum sinuatis inhaerent: inde [45] latescunt, et in exteriorem partem recurvatae paulatim in cartilaginem degenerant; eaque parte rursus in interiora leniter flexae committuntur cum osse pectoris. [46] Quod valens et durum a faucibus incipit, ab utroque latere lunatum, et a praecordiis jam ipsum quoque cartilagine mollitum, terminatur. [47] Sub costis vero prioribus

exigunt. Caesarius, Ruellius, Gryphius, Pantinus, Constantinus, et Lindenius perperam legunt *excipit*.

40. *uno flexu modico in pronum dato)* Ita Editio Lindenii; libri antiqui, *uno flexu modico in promptum dato;* Ed. Constantini in margine, *in promptu dato*.

41. *ceteris negatis, homo et rectus insistit)* Codd. Med. I. et Vat. VIII. pro *et rectus* habent *erectus.* Fortasse legendum *et erectus.* Ostendit Celsus quomodo fiat, ut homo aliquantum ad necessaria opera curvetur, et tamen erectus insistat, id est non prolabatur. Hanc lectionem protulit Cocchius ex Cod. Mediceo, cum vulgo legeretur ex aliis Codd. *ceteris negotiis homo et rectus insistit*. Mirari licet Krausium hos Codd. sequi maluisse mutata voce *uno* in *una*. Ita ille scribit: *Locus hic prout a priscis, et a me restitutus est, summam perspicuitatem accipit, si* unâ *scribas pro* uno. *Nam Celsus ignorare non poterat, homini datum esse flexum et in priora et in posteriora et ad latera; ergo non unus flexus datus est. quare et Cocchius* ceteris (scil. *flexibus*) negatis *probans, errat. Si* unâ *legeris, facillimus verborum Celsi explicatus est. Scil. quia vertebrae et multa cartilagine et nervis continentur, et quia* unâ *flexus modicus in promptum datus, homo et rectus insistit* &c. Ego quidem Cocchio assentior, et Codd. Med. I. et Vat. VIII. sequor.

42. *et aliquid)* id est aliquantum. Lindenius, et alii cum Caesario legunt *et alioqui*.

43. *contra humerum)* Ita Codd. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *contra humeros*.

44. *Inde sex inferiores* &c.*)* Libri antiqui habent *undecim*. Ego reposui *sex*, ut res ipsa postulat. Error ortus est ex notis *VI* non recte expressis. Cum duae lineae ex quibus constat nota *V*, ubi concurrunt ab indiligenti librario paulo ultra productae essent, nota illa ab aliis pro *X* accepta est. Lindenius legit *Inde septem inferiores* &c. Sed ita quidem, ut animadvertit Morgagnus, costae, cum summae et septem prioribus quinque, quas νοθὰς Graeci vocant, infra addantur, tredecim sint uno in latere.

45. *latescunt)* Ita in Cod. quodam Constantini, et in Ed. Lindenii. Eadem ratione infra, scapularum ossa paulatim latescere dicuntur. Ceterae Edd. et Codd. omnes a me inspecti habent *patescunt*.

46. *Quod valens et durum a faucibus incipit)* Lindenius, et alii legunt *quod valens ac durum* &c. ut est in Ed. Caesarii. Paawius in hunc locum ita scribit: *nisi legatur* a jugulo, *non video qui erroris excusari possit Celsus. Quid enim sterno cum faucibus intercedit? universa colli longitudo media visitur*. Morgagnus Paawium ipsum reprehendit, quod non attenderit, *fauces ad imam usque laryngis cartilaginem pervenire: quae cartilago in eo qui secundum naturam frequentissimus, et prope assiduus est, capitis, et colli positu, ferme summae respondet parti ossis pectoris, aut certe non multo supra est*.

47. *Sub costis vero prioribus)* Lindenius legit *Sub costis vero superioribus*.

quinque, quas νόθας Graeci nominant, breves tenuioresque, atque ipsae quoque paulatim in cartilaginem versae, extremis abdominis partibus inhaerescunt; imaque ex his, majore jam parte nihil, nisi cartilago est. Rursus a cervice duo lata ossa [48] utrimque ad scapulas tendunt: nostri [49] scutula operta, ὠμοπλάτας Graeci nominant. [50] Ea in summis verticibus sinuata, ab his triangula, paulatimque latescentia ad spinam tendunt; et quo latiora quaque parte sunt, hoc hebetiora. Atque ipsa quoque in imo cartilaginosa, posteriore parte veluti innatant; quoniam nisi in summo nulli ossi inhaerescunt. Ibi vero validis musculis nervisque constricta sunt. At a summa costa paulo interius quam ubi ea media est, os excrescit, ibi quidem tenue, procedens vero, quo propius lato scapularum ossi fit, [51] eo plenius latiusque

48. *utrimque ad scapulas tendunt)* Morgagnus hic quoque communem lectionem contra Paawium tuetur. *Paawius*, inquit, *legendum propemodum censet* ad claviculas, *haud animadvertens, scapulas ibi accipi pro corporis regione; quas autem scapulas nunc vocitant anatomici, duo illa esse lata ossa, quorum descriptionem Celsus recte incipit a superiore, non, ut Paawius facit, ab inferiore, et reliqua illa parte qua* velut innatant.

49. *scutula operta)* Ita habent plerique Codd. et Ed. Lindenii; Cod. Vat. VIII. *scapulas;* ita etiam Med. I. sed cum litura. In Edd. antiquis legitur ex Palavicino, *scoptula operta*.

50. *Ea in summis verticibus sinuata)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Ea summis* &c.

51. *eo plenius latiusque, et paulum in exteriora curvatum: quod altera verticis parte* &c. *)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *eo plenius latiusque, et paulatim in exteriora curvatum: quod propius altera verticis parte* &c. Caesarius, et alii legunt *eo plenius latiusque, et paulatim in exteriora* (Paawius, *in interiora*) *curvatur: quod propius altera verticis parte* &c. Lindenius, *eo plenius est, paululum in interiora curvatum. quod propius altera verticis parte* &c. Opus est hic afferre, quae de hoc difficili ad explicandum loco scripsit Morgagnus in Epist. 7. *Describitur hic os* quod sustinet jugulum, *sive* in *quo jugulum* insidit *exteriore* capite. *Non potest igitur esse clavicula; hanc enim Celsus non solum alibi, ut hujus libri* 8. *capite* 8. jugulum *vocat, sed et hic; nec describere tamen incipit ante verba illa*, Id ipsum recurvum &c. *Quodnam igitur os esse istud, dicemus, quod primo loco proposuit? Exterius certe juguli caput nullo alio osse, nisi eo quod nunc Scapulae appellant Spinam, sustinetur. Si pergens igitur latum os scapularum describere, hic de ejus Spina Auctor loquitur, cui Spinae quidem pleraque ejus verborum conveniunt; quomodo ait*, a summa costa *fere* media *hoc* os excrescere, *primum tenue, deinde eo plenius latiusque*, quo propius lato scapularum ossi fit? *Ut enim pro* summa costa *non accipias, quam his duabus iisdem vocibus non multo superius designavit, duodecim costarum supremam; sed unum de tribus scapulae lateribus; nam* triangulam esse, *dixerat; certe a summo illorum, quod costam superiorem vocamus, Spina non oritur, sed a basi, multoque superius, quam ubi haec media est. Deinde Spina, quae a scapula oritur, et per ipsam pergit, parsque ejus est, num propior fieri scapulae ipsi diceretur? Scriptum oportuit*, quo propius vertici lati scapularum, ossis fit, *ut veram agnosceremus descriptionem. Sed et descriptio juguli ipsius cum sic finiatur* et cum lato osse scapularum, infra caput ejus, nervis et cartilagine connectitur; *quid tandem verbis illis designat*, infra caput ejus? *Nam sive caput, summum verticem significat scapulae, sive ipsum juguli exterius caput: vox* infra *quomodo cum vero conveniat,*

et paulum in exteriora curvatum; quod altera verticis parte modice intumescens sustinet jugulum. [52] Id autem ipsum recurvum, [53] ac neque inter durissima ossa numerandum, altero capite in eo quod posui, altero in exiguo sinu pectoralis ossis insidit, paulumque motu brachii movetur, et cum lato osse scapularum infra caput ejus nervis et cartilagine connectitur. Hinc humerus incipit, extremis utrimque capitibus tumidus, mollis, sine medulla, cartilaginosus: medius teres, durus, medullosus: [54] leniter gibbus in priorem et posteriorem et interiorem; cavus in exteriorem partem. Prior autem pars est quae a pectore est; posterior quae ab scapulis; interior quae ad latus tendit; exterior quae ab eo recedit: quod ad omnes articulos pertinere in ulterioribus patebit. Superius autem humeri caput rotundius quam cetera ossa de quibus adhuc dixi, [55] parvo excessu [56] vertici lati scapularum ossis inseritur, ac majore parte [57] extra situm nervis deligatur. At inferius duos processus habet: inter quos quod medium est, magis etiam [58] extremis partibus sinuatur. Quae res sedem brachio praestat: quod constat ex os-

non est facile divinare. Et sunt quidem aliqua in his spinae, et claviculae descriptionibus, quae aliter in Lindenii, et *Almeloveenii, aliter in caeterorum editionibus, ipsoque codice leguntur. Sed nihil adjuvant ad has mihi dubitationes eximendas.*

52. *Id autem ipsum recurvum)* Lindenius, *Id ipsum recurvum.*

53. *ac neque inter durissima ossa numerandum)* Desunt verba aliqua. Lindenius legit *ac inter durissima ossa numerandum.* Vide Epistolas 5. et 7. in fine adjectas.

54. *leniter gibbus in priorem et posteriorem et interiorem; cavus in exteriorem partem)* Ita hunc locum; *Celso, et re ipsa ducibus; a librariorum facillima in hujusmodi praesertim verbis describendis hallucinatione,* vindicandum censet Morgagnus. Celsus enim haec statim subjicit, superioribus respondentia, *Prior autem pars est, quae a pectore est; posterior, quae ab scapulis; interior, quae ad latus tendit; exterior, quae ab eo recedit.* Codd. Mss. atque Edd. sex primae, Caesariana, Ruelliana, et Pantiniana habent *leniter gibbus et in priorem et in exteriorem partem.* Manutii, Constantinus, et Stephanus legunt *leniter gibbus, et in priorem et posteriorem, interiorem et exteriorem partem;* Lindenius, *leniter cavus, in priorem et interiorem; gibbus in posteriorem et exteriorem partem.*

55. *parvo excessu)* Ita Codd. Mss. In Edd. sex primis, Caesariana, Ruelliana, et Lindeniana duae hae voces desunt; in ceteris habentur post quatuor illas, *vertici lati scapularum ossis,* quae proxime sequuntur.

56. *vertici lati scapularum ossis)* Ita legendum esse docuit Morgagnus. Vide ejus epist. 2. et 3. Liber Guilandini habet *verticilati;* Cod. Vat. VIII. *vertigillati;* Med. I. *verticiliati;* a manu autem, non Palavicini, sed alius recentioris emendatoris, *vertici lati.* In aliis Codd. legitur *vertici latis* (in al. *verticilatis;* in al. *verticulatis;* in Vat. I. *articulatis*) *scapularum ossibus.* Vulgo quoque alii legunt *verticilatis;* alii, *verticillatis;* alii, et quidem plerique, *verticulatis scapularum ossibus;* Lindenius, *verticillati scapularum ossi.*

57. *extra situm)* non enim, nisi *parvo excessu, vertici lati scapularum ossi inseritur.* Sic autem legitur in Med. I. Vat. VIII. aliisque Codicibus. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *ex transitu;* Ed. Lindenii, *extra id situm.*

58. *extremis partibus sinuatur)* Malim *in extremis partibus sinuatur.* Sic aliquanto superius; *Ea in summis verticibus sinuata:* ubi item praepositio *in* deest in Codd. Med. I. et Vat. VIII.

sibus duobus. Radius, quem κερκίδα Graeci appellant, superior breviorque et primo tenuior, rotundo et leniter cavo capite exiguum humeri tuberculum recipit; [59] idque ibi nervis et cartilagine continetur. Cubitus inferior longiorque, et primo plenior, in summo capite duobus quasi verticibus extantibus in sinum humeri quem inter duos processus ejus esse proposui, se inserit. Primo vero [60] duo brachii ossa juncta paulatim dirimuntur, rursusque ad manum coeunt, modo crassitudinis mutato: siquidem ibi radius plenior, cubitus admodum tenuis est. Dein radius in caput cartilaginosum consurgens, [61] in vertice [ejus] sinuatur: cubitus rotundus in extremo, parte altera paulum procedit. Ac ne saepius dicendum sit, illud ignorari non oportet, plurima ossa in cartilaginem desinere, nullum articulum non sic finiri. Ne-

59. *idque ibi)* Veteres libri habent *atque ibi*; Ed Lindenii, *quod ibi*. Ego reposui *idque*, et quod ad vocem *atque* propius accedit, et quod *atque* pro *idque* alibi scriptum inveni. Vide adnot. 8. ad cap. 18. lib. 7.

60. *duo brachii ossa juncta)* Ita in Libro Guilandini; in Codd. Med. I. et Vat. VIII. *duob; radiis adjuncta*; mendose, sed proxime ad rectam scripturam. Alii Codd. habent *duobus brachii* (al. *brachiis*) *ossa juncta*; Edd. antiquae, *duobus radiis brachii ossa juncta*. Lindenius legit *duo, radii et brachii, ossa juncta*: sed perperam. Nam, ut animadvertit Morgagnus, duo brachii ossa sunt radius et cubitus; ut ideo legendum sit *duo brachii ossa juncta*, vel *duo, radii et cubiti, ossa juncta*.

61. *in vertice [ejus] sinuatur)* Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Constantini. Sed vox *ejus* addita est ex glossemate, ut alibi. Vide adnot. 9. et 10. ad cap. 26. sect. 2. libri 7. Vox haec abest a Codd. Vat. V. et Veneto; in Vaticano tamen margini adscripta est. In aliis Codd. et multis Edd. legitur *in verticem ejus sinuatur*; in Edd. Caesarii, Pantini, et Lindenii, *in cervicem ejus insinuatur*: quae lectio minime probanda est. *Gravis suspicio* (ita scribit Morgagnus) *in ea cadit*, in cervicem ejus insinuatur. *Nam primum quae est cubiti cervix? aut ubi a Celso indicata est? Deinde quomodo radius in imum cubitum insinuatur, si cubitus ibi in radium se insinuat? Denique cum summam radii partem* leniter cavam *esse, a Celso non fuerit praetermissum; quomodo in ima tanto ampliorem sinum omittere potuisset? aut si amisisset; qui mox posset illum, ubi de manu verba facit, non secus ac si propositus antea esset, commemorare? Alii legunt* in verticem ejus sinuatur: *Constantinus in libri margine* in vertice &c.... *Quid tamen adhuc ista faciemus voce* cervicem, *aut* verticem, *aut* vertice? *Verticem ut pro infima radii parte dici potuisse, non negaremus, illa tamen adjecta vox* ejus *non digna ibi Celso videretur, sive ad radium velis referre, sive ad radii caput. Satis enim fuisset scribere*, in vertice sinuatur. *Si quid ego suspicer, quaeris; a te peto, ut propositum locum attente relegas, et Celsi mentem in describenda alterna illa superius atque inferius radii, et cubiti mutatione perpendas. Continuo idem quod ego, suspicaberis, ut radium quem in summo tenuiorem, quam cubitum, dixerat, in imo dicit esse crassiorem; ita quoque eundem quem illic ostenderat multo minus, quam cubitum, ad juncturam pertinere, hic contra, unum ferme cum manu committi, ostendere debuisse, et, quod consequitur, tradere, cubiti loco radium ipsum sinuari. Quod praeclare fecerit, si, ut puto, scripserit* in vicem ejus, *id est cubiti*, sinuatur. *Ita autem scribere potuisse, cum aliorum, tum Celsi ipsius commonstrant exempla. Quorum hoc, proposito simillimum et maxime geminum, est lib. 4. cap.* 13. Sed hic vinum sorbere, ut supra praecepimus, morbus ipse non patitur: in vicem ejus cremor ptisanae sorbendus est.

que enim aut moveri posset, nisi laevi inniteretur; aut cum carne nervisque conjungi, nisi ea [62] media quaedam materia committeret. In manu vero prima palmae pars ex multis minutisque ossibus constat, quorum numerus incertus est. Sed oblonga omnia et triangula, structura quadam inter se connectuntur, [63] cum invicem superior alterius angulus alterius planities sit: eoque fit ex his unius ossis paulum in interiora concavi species. Verum ex manu duo exigui processus [64] in sinum radii conjiciuntur. Tum ex altera parte [65] recta quinque ossa ad digitos tendentia palmam explent. A quibus ipsi digiti oriuntur; qui ex ossibus ternis constant: [66] omniumque eadem ratio est. Interius os [67] in vertice sinuatur, recipitque exterioris exiguum tuberculum; nervique ea continent. A quibus orti ungues indurescunt: ideoque non ossi, sed carni magis radicibus suis inhaerent. [68] Ac superiores quidem partes sic ordinatae sunt. Ima vero spina in coxarum osse [69] desidit; quod transversum longeque valentissimum vulvam, vesicam, rectum intestinum tuetur. Idque ab exteriore parte gibbum; ad spinam resupinatum; a lateribus, id est in ipsis coxis, sinus rotundos habet. A quibus oritur os quod pectinem vocant; idque super intestina sub pube transversum, ventrem firmat: rectius in viris, recurvatum magis in exteriora in feminis, ne partum prohibeat. [70] Inde femina ordiuntur. Quorum capita rotundiora etiam quam humerorum sunt; cum illa ex

62. *media quaedam materia)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *media materia*.

63. *cum invicem superior alterius angulus alterius planities sit)* In Edd. Salingiacensi, Pantiniana, et Lindeniana desunt duae voces, *alterius angulus*. Sed sine his intelligi non potest, quid Celsus dicere voluerit.

64. *In sinum radii conjiciuntur)* Ita legendum monuerunt Pantinus, et Paawius; et ita edidit Lindenius. Vnus enim est radii sinus. Codd. Mss. atque Edd. Manutiorum, Gryphii, Pantini, Constantini, et Stephani habent *in sinus*; ceterae Edd. *in sinu*.

65. *recta quinque ossa)* Lindenius, *quinque ossa recta*.

66. *omniumque eadem ratio est) excepto pollice*, inquit Paawius. *Scilicet haec*, ut ait Morgagnus, *atque alia ejusmodi, etiam quae Paawius non advertit, ut, exempli causa, cruris os quod vocamus fibulam, altero quod tibiam dicimus, brevius esse, hallucinationes sunt, magno Viro, et iis temporibus scribenti, eo facilius condonandae, quod plurima simul recte tradidit, et in iis quaedam non iis temporibus expectanda*.

67. *in vertice sinuatur)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *in verticem sinuatur*. Vide supra adnot. 63.

68. *Ac)* In Edd. Caesarii, Pantini, Lindenii *At*.

69. *desidit)* Ita multi Codices, et pleraeque Editiones. Verbum hoc *indicare videtur aliquid de Sacri ossis concavitate, in qua, hactenus extuberans, spina repente subsidit*; ut animadvertit Morgagnus. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *desedit*; alii, *disidit*; Vat. VII. *descendit*; Vat. III. et Edd. Manutiorum, *discedit*; Ed. Lindenii, *desinit*, ut est in margine Constantinianae.

70. *Inde femina ordiuntur)* Ita multi Codices, inter quos Med. I. et Vat. VIII. alii, *Inde femora ordiuntur*. Vulgo legitur *Inde femina oriuntur*.

ceteris rotundissima sint. Infra vero duos processus a priore et a posteriore parte habent. Dein dura et medullosa [71] et ab exteriore parte gibba, rursus ab inferioribus quoque capitibus intumescunt. Superiora in sinus coxae, sicut humeri in ea ossa quae scapularum sunt conjiciuntur: tum infra introrsus [72] leniter tendunt, quo aequalius superiora membra sustineant. [73] Atque inferiora quoque capita media sinuantur, quo facilius excipi a cruribus possint. Quae commissura osse parvo, molli, cartilaginoso tegitur: patellam vocant. Haec super innatans, [74] neque ulli ossi inhaerens, sed carne et nervis deligata, pauloque magis ad femoris os tendens, inter omnes crurum flexus juncturam tuetur. Ipsum autem crus est ex ossibus duobus. Etenim per omnia femur humero, [75] crus brachio simile est; adeo ut habitus quoque et decor alterius ex altero cognoscatur: quod ab ossibus incipiens, etiam in carne respondet. Verum alterum os [76] ab exteriore parte surae positum est; quod ipsum quoque [77] sura nominatur. [78] Id brevius, supraque tenuius, ad ipsos talos intumescit. Alterum a priore parte positum, cui tibiae nomen est, longius et in superiore parte plenius, solum cum femoris inferiore capite committitur; sicut cum humero cubitus. Atque ea quoque ossa infra supraque conjuncta, media ut in brachio dehiscunt. Excipitur autem crus infra [79] osse transverso talorum; idque ipsum super

71. *et ab exteriore parte gibba)* Crediderim (ita scribit Morgagnus) *Celsum scripsisse*, a priore, *aut, si minus recedere a communi lectione velis*, ab anteriore: *aut si forte* ab exteriore *scripsit non tam quia inde quoque, in nonnullis praesertim corporibus, nonnihil gibba sint, quam ut Hippocrati obsequeretur*; *non omisisse tamen* a priore, *ut simul id quod multo evidentius est, simul ipsum sequeretur Hippocratem cujus haec verba sunt* (in lib. de Fract. s. 18.) considerare oportet, quod femur gibbosum magis est ad externam partem, quam ad internam, et magis ad anteriorem, quam posteriorem.

72. *leniter tendunt)* Ita legunt Caesarius, et alii: Lindenius, *leviter tendunt*. Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *leniter intendunt*.

73. *Atque inferiora quoque capita)* Cum omnes legerent *Atque in eo inferiora quoque capita*; Morgagnus censuit, aut inducendas esse duas voces *in eo*, aut fortasse legendum *ideo*. Ego eo fidentius voces illas sustuli, quod in Codd. Med. I. et Vat. VIII. scriptum inveni *At in eo inferiora*; mendose scilicet *At in eo* pro *Atque*.

74. *neque ulli)* Ita Cod. Med. I. Vat. VIII. aliique multi, et Ed. Krausii; alii Codd. et ceterae Edd. *nec ulli*.

75. *crus brachio)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *crus vero brachio*.

76. *ab exteriore parte surae positum est)* Ita Ed. Lindenii. In Codd. Mss. legitur *ab exteriore parte idem* (in Med. I. et Vat. VIII. *id est) supra positum est*; in antiquis Edd. *ab exteriore parte supra positum est*.

77. *sura nominatur)* Plerique Codd. et Edd. habent *supra recte nominatur*. Manutii, Gryphius, Pantinus, Constantinus, Stephanus, et Lindenius legunt *sura recte nominatur*. Adverbium *recte* abest a Cod. Med. I. et Vat. VIII. idque ego ejeci, tamquam alienum. Sed in iis quoque Codd. ut in aliis, pro *sura* mendose est *supra*.

78. *Id brevius, supraque tenuius &c.)* Hippocrates de Fract. Sect. 13.

79. *osse transverso talorum)* Ita olim

os calcis situm est, quod quadam parte sinuatum, [81] quadam excessus habens et procedentia ex talo recipit, [82] et in sinum ejus inseritur. Idque sine medulla durum, magisque in posteriorem partem projectum, teretem ibi figuram repraesentat. [83] Cetera pedis ossa ad eorum quae in manu sunt, similitudinem [84] structa sunt: [85] planta palmae, digiti digitis, ungues unguibus respondent.

* Omne autem os, ubi injuria accessit, aut vitiatur, aut finditur, aut frangitur, aut foratur, aut colliditur, [1] aut loco movetur. Id quod vitiatum est, primo fere pingue fit; deinde vel nigrum, vel cariosum: quae supernatis gravibus ulceribus aut fistulis, hisque vel longa vetustate, vel etiam cancro occupatis, eveniunt. Oportet autem ante omnia os nudare ulcere exciso; et si latius est ejus vitium quam ulcus fuit, carnem subsecare, donec undique os integrum [2] pateat: tum id quod pingue est, semel iterumve satis est admoto ferramento adurere, [3] ut ex eo squama secedat; aut [4] radere, donec jam aliquid cruoris ostendatur, quae integri ossis nota est. Nam necesse est aridum sit id quod vitiatum est. Idem in cartilagine quoque laesa faciendum II.

reposui; et ita Krausius quoque edidit ex Cocchio, qui in variantibus lectionibus Cod. Med. I. protulit *osse transverso*. Sed in Codice illo est *eē* non *osse*: Vat. VIII. plane habet *osse*. In aliis Codd. legitur *ossa et transverso talorum*; in Edd. antiquis, *ossa ex transverso talorum*, ex Palavicino; in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii, *osse ex transverso talorum*.

81. *quadam parte sinuatum, quadam excessus habens)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in omnibus Edd. legitur *quadam parte sinuatur, quadam excessus habet*; ego *sinuatur* in *sinuatum* mutavi; et ex aliis Codd. *habens* pro *habens* reposui.

82. *et in sinum ejus inseritur)* Lindenius, *ut in sinum ejus inseritur*.

83. *Cetera pedis ossa)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *Cetera ossa pedis*.

84. *structa sunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Krausiana; alii Codd. ceteraeque Edd. *instructa sunt*.

85. *planta palmae)* Ita ex Cocchio. Alii legunt *plantae palmae*, ut est in Mss. Lindenius, et alii cum Caesario, *plantae palmis*.

1. *aut loco movetur)* Sic cap. 8. hujus lib. *moventur autem ossa sedibus suis duobus modis*; et aliquanto inferius, *Quidquid autem loco suo motum est*. Lindenius legit *aut de loco movetur*.

2. *pateat)* Lindenius legit *patefiat*.

3. *ut ex eo squama secedat)* Ita in Ed. Lindenii. Codd. Mss. habent *ut ex eo statua secedat*; Edd. antiquae, *ut ex eo statu secedat*; Constantiniana in margine, *recedat* pro *secedat*. Krausius legit *ut ex eo testa secedat*, Morgagnum, ut opinor, secutus, qui existimavit Celsum hic quoque *testa* scribere potuisse, quo modo scripsit lib. 6. cap. 13. et lib. 7. cap. 12. sect. I. Sed advertendum est, in duobus illis locis Celsum de osse fracto loqui, et tenuem particulam quae ex eo secedit, testam ab eo vocari solere: squamam vero nominari quae secedit ex osse adusto. Lib. 7. cap. 7. sect. 7. *os ferro adurendum est, vehementiusque, si jam carie vexatum est, quo crassior squama abscedat*; sect. 15. ejusdem cap. *Valentior tamen medicina est, venas...tenuibus ferramentis adurere, contra tempora quidem timide... inter frontem vero et verticem vehementer sic, ut squama ab osse secedat*; et paulo infra, *verticem usque ad os adurunt sic, ut squamam remittat*.

4. *radere)* Alii, *eradere*.

est: siquidem ea quoque scalpello radenda est, donec integrum id sit quod relinquitur. Deinde sive os, sive cartilago rasa est, nitro bene trito [5] respergenda est. Neque alia faeienda sunt, ubi caries nigritiesve in summo osse est: siquidem id vel paulo diutius eodem ferramento adurendum, vel radendum est. Qui radit haec, audacter imprimere ferramentum debet, ut et agat aliquid, et maturius desinat. Finis est eum vel ad album os, vel ad solidum ventum est. Albo finiri ex nigritie vitium, soliditate quadam ex carie manifestum est. Accedere etiam cruoris aliquid integro supra dictum est. [6] Si quando autem an altius descenderit utrumlibet dubium est, in carie quidem expedita cognitio est. Specillum tenue [7] in foramina demittitur; quod magis minusve intrando vel in summo cariem esse, vel altius descendisse testatur. [8] Nigrities colligi quidem potest etiam ex dolore et ex febre, quae ubi mediocria sunt, illa alte descendisse non potest. Manifestior tamen adacta terebra fit: nam finis vitii est, ubi scobis nigra esse desiit. Igitur si caries alte descendit, per terebram urgenda crebris foraminibus est, quae altitudine vitium aequent: tum in ea foramina demittenda candentia ferramenta sunt, [9] donec siccum os ex toto fiat. Simul enim [10] post haec et resolvetur ab inferiore osse quodcumque vitiatum est; et is sinus carne replebitur; et humor aut nullus postea feretur, aut mediocris.

5. *respergenda est)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. atque libri vulgati, *respergendum est*.

6. *Si quando autem an altius descenderit utrumlibet dubium est &c.)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. nisi quod in iis pro *descenderit* est *descenderet*. Alii Codd. habent *descenderit*, sed *in altius* pro *an altius*. In Edd. antiquis legitur *Si quando autem altius descenderit utrumlibet, dubium est. In carie quidem expedita cognitio est. Specillum tenue* &c. in Ed. Lindenii, *Si quando autem altius descenderit utrumlibet, dubium est. In carie quidem expedita cognitio est, si specillum tenue* &c.

7. *in foramina)* Alii, *in foramen*.

8. *Nigrities colligi quidem potest etiam ex dolore, et ex febre &c.)* Ita omnes veteres libri. In Ed. Lindenii legitur *Colligi idem potest etiam ex dolore &c.* scilicet an caries altius descenderit: sed perperam. *Nonne Auctor,* inquit Morgagnus, *cum inferius scribit, sive autem nigrities*, quam terebra detexit, *sive caries*, quam specillum ostendit &c. *satis indicat, haec de terebra ad nigredinem attinere? Est igitur omnino ea scriptura restituenda, quam in codice video, et in cunctis editionibus: Nigrities colligi* &c. *Hanc in illam mutari jusserat Paawius*, corruptissimam *judicans, quia nigritiem ex symptomatibus colligere non est opus, quippe quae* conspicitur, neque latere potest; *haud animadvertens, non de nigredine quae in summo osse est, sed de profunda illa hic quaeri, de qua, ut Celsus dixerat*, dubium est.

9. *donec siccum os ex toto fiat)* Ita Ed. Lindenii; Codd. Mss. *donec in siccum os* &c. Edd. antiquae, *donec inde siccum os* &c. ex Palavicino, qui in Cod. Med. I. lineolam duxit supra voculam *in*, ut legeretur *inde*. Fortasse vocula illa mendosa est, et loco mota; atque ita emendandum: *donec siccum id os*. Sic alibi, *is tumor, is homo*.

10. *post haec et resolvetur &c.)* Cod. Med. I. *post haec solvetur* &c. Vat. VIII. *post haec et solvetur* &c. Ed. Lindenii, *et post haec solvetur* &c.

Sin autem nigrities est, aut si caries ad alteram quoque partem ossis [11] transiit, oportet excidi. [12] [Atque idem quoque in carie ad alteram partem ossis penetrante fieri potest]. Sed quod totum vitiatum, totum eximendum est: si inferior pars integra est, eatenus quod corruptum est excidi debet. Item sive capitis, sive pectoris os, sive costa cariosa est, [13] inutilis ustio est, et excidendi necessitas est. Neque audiendi sunt qui osse nudato diem tertium exspectant, ut tunc excidant: ante inflammationem enim tutius omnia tractantur. Itaque quantum fieri potest, eodem momento et cutis incidenda est, et os detegendum, et omni vitio liberandum est. Longeque perniciosissimum est quod in osse pectoris est: quia vix, etiamsi recte cessit curatio, veram sanitatem reddit.

* Exciditur vero os duobus modis. Si parvulum est quod laesum est, modiolo, [1] quam χοινικίδα Graeci vocant: si spatiosius, terebris. Vtriusque rationem proponam. Modiolus ferramentum concavum, teres est, imis oris serratum; per quod medium clavus, ipse quoque interiore orbe cinctus, demittitur. Terebrarum autem duo genera sunt: alterum simile ei quo fabri utuntur: alterum capituli longioris, quod ab acuto mucrone incipit, deinde subito latius fit; atque iterum ab alio principio paulo minus quam aequaliter sursum procedit. Si vitium in angusto est quod comprehendere modiolus possit, ille potius aptatur: [2] et si caries subest, medius clavus in foramen demittitur; si nigrities, angulo scalpri [3] sinus exiguus fit qui clavum recipiat, ut eo insistente, circumactus modiolus delabi non possit: deinde is habena quasi terebra convertitur. Estque quidam premendi modus, [4] ut et foret, et circumagatur: quia si leviter imprimitur, parum proficit; si graviter, non movetur. Neque alienum est instillare paulum rosae vel lactis, quo magis lubrico circumaga- *III.

11. *transiit)* Alii omnes, *transit*.

12. [*Atque idem quoque in carie ad alteram ossis partem penetrante fieri potest*]) Lindenius omittit particulam *Atque*. Morgagnus animadvertit *huc ex libri ora glossema irrepsisse. Cur enim,* inquit, *continuo, et inutiliter bis idem diceretur? imo cur simul idem praeciperetur, et medici arbitrio relinqueretur?* Ipse cum Paawio periodum hanc delendam censet. Constantinus putat retinendam esse, in periodo autem antecedenti tollendas quatuor voces *est, aut si caries*.

13. *inutilis ustio est, et excidendi necessitas est)* In libris antiquis pro *ustio* mendose est *uitio*. Lindenius legit *inutilis ustio, sed excidendi necessitas est*.

1. *quam χοινικίδα &c.)* Ita ex emendatione Cocchii. Cod. Med. 1. habet *quam* XOINEIKIA; Vat. VIII. *quam eχomineιxια*; alii, *quam* XOINEKIΛA; Edd. sex primae, *quem choenicion*; ceterae, *quem χοινίκιον*.

2. *et si caries subest)* Lindenius, *At si caries subest*.

3. *sinus exiguus fit)* Ed. Lindenii habet *sit*, evidenti mendo: quod tamen ab Almeloveenio sublatum non est.

4. *ut et foret, et circumagatur)* Plerique Codd. habent *ut efforet, et circumaga-*

tur: quod ipsum tamen, si copiosius est, [5] aciem ferramenti hebetat. Vbi jam [6] iter modiolo impressum est, medius clavus educitur, et ille per se agitur: deinde cum sanitas inferioris partis scobe cognita est, modiolus removetur. At si latius vitium est quam ut illo comprehendatur, terebra res agenda est. Ea foramen fit in ipso fine vitiosi ossis atque integri; deinde alterum non ita longe, tertiumque, donec [7] totus is locus qui excidendus est his cavis cinctus sit. Atque ibi quoque quatenus terebra agenda sit scobis fignificat. Tum excisorius scalper ab altero foramine ad alterum malleolo adactus id quod inter utrumque medium est excidit; ac sic ambitus similis ei fit qui in angustiorem orbem modiolo imprimitur. Vtro modo vero id circumductum est, [8] idem excisorius scalper in osse corrupto planus [9] summam quamque testam laevet, donec integrum os relinquatur. [10] Vix umquam nigrities, caries saepe totum os perrumpit; maximeque ubi vitiata calvaria est. [11] Id quoque [signi] spe-

tur: mendose. Ego reposui *ut et foret*. In Med. I. et Vat. VIII. legitur *ut et foretur vagatur*; vulgo, *ut et foretur, et circumagatur*, ex Palavicino; in margine Ed. Constantinianae, *ut et foret, ut et circumagatur*.

5. *aciem ferramenti hebetat. Vbi jam &c.*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii *aciem ferramenti habet. At ubi jam &c.* Edd. omnes, *aciem ferramenti hebetat. At ubi jam &c.*, ex Palavicino.

6. *iter modiolo impressum est*) Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *pressum est*; sed infra libri omnes, *modiolo imprimitur*. Videtur scriptum fuisse *ĩpressum*; et *i* ab eo qui exscripsit omissum.

7. *totus is locus*) In Edd. Caesarii, et Lindenii perperam legitur *tactus is locus*.

8. *idem excisorius scalper in osse corrupto planus*) Lindenius legit *Idem excisorius scalper, et in osse &c.*

9. *summam quamque testam laevet*) Ita legit Lindenius; Paawius, *laeviget*, eodem sensu. Libri antiqui quotquot ego vidi, habent *laedit*; Codex quidam Constantini, *radit*.

10. *Vix umquam nigrities, caries saepe totum os perrumpit*) Codd. Mss. et omnes Edd. praeter Krausianam, habent *Vix umquam nigrities integrum, caries per totum os perrumpit*; Ed. Constantini in margine, *Vix unquam nigrities in totum, caries persaepe totum os perrumpit*. Ego pro *integrum*, non *persaepe*, sed *saepe* reposui. Krausius ita edidit: *Vix unquam nigrities, interdum caries per totum os perrumpit*, hac adnotatione adjecta: *Hoc in loco ausus sum* interdum *ponere pro* integrum. *Nunquam enim sive caries sive nigrities integrum os pertransit. Particula* interdum *aptissime et respondet illis verbis* Vix unquam, *et pro ea* integrum *facile irrepere potuit; recte enim legitur linea praecedenti*. Sane vox *integrum* retineri non potest; et verisimile est repetitam esse ex periodo antecedenti: sed, ut mihi videtur, *saepe* et rectius quam *interdum* opponitur particulis *Vix umquam*: ex particula vero *per* quae est in antiquis libris, facilius *saepe* oriri potuit, quam *interdum*. Eodem autem modo locutus est Celsus lib. 7. cap. 4. sect. 7. *Vbi tenuis fistula abdomen perrupit*. Nam verba haec cap. 5. sect. 3. ejusdem lib. 7. *Inter duo vero ossa, si per ipsum articulum telum perruperit*, eamdem vim habent, atque illa Caesaris lib. 6. cap. 39. B. G. *Milites inter se cohortati, per medios hostes in castra perruperunt*; atque illa Livii lib. 26. cap. 7. *nec per castra eorum posse ad Capuam perrumpi*. Recte autem dicitur *telum per ipsum articulum perruperit*, non item *caries per totum os perrumpit*.

11. *Id quoque [signi] specillo significatur*) Vox *signi* addita est ex glossemate

cillo significatur: [12] quod depressum in id foramen quod infra solidam sedem habet, [13] et ob id renitens aliquid invenit, et madens exit: si pervium invenit, altius descendens inter os et membranam, nihil oppositum invenit, educiturque siccum: non quo non subsit aliqua vitiosa sanies; sed quoniam ibi, ut in latiore sede, diffusa sit. Sive autem nigrities, quam terebra detexit, sive caries, quam specillum ostendit, [14] os transiit, modioli quidem usus fere supervacuus est; quia latius pateat necesse est, [15] quod jam alte processit. Terebra vero ea quam secundo loco posui utendum; eaque ne nimis incalescat, subinde [16] in aquam frigidam demittenda est. [17] Sed tunc majore cura agendum est, cum jam aut simplex os dimidium perforatum est; aut in duplici superius: illud spatium ipsum; hoc sanguis significat. Ergo tum lentius ducenda habena, [18] suspendendaque manus sinistra est, et saepius attollenda, et foraminis altitudo consideranda; [19] ut quandocumque os perrumpatur sentiamus, neque periclitemur ne mucrone cerebri membrana laedatur: ex quo graves inflammationes cum periculo mortis oriuntur. Factis foraminibus, eodem modo [20] media septa, sed multo circumspectius, excidenda sunt, ne forte angulus scalpri eamdem membranam violet; donec

In margine Ed. Constantinianae pro *signi specillo* legitur *signo specilli*; Ed. Lindenii habet *Id quoque vitii specillo significatur*.

12. *quod depressum)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii; et infra, *educiturque siccum*. Veteres libri habent *qui depressus*; et infra *educiturque siccus*: sed mendose. Nam a Celso alibi semper specillum dicitur; neque specillum masculino genere apud ullum auctorem reperitur.

13. *et ob id renitens aliquid invenit)* Lindenius legit *et renitens aliquid invenit*, omissis duabus vocibus *ob id*, quae sensum turbare Paawio visae sunt. Mihi quidem, sicut Morgagno, sensum clariorem reddere videntur: nempe, ob id retinens, quod os infra solidam sedem praestat.

14. *os transiit)* Alii omnes, *os transit*.

15. *quod jam alte processit)* Lindenius legit *quod tam alte processit*; u. habet in margine Ed. Constantini.

16. *in aquam frigidam demittenda est)* Hippocrates de Cap. Vuln. sect. 31.

17. *Sed tunc majore cura agendum est)* Hippocrates de C. V. sect. 27.

18. *suspendendaque manus sinistra est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *suspendendaque magis sinistra manus est*.

19. *ut quandocumque os perrumpatur sentiamus)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *ut quandoq; qui perrumpatur sentiamus*; mendose quidem, sic tamen, ut facile appareat, *quandoq; qui* esse pro *quandocumque*. In aliis Codd. legitur *ut quandoque os perrumpitur, sentiamus*; in libris editis; *ut quandocumque os perrumpitur, sentiamus*, ex Palavicino. Ego reposui *perrumpatur* ex duobus Codd. vetustioribus. De adverbio *quandocumque* vide adnot. 4. ad sect. I. cap. 6. lib. 6.

20. *media septa, sed multo circumspectius excidenda sunt)* Sic reposuit Lindenius ex Constantino, qui monuerat, hunc locum emendandum esse ex verbis illis proximi cap. 4. *juxta rimam quam fecimus, foramina addenda sunt, si in angusto noxa est, duo; si latius patet, tria; septaque eorum excidenda*. Antea legebatur *media saepe, sed multo* &c. ut est in plerisque Codicibus. Med. I. et Vat. VIII. habent *media, sed multo* &c.

fiat aditus per quem membranae custos immittatur; μηνιγγοφύλακα Graeci vocant. [21] Lamina aenea est, firma, paulum resima, ab exteriore parte laevis; quae demissa sic, ut exterior pars ejus cerebro propior sit, subinde ei subjicitur quod scalpro discutiendum est: ac si excipit ejus angulum, ultra transire non patitur: eoque et audacius, et tutius scalprum malleolo [22] medicus subinde ferit, donec undique excisum os eadem lamina levetur, tollique sine ulla noxa cerebri possit. Vbi totum os ejectum est, circumradendae [23] laevandaeque orae sunt, et si quid scobis membranae insedit, colligendum. Vbi [24] superiore parte sublata inferior relicta est, non orae tantum, sed os quoque totum laevandum est, ut sine noxa postea cutis increscat, quae aspero ossi innascens protinus non sanitatem, sed novos dolores movet. Patefacto cerebro, qua ratione agendum sit dicam cum ad fracta ossa [25] venero. Si basis aliqua servata est, superimponenda sunt medicamenta non pinguia, quae recentibus vulneribus accommodantur; supraque imponenda lana sucida oleo atque aceto madens. Vbi tempus processit, ab ipso osse caro increscit, eaque factum manu sinum complet. Si quod etiam os adustum est, a parte sana recedit; subitque inter integram atque emortuam partem caruncula, quae quod abscessit [26] expellit. [27] [Eaque fere, quia testa tenuis et angusta est: λεπὶς, id est squama a Graecis nominatur]. Potest etiam evenire, ut ex ictu neque findatur os, neque perfringatur; [28] sed summum tamen collidatur, exasperetürque. Quod ubi incidit, radi et laevari satis est. Haec quamvis maxime fiunt in capite, tamen ceteris quoque ossibus communia sunt: ut ubicumque idem [29] incidit, eodem remedio

21. *Lamina aenea est)* Lindenius, *Lamina autem aenea est.*

22. *medicus subinde ferit, donec undique excisum os &c.)* Ita Cod. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *subinde medicus ferit, donec excisum undique os &c.*

23. *laevandaeque orae sunt)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii, et omnes Edd. habent *laevandaeque sunt orae.*

24. *superiore parte)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *superiori parte.*

25. *venero)* Lindenius, *pervenero.*

26. *expellit)* Ita ex Palavicino; alii omnes legunt *expellat.*

27. [*Eaque fere, quia testa tenuis et angusta est, λεπὶς, id est squama a Graecis nominatur*]). Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Eaque fere .... squama id est lepis &c.* alii Codd. et Edd. sex primae, *Eaque fere ..... squama est, id est. lepis &c.* Edd. Manutianae, *Eaque fere ..... squama id est λεπίς &c.* ceterae, *Eaque fere ..... squama est, id λεπὶς &c.* In margine Constantinianae pro *Eaque* est *Idque*. Λεπὶς a Graecis, a Latinis squama nominatur, non caruncula, sed id quod ab osse recedit. Interpretatio scioli alicujus in contextum irrepsit.

28. *sed summum tamen collidatur)* Hippocrates de Cap. Vuln. sect. 7. Lindenius legit *sed summum tantum collidatur*, ut habet in margine Ed. Constantini.

29. *incidit)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. omnesque Edd. habent *incidet*; alii Codd. *incipit*, quod ego in *incidit* mutavi.

sit utendum. [30] At quae fracta, fissa, forata, collisa sunt, quasdam proprias in singulis generibus, quasdam communes in pluribus curationes requirunt: de quibus protinus dicam, initio ab eadem calvaria accepto.

* Igitur [1] ubi ea percussa est, protinus requirendum est [2] num bilem is homo vomuerit; [3] num oculi ejus obcaecati sint; num obmutuerit; num per nares auresve sanguis ei effluxerit; num conciderit; num sine sensu quasi dormiens jacuerit. Haec enim non nisi osse fracto eveniunt: atque ubi inciderunt, scire licet necessariam, sed difficilem curationem esse. Si vero etiam torpor accessit; si mens non constat; si nervorum vel resolutio vel distentio secuta est; verisimile est etiam cerebri membranam esse violatam: eoque in angusto magis spes est. At si nihil horum secutum est, [4] potest etiam dubitari an os fractum sit; et protinus considerandum est lapide, an ligno, an ferro, an alio telo percussum sit, et hoc ipso laevi an aspero; mediocri an vastiore; vehementer an leviter: quia quo mitior ictus fuit, eo facilius os ei restitisse credibile est. Sed nihil tamen melius est quam certiore id nota explorare. [5] Ergo qua plaga est demitti specillum oportet, neque nimis tenue, neque acutum; ne cum in quosdam naturales sinus inciderit, opinionem fracti ossis frustra faciat: neque nimis plenum; ne [6] parvulae rimae fallant. Vbi specillum ad os venit, si nihil nisi laeve et lubricum occurrit, integrum id videri potest: si quid asperi est, utique qua suturae non sint, fractum os esse testatur. [7] A suturis se deceptum esse Hippocrates memoriae prodidit; more scilicet magnorum virorum, et fiduciam magnarum rerum habentium. Nam levia ingenia, quia nihil habent, nihil sibi detrahunt: magno ingenio,

* IV.

30. *At quae fracta)* Si reposui pro *Atq; fracta*, quod est in Codd. Med. 1. et Vat. VIII. Alii Codd. habent *Atq; ea fracta*; Edd. antiquae, *Atque cum ea fracta*; Ed. Lindenii, *At cum ea fracta*.

1. *ubi ea percussa est)* Verbum *est* deest in libris omnibus; nisi quod Cod. Med. 1. habet *ft'* a manu Palavicini. In eo Cod. et in Vat. VIII. aliisque multis legitur *ubi ea percussa*; in aliis, et in Edd. antiquis, *ubi ea pertusa*; in Ed. Lindenii, *ubi calvaria percussa*.

2. *num bilem is homo vomuerit)* Aphor. 50. Sect. 6. Cod. Med. 1. et Vat. VIII. *num bilem homo is vomuerit*.

3. *num oculi ejus obcaecati sint &c.)* Hippocrates de Cap. Vuln. sect. 15.

4. *potest etiam dubitari) etiam* pro etiamnum; sed fortasse Celsus scripsit *etiamnum*: qua particula uti solet. Alibi quoque librarii perperam exscripserunt *etiam* pro *etiamnum*, ut lib. 2. cap. 18. et lib. 4. cap. 2.

5. *Ergo qua plaga est demitti specillum oportet)* Hippocrates de Cap. Vuln. sect. 12.

6. *parvulae rimae)* Sic reposui ex Codd. Med. 1. et Vat. VIII. sed in iis est *parvolae* antiqua forma. Alii Codd. et libri editi habent *parvulae rimulae*.

7. *A suturis se deceptum esse Hippocrates memoriae prodidit)* Lib. 5. Epidem. Sed Critici omnes existimant librum illum Hippocratis non esse.

multaque nihilo minus habituro, convenit etiam simplex veri erroris confessio; praecipueque in eo ministerio quod utilitatis causa posteris traditur; ne qui decipiantur eadem ratione qua quis ante deceptus est. Sed haec quidem alioquin memoria magni professoris uti interponeremus effecit. [8] Potest autem sutura eo nomine fallere, quia aeque aspera est; ut aliquis hanc esse, etiamsi rima est, existimet eo loco quo subesse hanc verisimile est. Ergo eo nomine decipi non oportet: sed [9] os aperire tutissimum est. Nam neque utique certa sedes, ut supra posui, suturarum est; et potest idem et naturaliter commissum et ictu fissum esse, juxtave aliquid fissum habere. [10] Quin etiam ubi ictus fuit vehementior, quamvis specillo nihil invenitur, tamen aperire commodius est. [11] Ac si ne tum quidem rima manifesta est, [12] inducendum super os atramentum scriptorium est, deinde scalpro id [13] deradendum: nigritiem enim continet si quid fissum est. [14] Solet etiam evenire, ut altera parte fuerit ictus, et os altera fiderit. Itaque si graviter aliquis percussus est, si mala indicia subsecuta sunt, neque ea parte qua cutis discissa est rima reperitur; non incommodum est parte altera considerare, num quis locus mollior sit, et tumeat; eumque aperire: siquidem ibi fissum os reperietur. Nec tamen magno negotio cutis sanescit, etiamsi frustra [15] secta est. Os fractum, [16] nisi si succursum est, gravibus inflammationibus afficit, difficiliusque postea tractatur. Raro, sed aliquando tamen evenit, ut os quidem totum integrum maneat, intus vero ex ictu vena aliqua in cerebri membrana rupta aliquid sanguinis mittat; isque ibi con-

8. *Potest autem sutura eo nomine fallere, quia* &c.) Hippocrates de C. V. sect. 16.

9. *os aperire)* Sic paulo infra, *tamen aperire commodius est*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii habent *os deoperire*. Sed verbum *deoperio* nullus idoneus auctor usurpavit.

10. *Quin etiam ubi ictus fuit vehementior)* Libri antiqui habent *Quin etiam aliquid ubi* &c. Ego sustuli vocem *aliquid*, incuria librariorum ex fine antecedentis periodi repetitam. Sic aliquanto superius ubi in libris editis legitur *integrum id videri potest*, mss. habent *integrum id videri potest nihil*, ibi quoque particula *nihil* quae paulo ante est, perperam repetita. Lindenius legit *Quin aliquando etiam, ubi ictus* &c. sed minus recte. Non enim aliquando, sed semper, ubi ictus fuit vehementior, commodius est aperire.

11. *Ac si* &c.) Hippocrates de C. V. sect. 12. Ita habent Codd. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *At si*.

12. *inducendum super os atramentum scriptorium est)* Hippocrates de C. V. sect. 22.

13. *deradendum)* Multi legunt *detrahendum*; ut est in Ed. 1481.

14. *Solet etiam evenire* &c.) Hippocrates de C. V. sect. 10.

15. *secta est)* Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. aliaeque Edd. *desecta est*; Edd. Manutianae, *detecta est*.

16. *nisi si succursum est)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *nisi succursum est*.

cretus magnos dolores moveat, [17] oculosque obcaecet. Sed fere contra id dolor est, et eo loco cute incisa pallidum os reperitur: ideoque id quoque os excidendum est. [18] Quacumque autem de causa curatio haec necessaria est, si nondum satis cutis patefacta est, latius aperienda est, donec quidquid laesum est, in conspectu sit. In quo ipso videndum est ne quid ex ipsa membranula quae sub cute calvariam cingit, super os relinquatur: siquidem haec scalpro terebrisve lacerata vehementes febres cum inflammationibus excitat. Itaque eam commodius est ex toto ab osse diduci. Plagam, si ex vulnere est, talem necesse est habeamus, qualem accepimus: si manu facienda est, ea fere commodissima est quae duabus transversis lineis litterae X figuram accipit: [19] tum deinde a singulis procedentibus lingulis cutis subsecatur. Inter quae si sanguis fertur, spongia subinde in aceto tincta cohibendus est, occupandusque objectis linamentis, et caput altius excitandum. [20] Neque id ullum metum, nisi inter musculos qui tempora continent, affert: [21] sed ibi quoque nihil tutius fit. In omni vero fisso fractove osse [22] protinus antiquiores medici ad ferramenta veniebant, quibus id exciderent. Sed multo melius est ante emplastra experiri quae calvariae causa componuntur: eorumque aliquod oportet ex aceto mollitum per se super fissum fractumve os imponere: deinde super id aliquanto latius, quam vulnus est, eodem medicamento illitum linteolum,

17. *oculosque obcaecet)* Ita ex emendatione Constantini. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *oculos quib; obcaecet;* alii, et antiquae Edd. *oculos quibus obcaecet;* Ed. Lindenii, *et oculos quibusdam obcaecet*. Scaliger apud Vertunianum in Comment. ad lib. Hippocratis de Cap. Vuln. putat legendum esse *oculosque pus obcaecet*. Quasi vero sanguis effusus, comprimendo eam cerebri partem unde optici nervi oriuntur, non possit oculos obcaecare.

18. *Quacumque autem de causa curatio haec necessaria est &c.)* Hippocrates de C. V. sect. 20.

19. *tum deinde a singulis procedentibus lingulis cutis subsecatur)* lingulas a figurae similitudine vocat quatuor partes cutis duabus transversis lineis incisae: quemadmodum epiglotidem exiguam lingulam nominat lib. 4. cap. I. Sic autem habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. princeps; sed Editio, *subsequatur*. In Ed. 1481. et aliis legitur *tum deinde a singulis procedentibus singulis cutis subsequatur*. Pro *singulis* Ed. Caesariana in margine habet *ligulis*; Constantiniana, *angulis*. Lindenius ita legit *ut deinde a singulis procedentibus angulis cutis subsecetur*.

20. *Neque id ullum metum, nisi inter musculos &c.)* videlicet plaga quae manu fit, nullum metum affert. Hunc esse loci hujus sensum, ostendunt verba haec quae proxime sequuntur, *sed ibi quoque nihil tutius fit*. In plerisque Codd. et in omnibus Edd. legitur *Neque id vitium ullum metum, nisi inter musculos &c.* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *Neque id vitium metum, nisi inter musculos;* scilicet mendose *vitium* pro *ullum*. Sustuli igitur vocem *vitium*, quae ex his Codd. in alios libros manavit.

21. *sed ibi quoque nihil tutius fit)* Hippocrates tamen de C. V. sect. 19. id fieri vetat.

22. *protinus antiquiores medici ad ferramenta veniebant &c.)* Hippocrates de C. V. sect. 22.

et praeterea sucidam lanam aceto tinctam: [23] tum vulnus deligare, et quotidie resolvere; similiterque curare usque ad diem quintum. A sexto die etiam vapore aquae calidae per spongiam fovere: [24] ceteraque eadem facere. Quod si caruncula increscere coeperit, et febricula [25] aut soluta erit, [26] aut levior, et cupiditas cibi reverterit, satisque somni [27] accedet, in eodem medicamento erit perseverandum. Procedente deinde tempore emolliendum id emplastrum, adjecto cerato ex rosa facto; quo facilius carnem producat: nam per se reprimendi vim habet. Hac ratione saepe rimae callo quodam implentur; estque ea ossis velut cicatrix: et latius fracta ossa, si qua inter se [28] non cohaerebunt, eodem callo glutinantur; estque id aliquanto melius velamentum cerebro, quam caro quae exciso osse increscit. Si vero sub prima curatione febris intenditur, brevesque somni, et iidem per somnia tumultuosi sunt, ulcus madet, neque alitur, et in cervicibus glandulae oriuntur, magni dolores sunt, cibique super haec fastidium increscit; tum demum ad manum scalprumque veniendum est. [29] Duo vero sub ictu calvariae pericula sunt; ne vel findatur, vel medium desidat. Si fissum est, possunt orae esse compressae vel quia altera super alteram excessit, vel etiam quia vehementer [30] se rursus commiserunt. Ex quo evenit, ut humor ad membranam quidem descendat, exitum vero non habeat; ac sic eam irritet, et graves inflammationes moveat. [31] At ubi [32] medium desedit, eamdem cerebri membranam os urget: interdum etiam ex fractura quibusdam velut aculeis pungentibus. His ita succurrendum est, ut tamen quam minimum ex osse dematur. Ergo si ora alteri insedit, satis est id quod eminet plano scalpro excidere: quo sublato, [33] jam rima hiat quantum curationi satis est. At si orae inter se comprimuntur, a latere ejus inter-

23. *tum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *tunc*.

24. *ceteraque eadem facere)* Ita Liber Guilandini, et Ed. Lindenii; Codd. Mss. atque Edd. antiquae, *cetera ex eadem facere;* Ed. Constantini in margine, *cetera eadem facere*.

25. *aut soluta erit)* Lindenius, *aut soluta fuerit*.

26. *aut levior)* Alii, *aut lenior;* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *aut brevior*.

27. *accedet)* Lindenius, *accedat*.

28. *non cohaerebunt)* Ita Ed. Lindenii; veteres libri, *non cohaerebant*.

29. *Duo vero sub ictu calvariae pericula sunt; ne vel findatur &c.)* Hippocrates de C. V. sect. 7.

30. *se rursus commiserunt)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *rursus se commiserunt*.

31. *At ubi)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *Ad ubi*. In aliis Codd. caeterisque Edd. deest particula *At*.

32. *medium desedit, eamdem cerebri membranam os urget)* Lindenius, *medium os desedit, eandem cerebri membranam urget*.

33. *jam rima hiat quantum curationi satis est)* Lindenius legit *si rima hiat aliquantum, curationi satis est*.

posito digiti spatio terebra foramen faciendum est: ab eoque scalper duabus lineis ad rimam agendus [34] ad similitudinem litterae V sic, ut vertex ejus a foramine, [35] basis a rima sit. Quod si rima longius patet, ab altero foramine rursus similis [36] sinus fieri debet: ita [37] nihil latens in eo ossis cavo est, abundeque exitus datur intus laedentibus. Ne si fractum quidem os desedit, totum excidi necesse est: [38] sed sive totum perfractum est, et ab alio ex toto recessit, [39] sive circumpositae calvariae inhaeret, exigua parte ab eo quod naturaliter se habet scalpro dividendum est. Deinde in eo quod desedit, juxta rimam quam fecimus, foramina [40] addenda sunt, si in angusto noxa est, duo; si latius patet, tria; septaque eorum excidenda: et tum scalper utrimque ad rimam agendus sic, ut lunatum sinum faciat, imaque pars ejus intus ad fracturam, cornua ad os integrum spectent. Deinde si qua labant, et ex facili removeri possunt, forcipe ad id facto colligenda sunt, maximeque ea quae acuta membranam infestant: si id ex facili fieri non potest, subjicienda lamina est quam custodem ejus membranae esse proposui; et super eam quidquid spinosum est, et intus eminet, excidendum est: [41] eademque lamina quidquid deorsum insedit attollendum. Hoc genus curationis efficit, ut qua parte fracta ossa tamen inhaerent, solidentur: qua parte abrupta sunt, sine ullo tormento [42] sub medicamentis tem-

34. *ad similitudinem litterae V)* Ita Codex quidam Constantini. Ex iis quibus ego utor, plerique habent *litterae u*. In Med. I. et Vat. VIII. itemque in Edd. antiquis legitur *ad similitudinem. C. litterae*; in Ed. Lindenii, *ad similitudinem litterae Λ*. Sed latina littera *V* aptissima est; ut paulo supra littera *X*: et si hic graecam Λ Celsus maluisset, dixisset *ad similitudinem graecae litterae*; ut lib. 7. cap. 7. sect. 2.

35. *basis a rima sit)* Sic legendum ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et pleraeque Edd. habent *basis ad rimas it*; Edd. Salingiacensis, Gryphiana, Pantiniana, et Constantiniana, *basis ad rimas sit*; Cod. quidam Constantini, atque Ed. Lindenii, *basis ad rimam sit*.

36. *sinus fieri debet: ita* &c.) Sic plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. omnesque Edd. *sinus fieri debebit: et ita* &c.

37. *nihil latens in eo ossis cavo est)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *nihil late sine osse cavum est*; alii, *nihil latens in eo osse concavo est*; Edd. sex primae, et Manutianae, *nihil latens in eo esse* (Ed. princeps, *osse*) *concavum est*; Caesariana, et aliae, *nihil latens in eo osse concavo est*; Constantiniana in margine, *nihil latens sub eo osse cum cavatum est*. Lindenius legit *nihil latere sub eo osse confractum potest*. Cocchius novam lectionem proposuit, videlicet *nihil latens in eo osse cavum est*. Ego, ut minus a Codd. recederem, malui *nihil latens in eo ossis cavo est*: non tamen ita Celsum scripsisse existimo.

38. *sed sive totum perfractum est)* Hippocrates de C. V. sect. 8.

39. *sive circumpositae calvariae inhaeret, exigua parte ab eo quod naturaliter se habet, scalpro dividendum est)* Ita haec verba distinguunt Manutii; alii sic, *sive circumpositae calvariae inhaeret exigua parte, ab eo* &c.

40. *addenda sunt)* Lindenius, *facienda sunt*.

41. *eademque lamina)* Ita Cod Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *eadem lamina*.

42. *sub medicamentis tempore excidant,*

pore excidant; spatiumque inter haec satis illis magnum ad extrahendam saniem relinquatur; plusque in osse propugnaculi cerebrum habeat, quam habiturum fuit eo exciso. His factis, ea membrana acri aceto respergenda est; ut sive aliquid sanguinis ex ea profluit cohibeatur, sive intus concretus cruor remanet discutiatur: tum idem medicamentum eodem modo qui supra positus est mollitum, ipsi membranae imponendum est: ceteraque eodem modo facienda sunt quae ad linteolum illitum et lanam sucidam pertinent: [43] collocandusque is loco tepido; et curandum quotidie vulnus; bis etiam aestate. Quod si membrana per inflammationem intumuerit, infundenda erit rosa tepida: si usque eo tumebit ut super ossa quoque emineat, coercebit eam bene trita lenticula, vel folia vitis contrita et cum recenti vel butyro, vel [44] adipe anserina mixta; [45] cervixque molliri debebit liquido cerato ex irino facto. [46] Ac si parum pura membrana videbitur, par modus ejus emplastri et mellis miscendus erit; idque

spatiumque inter haec satis illis magnum) Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *sub medicamento;* et pro *satis illis*, Med. I. *satis illā;* Vat. VIII. *satis illa;* alii, *sub medicamenti*, et *satis illa;* Edd. antiquae, *sub medicamenti*, et *satis illi*, ut est in Cod. Med. IV. ab alia manu.

43. *collocandusque is loco tepido)* Ita in Libro Guilandini. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae, Manutianae, Caesariana, et Lindeniana habent *collocandusque is loco intepido;* quam lectionem jure damnat Facciolatus; et censet vel cum Gryphio *loco in tepido*, vel cum Stephano *in loco tepido* legendum esse. Sed ita ante Stephanum edidit Constantinus. Vide Morgagni Epist. 3. In Cod. quoque Med. I. est *in loco tepido* a manu Palavicini: itaque ego legere malim, si praepositio *in* retinenda est: sed addititiam esse puto. Video enim a Celso omitti solere. Lib. 3. cap. 7. sect. 2. *aeger eo conclavi tenendus* &c. cap. 19. ejusdem lib. *levi veste debet esse contectus, loco non calido;* lib. 5. cap. 27. sect. 3. *is homo loco calido collocandus est;* lib. 7. cap. 27. *mulier conclavi collocanda est*, ubi Lindenius et alii cum Caesario legunt *in conclavi:* lib. 1. cap. 2. Codd. omnes atque Edd. sex primae, Manutianae, et Stephani, *balneum, sed conclavi quammaxime et alto et lucido et spatioso;* Ed. Caesariana, ceteraeque, *balneum, sed in conclavi;* &c. Sed vide quae ad locum illum adnotavi.

44. *adipe anserina)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *adipe anserino*.

45. *cervixque molliri debebit)* Ita vulgo legitur ex Palavicino. Cervix mollienda, *ne convulsio excitetur*, inquit Constantinus, id est, ne oriatur *maxillarum rigor atque cervicis*, qui infra inter mala signa ponitur. Codd. plerique habent *cervique molliri debebit;* sed Med. I. et Vat. VIII. *cerulaque molliri debebit*. Fortasse legendum *emplastrumque molliri debebit liquido cerato*. Supra sic habetur; *multo melius est, ante emplastra experiri, quae calvariae causa componuntur; eorumque aliquod oportet ex aceto mollitum per se super fissum fractumve os imponere . . . . Procedente vero tempore emolliendum id emplastrum, adjecto cerato ex rosa facto*. Hic velle Celsus videtur *emplastrum molliri debere liquido cerato ex irino facto*. Ita quidem intelligetur et cur subjiciat, *At si parum pura membrana videbitur. par modus ejus emplastri et mellis miscendus;* et quo referantur verba illa, *ejus emplastri*, quae paulo post sequuntur, eaque *eadem ratione adjiciendum emplastro ceratum*.

46. *Ac si)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *At si*.

superinfundendum: ejusque continendi causa unum aut alterum linamentum injiciendum, et super linteolo cui emplastrum illitum sit, contegendum. [47] Vbi pura membrana est, eadem ratione adjiciendum emplastro ceratum, ut carnem producat. Quod ad abstinentiam vero, et primos ulterioresque cibos potionesque pertinet, eadem quae in vulneribus praecepi, servanda sunt, eo magis, quo periculosius haec pars afficitur. Quin etiam, [48] cum jam non solum sustineri, sed ali quoque cibis oportebit, tamen erunt vitanda quaecumque mandenda sunt: item fumus, et quidquid excitat sternumentum. [49] Spem vero certam faciunt membrana mobilis ac sui coloris, caro increscens rubicunda, facilis motus maxillae atque cervicis. Mala signa sunt membrana immobilis, nigra, vel livida, vel aliter coloris corrupti, dementia, acris vomitus, nervorum vel resolutio vel distentio, caro livida, maxillarum rigor, atque cervicis. Cetera quae ad somnum, cibi desiderium, febrem, puris colorem attinent, eadem quae in ceteris vulneribus vel salutaria, vel mortifera sunt. Vbi bene res cedit, incipit ab ipsa membrana; vel si os eo loco duplex est, [50] inde quoque caro increscere; eaque id quod inter ossa vacuum est replet: nonnumquam etiam super calvariam excrescit. Quod si incidit, inspergenda squama aeris est, [51] ut id reprimat et cohibeat: eaque [carni] superdanda quae ad cicatricem perducant.

47. *Vbi pura membrana est)* Ita in Libro Guilandini. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *Vbi membrana est*; alii, et Edd. antiquae, *Vbi plus plura membrana est*; Ed. Lindeniana, *Vbi satis pura membrana est.*

48. *cum jam non solum sustineri, sed ali quoque cibis oportebit)* Scilicet *ali aegrum* intelligitur, ut lib. 3. cap. 7. sect. 2. *Maturius (aeger* nimirum*) alendus est.* *Ali* autem plus esse quam *sustineri*, Celsus ipse non paucis exemplis innuit, ex quibus duo tantum afferam: *utendum est cibis iis qui maxime corpus alere et implere consuerunt*; lib. 6. cap. 6. sect. 14. *ut nullo tempore is qui deficit, non sic sustinendus* lib. 3. cap. 5. Cod. Med. I. et Vat. VIII atque Ed. Caesarii habent .... *sed aliis quoque apparebunt*, sed in Mediceo ex *aliis* factum est recenti manu *ali is*. In aliis Codd. ceterisque antiquis Edd. *sed ali his quoque apparebunt*; in margine Ed. Constantinianae » *hos quoque apparebit*: cod. ms. *oportebit*. » Ego Lindenium quidem sequor; fortasse tamen legendum *ali quoque oportebit*; ut constructio eadem sit atque illa quam supra retuli, *Maturius alendus est*. Porro vox *cibis* a Celso omittitur etiam lib. 3. cap. 2. *in acutis morbis serius aeger alendus est*; et sub finem c. 9. hujus lib. *ubi purum erit ulcus, ali corpus debebit.*

49. *Spem vero certam faciunt membrana mobilis &c.)* Hippocrates de Cap. Vuln. sect. 28. et 29. In Edd. 1481. 1493. 1497. Bevelaquae; Juntae, et Caesarii legitur *membrana immobilis*, sed perperam; nam *membranae mobili*, infra *membrana immobilis* opponitur.

50. *inde quoque caro increscere; eaque id &c.)* Verbum *increscere* pendet a praecedenti *incipit*. Si legatur *inde quoque caro increscens, id &c.* ut est in Ed Lindenii, constructio non recte se habebit.

51. *ut id reprimat et cohibeat: eaque [carni] superdanda &c.)* Ita in Ed. Lindenii. Vox *carni* glossema videtur. Squama aeris carni supercrescenti inspergenda

Omnibusque ea locis commode inducitur, excepta frontis ea parte quae paulum super id est quod inter supercilia est. Ibi enim [52] vix fieri potest, ut non per omnem aetatem sit exulceratio: quae linteolo medicamentum habente [53] contegenda est. Illa utique capite fracto servanda sunt, ut [54] donec jam valida cicatrix sit, vitentur sol, venus, frequens balneum, major vini modus.

* V. *In naribus vero et os, et cartilago frangi solet; et quidem modo adversa, modo a latere. Si adversa fracta sunt, alterumve ex his, nares desidunt, difficulter spiritus trahitur. Si a latere os fractum est, is locus cavus est: si cartilago, in alteram partem nares declinantur. [1] Quidquid in cartilagine incidit, excitanda ea leniter est aut subjecto specillo, aut duobus digitis utrimque compressis: deinde in longitudinem implicata linamenta, et molli pellicula cincta circumsutaque intus [2] adigenda sunt; aut eo-

est; tum ea superdanda quae ad cicatricem perducant. Codd. Mss. atque Edd. antiquae habent *ut id reprimat cohibeatque, ea carni*) alii Codd. *carne*) *superdanda*; quaedam Edd. *superdando* &c. ex Palavicino.

52. *vix fieri potest, ut non per omnem aetatem sit exulceratio)* Ita legitur in Codd. Mss. in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii; in Edd. ceteris, *vix fieri potest, ut per omnem aetatem* &c. *Hunc locum* (ita scribit Morgagnus) *Almeloveenius poterat lectoribus explicare, Paawio saltem, quem alioquin saepius nominat, indicato. Causam enim vidissent recte ab hoc conferri in respondentes ei frontis loco Sinus Pituitarios: qui tamen cur id faciant, non recte declarat. Satis autem declaravit postea Verheyenius propter aerem, cum spiritus ducitur, redditurque illac ultro citroque meantem, aut certe tendentem, praeclaro etiam exemplo addito, quo infelix Celsi praedictio non confirmatur modo, sed augetur*. Vide Verheyenii Anat. Corp. Hum. lib. 1. tract. 4. cap. 16.

53. *contegenda est)* Lindenius, *contegenda erit*.

54. *donec jam valida cicatrix sit, vitentur sol, venus)* Codd. Med. I. et Vat. VIII. habent . . . *solvendus*. Ego olim *sol, venus* legendum proposui; quam lectionem postea in Libro Guilandini inveni. Constat autem inter omnes medicos, venerem, quibus caput fractum est, inimicam esse. In aliis Codd. legitur *donec jam valida cicatrix minus in usu erit solvendus*; in Edd. antiquis, *donec jam valida cicatrix erit solvenda vitentur frequens balneum*; ut habet ab alia manu Cod. Med. IV. Lindenius pro *solvendus* legit *sol, ventus*. Et ventus quoque vulneribus noxius est. Sed Celsus lib. 1. cap. 9. frigus vulneri inimicum esse docuit ex Hippocratis Aphor. 24. Sect. 5. ut *frigus* potius quam *ventus* hic scribere debuisse videatur. Ventum autem et frigus discernit Hippocrates lib. 2. Praedict. sect. 25. ex quo loco Celsus sumpsit, quae scripsit lib. 2. cap. 8. *Si capitis ac frontis dolores ex vento, vel frigore, aut aestu sunt* &c.

1. *Quidquid in cartilagine incidit; excitanda ea leniter est)* Hippocrates de Art. sect. 18. Sic reposui ex Mss. et ex Libro Guilandini; sed in hoc deest vox *ea*; in illis pro *excitanda* est *excitando ea*. Verbum *incidit* hic ponitur pro *accidit*; ut sub finem hujus cap. *Si incidit, illa quidem* &c. In Edd. antiquis legitur ex Palavicino, *Quidquid in cartilaginem incidit, excitandum leniter est*; in Ed. Lindenii, *Quicquid e cartilagine concidit*; in Ed. Almelovenii an. 1713. *Quicquid e cartilagine concedit*.

2. *adigenda)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. in aliis, *adicienda*; in Edd. antiquis, *adiicienda*; in Ed. Lindenii, *injicienda*, ut est in margine Constantinianae. Lib. 7. cap. 27. Cod. Med. I. et Vat. VIII.

dem modo compositum aliquid ex arido penicillo; aut grandis pinna gummi, vel fabrili glutine illita, et molli pellicula circumdata, quae desidere cartilaginem [3] non sinat. Sed si adversa ea fracta est, aequaliter utraque naris implenda est: [4] si a latere, crassius esse debet ab ea parte in quam nasus jacet, ab altera tenuius id quod inseritur. Extrinsecus autem circumdanda habena est mollis, [5] media illita mixtis inter se simila et turis fuligine: eaque ultra aures ducenda, et fronti duobus capitibus agglutinanda est. Id enim corpori quasi gluten inhaerescit, et cum induruit, nares commode continet. Sin quod intus inditum est laedit, sicut maxime fit ubi interior cartilago perfracta est, [6] excitatae nares eadem tantummodo habena continendae sunt: deinde post quatuordecim dies id ipsum demendum est. Resolvitur autem aqua calida; [7] eaque tum is locus quotidie fovendus est. Sin os fractum est, id quoque digitis in suam sedem reponendum est: atque ubi adversum id ictum est, utraque naris implenda est; ubi a latere, ea in quam os impulsum est: imponendumque ceratum, et paulo vehementius deligandum est; quia callus eo loco non ad sanitatem tantummodo, sed etiam ad tumorem increscit; a tertio die fovendum id aqua calida est; tantoque magis, quanto propius esse sanitati debet. Quod si plura erunt fragmenta, nihilo minus [8] [extrinsecus] singula in suas sedes digitis erunt compellenda; imponendaque extrinsecus eadem habena, et super eam ceratum; neque ultra fascia adhibenda est. At si quod fragmentum undique resolutum cum ceteris non glutinabitur, intelligetur quidem ex humore, qui multus ex vulnere feretur; vulsella vero extrahetur: finitisque inflammationibus imponetur aliquid medicamentum ex iis quae leniter reprimunt.

habent *intus adicietur;* alii, *intus adietur;* Edd. antiquae, *intus adiicietur;* Ed. Lindenii, *intus adigetur*. Caesaris quoque Codd. lib. 4. cap. 23. B. G. variant: in aliis legitur *uti ex locis superioribus in litus telum adiici posset;* in aliis, et quidem in praestantioribus, *adigi potest*: itemque lib. 2. cap. 34. B. C. alii Codd. habent *prius quam telum adigi posset;* alii, *prius quam telum adiici posset*. Causa ejusmodi varietatis est, quod vetustissima exemplaria majoribus litteris describebantur, et in verbo *ADICERE* altera *I* in iis omitti solebat: litterae autem *C* et *G* propter similitudinem a librariis facile commutabantur.

3. *non sinat)* Lindenius, *non sinant*.

4. *si a latere, crassius esse debet* &c.) Lindenius legit *si a latere, id, quod inseritur, crassius esse debet ab ea parte, in quam nasus jacet; ab altera tenuius*.

5. *media illita* &c.) id est qua media est. Hippocrates l. c. Lindenius legit *medio illita*, ut habet in margine Ed. Constantini.

6. *excitatae nares)* Ed. Lindenii perperam habet *exercitatae nares*.

7. *eaque tum is locus* &c.) Lindenius legit *eaque tumens locus* &c.

8. [*extrinsecus*]) Adverbium *extrinsecus* quod est in sequenti periodo, hic ab oscitante librario perperam repetitum est. In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legitur *intrinsecus*.

Pejus est ubi aut ossi aut cartilagini fractae cutis quoque vulnus accessit. Id admodum raro fit. Si incidit, illa quidem nihilo minus eadem ratione in suas sedes excitanda sunt: cuti vero superimponendum emplastrum aliquod ex iis quae recentibus vulneribus accomodata sunt: sed insuper nullo vinculo deligandum est.

VI. * In aure quoque interdum rumpitur cartilago. Quod si incidit, antequam pus oriatur, imponendum glutinans medicamentum est: saepe enim suppurationem prohibet, et aurem confirmat. Illud et in hac et in naribus ignorari non oportet; non quidem cartilaginem ipsam glutinari, circa tamen carnem increscere, solidarique eum locum. Itaque si cum cute cartilago rupta est, cutis utrimque suitur. Nunc autem de ea dico, quae cute integra frangitur. In ea vero si jam pus natum est, aperienda altera parte cutis, et ipsa cartilago contra lunata plaga excidenda est: deinde utendum est [1] medicamento leniter supprimente, quale lycium est aqua dilutum, donec sanguis fluere desinat: tum imponendum linteolum cum emplastro sic, ut pingue omne vitetur; et a parte posteriore lana mollis auri subjicienda est, quae quod est inter hanc et caput compleat: [2] tum ea leniter deliganda est; et a tertio die vapore, ut in naribus posui, fovenda. Atque in his quoque generibus [3] abstinentia primis temporibus necessaria est, donec inflammatio finiatur.

VII. * Ab his ad maxillam venturus, indicanda quaedam puto communiter ad omnia ossa pertinentia, ne saepius eadem dicenda sint. Omne igitur os modo rectum, ut lignum in longitudinem finditur; modo frangitur transversum; interdum obliquum; atque id ipsum nonnumquam retusa habet capita, nonnumquam acuta; quod genus pessimum est; quia neque facile committuntur quae nulli retuso innituntur, et carnem vulnerant, [1] interdum nervum quoque, aut musculum. Quin etiam aliquando [2] plura fragmenta fiunt. Sed in aliis quidem ossibus ex toto saepe fragmentum a fragmento recedit: maxillae vero [3] semper aliqua parte etiam ve-

1. *medicamento leniter supprimente)* Lindenius legit *medicamento leniter sanguinem supprimente*. Sed non est opus addere quod facile intelligi potest ex verbis quae paulo post sequuntur *donec sanguis fluere desinat*.

2. *tum ea leniter deliganda est)* Ed. Lindenii, *tum leniter ea deliganda est*.

3. *abstinentia primis temporibus)* Ita edidit Lindenius. Antea legebatur *abstinentia primi temporis*. Celsus plurali numero habet *iisdemque temporibus* lib. 1. *quibus temporibus* lib. 4. cap. 6. et lib. 7. cap. 26.

1. *interdum nervum quoque)* Ed. Lindenii, *interdum quoque nervum*.

2. *plura fragmenta fiunt)* Ita Cod. Foroliviensis a Morgagno inspectus. In Codd. et Edd. quotquot ego vidi, legitur *plura fragmenta a fragmento fiunt*; videlicet duabus vocibus *a fragmento* sequentis periodi perperam repetitis.

3. *semper aliqua parte, etiam vexata ossa inter se cohaerent)* Ita haec verba divido; Lindenius sic, *semper aliqua, parte*

xata ossa inter se cohaerent. Igitur in primis [4] digitis duobus utrimque prementibus et ab ore et ab cute, omnia ossa in suam sedem compellenda sunt. Deinde si maxilla transversa fracta est; sub quo casu fere dens super proximum dentem [5] excedit; ubi ea in suam sedem collocata est, duo proximi dentes, aut si hi labant, ulteriores [6] inter se seta deligandi sunt. Id in alio genere fracturae supervacuum est: cetera eadem [7] facienda sunt. Nam linteolum duplex madens vino et oleo [8] superinjiciendum cum eadem simila et eadem turis fuligine est: deinde aut fascia, aut mollis [9] habena media in longitudinem incisa, ut utrimque mentum complectatur, et inde capita ejus super caput adducta ibi [10] deligentur. Illud quoque ad omnia ossa pertinens dictum erit; famem primum esse necessariam: deinde a die tertio humidum cibum: sublata inflammatione paulo pleniorem, eumque qui carnem alat: vinum per omne tempus esse alienum. Deinde tertio die resolvi debere; [11] foveri per spongiam vapore aquae calidae; eademque [12] quae primo fuerunt superdari: idem die quinto fieri, et donec inflammatio finiatur; [13] quae vel nono die, vel septimo fere solvitur: ea sublata, rursus ossa esse tractanda, ut si quod fragmentum loco suo non est reponatur: neque id esse

etiam vexata ossa inter se cohaerent; alii omnes, *semper aliqua parte etiam vexata, ossa* &c.

4. *digitis duobus utrimque prementibus et ab ore et ab cute)* Lindenius legit *digitis duobus utrinque prementibus et ab ore, et a mento*; sed perperam. Media, et ima maxillae pars mentum est; ut dictum est cap. 1. hujus libri. Itaque si maxilla transversa fracta est, non ab cute et a mento, sed ab ea parte qua fracta est, *digitis duobus et ab ore et ab cute*, id est et ab interiore, et ab exteriore parte, *prementibus, omnia ossa in suam sedem compellenda sunt*.

5. *excedit)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Edd. Caesarii, Ruellii Lindenii mendose est *excidit*.

6. *inter se seta deligandi)* Ita libri editi; Cod. Med. I. et Vat. VIII. *inter se saeta* &c.; alii, *inter se se ita* &c. Hippocrates de Artic. sect. I. aureo filo, vel lineo vinciendos esse docet.

7. *facienda sunt)* In Ed. Lindenii deest verbum *sunt*.

8. *superinjiciendum cum eadem simila et eadem turis fuligine est)* Respicit Celsus ad id quod praecepit cap. 5. hujus lib. *circumdanda habena est mollis, media illita mixtis inter se simila et turis fuligine*. Quod haud animadvertens Lindenius haec verba ita mutavit: *superinjiciendum est, cumque eo simila, et turis fuligo*.

9. *habena media in longitudinem incisa)* Lindenius legit *habena medio in longitudinem incisa*. Vide Adnotat. 5. ad praecedens cap. 5.

10. *deligentur)* Ita Codd. Mss; Edd. antiquae, *deligantur*; Ed. Lindenii, *ligentur*.

11. *foveri)* Ita in Mss. Vulgo legitur *foverique*, ex Palavicino.

12. *quae primo fuerunt)* Sic lib. 5. cap. 26. sect. 27. *eadem sunt imponenda quae primo fuerunt*. Liber Guilandini habet *quae primo foverunt*; Ed. Lindenii, *quae primo foverant*.

13. *quae vel nono die, vel septimo fere solvitur)* Ita habent Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii. Sed voces *nono* et *septimo* transferendae videntur, et legendum *quae vel septimo die, vel nono fere solvitur*. Sic cap. 10. sect. 1. hujus lib. *donec inflammatio solvatur . . . quod si septimus dies non dedit, certe nonus exhibet*. In aliis Codd. et in Edd. antiquis legitur *quae vel octavo die, vel nono fere solvitur*.

solvendum, [14] nisi duae partes ejus temporis intra quod quaeque ossa [15] confervent transierint. [16] Fere vero inter quartumdecimum et unum et vicesimum diem sanescunt maxilla, malae, jugulum, pectus, [17] latum os scapularum, costae, [18] spina, coxarum os, tali, calx, manus, planta: [19] inter vicesimum et tricesimum [diem] crura, brachiaque: [20] inter septimum et vicesimum et quadragesimum humeri et femina. Sed [21] de maxilla illud quoque adjiciendum est, quod humidus cibus diu assumendus est: atque etiam cum tempus processit, [22] in lagano similibusque aliis perseverandum est, donec ex toto maxillam [23] callus firmarit. Itemque, utique primis diebus, habendum silentium.

VIII. * Jugulum vero, si transversum fractum est, nonnumquam

14. *nisi duae partes ejus temporis &c.)* id est duae tertiae partes: quod Schulzius in Exercit. de Ossib. Conferv. explicare tentat ex Hippocrate de Fract. sect 6. Id planissimum faciunt duo Livii loca. alter lib. 2. cap. 22. *Cum Hernicis foedus ictum: agri partes duae ademptae*; sequitur enim, *quid attinuisse Hernicis paulo ante hostibus, capti agri tertium partem reddi?* alter in lib. 8. cap. 1. *oppidum captum redditumque Privernetibus, praesidio valido imposito: agri partes duae ademptae.*

15. *confervent)* Sic reposuit Lindenius ex Constantino. Is enim margini adscripsit, *συμφύονται, confervent*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *conferunt*; alii, *conservantur*; Edd. antiquae, *conseruntur*, ex Palavicino. Cap. 10. Sect. 7. hujus lib. in omnibus Codd. et plerisque Edd. recte legitur *Solent tamen interdum transversa inter se ossa confervere.*

16. *Fere vero inter quartum decimum et unum et vicesimum diem sanescunt maxilla &c.)* Hippocrates de Artic. sect. 17. *viginti diebus maxilla firmatur*: sect. 25. *Costa vero viginti diebus callo firmatur.*

17. *latum os scapularum)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et Edd. antiquae, *latus, os scapularum.*

18. *spina, coxarum os, tali, calx)* Ita haec verba distinguenda esse docuit Morgagnus, et fortasse legendum *spina, coxarum os, os tali*, vel *coxarum os, talus*. Vulgo legitur *spina coxarum, os tali, calx.*

19. *inter vicesimum et tricesimum [diem] crura, brachiaque)* Hippocrates de Fract. sect. 17. tibiae ossa quadraginta diebus firmari dixit. Fortasse in exemplari quo usus est Celsus, pro τεσσαράκοντα scriptum erat τριάκοντα. Vox diem glossema videtur.

20 *inter septimum et vicesimum, et quadragesimum, humeri et femina)* Hippocrates de Frac. sect. 10. *Firmatur autem brachii os diebus quadraginta*: sect. 18. *Femur quinquaginta diebus firmatur*. In Ed. Lindenii pro *femina* est *femora*.

21. *de maxilla)* Lindenius legit *in maxilla*; et infra, *assumendus sit*.

22. *in lagano similibusque aliis perseverandum est, donec &c.)* Ita plerique Codd. et omnes antiquae Editiones. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. Lindenii legitur *in lagano similibusque aliis perseverandum est, neque quidquam edendum donec &c.* Sed tria verba *neque quidquam edendum* aliena sunt. Nam laganum, ut animadvertit Morgagnus, non potabatur, sed comedebatur, ut colligitur ex Acronis Scholio ad locum illum Horatii Satyrae 6. lib. 1. *inde domum me.*

Ad porri, et ciceris refero laganique catinum.

Dalechampius in Athenaeum lib. 3. cap. 25. Deipnosoph. haec adnotat: *Laganum placenta ex aqua et farina subacta, cocta in jure pingui, addito caseo; pipere, croco, cinnamomo, paululum mutato nomine ab Italis vocatur* Lasagna.

23. *callus firmarit. Itemque utique primis diebus &c.)* Ita Cod. Med. I et Vat. VIII.; alii, et antiquae Edd. *callus firmarit. Item, utique primis diebus &c.*; Ed. Lindenii, *callus firmaverit. Itemque, primis utique diebus &c.*

[1] per se rursus recte coit, et nisi movetur, sanari sine vinctura potest: nonnumquam vero, [2] maximeque ubi motum est, elabitur; [3] fereque id quod a pectore est, super id quod ab humero est, in posteriorem partem inclinatur. Cujus ea ratio est, quod per se non movetur, sed cum humeri motu consentit: itaque [4] eo subsistente [5] sub id humerus agitatur. Raro vero admodum in priorem partem jugulum inclinatur; adeo ut magni professores numquam se vidisse memoriae [6] mandarint. Sed locuples tamen ejus rei auctor Hippocrates est. Verum, ut dissimilis uterque casus est, sic quaedam dissimilia requirit. Vbi ad scapulas jugulum tendit, simul dextra manu plana propellendus in posteriorem partem humerus est et illud in priorem attrahendum. Vbi ad pectus conversum est, ipsum quidem retro dandum, humerus autem in priorem partem adducendus est: ac si is inferior est, non id quod a pectore est deprimendum est, quia immobile est; sed humerus ipse attollendus: [7] si casu superior est, id quod a pectore est implendum lana, et humerus ad pectus deligandus est. Si acuta fragmenta sunt, incidi contra cutis debet; [8] ex ossibus ea quae carnem vulnerant praecidenda; tum retusa ossa committenda sunt; [9] si quod ab aliqua parte eminet, opponendum ei triplex linteolum est in vino et oleo tinctum. Si plura fragmenta

1. *per se rursus recte coit)* Lindenius legit *per se recte coit*.

2. *maximeque)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *maxime*.

3. *fereque id quod a pectore est, super id quod ab humero est &c.)* Ita locum hunc restituit Lindenius ex Hippocrate de Artic. sect. 12. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *fere id quod a pectore est id quod ab humero est &c.* alii, et antiquae Edd. *fereque id quod a pectore sub id quod ab humero est &c.* Ed. Constantini in margine, *fereque id quod ab humero est sub id quod a pectore in posteriorem &c.* Foesius et Constantini lectionem affert et suam quoque proponit, id est *fereque id quod ab humero est, subit quod a pectore est*.

4. *eo subsistente)* Lindenius legit *eo consistente*.

5. *sub id humerus agitatur)* Ita habent Edd. antiquae, ex emendatione Palavicini; Cod. Med. I. *subitomerus agitatus*; Vat. VIII. *subitumerus agitatus*; alii, *subit humerus agitatur*. Lindenius legit *super id humerus agitatur*. Constantinus quidem haec adnotavit: » scribendum *subinde*. Al. *super id* ». Ii scilicet qui supra habent *fereque id quod a pectore, sub id quod ab humero est*, legere debent *super id*, ut sibi consentiant. At Lindenius, cum supra habeat *fereque id quod a pectore est, super id &c.* perperam hic legit *super id*.

6. *mandarint)* Lindenius, *mandaverint*.

7. *si casu superior est)* id est si forte. Hoc cum eo consentit quod est apud Hippocratem loc. cit. *Quod si cui contra juguli fractura eveniat, id quod non admodum contingit &c.* Lindenius legit *sin autem superior est*.

8. *ex ossibus ea quae carnem vulnerant praecidenda)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et Edd. antiquae ... *praecidenda sunt*; Ed. Lindenii, *et ex ossibus, ea quae carnem vulnerant, praecidenda*.

9. *si quod ab aliqua parte eminet, opponendum ei triplex linteolum est)* ex citato Hippocratis libro. Lindenius legit *et si quod ab aliqua parte eminet, opponendum est triplex linteolum*.

sunt, excipienda sunt ex ferula facto canaliculo, eodemque intus incerato, ne fascia diducatur; quae jugulo composito circumdanda est saepius potius quam valentius: quod ipsum quoque [10] in omnibus ossibus fractis perpetuum est. A dextro vero jugulo, si id fractum est, ad alam sinistram; a sinistro ad dextram, rursusque sub ala sua [11] fascia dari debet: post haec si jugulum ad scapulas inclinatum est, brachium ad latus; si in partem priorem, ad cervicem deligandum est: supinusque homo collocandus. [12] Cetera eadem facienda quae supra comprehensa sunt.

2. * Sunt vero plura ossa fere immobilia vel dura, vel cartilaginosa, quae vel franguntur, vel forantur, vel colliduntur, vel finduntur; ut malae, pectus, latum os scapularum, costae, [1] spina, coxarum os, tali, calx, manus, planta. Horum omnium eadem curatio est. Si supra vulnus est, id suis medicamentis nutriendum est: quo sanescente, rimas quoque ossis, aut si quod foramen est, callus implet. Si cutis integra est, et os laesum esse ex dolore colligimus, nihil aliud quam quiescendum; imponendumque ceratum est, et leniter deligandum, donec sanitate ossis dolor finiatur.

IX.

1. * Proprie tamen quaedam [1] de costa dicenda sunt; quia juxta viscera est, gravioribusque periculis is locus expositus est. Haec quoque igitur interdum sic finditur, ut ne summum quidem os, sed interior pars ejus quae rara est laedatur: interdum sic, ut eam totam is casus perruperit. Si tota fracta non est, nec sanguis exspuitur, nec febricula sequitur, nec quidquam suppurat, nisi admodum raro, nec dolor magnus est; tactu tamen is locus leviter indolescit. Sed abunde est eadem quae supra scripta sunt facere; [2] et a media fascia incipere deligare, ne in alterutram partem haec cutem inclinet: [3] ab uno vero et vicesimo die, quo utique os esse debet glutinatum, id agendum cibis uberioribus est, ut corpus quam plenissimum fiat, quo melius os vestiat;

10. *in omnibus ossibus fractis)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. Lindenii vox *ossibus* deest.

11. *fascia dari debet)* Ita vetus liber apud Constantinum, atque Edd. Ruellii, Stephani, et Lindenii. In ceteris Edd. et in Mss. legitur *fasciari debet*.

12. *Cetera eadem)* Ita Codd. paene omnes, et Ed. Lindenii; Cod. Med. IV. et Edd. antiquae, *ceteraque eadem*.

1. *spina, coxarum os, tali)* Ita Liber Guilandini. Codd. Mss. et Edd. paene omnes, *spina costarum, os tali*; Ed. Constantiniana, *spina, costarum os, tali*; Lindeniana, *spina coxarum, os tali*. Vide adnot. 18. ad superius cap. 7.

1. *de costa dicenda sunt* &c.*)* Vide Hippocratem de Artic. sect. 21. Lindenius legit *de costis dicenda sunt; quia juxta viscera sunt, et gravioribus periculis is locus expositus est. Costa igitur* &c.

2. *et a media fascia incipere deligare)* Hippocrates l. c.

3. *ob uno vero et vicesimo die, quo utique os esse debet glutinatum)* Hippocrates l. c.

quod illo loco tenerum adhuc injuriae sub tenui cute expositum est. Per omne autem tempus curationis vitandus clamor, [4] sermo quoque multus, ira, motus vehementior corporis, fumus, pulvis, et quidquid vel tussim vel sternumentum movet: ne spiritum quidem magnopere continere expedit. At si tota costa perfracta est, casus asperior est: nam et graves inflammationes, et febris, et suppuratio, et saepe vitae periculum sequitur [5] [et sanguis spuitur]. Ergo si vires patiuntur, ab eo brachio quod super eam costam est [6] sanguis mittendus est: si non patiuntur, alvus tamen sine ullo acri ducenda est; diutiusque inedia pugnandum. Panis vero ante septimum diem non assumendus; sed una sorbitione vivendum: imponendumque ei loco [7] ceratum ex irino factum cui cocta quoque resina adjecta sit; aut Polyarchi malagma; aut panni [8] ex vino et rosa et oleo, superque imponenda lana sucida mollis, et duae fasciae a mediis orsae, minimeque adstrictae: multo vero magis omnia vitanda quae supra posui; adeo ut ne spiritus quidem saepius movendus sit. [9] Quod si tussis infestabit, potio sumenda erit vel ex trixagine, vel ex ruta, vel [10] ex [herba] stoechade, vel ex cumino et pipere. Gravioribus vero doloribus urgentibus, cataplasma imponi quoque conveniet vel ex lolio, vel ex hordeo, cui pinguis fici tertia pars sit adjecta. Et id quidem interdiu superjacebit: noctu vero idem aut ceratum, aut malagma, aut panni; quia potest cataplasma decidere. Ergo quotidie quoque resolvetur, donec jam cerato aut malagmate possimus esse contenti. Et decem quidem diebus extenuabitur fame

4. *sermo quoque multus)* Alii omnes legunt *sermo quoque, tumultus*. Ego reposui *multus* pro *tumultus*. Non enim sermo, sed sermo multus vitandus est.

5. *[et sanguis spuitur]*) Haec verba ab aliquo sciolo addita videntur, ut opponantur superioribus *nec sanguis exspuitur*. Sed cum dictum sit, *et graves inflammationes, et febrem, et suppurationem, et saepe vitae periculum sequi*, illa omnino supervacua sunt. Neque enim inter tot mala sanguinis sputum periculum majus facit; et certe non sputum sanguinis suppurationem, sed suppuratio sanguinis sputum sequitur. Si quis ea retinere velit, transferat ante superiora ea *graves inflammationes*.

6. *sanguis mittendus est)* Hippocrates l. c.

7. *ceratum ex irino factum)* Veteres libri habent *ceratum ex lino factum*; Ed. Lindenii, *ceratum ex lycio factum*. Sed neque ex lino, neque ex lycio ceratum fit. Reposui *ex irino*. Cap. 4. hujus libri habetur *ceratum ex irino*: et lib. 4. cap. 4. sect. 2. *ceratum ex cyprino, vel irino*.

8. *ex vino et rosa et oleo)* Duae voces *et oleo* irrepsisse videntur ex interpretatione duarum antecedentium *et rosa*.

9. *Quod si tussis infestabit, potio sumenda erit)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *Quod si tussis inest ad id* &c. Ego pro *inest ad id*, quod manifestum mendum est, reposui *infestabit*. In aliis Codd. et in omnibus Edd. legitur *Quod si tussis infestabit, ad id potio sumenda erit*; scilicet duabus vocibus *ad id* ex varianti lectione insertis.

10. *ex [herba] stoechade)* quasi trixago, et ruta herbae non sint. Delenda vox *herba*.

corpus: ab undecimo vero ali incipiet; ideoque etiam [11] laxior quam primo fascia circumligabitur. [12] Fereque ea curatio ad quadragesimum diem perveniet. [13] Quod si metus erit suppurationis, plus malagma quam ceratum ad digerendum proficiet. Si suppuratio vicerit, neque per quae supra scripta sunt discuti potuerit; omnis mora vitanda erit, ne os infra vitietur: sed qua parte maxime tumebit, demittendum erit candens ferramentum, donec ad pus perveniat; idque effundendum. [14] Si nusquam caput se ostendet, ubi maxime pus subsit sic intelligemus: creta cimolia totum locum illinemus, et siccari patiemur: quo loco maxime [15] humor in ea perseverabit, ibi pus proximum erit; [16] eoque uri debebit. Si latius aliquid abscedet, duobus aut tribus locis erit perforandum; demittendumque linamentum, aut aliquid ex penicillo, quod summum lino sit devinctum, ut facile educatur. Reliqua eadem quae in ceteris adustis facienda sunt. Vbi purum erit ulcus, ali corpus debebit, ne tabes perniciosa futura id malum subsequatur. Nonnumquam etiam, levius ipso osse affecto; et inter initia neglecto, [17] non pus, sed humor quidam mucis

11. *laxior quam primo fascia circumligabitur)* Lindenius legit *laxior, quam primo, fascia sit, qua ligabitur*.

12. *Fereque ea curatio ad quadragesimum diem perveniet)* Lindenius legit *fereque ea curatione ad quadragesimum diem perveniet*.

13. *Quod si metus erit suppurationis)* Ita in Cod. quodam Constantini. Med. I. et Vat. VIII. habent *quae si mediis* &c. alii, et Edd. antiquae, *quae si modus* &c. Ed. Lindenii, *Sub qua si metus erit suppurationis*.

14. *Si nusquam caput se ostendet)* Alii legunt *ostendit*: ego ex Codd. Med. I. et Vat. VIII. reposui *ostendet*, cum infra libri omnes habeant *creta cimolia totum locum illinemus, et siccari patiemur*, itemque *ibi pus proximum erit*. Lindenius legit *Si nusquam tumor se ostendit*. Sed omnino retinendum *caput*; qua in voce omnes veteres libri consentiunt. Morgagnus lectionem hanc confirmat ex Plinio, qui lib. 22. cap. 12. sect. 17. dixit, *si nondum caput fecerint* furunculi; et cap. ult. ejusdem lib. sect. 76. *furunculos priusquam capita faciant*. Addit autem Morgagnus, *ex hac capitis apud Latinos significatione illam ortam apud nostrates videri consuetudinem, ut tumores quibus id accidit, ipsi dicant venire a capo*. Caelius Aurelianus lib. 2. cap. 16. Morb. Acut. similiter dixit, *vomicas verticem facere*.

15. *humor in ea perseverabit)* Ita in Cod. Vat. VIII. Vat. II. et Ed. Constantini habent *humor in ea perseveraverit*; Med. I. aliique, et pleraeque Edd. *humor in ea perseveravit*; Ed. Caesariana, *humor intus perseveravit*; Lindeniana, *humor intus perseverabit*. Idem tradit Plinius lib. 35. cap. 6. sect. 21. *Eretria terra explet vulnera, si coquatur, ad siccanda praecipue utilis .... et ad deprehendenda pura. Subesse enim ea intelligunt, si non arescat*. In lib. I. Hippocratis de Morbis sic habetur: *Si argillam aut aliud quid ejuscemodi illeveris, brevi id resiccat*; et lib. 3. *Linteo tenui in rubrica trita admodum liquida et tepida intincto thoracem obtegito, quaque parte primum resiccatum fuerit, ea sectionem, aut ustionem facere oportet*. Sed Hippocrates loquitur de suppuratione rupta, et pure in thoracis cavum effuso: Celsus vero de suppuratione circa costas facta, et de pure inter cutem et pleuram latente.

16. *eoque)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *eaque*.

17. *non pus, sed humor quidam mucis similis intus coit)* Hippocrates de Artic. sect. 25. Lindenius pro *mucis similis* legit *mucco similis*.

similis intus coit; mollescitque contra cutis: in qua simili ustione utendum est.

* In spina quoque est quod proprie notemus. Nam [1] si id quod * 2.
ex vertebra excedit, aliquo modo fractum est, locus quidem concavus fit; punctiones autem in eo sentiuntur; quia necesse est ea fragmenta spinosa esse, quo fit, ut homo [2] in anteriorem partem subinde nitatur. Haec noscendae rei causa sunt. Medicamentis vero iisdem opus est, quae prima parte hujus capitis exposita sunt.

* Similes rursus ex magna parte casus curationesque sunt * X.
[1] humeri et femoris: communia etiam quaedam humeris, brachiis, 1.
[2] feminibus, cruribus, digitis. Siquidem ea minime periculose media franguntur: [3] quo propior fractura capiti vel superiori vel inferiori est, eo pejor est: nam et majores dolores affert, et difficilius curatur. [4] Ea maxime tolerabilis est simplex, transversa: [5] pejor ubi obliqua, atque ubi multa fragmenta: pessima ubi eadem acuta sunt. Nonnumquam autem fracta in his ossa in suis sedibus remanent: multo saepius excidunt, aliudque super aliud effertur: idque ante omnia considerari debet; et sunt notae certae. [6] Si suis sedibus sunt, mota resonant, punctionisque

1. *si id quod ex vertebra excedit, aliquo modo fractum est)* Hippocrates de Artic. sect. 22. Foesius, et Morgagnus posteriorem vertebrae processum significari docent. Caesarius, et alii legunt *si id quod ex vertebra excidit* &c. Gryphius, et Constantinus, *si id ex vertebra excidit* &c. Lindenius, *si quid ex vertebra excidit, aut aliquo modo fractum est:* sed perperam. Siquidem, ut animadvertit Morgagnus, hic non agitur de vertebra quae simul et loco mota et fracta est, sed tantum de fracta.

2. *in anteriorem partem)* Hippocrates l. c. Ita legit Lindenius ex emendatione Constantini. Libri antiqui habent *in interiorem partem*.

1. *humeri et femoris)* Ita legit Cocchius pro *humeris et femori*, quod est in Cod. Med. I. Vaticanus quoque VIII. habet *humeris et femori;* alii, et omnes Edd. *humeris et femoribus*.

2. *feminibus)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *femoribus*.

3. *quo propior)* Lindenius, *at quo propior*.

4. *Ea maxime tolerabilis est simplex, transversa)* Lindenius legit *Earum maxime tolerabilis est simplex, eaque transversa*.

5. *pejor ubi obliqua, atque ubi multa fragmenta; pessima &c.)* Lindenius legit *pejor ubi obliqua, atque ubi fragmenta; pessima* &c. Ego addidi *multa* ex Codd. Mss. Sed in his cetera verba mendosa sunt: nam ita se habent: *pejor ubi multa fragmenta, atque ubi obliqua; pessimum* &c. In Edd. antiquis legitur *pejor ubi fragmenta, atque ubi obliqua; pessimum* &c.

6. *Si suis sedibus sunt, mota resonant)* Ita legit Krausius; et ut ita legatur ratio postulat. His verbis in proxima periodo opponuntur illa *Si vero non adversa, sed obliqua junguntur; quod fit ubi loco suo non sunt*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *Si suis sedibus sunt mota resinam;* Med. VII. atque Vaticani I. III. et VIII. *Si suis sedibus sunt mota res inani*. Vtraque quidem scriptura *resinam* et *res inani* mendosa est: sed Krausii emendationem non parum confirmat. Nam ex *resinam*, littera *i* in *o*, et *m* in *nt* mutata, fit *resonant*: item ex *res inani*, mutata littera *i* in *o*, et syllaba *ni* in *nt*, fit *resonat*. Persaepe autem peccasse librarios litteras permutando, omnes norunt

sensum repraesentant; [7] tactu inaequalia sunt. Si vero non adversa, sed obliqua junguntur; quod fit ubi loco suo non sunt; [8] membrum id altero brevius est, et musculi ejus tument. Ergo si hoc [9] deprehensum est, protinus id membrum oportet extendere: nam nervi musculique intenti per ossa contrahuntur; [10] neque in suum locum veniunt, nisi illos per vim aliquis intendit. Rursus si primis diebus id omissum est, inflammatio oritur; sub qua et difficile, et periculose vis nervis adhibetur: nam distentio nervorum, vel cancer sequitur; vel certe, [11] ut mitissime agatur, pus. Itaque si ante reposita ossa non sunt, [12] postea reponenda sunt. Intendere autem digitum [13] vel aliud quodque membrum, si adhuc tenerum est, etiam unus homo potest; cum alteram partem dextra, alteram sinistra prehendit. Valentius membrum duobus eget, qui in diversa contendant. Si firmiores nervi sunt, ut in viris robustis, maximeque eorum feminibus et cruribus [14] [evenit] habenis quoque, vel [15] linteis fasciis utrimque capita articulorum deliganda, [16] et per plures in diversa ducenda sunt. [17] Vbi paulo longius quam naturaliter esse debet membrum vis fecit, tum demum ossa manibus in suam sedem compellenda sunt: [18] indiciumque ossis repositi est dolor sublatus,

qui Mss. Codices tractant. In Edd. sex primis est *resimam*; in aliis, *resima*, et deest verbum *sunt*. Id in Ed. Lindenii non deest; sed in illa quoque. ut in aliis omnibus, verba haec perperam sic dividuntur: *Si suis sedibus sunt mota, resima*.

7. *tactu)* Ed. Lindenii, *et tactu*.

8. *membrum id altero brevius est)* Codd. plerique, atque omnes Edd. habent *membrum id altero latere brevius est*; Codd. Med. I. et Vat. VIII. *membrum id altero lateri brevius sed*. Ego sustuli vocem *latere* sive *lateri*, quae ex margine irrepserat. Sic fere loquitur Celsus sect. 7. hujus cap. *donec par id membrum alteri fiat* Vide infra adnot 17.

9. *deprehensum)* Lindenius, *depreusum*.

10. *neque in suum locum veniunt)* Hippocrates de Fract. sect. 5. Lindenius legit *neque haec in suum locum veniunt*.

11. *ut mitissime agatur)* Ita in libro Guilandini. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *ut mitissime asatur*; alii, et pleraeque Edd. *ut diutissime alatur*; Edd. Manutianae, *ut mitissime alatur*; Lindeniana, *cum mitissime agitur*; Cod. quidam Constantini, *ut diutissime agatur*.

12. *postea reponenda sunt)* Hippocrates de Fract. sect. 26. Lindenius legit *post eam reponenda sunt*.

13. *vel aliud quoque membrum)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *vel aliud quoqus membrum*. Infra Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *tenerum*; libri editi, *tenerius*, ex Cod. Med. IV. in quo, ut in aliis, scriptum erat *terius*; postea ab alia manu mutatum fuit in *tenerius*.

14. *[evenit])* Glossema est.

15. *linteis)* Caesarius, Ruellius, et Lindenius legunt *lineis*; et infra, *lineos*.

16. *et per plures in diversa* &c.) Lindenius legit *et per plures, et in diversa* &c.

17. *Vbi)* Lindenius, *Vbi vero*.

18. *indiciumque ossis repositi est dolor sublatus, et membrum alteri aequatum. Involvendum* &c.) Ita haec verba dividenda sunt. In Codd. Med. I. Vat. VIII. et aliis multis legitur *indiciumque ossis repositi est dolor sublatus, et membrum alteri parti aequatum involvendum* &c. in aliis, et in Edd. antiquis, *indiciumque ossis repositi est dolor sublatus. Et membrum alteri parti aequatum involvendum* &c. sed perperam. Nam indicium ossis repositi est non solum dolor sublatus, sed etiam, et quidem praecipuum, membrum alteri aequatum. Lin-

et membrum alteri aequatum. Involvendum duplicibus triplicibusve pannis in vino et oleo tinctis; quos linteos esse commodius est. [19] Fere vero fasciis sex opus est: prima brevissima [adhibenda], quae circa fracturam ter voluta sursum versum feratur, et quasi in cochleam serpat: satisque est eam ter hoc quoque modo circuire: [20] altera dimidio longiore; eaque, si qua parte os eminet, ab ea; si totum aequale est, undelibet super fracturam debet incipere priori adversa, deorsumque tendere; atque iterum ad fracturam reversa in superiore parte ultra priorem fasciam desinere. [21] Super has injiciendum latiore linteo ceratum est, quod eas contineat. Ac si qua parte os eminet, [22] triplex ea pannus objiciendus eodem vino et oleo madens. Haec tertia fascia comprehendenda sunt, quartaque sic, ut semper insequens priori adversa sit, et tertia tantum in inferiore parte, tres in superiore [23] finiantur: quia satius est saepius circuire, quam adstringi: siquidem id quod adstrictum est alienatur, et cancro opportunum est. Articulum autem quam minime vincire opus est: sed si juxta hunc os fractum est, necesse est. [24] Deligatum vero membrum in diem tertium continendum est: eaque vinctura talis esse debet, ut primo die nihil offenderit, non tamen laxa visa sit; secundo laxior; tertio jam paene resoluta. Ergo tum rursum id membrum deligandum, adjiciendaque prioribus quinta fascia est: [25] iterumque quinto die resolvendum est, [26] et sex fasciis involvendum sic, ut tertia et quinta infra, ce-

denius quoque verba male distinguit: ita enim habet: *indiciumque ossis repositi est dolor sublatus. At membrum alteri aequatum involvendum;* sed recte omittit vocem *parti* quae irrepsit, ut supra vox *latere*. Vide adnot. 8. Fortasse Celsus scripsit *et membrum alteri aequatum. Tum involvendum*; librarii autem ex duabus sibi proximis syllabis *tum* alteram omiserunt.

19. *Fere vero fasciis sex opus est: prima brevissima [adhibenda], quae circa fracturam* &c.) Vocem *adhibenda* glossema esse puto, et *prima brevissima* sextum casum esse, qui regatur ab antecedenti verbo *opus est*, sicut *altera dimidio longiore*, de qua paulo infra.

20. *altera dimidio longiore; eaque, si qua parte* &c.) Libri antiqui habent *Altera dimidio longiore; eaque qua parte* &c. Ego addidi particulam *si*: in ceteris verbis nihil mutavi. In margine Ed. Constantinianae legitur *Altera dimidio longior ea, quae qua parte* &c. in Ed. Lindenii, *Altera dimidio longior ea: quae si qua parte* &c.

21. *Super has injiciendum latiore linteo ceratum est)* Hippocrates l. c.

22. *triplex ea pannus objiciendus)* Lindenius, *triplex ei pannus objiciendus*.

23. *finiantur)* Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *faciant*; ceterae, *finiant*. Cum infra in omnibus libris sit *ceterae supra finiantur*; hic quoque reposui *finiantur*.

24. *Deligatum vero membrum in diem tertium continendum est)* Hippocrates de Fract. sect. 6.

25. *iterumque quinto die resolvendum est)* Ita Codd. Mss. atque Ed. princeps. In Edd. ceteris deest *die*.

26. *et sex fasciis involvendum)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *et sexta fasciis involvendum*. Pro *sexta* reposui *sex*, ut et Lindenius: sed is legit *et tum sex fasciis involvendum*. Alii Codd. habent *et*

terae supra finiantur. Quotiescumque autem solvitur membrum, calida aqua fovendum est. Sed si juxta articulum fractura est, diu instillandum vinum est, exigua parte olei adjecta; eademque omnia facienda, [27] donec adeo inflammatio solvatur, [28] et tenuius quoque quam ex consuetudine id membrum fiat: quod si septimus dies non dedit, certe nonus exhibet: tum facillime ossa tractantur. Rursus ergo si parum commissa sunt, committi debent: si qua fragmenta eminent, in suas sedes reponenda sunt: deinde eodem modo membrum deligandum, ferulaeque superaccommodandae sunt, quae fissae circumpositaeque ossa in sua sede contineant: et in quam partem fractura inclinat, ab ea latior valentiorque ferula imponenda est. Easque omnes [29] circa articulum esse oportet resimas, ne hunc laedant; nec ultra adstringi, quam ut ossa contineant: et cum spatio laxentur, tertio quoque die paulum habenis suis coartari: ac si nulla prurigo, nullus dolor est, sic manere, donec duae partes ejus temporis [30] quo quodque os confervet compleantur: postea levius aqua calida fovere, quia primo digeri materiam opus est, tum evocari. Ergo cerato quoque liquido id [31] leniter est ungendum, perfricandaque summa cutis est; laxiusque [32] id deligandum, et tertio quoque die solvendum sic, ut remota calida aqua, cetera eadem fiant: tantummodo singulae fasciae quoties resolutae fuerint subtrahantur.

* 2. * Haec communia sunt: illa propria. [1] Siquidem humerus

sexta fascia est involvendum; Ed. Caesariana, ceteraeque, *et sexto fasciis involvendum.*

27. *donec adeo inflammatio solvatur)* Ita habent Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae. Num legendum *adeo donec*, ut apud Plautum *adeo dum?* Mihi quidem vox *adeo* tollenda videtur. Lindenius, et alii legunt cum Caesario, *donec ab eo inflammatio solvatur;* sed Celsus hac dicendi forma numquam usus est. Cap. 7. hujus libri ita scripsit: *donec inflammatio finiatur; quae vel nono die, vel septimo fere solvitur.* Krausius edidit, *donec adeo inflammatio solvatur, ut tenuius* &c.

28. *et tenuius)* Hippocrates de Fract. sect. 6. Lindenius legit *vel tenuius;* ego, *et tenuius*. Vtrumque enim necessarium est, et inflammationem solvi, et membrum tenuius quam ex consuetudine fieri. Veteres libri habent *et levius*.

29. *circa articulum)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *citra articulum;* sed mendose.

30. *quo quodque os confervet)* Sic reposui ex Cod. Med. VII. sed in eo est *quod quoque* pro *quo quodque*. Alii omnes Codd. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *quod quoque os conservet;* aliae Edd. *quod os quoque conservet;* sed Constantiniana in margine, *confervet*. Lindenius legit *quo os quodque confervet*.

31. *leniter)* Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae, *pleniter*.

32. *id deligandum, et tertio quoque die solvendum)* Alii omnes legunt *id deligandum est. Tertio quoque die solvendum*.

1. *Siquidem humerus fractus, non sic* &c.*)* Lindenius legit *Siquidem humerus fractus est, non sic* &c.

fractus non sic, ut membrum aliud, intenditur: sed homo collocatur alto sedili, medicus autem humiliore adversus. [2] Vna fascia brachium amplexa, ex cervice ipsius [3] [qui laesus est] id sustinet: altera ab altera parte super caput data, ibi accipit nodum: tertia vincto imo humero deorsum demittitur, ibi quoque capitibus ejus inter se vinctis. Deinde ab occipitio ipsius minister sub ea fascia quam secundo loco posui [4] porrecto, si dexter humerus ducendus est, dextro; si sinister, sinistro brachio, demissum inter femina ejus [5] [qui curatur] [6] baculum tenet: medicus super eam fasciam de qua tertio loco dixi [7] plantam injicit dextram, si sinister; sinistram, si dexter humerus [8] curatur; simulque alteram fasciam minister attollit, alteram premit medicus: quo fit, ut leniter humerus extendatur. Fasciis vero, si medium aut imum os fractum est, brevioribus opus est; si summum, longioribus: ut ab eo sub altera quoque ala [9] per pectus et scapulas porrigantur. Protinus vero brachium cum deligatur, [10] sic inclinandum est *** idque efficit, ut ante fascias quoque sic figurandum sit; [11] ne postea suspensum aliter atque cum deligabatur humerum inclinet. Brachioque suspenso, ipse quoque humerus ad latus leniter deligandus est: per quae fit, ut minime moveatur: ideoque ossa [12] sic se habeant, ut aliquis composuit. Cum ad ferulas ventum est, extrinsecus esse earum

2. *Vna fascia)* Idem, *Vna autem fascia*.

3. *[qui laesus est])* Glossema irrepsit in contextum.

4. *porrecto)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Med. IV. et antiquae Edd. *correpto*; alii Codd. *correcto*.

5. *[qui curatur])* Glossema est, ut supra *qui laesus est*.

6. *baculum tenet)* Ita libri omnes, quotquot vidi. Morgagnus in Cod. Foroliviensi *brachium* scriptum invenit: quam lectionem tanto minus negligendam putat, quod *brachium* legi animadvertit in hoc ipso Celsi loco in Vesalii Chirurgiam relato lib. 2. cap. 8.

7. *plantam injicit dextram)* Ita legitur in Cod. Vat. VIII. in Libro Guilandini, et in Ed. Lindenii. Alii Codd. atque Edd. sex primae, Manutianae, et Ruelliana habent *planam injicit dextram* (Codd. *dextra*); Edd. ceterae, *palmam injicit dextram*.

8. *curatur)* Ita liber Guilandini, et Ed. Lindenii; Cod. Med. I. *suratur*; Vat. VIII. *surantur*; Cod. Constantini, *sinuatur*; alii, et antiquae Edd. *sumatur*.

9. *per pectus et scapulas)* Lindenius perperam legit *per pectus ad scapulas*.

10 *sic inclinandum est *** idque efficit, ut ante fascias quoque sic figurandum sit)* Locus corruptus. Codd. Mss. habent *sic inclinandum est, idque efficit* &c. Sed manifestum est, post verba *sic inclinandum est*, aliqua deesse. In Edd. antiquis legitur *sic inclinandum est id quod afficit, ut ante fascias quoque sic figurandum* (in margine Constantinianae, *figuratum*) *sit*; in Ed. Lindenii, *sic inclinandum est, ut id quod afficitur, ante fasciis quoque sic figuratum sit*.

11. *ne postea suspensum aliter atque cum deligabatur)* Ita in Ed. Lindenii. Codd. Mss. habent *ne postea suspensum aliter cum deligabatur*; Edd. antiquae, *ne postea suspensum aliter, aliter cum deligabatur*.

12. *sic se habeant)* Alii omnes legunt *sic se habent*.

longissimae debent; [13] a lacerto breviores; sub ala brevissimae: [14] saepiusque eae resolvendae sunt, ubi in vicinia cubiti humerus fractus est; ne ibi nervi rigescant, [15] et inutile brachium efficiant. Quoties solutae sunt, fractura manu continenda; cubitus aqua calida fovendus, et molli cerato perfricandus; ferulaeque vel omnino non imponendae [16] contra eminentia cubiti, [17] vel aliquanto breviores sunt.

* 3. * At si brachium fractum est, in primis considerandum est alterum os, an utrumque comminutum sit: [1] non quo alia in ejusmodi casu curatio sit admovenda; sed primum ut valentius extendatur, si utrumque os fractum est; quia [2] necesse est minus nervos contrahi altero osse integro, eosque intendente: deinde ut curiosius omnia in continendis ossibus fiant, si neutrum alteri auxilio est. Nam ubi alterum integrum est, plus opis in eo quam in fasciis ferulisque est. Deligari autem brachium debet paulum pollice ad pectus inclinato; siquidem is maxime brachii naturalis [3] habitus est: idque involutum [4] mitella commodissime excipitur; [5] quae latitudine ipsi brachio, perangustis capitibus collo injicitur: atque ita commode brachium ex cervice suspensum est. Idque paulum supra cubiti alterius regionem pendere oportet.

* 4. * [1] Quod si ex summo cubito quid fractum sit, glutinare id

13. *a lacerto breviores; sub ala brevissimae)* Sic emendavi Codicum scripturam *a lacerto brevior esse sub ala brevissimae.* Vulgo legitur *a lacerto breviores, sed sub ala brevissimae.*

14. *saepiusque eae resolvendae)* Edd. Salingiacensis, Gryphiana, Pantiniana, et Constantiniana, *saepius eae resolvendae;* Lindeniana, *saepiusque resolvendae.*

15. *et inutile brachium efficiant)* Lindenius legit *et inutile brachium efficiatur.*

16. *contra eminentia cubiti)* Ed. Constantini in margine habet *prominentiam*; quod minime probandum. Celsus enim per vocem *eminentia* vertices significat, de quibus ita scripsit cap. 1. hujus lib. *Cubitus inferior longiorque, et primo plenior, in summo capite duobus quasi verticibus extantibus in sinum humeri, quem inter duos processus ejus esse proposui, inseritur.*

17. *vel aliquanto breviores sunt)* constructio haec est, vel omnino non imponendae sunt, vel aliquanto breviores. In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legitur *vel aliquanto breviores sint.*

1. *non quo alia in ejusmodi casu curatio sit admovenda)* Ita Ed. Lindeniana; in antiquis libris deest verbum *sit. admota curatione* dixit Celsus lib. 3. c. 2. Lib. 5. cap. 8. sect. 8. lib. 4. cap 31. lib. 6. cap. 19. lib. 7. cap. 29. et alibi quoque usus est verbo *adhibeo.*

2. *necesse est minus nervos contrahi altero osse integro, eosque intendente)* Hippocrates de Fract. sect. 5.

3. *habitus est)* Ita in margine Ed. Constantinianae; in Codd. Mss. et in Edd. omnibus, *habitus sit.* Vide adnot. 11. ad cap. 2. lib. 1.

4. *mitella commodissime excipitur)* Hippocrates de Fract. sect. 6.

5. *quae latitudine ipsi brachio)* Lindenius, *quae latitudine ipsa brachio.*

1. *Quod si ex summo cubito quid fractum sit)* Ita liber Guilandini, et Ed. Lindenii; Cod. quidam Constantini, *Quod si in summo cubito id fractum sit;* alii, et Edd. antiquae, *Quod si ex summo cubito id factum sit.*

vinciendo alienum est: fit enim brachium immobile. [2] At si nihil aliud quam dolori occursum est, idem qui fuit, ejus usus est.

5. * In crure aeque ad rem pertinet alterum saltem os integrum manere. Commune vero ei femorique est, quod ubi deligatum est, in canalem conjiciendum est. [1] Is canalis et inferiore parte foramina [2] habere debet, per quae si quis humor excesserit descendat: et a planta moram, quae simul et sustineat eam, et delabi non patiatur: et a lateribus cava, per quae loris datis, morae quaedam crus femurque ut collocatum est detineant. Esse etiam is debet a planta, si crus fractum est, circa poplitem; si femur, usque ad coxam; si juxta superius caput femoris sic, ut ipsa quoque ei coxa insit. Neque tamen ignorari oportet, si femur fractum est, fieri brevius; quia numquam in antiquum statum revertitur; summisque digitis postea cruris ejus insisti: [3] sed multo tamen foedior debilitas est, ubi fortunae negligentia quoque accessit.

6. * Digitum satis est [1] ad unum surculum [2] post inflammationem deligari.

7. * His proprie ad singula membra pertinentibus, rursus illa communia sunt: primis diebus fames: deinde tum cum jam increscere callum oportet, liberalius alimentum: longa a vino abstinentia: fomentum aquae calidae, dum inflammatio est, liberale; cum ea desiit, modicum: tum etiam [1] longior ulterioribus e liquido cerato membris, et mollis tamen unctio. [2] Neque protinus exercendum id membrum, [3] sed paulatim ad antiquos usus redu-

2. *At si nihil aliud &c.)* Ita in margine Ed. Constantinianae. Codd. Mss. et omnes Edd. antiquae habent *ac si nihil aliud &c.* Ed. Lindenii, *Ac, si nihil aliud quam dolori occurrendum est.*

1. *Is canalis et inferiore parte &c.)* Ita habent Codd. Mss. atque Edd. sex primae, Manutianae, Caesariana, Ruelliana, et Stephani; ceterae Edd. *Is canalis ab inferiori parte &c.* Cum in proximo membro legatur *et a planta moram*; in ultimo, *et a lateribus cava*; hic quoque praepositio addenda videtur, ac legendum *Is canalis et ab inferiore parte &c.*

2. *habere debet)* Lindenius, *habet.*

3. *sed multo tamen foedior debilitas est)* Ita olim emendavi locum hunc: postea ita plane scriptum vidi in libro Guilandini. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *sed multa tamen ferior debilitas est*; sed in Mediceo vox *ferior* expuncta est, supraque scriptum *femori* manu recenti, non tamen Palavicini. In aliis Codd. et in Edd. antiquis legitur *sed multa tamen femori debilitas est*; in Ed. Lindenii, *ex quo multa debilitas est, foedior tamen.*

1. *ad unum surculum)* Ita Codd. Mss. atque Edd. princeps, et Lindeniana; sed in Ed. principe littera *f* ad *f* paulum accedit unde ortum *furculum*, quod est in Ed. 1481. aliisque. Edd. Salingiacensis, et Gryphiana habent *furunculum*. Constantinus contendit *funiculum* legendum esse ex suo Codice.

2. *post inflammationem deligari)* Lindenius, *deligari post inflammationem.*

1. *longior ulterioribus e liquido cerato membris &c.)* Vox *membris* videtur esse loco mota, et legendum *longior ulterioribus membris e liquido cerato &c.*

2. *Neque protinus)* Lindenius, *Nec protinus.*

3. *sed paulatim ad antiquos usus &c.)*

cendum est. Gravius aliquanto est, cum ossis fracturae carnis quoque vulnus accessit; maximeque si id musculi femoris aut humeri [4] senserint: nam et inflammationes multo graviores, et promptiores cancros habent. Ac femur quidem, [5] si ossa inter se recesserunt, fere praecidi necesse est. [6] Humerus [vero] quoque in periculum venit; sed facilius conservatur. Quibus periculis etiam magis id expositum, quod juxta ipsos articulos ictum est. [7] Curiosius igitur agendum est; et musculus quidem per mediam plagam transversus praecidendus: sanguis vero si parum fluxit, mittendus: [8] corpus inedia extenuandum. Ac reliqua quidem membra lentius intendenda, et lenius in iis ossa in suam sedem reponenda sunt: [9] in his vero neque intendi nervos, neque ossa tractari satis expedit: ipsique homini permittendum est, ut sic ea collocata habeat, [10] quemadmodum minime laedunt. Omnibus autem his vulneribus [11] imponendum primo linamentum est vino madens cui rosae paulum admodum adjectum sit. [12] [cetera eadem] [13] Deligandaque fasciis sunt [14] aliquanto laxioribus quam

Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. In ceteris libris deest *paulatim*.

4. *senserint)* Ita Lindenius; alii omnes, *senserunt*.

5. *si ossa inter se recesserunt)* Ita cap. 8. hujus lib. *ubi ossa paulum inter se recesserunt*. Sic autem reposui ex emendatione Constantini. Antea legebatur *si ossa inter se cesserunt*.

6. *Humerus [vero] quoque)* Particula *vero* redundat.

7. *Curiosius igitur agendum est; et musculus quidem &c.)* Lindenius legit *Igitur curiosius id agendum est, et per mediam plagam musculus transversus praecidendus*.

8. *corpus inedia extenuandum)* Lindenius legit *corpus inedia in decimum diem extenuandum*: quae lectio orta est ex Cod. Vat. VIII. in quo mendose est *corpus in. x. diextenuandum*, (with *a* written above: *a* … *a*).

9. *in his vero)* Libri omnes habent *his vero*: ego addidi *in*, quae particula eo facilius omitti potuit, quod in veteribus libris plerumque per notam *ĩ* scriberetur.

10. *quemadmodum minime laedunt)* Postremo cap. hujus lib. dicitur, *sic jacere convenit, ut maxime cubantem juvat*. Lindenius legit *quemadmodum minimum laeduntur*.

11. *imponendum primo linamentum est vino madens)* Lindenius legit *imponendum primo linamentum ex vino madens*. Vide adnot. 10. ad cap. 33. lib. 2.

12. *[cetera eadem])* Duo haec verba prorsus vacant. Nempe librarius a praecedentibus *adjectum sit* transiit ad ea *Cetera eadem*, quae infra sunt; cum autem animadvertisset lapsum se esse, rediit ad reliqua describenda, sed ista delere oblitus est.

13. *Deligandaque)* Ita Codd. Vat. II. et Venetus; Med. I. *Deliganda quae*. Vat. VIII. *Deliganda qui*; alii, et libri vulgati, *Deliganda*.

14. *aliquanto laxioribus quam si ea plaga non esset)* In Codd. Mss. et in Edd. antiquis legitur *aliquanto quam vulnus latioribus, laxius scilicet, quam si ea plaga non esset*; in Ed. Lindenii, *aliquanto, quam vulnus, laxioribus, scilicet laxius quam si ea plaga non esset*. Ego pro *latioribus* reposui *laxioribus*; sublatis verbis *quam vulnus*, et *laxius scilicet*; quae ab interpretibus addita fuerunt. Cur autem haec vulnera fasciis deliganda sint aliquanto laxioribus quam si ea plaga non esset, rationem Celsus reddit sequentibus verbis, *quanto facilius et alienari et occupari cancro vulnus potest*. Lib. 5. cap. 26. sect. 24. ubi egit de vulneribus deligandis, dixit *quod nimis adstrictum est, cancro periclitari*: hic monet id periculum majus esse, *cum ossis fracturae carnis quoque vulnus accessit*.

si ea plaga non esset; [15] quanto facilius et alienari et occupari cancro vulnus potest: [16] numero potius fasciarum id agendum est, ut laxae quoque aeque contineant. Quod in femore [17] humeroque sic fiet, si ossa forte recte concurrerint: sin aliter se habebunt, eatenus circumdari fascia debebit, ut impositum medicamentum contineat. Cetera eadem quae supra scripsi facienda sunt: praeterquam quod neque ferulis, neque canalibus, inter quae vulnus sanescere non potest; [18] sed pluribus tantummodo et laxioribus fasciis opus est: ingerendumque subinde in eas est calidum oleum, et vinum; [19] magisque in primo [20] fame utendum; vulnus calida aqua fovendum; frigusque omni ratione vitandum; et transeundum ad medicamenta quae puri movendo sunt: [21] majorque vulneri quam ossi cura adhibenda. Ergo quotidie solvendum nutriendumque est. Inter quae si quod parvulum fragmentum ossis eminet, id si retusum est, in suam sedem dandum: si acutum, ante acumen ejus; si longius est, praecidendum; si brevius, limandum, [22] et utrumque scalpro laevandum: tum ipsum recondendum est: ac si id manus facere non potest, vulsella, quali fabri utuntur, injicienda est [23] recte se habenti capiti ab

15. *quanto facilius)* Lindenius, *quantoque facilius*.

16. *numero potius fasciarum id agendum est, ut laxae quoque aeque contineant)* Ex his verbis apparet, supra non *latioribus*, sed *laxioribus* legendum esse. Quod autem Hippocrates scripsit in lib. de Frac. sect. 23. *Fasciae vero reliquaque aliquanto latius fissa esse debent, quam si vulnus non esset; et quo primum deligatur, multo latius sit quam ulcus*; id Celsus aptissime dixit de omni vulnere loco modo citato lib. 5. *Fascia vero*, inquit, *ad vulnus diligandum .... lata esse debet, ut semel injecta, non vulnus tantum, sed paulum utrimque etiam oras ejus comprehendat*: ideoque opus non habuit idem hic repetere.

17. *humeroque)* Lindenius, *humerove*.

18. *sed pluribus tantummodo et laxioribus fasciis opus est)* Haec cum iis consentiunt, quae supra dicta sunt: *numero potius fasciarum id agendum est, ut laxae quoque aeque contineant*. Alii omnes legunt *latioribus fasciis*.

19. *magisque in primo &c.)* magis quam si vulnus non esset. Initio hujus sect. dixit, *illa communia sunt: primis diebus fames*. Sic autem habent Codd. Mss. et pleraeque Editiones: sed fortasse particula *in* tollenda est. Alii legunt *magisque in principio* &c. Lindenius, *magisque hoc* (i. e. vino). *In principio* &c.

20. *fame utendum; vulnus &c.)* Ita legunt Ruellius, Pantinus, Stephanus, et Lindenius; alii, *fame utendo; vulnus* &c. Codd. Mss. habent *fame utendo, alieno, vulnus* &c. ut suspicari possit a Celso scriptum fuisse *fame utendum, a vino abstinendum, vulnus* &c. cum initio hujus sect. dixerit, *Illa communia sunt: primis diebus fames .... longa a vino abstinentia*. Sed in Codd. Mediceis III. et VI. atque in aliis multis vox *alieno* expuncta est.

21. *majorque vulneri quam ossi cura adhibenda)* Ita in Ed. Lindenii. Libri antiqui habent *majorque vulneri, quam ossi cura agenda*; Ed. Constantini in margine, *majorque vulneris, quam ossis cura agenda*.

22. *et utrumque scalpro laevandum)* Hippocrates de Fract. sect. 27. Ita in libro Guilandini, et in Ed. Lindenii. Vide etiam Foesium ad l. c. Hippocratis. Codd. Mss. et Edd. antiquae habent *et utrimque scalpro limandum*.

23. *recte se habenti capiti)* Ita Cod. Med. I. atque Edd. Manutiorum, Constantini, et

ea parte qua sima est; ut ea parte qua gibba est, eminens os in suam sedem compellat. Si id majus est, membranulisque cingitur, sinere oportet eas sub medicamentis resolvi, idque os, ubi jam nudatum est, abscindere; quod maturius scilicet faciendum est: potestque ea ratione et os coire, et vulnus sanescere: illud suo tempore; hoc prout se habet. [24] Nonnumquam etiam in magno vulnere evenit, ut fragmenta quaedam velut emoriantur, neque cum ceteris coeant: quod hic quoque ex modo fluentis humoris colligitur. Quo magis necessarium est [25] saepius vulnus resolvere, atque nutrire. [26] Sequitur vero ut id os per se post aliquot dies excidat. [27] Cum tam misera antea conditio vulneris sit, [28] tamen id interdum manus diutiusque facit. [29] Saepe enim integra cute os abrumpitur, protinusque prurigo et dolor oritur. [30] Quod solvere, si accidit, maturius oportet, et fovere aqua, per aestatem frigida; per hiemem egelida: deinde ceratum myrteum imponere. Interdum fractura quibusdam velut aculeis carnem vexat. Quo a prurigine et punctionibus cognito, aperire id medicus, eosque aculeos praecidere necesse habet. Reliqua vero

Stephani; alii Codd. et Edd. sex primae, *recte se habendi capiti*; Ed. Caesariana, *recte se habente capite*; Gryphiana, et Pantiniana, *recte se habenti capite*. Lindenius legit *acutae ossis prominentis cuspidi*; sed perperam. *Recte se habens caput*, inquit Morgagnus, *videtur hic extremum ossis, cujus ossis fragmentum prominet, firmum, et idoneum ad sustinendum vulsellae illius quasi vectem: quale non fore, si in acutam desinat cuspidem, tum ratio docet, tum Hippocrates in re non valde dissimili* lib. de Fract. sect. 27. *Si vero superna ossis pars immutata fuerit, ac confracta, ut vecti adhibendo locus non sit commodus; sed acutum quid prominet; tunc osse scalpendo deraso, securam vecti sedem facere oportet.*

24. *Nonnumquam etiam in magno vulnere evenit, ut fragmenta quaedam velut emoriantur &c.)* Hippocrates de Fract. sect. 22.

25. *saepius vulnus resolvere atque nutrire)* Pro *ulcus*, quod est in omnibus libris reposui *vulnus*. Lindenius legit *saepius ulcus resolvere, quam nutrire*. Male.

26. *Sequitur vero)* Lindenius, *sequiturque fere*.

27. *Cum tam misera antea conditio vulneris sit)* Idem, *aut, cum jam ante misera conditio vulneris sit*.

28. *tamen id interdum manus diutiusque facit)* Locus corruptus. Ita habet Cod. Vat. VIII. Med. I. aliique, *tamen id interdum manus, diutiusque facies*; sed in quibusdam vox *manus* mutata est in *majus*. In antiquis quoque Edd. est *majus*. Constantinus sic emendandum putat; *tamen id interdum majus latiusque facies*. Lindenius vero ita legit: *tamen id interdum majus diuturniusque facies*. Sensus videtur esse, interdum medicum vulnus facere debere, quia *saepe integra cute os abrumpitur &c.*

29. *Saepe enim integra cute os abrumpitur)* Hippocrates de Fract. sect. 22. Ita legitur in margine Ed. Constantinianae; atque ita legendum esse, ex eo apparet quod Celsus scribit paulo infra, *Reliqua vero curatio in utroque hoc casu eadem est quae ubi plagam ictus protinus intulit*. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae habent *Saepe enim integra cutis osse abrumpitur*; alii Codd. *Saepe enim integra cutis abrumpitur*; Ed. Lindenii, *Saepe etiam integra cute os abrumpitur*.

30. *Quod solvere)* Veteres libri habent *Quae*; Ed. Constantini in margine » *quam*, supple plagam ». Ego reposui *Quod*. Cum haec pronomina fere per notas quasdam scriberentur, facile inter se commutabantur. Lindenius legit *Quare solvere*.

curatio in utroque hoc casu eadem est quae [31] ubi plagam ictus protinus intulit. [32] Puro jam vulnere, cibis hic quoque utendum est carnem producentibus. Si brevius adhuc membrum est, et ossa loco suo non sunt, paxillus tenuis [33] quam laevissimi generis inter ea demitti debet sic, ut capite paulum [34] supra vulnus emineat; isque quotidie plenior adigendus est, donec par id membrum alteri fiat. Tum paxillus removendus; [35] vulnus sanandum est; cicatrix inducta fovenda frigida aqua est, in qua myrtus, hedera, aliaeve similes verbenae decoctae sint, [36] illinendumque medicamentum est quod siccet: et magis etiam hic quiescendum, donec id membrum confirmetur. Si quando vero ossa non conferbuerunt, [37] quia saepe soluta, saepe mota sunt, in aperto deinde curatio est: possunt enim coire. Si vetustas occupavit, membrum extendendum est; [38] [ut aliquid laedatur] ossa inter se manu dividenda, ut concurrendo exasperentur, et si quid pingue est, eradatur, totumque id quasi recens fiat: magna tamen cura habita, ne nervi musculive laedantur. Tum vino fovendum est in quo malicorium decoctum sit; imponendumque id ipsum ovi albo mixtum: tertio die resolvendum, fovendumque aqua in qua verbenae de quibus supra dixi, decoctae sint: quinto die idem faciendum, ferulaeque circumdandae: cetera et ante, et post, eadem facienda quae supra scripsi. [39] Solent tamen interdum [40] transversa inter se ossa confervere: eoque et brevius membrum,

31. *ubi plagam ictus protinus intulit)* Ita in Ed. Lindenii. In Codd. Mss. et in antiquis Edd. deest vox *plagam:* sed Ed. Constantini eam habet in margine; indeque Lindenius eam sumpsisse videtur.

32. *Puro jam vulnere)* Alii omnes, *Puro jam ulcere*.

33. *quam laevissimi generis)* Lindenius, *et laevissimi generis*.

34. *supra vulnus)* Hic quoque pro *ulcus* reposui *vulnus*, cum paulo infra sequatur *vulnus sanandum est*. Hae duae voces in Ed. Salingiacensi; et in Lindeniana desunt.

35. *vulnus sanandum est; cicatrix inducta &c.)* Lindenius legit *vulnusque sanandum est. Cicatrix vero inducta fovenda aqua frigida est*.

36. *illinendumque medicamentum est)* Ita Codd. Mss. atque Ed. princeps. In ceteris Edd. deest verbum *est*.

37. *quia saepe soluta)* Ita Ed. Lindenii; Cod. Vat. VIII. *qua* &c. alii Codd. et antiquae Edd. *quae* &c. Ed. Constantini in margine, *quod* &c.

38. [*ut aliquid laedatur*]) Haec verba margini adscripta fuerant explicationis gratia contra illa *ut concurrendo exasperentur*: librarii ea in contextum temere intulerunt. Omnino aliena sunt. Infra dicitur, *magna cura habita, ne nervi musculive laedantur*.

39. *Solent tamen)* Malim, *Solent autem*.

40. *transversa inter se ossa confervere)* id est obliqua. Ita habent Codd. Mss. atque Ed. princeps; aliae Edd. *diversa inter se ossa confervere;* Caesariana, et aliae, *diversa inter se ossa cohaerere;* sed Caesariana in margine, *coalescere*. Lindenius legit *adversa inter se ossa confervere:* sed perperam. Nam fracta ossa, si adversa conferveant, profecto bene se habeant; ac neque brevius, neque indecorum membrum fiat.

et indecorum fit; et si capita acutiora sunt, assiduae [41] punctiones sentiuntur. Ob quam causam frangi rursus ossa, et dirigi debent. Id hoc modo fit. Calida aqua multa [42] membrum id fovetur, et ex cerato liquido perfricatur, intenditurque: [43] inter haec medicus pertractans ossa, ut adhuc tenero callo, manibus ea diducit, compellitque id quod eminet in suam sedem: et si parum valuit, ab ea parte in quam os se inclinat, involutam lana regulam objicit; atque ita deligando, assuescere iterum vetustae sedi cogit. Nonnumquam autem [44] recte quidem ossa coierunt, superincrevit vero nimius callus; [45] ideoque locus is intumuit. Quod ubi incidit, diu leniterque id membrum perfricandum est ex oleo, et sale, et nitro; [46] multaque aqua calida salsa fovendum; et imponendum malagma quod digerat; adstrictiusque [47] alligandum, oleribusque, et praeterea vomitu utendum: per quae cum carne callus quoque extenuatur. [48] Confertque aliquid sinapi cum ficu [49] in alterum [par] membrum impositum, donec id paulum erodat, eoque evocet materiam. [50] Vbi is tumor extenuatus est, rursus ad ordinem vitae revertendum est.

41. *punctiones)* Lindenius legit *punctu-rae*; qua voce numquam Celsus usus est. Vocem autem *punctiones* habet superius in hac ipsa sectione: in lib. 5. cap. 26. sect. 5. et 10. aliisque in locis.

42. *membrum id fovetur)* Lindenius, *id membrum fovetur*.

43. *inter haec)* Idem, *et inter haec*.

44. *recte quidem ossa coierunt)* In libris antiquis est *coeperunt*; in Ed. Lindenii, *conferbuerunt*; quod congruit quidem cum superioribus verbis *transversa inter se ossa confervere*; sed nimis recedit a vetere scriptura. Ego Schulzium sequor, qui pro *coeperunt* legit *coierunt*. Vide 5. Morgagni epistolam.

45. *ideoque locus is intumuit)* Codd. Mss. habent *ideoque locus si intumuit*. Pro *si* reposui *is*. Sub initium quoque proximi cap. 11. pro *is locus cavus est*, quidam Codd. habent *si locus cavus est*. Vulgo legitur *ideoque locus intumuit*.

46. *multaque aqua calida salsa fovendum)* Sic paulo supra, *calida aqua multa membrum id fovetur*; lib. 4. cap. 4. *multaque aqua prius calida, post egelida fovendum os, caputque*. Alii omnes legunt *multumque aqua calida salsa fovendum*.

47. *alligandum)* Ita habent libri omnes; sed videtur legendum *deligandum*. Nusquam enim apud Celsum invenitur *alligare* hoc quidem sensu: *deligare* passim occurrit.

48. *Confertque aliquid sinapi cum ficu)* id est confert aliquantum. Libri antiqui habent *Confertque aliquid de sinapi quod cum ficu*. Lindenius sustulit vocem *quod*: ego etiam particulam *de*.

49. *in alterum [par] membrum impositum)* Ita in Codd. Mss. atque in Edd. sex primis, et Manutianis; sed in Cod. Med. 1. vox *par* addita est inter versus ab antiqua, non tamen eadem manu. Videri potest glossema; cum sine ea sensus constet, id est, si humerus fractus est, in alterum humerum; si femur, in alterum femur sinapi imponendum. Ejusmodi glossemata alibi quoque irrepserunt. Vide adnot. 7. ad sect. 1. hujus capitis, et adnot. 17. ad sect. 7. In loco autem illo ejusdem sect. 7. ubi legitur *donec par id membrum alteri fiat* vox *par* prorsus necessaria est: agitur enim de membro alteri aequando. Ed. Caesariana, ceteraeque habent *in alterum pariter membrum impositum*; sed perperam. Sinapi enim non in utrumque membrum, sed in id tantum quod fractum est imponi debet, ut eo materiam evocet.

50. *Vbi is tumor &c.)* Ita Cod. Med. 1. et Vat. VIII. atque Ed. princeps; alii Codd. ceteraeque Edd. *Vbi his tumor &c.*

* Ac de fractis quidem ossibus hactenus dictum sit. Moventur autem ea sedibus suis duobus modis. Nam modo quae juncta sunt inter se [1] dehiscunt; [2] ut cum latum scapularum os ab humero recedit; et in brachio radius a cubito; et in crure tibia a sura; [3] et interdum a saltu calcis os a talo; quod raro tamen fit: modo articuli suis sedibus excidunt. Ante de prioribus dicam. Quorum ubi aliquid incidit, protinus is locus cavus est, depressusque digitus sinum invenit: deinde gravis inflammatio oritur; atque [4] in talis praecipue: siquidem febres quoque, et cancros, et nervorum vel distentiones, vel rigores, qui caput scapulis annectunt, movere consuevit. Quorum vitandorum causa, facienda eadem sunt, quae [5] in ossibus mobilibus laesis proposita sunt; ut dolor tumorque per ea tollantur. Nam diducta ossa numquam rursus inter se junguntur; et [6] ut aliquid decoris eo loco, sic nihil usus amittitur. Maxilla vero, [7] et vertebrae, omnesque articuli, cum validis nervis [8] comprehendantur, excidunt aut vi ex- *XI.

1. *dehiscunt)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. *hiscunt*.

2. *ut cum latum scapularum os ab humero recedit)* Lindenius legit *ut cum latum os scapularum* &c. Morgagnus suspicatur, non *ab humero*, sed *ab jugulo* potius esse legendum. *Jugulum enim*, inquit, *id est clavicula, ita cum lato scapularum osse junctum est, ut cum tibia fibula, aut, si mavis, cum ulna radius, non ita ut cum lato eodem osse humerus, qui et per articulationem jungitur, maximos quosque motus permittentem, et cum recedit ab illo osse, sive, quod eodem redit, cum illud os ab ipso recedit, non huc res attinet, sed alio, videlicet ad caput, quod peculariter extare dixi, de luxato humero. Quae animadversio non tantum ad id valet, ut vitiatam hic esse scripturam, opinemur (frustra explicante Constantino de acromio, quod ossiculum perraro in adultis invenitur, nec inter ossa a Celso proponitur) sed ad illud quoque* &c. Ego tamen nihil muto. Vide infra adnotat. 6. et quae ex Hippocrate, Galeno, Polluce, aliisque ad vocem Ἀκρώμιον affert Foesius in AEconomia.

3. *et interdum a saltu)* Codd. Mss. atque Edd. sex primae habent *interdum a saltu*; Caesariana, et aliae, *interdum saltu*; Lindeniana, *et interdum saltu*. Ego retineo *a saltu*; id est propter saltum.

4. *in talis)* Lindenius legit *in talo*, ut habet in margine Ed. Constantini.

5. *in ossibus mobilibus laesis)* In antiquis libris haec sequntur, *aliquid ubi incidit* (in quibusdam Edd. *ubi aliquid incidit*) *protinus is locus*; quae ex antecedenti periodo repetita sunt. Lindenius, ut aliquo modo cohaereret oratio, sensusque satis idoneus esset, ita mutavit; *Atque id ubi incidit, protinus his locis imponenda, quae supra* &c.

6. *ut aliquid decoris eo loco, sic nihil usus amittitur)* Sic reposui ex multis Codicibus. Hippocrates lib. de Artic. sect. II. *Certo praedicere licet, hoc casu nullum quidem neque parvum, neque magnum humero detrimentum contingere, locum tamen deformem reddi. Numquam enim os illud* (ἀκρώμιον) *in pristinam sedem, quale natura esse consueverat, restituitur; sed plus, aut minus superiore parte turgescere necesse est. Nam neque aliud os ullum, quod cum altero communionem, et cohaerentiam habet, ubi a naturali sede avulsum fuerit, in pristinum locum revertitur*. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. pro *amittitur* est *admittitur*. Edd. antiquae habent ex Palavicino, *ut aliquid decoris eo loco sit, nihil usus admittitur*. Lindenius legit *ut aliquid decoris eo loco, sic nihil usus admittitur*.

7. *et vertebrae)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *et vertebra*.

8. *comprehendantur)* Lindenius, *comprehenduntur*.

pulsi, aut aliquo casu nervis vel ruptis, vel infirmatis; faciliusque in pueris et adolescentulis, quam in robustioribus. Hique elabuntur [9] in priorem et in posteriorem, in interiorem et in exteriorem partem; quidam omnibus modis, quidam certis: suntque quaedam communia omnium signa, quaedam propria cujusque. Siquidem semper ea parte tumor est in quam os prorumpit; ea sinus a qua recessit. Et haec quidem in omnibus deprehenduntur: alia vero in singulis; quae simul atque de quoque dicam proponenda erunt. Sed ut excidere omnes articuli possunt, sic non omnes reponuntur. Caput enim numquam compellitur, neque in spina vertebra, neque ea maxilla quae utraque parte prolapsa, antequam reponeretur, inflammationem movit. Rursum qui nervorum vitio prolapsi sunt, compulsi quoque in suas sedes iterum excidunt. Ac quibus in pueritia exciderunt, neque repositi sunt, minus quam ceteri crescunt. Omniumque quae loco suo non sunt, [10] caro emacrescit, magisque in proximo membro [11] quam in ulteriore: ut, puta, si humerus loco suo non est, [12] major in eo ipso fit quam in brachio; major in hoc quam in manu macies. Tum pro sedibus, et pro casibus qui inciderunt, aut major aut minor usus ejus membri relinquitur: quoque in eo plus usus superest, eo minus id extenuatur. Quidquid autem loco suo motum est, ante inflammationem reponendum est. Si illa occupavit, [13] dum conquiescat, lacessendum non est: ubi finita est, tentandum est in iis membris quae id patiuntur. Multum autem eo confert et corporis et nervorum habitus. Nam si corpus tenue, si humidum est, si nervi infirmi, expeditius os reponitur: [14] sed et primo facilius excidit, et postea minus fideliter continetur. Quae contra-

9. *in priorem et in posteriorem, in interiorem et in exteriorem partem)* Ita in Ed. Lindenii. Verba *et in posteriorem, in interiorem* in libris antiquis desunt.

10. *caro emacrescit)* Ita in libro Guilandini, et in Ed. Lindenii. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *caro eamtres;* alii *caro eam crescit;* Med. IV. ab alia manu, et omnes antiquae Edd. *caro ea increscit.*

11. *quam in ulteriore)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii, *quam ulteriore.*

12. *major in eo ipso fit quam in brachio; major in hoc quam in manu macies)* Ita in libro Guilandini, et in quibusdam Codicibus a Foesio citatis. Codices a me inspecti habent . . *quam in manu acies;* Edd. antiquae . . . *quam in manus acie.* Lindenius cum Falloppio legit *major in hoc ipso fit macies, quam in brachio; major in hoc, quam in manu.*

13. *dum conquiescat, lacessendum non est)* Ita legitur in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Codd. Mss. habent *dum conquiescat* (al. *quiescat*) *nunc lacessendum* (Med. I. et Vat. VIII. *nunc classendum*) *est;* Edd. sex primae, et Manutianae, *dum conquiescat. Tunc lacessendum est;* Caesariana, et aliae, *tum conquiescat: lacessendum non est.* Tagaultius hunc locum in suam Chirurgiam ita refert: *dum conquiescat, haudquaquam lacessendum est.*

14. *sed et primo facilius excidit)* Hippocrates de Artic. sect. 7. Lindenius legit *sed et multo facilius excidit.*

ria his sunt, melius continent: sed id quod expulsum est, difficulter admittunt. Oportet autem ipsam inflammationem levare [15] super sucida lana ex aceto imposita: a cibo, si valentioris articuli casus est, triduo; interdum etiam quinque diebus [16] abstinere: bibere aquam calidam, [17] dum sitim finiat: curiosiusque haec facere iis ossibus motis quae validis plenisque musculis continentur: si vero etiam febris accessit, multo magis. [18] Deinde ex die quinto fovere aqua calida; remotaque lana, ceratum imponere ex cyprino factum, nitro quoque adjecto, donec omnis inflammatio finiatur. Tunc [19] frictionem ei membro adhibere; cibis uti bonis; [20] [uti] vino modice: jamque ad usus quoque suos id membrum promovere; quia motus ut in dolore pestifer, sic alias saluberrimus corpori est. Haec communia sunt: nunc de singulis dicam.

* Maxilla in priorem partem propellitur; sed modo altera parte, modo utraque. Si altera, in contrariam partem ipsa mentumque inclinatur: dentes paribus non respondent; sed sub iis qui secant canini sunt. At si utraque, [1] totum mentum in exteriorem partem promovetur; inferioresque dentes longius quam superiores excedunt; [2] intentique super musculi apparent. Primo quoque tempore homo in sedili collocandus est sic, ut minister a posteriore parte caput ejus contineat, vel sic, ut juxta parietem is sedeat, subjecto inter parietem et caput ejus scorteo pulvino duro; eoque caput per ministrum urgeatur, quo sit immo- * XII.

15. *super sucida lana ex aceto imposita)* Idem, *succida lana ex aceto superimposita.*

16. *abstinere)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii. Verbum hoc infinitum, et sequens *bibere*, ceteraque hujus periodi omnia pendent a superiori *Oportet*. Alii legunt *abstinere debere*; alii, *abstinere debet*.

17. *dum sitim finiat)* Lindenius legit *dum sitis finiatur*.

18. *Deinde ex die quinto fovere)* Fortasse legendum *a die quinto*: ita enim Celsus loqui solet. Cap. 4. hujus lib. *A sexto die etiam vapore aquae calidae per spongiam fovere*; cap. 5. *a tertio die fovendum id aqua calida est*; lib. 7. cap. 7. sect. 10. *a quarto die vapore aquae calidae fovendum*. Lindenius legit *Deinde die quinto fovere ex aqua calida*, ut habet in margine Ed. Constantini.

19. *frictionem)* Quidam Codd. habent *inflictionem*; Med. I. Vat. VIII. et alii, atque omnes Edd. *infrictionem*. Constantinus haec adnotat » *frictionem*] Alii: ego antiquam receptamque lectionem retineo. Est vero infrictio, valida vehemensque frictio, sic ut intus sentiatur ». Sed Celsus dixisset, ut saepe alibi, vehementem frictionem. Infrictio pro frictione apud nullum auctorem invenitur; et hic Noster, qui toties de corpore perfricando locutus est, semper vocem *frictionem* usurpavit. Itaque eam hic quoque reposui.

20. [*uti*] *vino modice)* Verbum *uti* videtur glossema.

1. *totum mentum in exteriorem partem promovetur)* Lindenius legit *totum mentum in exteriorem partem inclinatur, et promovetur*.

2. *intentique super musculi apparent)* Lindenius legit *intentique temporum musculi apparent*. Sed in ejusmodi casu non solum musculi crotaphites, verum etiam masseteres intenti apparent.

bilius: [3] tum [medici] digiti pollices linteolis vel fasciis, [4] ne delabantur, involuti in os ejus conjiciendi, ceteri extrinsecus admovendi sunt. Vbi vehementer maxilla apprehensa est, si una parte procidit, concutiendum mentum, et ad guttur adducendum est: [5] tum simul et caput apprehendendum, et excitato mento, maxilla in suam sedem compellenda, et os ejus comprimendum est sic, ut omnia paene [6] uno momento fiant. [7] Sin utraque parte prolapsa est, eadem omnia facienda; sed aequaliter [8] retro maxilla agenda est. Reposito osse, si cum dolore oculorum et cervicis iste casus incidit, ex brachio sanguis mittendus est. Cum omnibus vero quorum ossa mota sunt, primo liquidior cibus conveniat, tum his praecipue: [9] adeo ut sermo quoque frequens motu oris per nervos laedat.

* XIII. * Caput duobus processibus in duos sinus summae vertebrae demissis super cervicem contineri in prima parte proposui. Hi processus interdum in posteriorem partem excidunt: quo fit, ut nervi sub occipitio extendantur, [1] mentum pectori adglutinetur, neque bibere is, neque loqui possit, interdum sine voluntate semen emittat: quibus celerrime mors supervenit. Ponendum autem hoc esse credidi, non quo curatio ejus rei ulla sit; sed ut res indiciis cognosceretur, et non putarent sibi medicum defuisse, si qui sic aliquem perdidissent.

* XIV. * Idem casus manet eos quorum in spina vertebrae exciderunt. Id enim non potest fieri, nisi et medulla quae per medium, et duabus membranulis quae per duos a lateribus processus feruntur, et nervis qui continent ruptis. Excidunt autem et in posteriorem partem, et in priorem; et supra septum transversum, et infra. [1] In utram partem exciderint, a posteriore parte vel tu-

3. *tum [medici] digiti pollices)* Vox *medici* addita est ex glossemate.

4. *ne delabantur)* Sic reposui ex Codd. Mss. Vulgo legitur *ne dilabantur*.

5. *tum simul)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri vulgati, *tunc simul*.

6. *uno momento)* Ita plerique Codd. atque Ed. princeps, Lindeniana, et aliae. In Edd. 1481. 1493. 7497. 1516. 1524. deest vox *uno*. Cod. Vat. VIII. habet *unomento*; Med. I. *uno*, supra *uno* ab antiqua manu *mento*, et supra *mento* syllabam *mo* a manu Palavicini, ut legatur *uno momento*.

7. *Sin utraque parte prolapsa est)* Hippocrates de Artic. sect. 17. Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *Si in utraque parte* &c. Ed. Constantini in margine, *Si ab utraque parte* &c.

8. *retro maxilla agenda est)* Lindenius, *retro maxilla est agenda*.

9. *adeo ut sermo quoque frequens motu oris per nervos laedat)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. Alii Codd. et Edd. antiquae habent *adeo ut sermo quoque frequenti motu* &c. In margine Ed. Constantinianae legitur... *frequenti motu, oris nervos perlaedat*. Atqui non oris motus nervos laedit; sed motus, cum per nervos, id est per musculos, fiat, articulos laedit maxillae in suam sedem nuper repositae, et quiete egentis. Neque verbum *perlaedo* apud alios idoneos scriptores invenitur. Haec Morgagni animadversio spectat etiam Lindenii lectionem *adeo ut sermo quoque frequens, motu oris temporum nervos laedat*.

1. *mentum)* Lindenius, *et mentum*.

1. *In utram partem)* Ita in Libro Gui-

mor, [2] vel sinus oritur. Si super septum id incidit, manus resolvuntur, vomitus, aut distentio nervorum [3] insequitur, spiritus difficulter movetur, dolor urget, et aures obtusae sunt. Si sub septo, femina resolvuntur, urina supprimitur, interdum etiam sine voluntate prorumpit. Ex ejusmodi casibus, ut tardius quam ex capitis, sic tamen intra triduum homo moritur. [4] Nam quod Hippocrates dixit, vertebra in exteriorem partem prolapsa, pronum hominem collocandum esse, et extendendum, tum calce aliquem [5] super ipsum os debere consistere, [6] et id intus impellere: in iis accipiendum est quae paulum excesserunt; non in iis [7] quae totae loco motae sunt. Nonnumquam enim nervorum imbecillitas efficit, ut quamvis non exciderit vertebra, [8] paulum tamen aut in posteriorem, aut in priorem partem promineat. Id non jugulat: sed ab interiore parte [9] ne contingi quidem potest: [10] ab exteriore si propulsum est, plerumque iterum redit; [11] nisi, quod admodum rarum est, vis nervis restituta est.

landini. Codd. Mss. et Edd. sex primae habent *In utramque partem*; Manutianae, *Si in utramque partem*; Constantiniana in margine, *Sed in utramvis partem*; Lindeniana, *Si in utramvis partem*.

2. *vel sinus oritur. Si super septum* &c.) Ita in antiquis Edd. legitur ex emendatione Palavicini. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *vel sinus donec si sunt septum* &c. alii, *vel sinus donec vel si super septum* &c. Ed. Lindenii, *vel sinus erit. Si super septum* &c.

3. *insequitur)* Lindenius, *sequitur*.

4. *Nam quod Hippocrates dixit)* De Artic. sect. 19.

5. *super ipsum os debere consistere)* id est super ipsam vertebram in exteriorem partem prolapsam. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in omnibus Edd. deest vox *os*, quam ego ex aliis Codd. restitui.

6. *et id intus impellere)* In antiquis libris deest particula *et*. Lindenius legit *et intus impellere*. Videtur autem pronomen *id* omisisse, quod cum vox *os* deesset, non appareret quo referretur.

7. *quae totae loco motae sunt)* Ita emendatum est in Cod. Med. VII. in quo erat, ut in plerisque aliis, *quae totae loco mutatae sunt*. Alii Codd. habent *mutatae*; Med. I. et Vat. VIII. *quae toto loco mota sunt*; Edd. pleraeque, *quae toto loco mutatae sunt*; Edd. Manutiorum, Stephani, et Lindenii, *quae toto loco motae sunt*.

8. *paulum tamen aut in posteriorem, aut in priorem partem promineat)* Ita ego hunc locum restitui. Vulgo legebatur *paulum tamen in priorem partem promineat*. Sed Codd. Mss. habent *paulum* (Med. I. et Vat. VIII. *parvum*) *tamen aut in priorem partem promineat*. Videlicet ex duobus membris ab eadem particula *aut* incipientibus, alterum, id est *aut in posteriorem*, ab indiligentibus librariis omissum fuit. Sic autem a Celso fuisse scriptum et ex sequenti periodo manifestum est, et ex verbis illis sub initium hujus cap. *Excidunt autem et in posteriorem partem, et in priorem*.

9. *ne contingi quidem potest)* Hunc quoque locum restitui ex loco citato Hippocratis de Articulis, ubi legitur *Quo enim pacto* inquit, *ab anteriore parte per ventrem impulsio fieri queat?* Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *ne contingit quidem posse*; alii, et Edd. Caesarii, Gryphii, Pantini, et Constantini, *non contingit quidem posse*; Edd. sex primae, et Manutianae, *ne contigit quidem posse*; Lindeniana, *non contingit quidem propelli*.

10. *ab exteriore si propulsum est)* scilicet id quod eminet. In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legitur *ab exteriore, si quid propulsum est*; sed non recte.

11. *nisi, quod admodum rarum est, vis*

XV. * Humerus autem modo in alam excidit, modo in partem priorem. [1] Si in alam delapsus est, cubitus recedit ab latere; [2] sursum juxta ejusdem partis aurem cum humero porrigi non potest; longiusque altero id brachium est. Si in priorem partem, summum quidem brachium extenditur, minus tamen quam naturaliter; difficiliusque in priorem partem quam in posteriorem cubitus porrigitur. Igitur si in alam humerus excidit, et vel puerile adhuc est corpus, [3] vel molle certe, et imbecillis nervis intentum est, satis est collocare id in sedili; et ex duobus ministris alteri imperare ut caput lati scapularum ossis leniter reducat; alteri ut brachium extendat: ipsum posteriore parte residentem, [4] manum sub alam ejus conjicere, simulque et illa os, et altera manu brachium ejus ad latus impellere. At si vastius corpus, nervive robustiores sunt, necessaria est [5] spatha lignea, quae et

nervis restituta est) ut quod intus impulsum est, id ibi retinere possint. Cap. 11. hujus lib. *Rursus articuli qui nervorum vitio prolapsi sunt, compulsi quoque in suas sedes iterum excidunt*. Lindenius legit *nisi, quod admodum rarum est, vis nervis destituta*; sententia omnino repugnante.

1. *Si in alam delapsus est, cubitus recedit ab latere)* Ita legendum esse, veteribus libris inter se collatis, facile apparet. Cod. Med. I. et Vat. VIII. habent *si in alam delapsus et vi victus recedit a latere*; mendose *et vi victus* pro *est, cubitus*; alii Codd. et Edd. antiquae, *Si in alam delapsus est et victus cubitus recedit a latere*; scilicet duabus vocibus *et victus* ex varianti lectione insertis. Codices eodem modo corrupti sunt paulo infra, ubi in libris editis recte legitur *At si vastius corpus, nervive robustiores sunt*; in Codd. Med. I. et Vat. VIII. *At si vastius nervi coriusve robustiores sunt*; in aliis, *At si vastius corpus, nervi coriusve robustiores sunt*. Ed. Constantini in margine pro *et victus* habet ex quodam Codice *ei vinctus*. Lindenius legit *si junctus*, ex Foesio in adnot. ad Hippocratis lib. de Artic. sect. 6.

2. *sursum juxta ejusdem partis aurem)* Libri antiqui habent *rursum*; Lindenius legit *sursumque*: ego, *sursum*.

3. *vel molle certe, et imbecillis nervis intentum est)* Ita habent plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. *imbecillius* pro *imbecillis*; Med. IV. a secunda manu, atque ex eo Edd. antiquae, *imbecillibus*. Lindenius legit *vel molle, certe imbecillibus nervis intentum est*.

4. *manum sub alam ejus conjiciere, simulque et illa os, et altera manu brachium ejus ad latus impellere)* Locus hic a librariis pessime habitus, nondum a Criticis satis apte emendatus est. Codd. Mss. atque Edd. sex primae, et Manutianae habent *renum sub ala ejus coire, simulque et ille os* (aliqui Codd. *et ille eos*) *et altera manu* &c. Ego reposui *manum* pro *renum*, *sub alam* pro *sub ala*, *conjicere* pro *coire* (quod ex vetere scriptura *coicere* ortum est) et *illa os* pro *ille os*. Ita locum hunc ad Hippocratis sententiam exegi. Is enim lib. de Artic. sect. 1. ita scripsit: *Medicus humerum in suum locum compellet, si interiore articuli prolapsi parte sub alam immissis digitis, ipse quidem capite ad summum humerum obfirmato a costis reducat, genibus vero ad cubiti flexum brachio admotis ad costas repellat*; et in Mochlico; *Humerus reponitur, si pugno quidem in alam injecto, caput sursum repellas, manum vero praeterea ad pectus adducas*. Codex quidam apud Constantinum habet *humerum genu sub ala ejus cogere, simulque et illo latum os, et altera manu* &c. Alii legunt cum Caesario, *humerum sub ala ejus cogere, simulque et latum os, et altera manu* &c. Lindenius, *humerum genu sub ala ejus cogere, simulque et latum os, et altera manu* &c. Sed quo modo potest brachium ad latus impelli, dum medici genu sub ejus ala est?

5. *spatha)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii. Cod. Med. I.

crassitudinem duorum digitorum habet, et longitudine [6] ab ala usque ad digitos pervenit: in qua summa capitulum est rotundum et leniter cavum, ut recipere particulam aliquam ex capite humeri possit. [7] In ea bina foramina tribus locis sunt, inter se spatio distantibus; [8] in quae lora mollia conjiciuntur. Eaque spatha fascia involuta, quo minus tactu laedat, [9] ad alam brachio dirigitur sic, ut caput ejus summae alae subjiciatur: deinde loris suis ad brachium deligatur; uno loco paulum infra humeri caput; altero paulum supra cubitum; tertio supra manum: cui rei protinus [10] intervalla quoque foraminum aptata sunt. Sic brachium deligatum [11] super scalae gallinariae gradum trajicitur ita alte, ut consistere homo ipse non possit; simulque in alteram partem corpus demittitur, in alteram brachium intenditur: eoque fit, ut capite ligni caput humeri impulsum in suam sedem modo cum sono, modo sine hoc compellatur. [12] Multas alias esse rationes [13] scire facile est uno Hippocrate lecto; [14] sed non alia magis usu comprobata est. At si in partem priorem humerus excidit, supinus homo [15] collocandus est; fasciaque, aut [16] habena media alae circumdanda est, capitaque ejus post caput hominis ministro tradenda, brachium alteri; praecipiendumque ut ille habenam, hic brachium extendat: deinde medicus [17] caput quidem humeri si-

et Vat. VIII. ceteraeque Edd. habent *spathula*; alii Codd. *scala*. Paulo infra libri omnes, *Eaque spatha*.

6. *ab ala usque ad digitos pervenit*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et Edd. antiquae, *ab ala ad digitos pervenit*.

7. *In ea*) Lindenius, *inque ea*.

8. *in quae*) Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii; alii Codd. et antiquae Edd. *inque ea*.

9. *ad alam brachio dirigitur*) Ita Cod. Vat. VIII. atque Medicei I. III. et VI. alii, et libri vulgati, *ad alam a brachio dirigitur*.

10. *intervalla quoque foraminum*) Ita in Libro Guilandini. Codd. Mss. habent *intervallatim* (alii, inter quos Med. I. et Vat. VIII. *intervallativi*) *quoque foraminum*; Med. I. a manu Palavicini, *intervalla tum quoque foraminum*; libri editi, *intervalla tunc quoque foraminum*.

11. *super scalae gallinariae gradum trajicitur ita alte*) Lindenius legit *ita altae*; sed non recte.

12. *Multas alias esse rationes*) Edd. Salingiacensis, Pantiniana, et Lindeniana, *Multas esse alias rationes*.

13. *scire facile est*) Cod. Med. I. et Vat. VIII. *scire satis est*. Fortasse et *satis*, et *facile* glossemata sunt; legendumque *scire est*; quemadmodum alibi, *scire licet*, *scire oportet*.

14. *sed non alia magis usu comprobata est*) Hippocrates de Artic. sect. 4. *Haec reponendi humeri ratio longe optima censetur*.

15. *collocandus est*) Verbum *est* in Ed. Salingiacensi, et in Lindeniana omittitur.

16. *habena media alae circumdanda est*) Alii omnes legunt *habena media ala circumdanda est*; sed perperam. Non enim media ala circumdanda habena est, sed habena, qua media est, alae circumdanda. Sic cap. 5. hujus lib. *circumdanda habena est mollis, media illita mixtis inter se* &c. cap. 7. *fascia, aut mollis habena, media in longitudinem incisa*; et cap. 9. *superque imponenda lana sucida mollis, et duae fasciae a mediis orsae*.

17. *caput quidem humeri*) Ita legitur in margine Ed. Constantinianae; atque ita

nistra debet repellere; dextra vero cubitum cum humero attollere, et os in suam sedem compellere: faciliusque id in hoc casu, quam in priore revertitur. Reposito humero, lana alae subjicienda est; si in interiore parte os fuit, ut ei opponatur; [18] si in priore, ut tamen commodius deligetur. Tum fascia primum sub ala obvoluta, caput ejus debet comprehendere; deinde per pectus ad alteram alam, ab eaque ad scapulas, rursusque ad ejusdem humeri caput tendere, saepiusque [19] eadem ratione circumagi, donec bene id teneat. Vinctus hac ratione humerus commodius continetur, [20] si adductus ad latus, ad id quoque fascia deligatur.

* XVI. * In cubito autem tria coire ossa, [1] humeri, radii, et cubiti ipsius, ex iis quae prima parte hujus voluminis posita sunt, intelligi potuit. Si cubitus, qui [2] annexus humero est, ab hoc excidit, radius, qui adjunctus est, [3] interdum trahitur, interdum subsistit. In omnes vero quatuor partes excidere cubitus potest: sed si in priorem prolapsus est, extentum brachium est, neque recurvatur: si in posteriorem, brachium curvum est, neque extenditur, breviusque altero est; interdum febrem, vomitumque bilis movet: si in exteriorem, interioremve, brachium porrectum est, sed paulum in eam partem a qua os recessit [4] recurvatum. Quidquid incidit, reponendi ratio una est; neque in cubito tantum, sed in omnibus quoque membris longis quae per articulum longa testa junguntur: utrumque membrum in diversas partes extendere, donec spatium inter ossa liberum sit; tum id os quod excidit, ab ea parte in quam prolapsum est, [5] in contrariam impellere. Extendendi tamen alia atque alia genera sunt, [6] prout aut nervi valent, aut ossa huc illucve se dederunt. Ac modo manibus solis utendum est, modo quaedam alia adhibenda. Ergo si

legendum videtur, non ut est in aliis libris tum scriptis, tum editis, *caput quidem hominis*.

18. *si in priore)* Ita in Libro Guilandini, et in Ed. Lindenii; in ceteris libris additur *parte*.

19. *eadem ratione)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et libri editi, *ad eamdem rationem*.

20. *si adductus ad latus, ad id quoque fascia deligatur)* Ita plerique Codices; Med. I. et Vat. VIII. *si adductus ad latus sit quoque fascia deligatur*; Edd. antiquae, *si adductus ad latus sit, ad id quoque fascia deligatur*; Ed. Lindenii, *si adductus ad latus sit, et ad id quoque fascia deligatur*.

1. *humeri, radii, et cubiti ipsius)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *humeri, et radii, et cubiti ipsius*.

2. *annexus)* Alii, *innexus*.

3. *interdum trahitur)* Lindenius legit *interdum distrahitur* ex Constantino, qui explicat » *hoc* διάστασις, *sive* διάσταμα *Hippocratis* «. Sed retinendum *trahitur*: cui statim opponitur, *interdum subsistit*, ita enim διάστασις oritur.

4. *recurvatum)* In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. Lindenii legitur *recurvatur*.

5. *in contrariam)* Caesarius, Pantinus, et Lindenius legunt *in contrarium*.

6. *prout aut nervi valent)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *prout nervi valent*.

in priorem partem cubitus prolapsus est, [7] extendi per duos manibus, interdum etiam habenis [8] adjectis, satis est: deinde rotundum aliquid a lacerti parte ponendum est, et super id repente cubitus ad humerum impellendus est. At in aliis casibus commodissimum est eadem ratione brachium extendere quae fracto [9] humero supra posita est, et tum ossa reponere. Reliqua curatio eadem est quae in omnibus. Celerius tantum, [10] et saepius id resolvendum est, [11] multo magis aqua calida fovendum; diutius ex oleo et nitro ac sale perfricandum. In cubito enim celerius quam in ullo alio articulo, sive extra remansit, sive intus revertit, callus circumdatur; isque si per quietem increvit, flexus illius postea prohibet.

* Manus quoque in omnes quatuor partes prolabitur. Si in posteriorem partem excidit, porrigi digiti non possunt: si in priorem, non inclinantur: si in alterutrum latus, manus in contrarium, id est aut ad pollicem, aut ad minimum digitum convertitur. [1] Reponi non difficillime potest. Super durum locum, et renitentem ex altera parte intendi manus, ex altera brachium debet sic, ut prona sit, si in posteriorem partem os excidit; supina, si in priorem; si in interiorem exterioremve, in latus. Vbi satis nervi diducti sunt, [2] si in alterutrum latus procidit, manibus in contrarium repellendum est. At iis quae in priorem posterioremve partem prolapsa sunt, superimponendum [3] durum aliquid, idque supra prominens os manu urgendum est; [4] per quod vis adjecta facilius id in suam sedem compellit. * XVII.

* In palma quoque ossa interdum suis sedibus promoventur modo in priorem partem, modo in posteriorem: in latus enim * XVIII.

7. *extendi per duos manibus)* Ita Cod. Med. I. et Vat. VIII. alii, et omnes Edd. *extendi per duas manus*.

8. *adjectis)* Alii, *injectis*.

9. *humero)* Ita legit Lindenius ex emendatione Constantini. Veteres libri habent *cubito*. Sed cap. 10. sect. 3. hujus lib. ubi agitur de brachio fracto, nihil est quod ad extendendi cubiti rationem faciat; ea vero extendendi humeri ratio quae proposita est sect. 2. ejusdem cap. cubito quoque extendendo idonea est.

10. *et saepius)* Lindenius, *saepiusque*.

11. *multo magis aqua calida fovendum; diutius &c.)* Ita Cod. Med. VI. alii, *multa magis &c.* Edd. antiquae, *multoque magis &c.* ex Palavicino; Ed. Lindeniana, *multoque magis aqua calida fovendum, et diutius &c.* ut est in margine Constantinianae.

1. *Reponi non difficillime potest. Super durum locum &c.)* Lindenius legit *et reponi non difficillime potest. Super locum autem durum &c.*

2. *si in alterutrum latus)* Ita Edd. antiquae; Codd. Mss. *usque in alterutrum latus*; Ed Lindenii, *si usque in alterutrum latus*.

3. *durum aliquid)* Lindenius, *aliquid durum*.

4. *per quod vis adjecta facilius id in suam sedem compellit)* Ita in Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. principe; nisi quod in utroque Codice deest pronomen *id*. Alii Codd. aliaeque Edd. habent *per quos vis adjecta &c.* Ed. Lindeniana, *per quod*

moveri, paribus ossibus oppositis, non possunt. Signum id solum est, quod omnium commune est: tumor ab ea parte in quam os venit; sinus ab ea a qua recessit. Sed sine intentione, digito tantummodo bene pressum os in suam sedem revertitur.

XIX. * At in digitis totidem fere casus, eademque signa sunt, quae in manibus. Sed in his extendendis non aeque vi opus est; [1] cum et articuli breviores, et nervi minus validi sint. Super mensam tantummodo intendi debent, qui vel in priorem vel in posteriorem partem exciderunt; [2] tum jam palma compelli. At id quod in latus elapsum est, digitis restitui. [3] Potest tamen conditus articulus medius, aut summus canaliculo aliquo contineri.

os vis adjecta facilius in suam sedem compellit. Malim legere *per quod, vi adjecta, facilius id in suam sedem compellitur*. Fortasse in vetere exemplari scriptum erat *compellit̄*, linea autem illa litterae *t* imposita a librario in describendo omissa fuit; cujusmodi menda alibi deprehendi: postea cum legeretur *compellit*, grammaticus aliquis *vi* in *vis* mutavit. Vide lib. 5. cap. 28. sect. 8. adnot. 1.

1. *cum et articuli breviores, et nervi minus validi sint)* Ita legitur in plerisque Codd. et in omnibus Edd. antiquis. Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindenii habent *quod articuli breviores, et nervi minus validi sunt*; sed Editio, *validi sint*.

2. *tum jam palma compelli. At id quod in latus elapsum est, digitis restitui)* Locus depravatus. Ita legitur in plerisque Codicibus; nisi quod in iis pro *at id* est *ad id*. Med. I. et Vat. VIII. habent *tum jam palma compelli, atque ita in latus* &c. Edd. antiquae, *tum jam palma compelli: atque id quod in latus*, &c. Ed. Lindenii, *tumque palma compelli: ut ita in locum, unde lapsus est digitus, restituatur*. De lectione Lindenii ita Morgagnus: *at qui in latus prolapsi sunt, ii qua ratione curandi sunt? Monstrant editiones omnes meae, quae nimirum summo consensu pro novem iis ultimis verbis habent* atque id quod in latus elapsum est, digitis restitui, *id est Chirurgi digitis, ut opinor, non palma; quamquam suspicatus sum aliquando, Celsum non* atque, *sed* at *scripsisse; certe in codice sic est*, ad id quod in latus elapsum est ». Postrema igitur verba recte habent; illa mendosa sunt, *tum jam palma compelli*. Vide Epist. 8. et 9. in fine hujus operis.

3. *Potest tamen conditus articulus medius, aut summus canaliculo aliquo contineri)* Haec verba in libris antiquis habentur cap. 24. hujus libri post ea *In digitis nihil ultra fieri debet, quam quod in iis qui sunt in manu, positum est*; In Ed. autem Lindenii in fine cap. 20. post illa *ne si motum adhuc nervis laxioribus femur fuerit, rursus erumpat*. Ego, Morgagni conjecturam secutus, ea huc transtuli. Ita ille in epist. 6. *Haec neutiquam possunt femoris ossi convenire, de quo uno in suam sedem reponendo, in eademque continendo verba facta sunt in eo capite* (nimirum 20. ubi haec verba habet Ed. Lindenii). *Et vero neque codex, neque ex meis omnibus editionibus ulla est, quae tres eos versiculos habeat, quam post totidem ex quibus constat cap. 24. quod ad caput, quippe de luxatis digitis pedis, attinere possunt verba de articulo medio, aut summo. Sed cum digiti qui in manu sunt, singuli articulos habeant ternos, quot non habent singuli qui sunt in pede, et quod praesertim attendendum est, his longiores sint, multoque illos crebrius, quam hos, movere consueverimus; mirari aliquis possit, cur eum canaliculum Celsus non illis potius quam his continendis proposuerit cap.* 19: *quod si fecisset; non fuisset opus hic iterare ubi in digitis pedis* nihil ultra fieri, *praecipit*, quam quod *praeceperat in manus digitis. Quaerere insuper aliquis posset, quare cum cruri, aut femori continendis, si fracta quidem, non si luxata sint, canalem adhiberi jusserit parte 5. cap. 10; in digito fracto canaliculum non laudaverit particula illa proxima 6. brevi adeo, ut typographi in altera Manutiana editione, prioris alio-

* [1] Cum de his dixerim, de iis quoque quae in cruribus sunt, videri possum dixisse: [2] siquidem etiam in hoc casu quaedam similitudo est femori et humero, tibiae et cubito, pedi et manui. Quaedam tamen separatim quoque de his dicenda sunt. [3] Femur in omnes quatuor partes promovetur: saepissime in interiorem; deinde in exteriorem; raro admodum in priorem, aut posteriorem. Si in interiorem partem prolapsum est, crus longius altero, et [4] valgius est: extra enim pes ultimus spectat. Si in exteriorem, brevius, varumque fit, [5] pes intus inclinatur; calx [6] in gressu terram non contingit, sed planta ima; meliusque id crus superius corpus, quam in priore casu, fert, minusque baculo eget. Si in priorem, [7] crus extensum est, complicarique non potest; alteri cruri ad calcem par est, sed ima planta minus in priorem partem inclinatur: dolorque in hoc casu praecipuus est, et maxime urina supprimitur. Vbi cum dolore inflammatio quievit, commode ingrediuntur, [8] rectusque eorum pes est. Si in po- *XX.

quia consimillima, pene accepisse videantur pro inscriptione partis 7. *Quod si is quaereret, quasi ad brevissimam hanc particulam verba illa quae proposuimus, suspicaretur esse adjicienda; plura essent per quae ab ejusmodi suspicione posset dimoveri: sed unum satis est, quod articulus medius aut summus* conditus *dicitur, eadem videlicet significatione, qua cap.* 23. condi *dicuntur luxata plantarum ossa;* iisdem modis, quibus in manibus, prodeunt, iisdemque conduntur, *id est reponuntur: articuli autem nomine hic junctura non accipitur, sed os quod jungitur, quae significatio in artu quidem, non in articulo, a Lexicorum Scriptoribus memoratur. Quae cum ita sint; conjicere posse mihi videor, Lindenium a codice fortasse aliquo admonitum, ad caput potius* 19. *attexenda verba proposita credidisse, eoque a capite* 24. *disjunxisse; ejus autem amanuensium incuria ad cap.* 20. *adjuncta esse.*

1. *Cum de his dixerim)* Lindenius legit *Cum de humeris dixerim;* sed minus recte. Nam Celsus et de vertebris loco motis, et de maxilla, et de humero, et de cubito, et de manu, et de digitis dixit.

2. *siquidem etiam in hoc casu)* Particula *etiam* a Lindenio male omittitur. Refertur enim ad locum illum cap. 10. sect. 1. *Similes rursus ex magna parte casus curationesque sunt humeri et femoris* &c.

3. *Femur in omnes quatuor partes promovetur)* Hippocrates de Artic. sect. 22.

4. *valgius)* Ita Ed. Lindenii; Edd. antiquae, et plerique Codd. *vastius;* Cod. quidam Constantini, *valgium;* Med. 1. et Vat. VIII. *vatum.* Videtur legendum *vatium.*

5. *pes intus inclinatur)* In margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii legitur *et pes intus inclinatur.* Veteres libri habent *et intus inclinatur;* scilicet mendose *et* pro *pes*. Ego particulam *et* omisi; cum ea careat etiam sequens membrum *calx in gressu.*

6. *in gressu)* Ita Ruellius, Constantinus, et Stephanus; alii, *ingressu.*

7. *crus extensum est, complicarique non potest* &c.*)* Libri antiqui habent *implicarique;* ego reposui *complicarique*: quod verbum etiam infra adhibet Celsus; *protinusque si complicari femur potest, intus est.* Lindenius legit *crus plicari non potest, extensumque alteri cruri* &c. ut est in margine Ed. Constantinianae.

8. *rectusque eorum pes est. Si* &c.*)* Ita legit Lindenius. Hippocrates in Mochlico sect. 3. *At quibus priorem in partem femur excidit ...... crus hi minime inflectunt, maxime vero extendunt, pes rectus est, crus aequale.* Libri antiqui habent *totusque eorum pes est. Sed et si* &c. Ed. Constantini in margine, *totusque eorum pes etiam sedet, Sed si* &c.

steriorem, extendi non potest crus, breviusque est; [9] ubi consistit, [10] calx hic quoque terram non contingit. Magnum autem femori periculum est, ne vel difficulter reponatur, vel repositum rursus excidat. Quidam semper iterum excidere contendunt: sed Hippocrates, et Diocles, et Philotimus, et Nileus, et Heraclides Tarentinus, clari admodum auctores, ex toto se restituisse memoriae prodiderunt. Neque tot genera machinamentorum quoque ad extendendum in hoc casu femur, Hippocrates, Andreas, Nileus, Nymphodorus, Protarchus, [11] Heraclides, aliique quidam reperissent, si id frustra esset. Sed ut haec falsa opinio est, [12] sic illud verum est: cum ibi valentissimi nervi musculique sint, si suum robur habent, [13] vix admittere; si non habent, postea non continere. Tentandum igitur est; et si [14] tenerum membrum est, satis est [15] habena altera ab inguine, altera a genu intendi: si validius, melius adducent, qui easdem habenas ad valida bacula

9. *ubi consistit)* Ita in margine Ed. Constantinianae, et in Ed. Lindenii; in libris antiquis, *ubi constitit*.

10. *calx hic quoque terram non contingit)* Ita in plerisque Codicibus. Duae particulae *hic quoque* spectant id quod supra dictum est de femore in exteriorem partem prolapso; *calx in gressu terram non contingit*. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. omnibusque Edd. particula *hic* deest.

11. *Heraclides, aliique quidam reperissent)* Ita ex Cocchii emendatione. Plerique Codd. atque Edd. Manutiorum, Gryphii, Pantini, Constantini, et Lindenii habent *Heraclides, faber quoque quidam reperissent* (Codd. *reperisset*); sed in Cod. Med. IV. tres voces *faber quoque quidam* expunctae sunt; et ideo in Edd. sex primis, Caesariana, et Ruelliana omissae. En Morgagni de hoc loco judicium: *Quid cogebat Celsum, ut post tot, talesque Viros, obscurum fabrum nominaret? Nihil certe. Itaque laudanda videtur editio princeps, et Ruellii, et ante hanc, Pinzii, et Juntae editiones, et siquae aliae nihil habent de fabro, cum ceterae meae omnes habeant, et codex Foroliviensis, et quinque alii Florentini, eodem saeculo scripti XV. Sed fuit ne in codicibus vetustioribus quidquam ex quo perperam lecto istud extiterit de fabro commentum? Admonet autem non minus opportune, quam docte, Cocchius, locum hunc Celsi videri ex loco expressum Heraclidis Tarentini, extante adhuc apud Galenum* (in Hippocratem de Artic. Comment. l. 4. n. 42.) *quod eo facilius credo, quo saepius video, Heraclidem illum a Celso memorari, et quo similiorem utriusque loci sententiam agnosco. Heraclides vero cum Medicos clarissimos nominet, in iisque Hippocratem, Nileum, et Nymphodorum, de fabro nihil, sed hujus loco, habet, ut Cocchius vertit,* aliique quidam. *Quibus ex vocibus, a Celso verisimiliter scriptis, neque ut fabrum, sed ut claros alios Viros, quod Heraclides nominatim laudaverat, significaret, num illae sint natae quid qua vi, Criticorum erit existimare*. In Cod. Vat. VIII. scriptum est *quid quam vis*.

12. *sic illud verum est)* Lindenius tollit verbum *est*.

13. *vix admittere; si non habent, postea non continere)* Lindenius legit *vix admittere, ut reponatur; si non habent, repositum non continere*.

14. *si tenerum &c.)* Ita in Cod. Med. I. Vat. VIII. habet *si teneri*; alii, *si terius*; Med. IV. ab alia manu, et ex eo omnes Edd. *si tenerius*.

15. *habena altera ab inguine, altera a genu intendi)* Libri omnes ita habent: *habenam alteram ab inguine, alteram a genu intendi*. Ego reposui *habena altera ab inguine, altera a genu intendi*: nam membrum per eas habenas intendi debet.

deligarint; [16] cumque eorum fustium imas partes oppositae morae objecerint, superiores ad se utraque manu traxerint: Etiamnum valentius intenditur membrum super scamnum cui ab utraque parte axes sunt, ad quos habenae illae deligantur: qui, ut in torcularibus conversi, rumpere quoque, si quis perseveraverit, non solum extendere nervos et musculos possunt. Collocandus autem homo super id scamnum est aut pronus, aut supinus, aut in latus sic, ut semper ea pars superior sit in quam os prolapsum est, [17] ea [etiam] inferior a qua recessit. Nervis [18] extentis, si in priorem partem os venit, rotundum aliquid super inguen ponendum; subitoque super id genu adducendum est eodem modo, eademque de causa qua idem in brachio fit; protinusque si complicari femur potest, intus est. In ceteris vero casibus, [19] ubi ossa per vim paulum inter se recesserunt, medicus debet id quod eminet, retro cogere; [20] minister idem contra coxam propellere. Reposito osse, [21] nihil aliud novi curatio requirit, quam ut diutius is in lecto detineatur; [22] ne si motum adhuc nervis laxioribus femur fuerit, rursus erumpat.

* [1] Genu vero et in exteriorem, et in interiorem, et in posteriorem partem excidere notissimum est. In priorem non prolabi plerique scripserunt: potestque id vero proximum esse, cum XXI.

16. *cumque eorum fustium imas partes oppositae morae objecerint, superiores &c.)* Ita in Codd. Mss. Vulgo legitur *tumque eorum fustium imas partes oppositae morae abjecerint, superioresque &c.*

17. *ea [etiam] inferior)* Ita plerique Codd. et omnes Edd. Cod. Med. I. *et etiam inferior;* Vat. VIII. *etiam inferior*. Particula *etiam* videtur tollenda.

18. *extentis)* Cod. Med. I. et Vat. VIII. atque Ed. Lindeniana, *extensis*.

19. *ubi ossa per vim paulum inter se recesserunt)* Sic cap. 10. sect I. hujus lib. *neque* nervi musculique *in suum locum veniunt, nisi illos per vim aliquis intenderit;* et paulo inferius, *Vbi vero paulo longius quam naturaliter esse debet, membrum vis fecit*. In Codd. Med. I. et Vat. VIII. atque in Ed. Lindenii duae voces *per vim* desunt.

20. *minister idem contra coxam propellere)* In Codd. Mediceis III. et VI. legitur *minister contra idem coxam propellere*. Ego vocem *idem* transposui, ut ad femur referatur, et sensus sit, minister debet femur contra coxam propellere. Alii Codd. habent *minister contra indem &c.* Med. I. et Vat. VIII. atque Edd. antiquae, *minister contra inde &c.* Ed. Constantini in margine, *minister contra sanam coxam propellere*. quod Hippocrates de Artic. sect. 37. faciendum praecipit, si femur in exteriorem partem excidit; non si in interiorem, vel in priorem, vel in posteriorem prolapsum est. Lindenius legit *minister contra coxam propellere*.

21. *nihil aliud novi)* Lindenius, *nihil novi aliud*.

22. *ne si motum adhuc nervis laxioribus femur fuerit, rursus erumpat)* Lindenius legit *ne si motum femur fuerit adhuc laxioribus nervis, rursus erumpat;* et addit *Potest tamen conditus articulus canaliculo aliquo contineri:* quae verba, ut animadvertit Morgagnus, *neutiquam possunt femoris ossi convenire, de quo uno in suam sedem reponendo, in eademque continendo verba facta sunt hoc capite*. Vide adnot. 3. ad cap. 19. hujus libri.

1. *Genu vero et in exteriorem)* Hoc, et reliqua capita hujus libri in Cod. Vat. VIII. desunt.

[2] inde opposita patella, ipsa quoque caput tibiae contineat. Meges tamen eum cui in priorem partem excidisset, a se curatum esse memoriae prodidit. In his casibus intendi nervi rationibus iisdem quas in femore retuli possunt. Et id quidem quod in posteriorem partem excidit, eodem modo rotundo aliquo super poplitem imposito, adductoque eo crure reconditur. [3] Cetera vero manibus simul dum osse in diversas partes compelluntur.

* XXII. * [1] Talus in omnes partes prolabitur. Vbi in interiorem partem excidit, ima pars pedis in exteriorem partem convertitur: ubi huic contrarius casus, contrarium etiam [2] signum est. At si in priorem partem [3] erumpit, a posteriore latus nervus [4] durus et intentus est; [5] simusque his pes est. Si in posteriorem, calx paene conditur, [6] planta major fit. Reponitur autem is quoque per manus; prius in diversa pede et crure diductis. Et in hoc quoque casu diutius in lectulo perseverandum est, ne is talus, qui totum corpus sustinet, parum confirmatis nervis ferendo oneri cedat, rursusque prorumpat. Calceamentis quoque humilioribus primo tempore utendum; ne vinctura talum ipsum laedat.

* XXIII. * [1] Plantae ossa iisdem modis quibus in manu prodeunt; iisdemque conduntur. Fascia tantummodo calcem quoque debet comprehendere: ne cum mediam plantam, imumque ejus vinciri necesse est, liber talus in medio relictus materiam pleniorem recipiat, ideoque suppuret.

* XXIV. * In digitis nihil ultra fieri debet, quam quod in iis qui sunt in manu positum est.

2. *inde opposita patella)* Sic lib. 2. cap. 10. *inde objectis quae prohibeant*. Lindenius legit *ibidem opposita patella*.

3. *Cetera vero manibus simul dum ossa in diversas partes compelluntur)* Ita habent Codd. Mss. nisi quod in Med. 1. pro *compelluntur* est *compellentur*. Vulgo legitur *Cetera vero manibus simul, tum ossa in diversas partes compelluntur*, ex Palavicino. Locus corruptus est, et restituendus videtur hoc fere modo: *Cetera vero manibus, simul ut ossa in diversas partes diducta sunt, in suas sedes compelluntur*.

1. *Talus)* Lindenius. *Talus quidem*.

2. *signum est, At si &c.)* Ita Ed. Lindenii; libri antiqui, *signum extat. Si*.

3. *erumpit)* Lindenius, *prorumpit*.

4. *durus et intentus est)* Ita legit Foesius in adnot. ad lib. Hippocratis de Fract. sect. 12. et cum eo etiam Lindenius. Liber quoque Guilandini habet *intentus*. In aliis mendose est *insanus*.

5. *simusque his pes est)* Ita Ed. Lindenii; Codd. multi, et pleraeque Edd. *minusque is opus est*; alii Codd inter quos est Med. 1. itemque Ed. princeps, *minusque his opus est*.

6. *planta major fit)* Constantinus in codice quodam scriptum invenit *plana*, unde *planta* restituendum monuit; et ita edidit Lindenius. In libris antiquis quos ego vidi, perperam legitur *plaga*

1. *Plantae ossa iisdem modis quibus in manu &c.)* Lindenius, *Plantarum vero ossa iisdem modis, quibus in manibus &c.*

* [1] Haec facienda sunt in iis casibus, ubi sine vulnere ossa exciderunt... [2] Hic quoque et ingens periculum est, et eo gravius, quo majus membrum est, quove validioribus nervis aut musculis continetur. [3] Ideoque in humeris, femoribusque metus mortis est: ac si reposita ossa sunt, spes nulla est; non repositis tamen nonnullum periculum est: eoque major in utroque timor est, quo propius vulnus articulo est. [4] Hippocrates nihil tuto reponi posse, praeter digitos, et plantas, et manus dixit: atque in his quoque diligenter esse agendum, [5] ne praecipitarent. Quidam brachia quoque et crura reposuerunt; et ne cancri, distentionesque nervorum orirentur; sub quibus in ejusmodi casu [6] fieret mors matura; sanguinem ex brachio miserunt. Verum ne digitus quidem; in quo minimum, ut malum, sic etiam periculum est; reponi debet [7] aut in inflammatione, aut postea cum jam vetus res est. [8] Si quoque reposito osse nervi distenduntur, rursus id protinus expellendum est. Omne autem membrum quod cum vulnere loco motum, neque repositum est, sic jacere convenit, ut maxime cubantem juvat; tantum ne moveatur, neve dependeat. [9] In omnique tali morbo magnum ex longa fame praesidium est: deinde ex curatione eadem [10] quae proposita est, ubi ossibus fractis XXV.*

1. *Haec facienda sunt in iis casibus, ubi sine vulnere ossa exciderunt....)* In libris antiquis deest altera periodi pars, quae huic opponebatur. Lindenius ita supplet: *saepe tamen cum vulnere loco moventur*: ego malim sic: *nonnumquam cum vulnere loco moventur*. Id enim non saepe, sed raro fit.

2. *Hic quoque)* Lindenius legit *Hic vero.*

3. *Ideoque in humeris)* Cod. Med. I. habet *ideoque numerus*. Pro *numerus* reposui *in humeris*. In aliis Codd. et in Edd. antiquis legitur *ideoque humeris*; in Ed. Lindenii, *ideoque ab humeris*.

4. *Hippocrates nihil tuto reponi posse &c.)* de Artic. sect. 28. Lindenius legit *Nam Hippocrates &c.*

5. *ne praecipitarent)* Verbum praecipito neutrorum more adhibuit Celsus etiam lib. 6. cap. 7. *aurium inflammationes doloresque interdum etiam ad dementiam mortemque praecipitant*. Lindenius legit *praecipitentur aegri*.

6. *fieret)* Lindenius, *fieri solet*.

7. *aut in inflammatione)* Ita legitur in Libro Guilandini, et in Ed. Lindenii. Cod. Med. I. atque Vaticani II. VII. et VIII. habent *aut inflammationem*; alii, atque Edd. antiquae, *ante inflammationem*; Ed. Constantiniana in margine, *aut ante inflammationem*; sed sic sequitur reponendum os esse in inflammatione; contra rationem, et Hippocratis sententiam, qui dixit si primo vel secundo die; id est ante inflammationem; reposita ossa non fuerint, circa decimum esse reponenda, videlicet statim ut finita inflammatio fuerit.

8. *Si quoque reposito osse nervi distenduntur)* id est, si quocumque reposito osse. Ita habent Edd. sex primae, et Manutianae; Codd. Mss. *Sic quoque reposito osse nervi distenduntur*. Alii legunt cum Caesario, *Si reposito quoque osse nervi distenduntur*; Lindenius, *Si quoque, reposito osse, nervi distenduntur*.

9. *In omnique)* Edd. Salingiacensis, Pantiniana, et Lindeniana, *In omni*.

10. *quae proposita est, ubi ossibus fractis vulnus accessit. Si &c.)* In Ed. Lindenii haec verba perperam sic dividuntur: *quae proposita est. Vbi ossibus fractis vulnus accesit, si &c.*

vulnus accessit. Si nudum os eminet, impedimento semper futurum est: ideo quod excedit abscindendum est; imponendaque super arida linamenta sunt, et medicamenta non pinguia; [11] donec quae sola esse in ejusmodi re sanitas potest, veniat. Nam et debilitas sequitur, et tenuis cicatrix inducitur; quae necesse est facile noxae postea pateat.

11. *donec quae sola esse in ejusmodi re sanitas potest, veniat) sola esse sanitas potest* hic dicitur, quemadmodum lib. 3. cap. 6. *dum febres increscunt, his solus idoneus cibus est;* et lib. 2. cap. 10. *quamvis pejor, sola tamen occasio non ommittenda est*. Lindenius legit *donec quae saltem esse* &c.

EPISTOLAE NOVEM.

IN CORNELIVM CELSVM.

EPISTOLA PRIMA.

GAJETANO COGNOLATO

LEONARDVS TARGA S. D.

Nunc demum animadverti et particulam *vel* in his Celsi verbis *qui vel melle* &c. lib. 5. cap. 23. sect. 1. et pronomen *id* in illis *ut id ita fieri possit* cap. 26. sect. 35. ejusdem libri deesse in Editionibus ann. 1493. 1497. 1524. ac neque Caesarium illius vocis, neque hujus omittendae Egnatium auctorem fuisse. Quare si quae ego ad loca illa adnotavi, nondum sunt impressa, cura ut pro „ Quidam cum Caesario omittunt *vel* „ reponatur „ Alii omittunt *vel*, secuti Editionem an. 1493. „ et pro „ Ita in Mss. Mediceis, et in Editionibus antiquioribus. Egnatius, et Caesarius *id* expulerunt: quos ceteri Editores secuti sunt;.„ rescribatur „ Ita in Mss. Mediceis, et in Ed. prima. Editio an. 1493. omittit *id*: (*) At ea quae scripsi ad haec verba lib. 2. cap. 8. *ubi urina quaedam araneis similia subsidentia ostendit*, jamque excusa sunt; etiamsi in integro res mihi esset, tamen non edi nollem; quamvis Josephus Scaliger interpretatione sua omnem ab hoc loco mendi suspicionem removere tentaverit. De hoc ideo volui te certiorem facere, ne si quid forte de interpretatione ista audieris, clarissimi viri adnotationem meos fugisse oculos putes. Vidi, sed non probavi. Novum, inquies, in litteris hominem tanto critico repugnare? Tu igitur pro tua summa latinae linguae peritia, atque eruditione, de re tota judicabis. Quod ut rectius facere possis, Scaligerianae adnotationis exemplum ad te mitto. Vale. Pridie Kal. Novembr. MDCCLXVII. Verona.

subsidentia) *i. e.* supersidentia, *quia est ἐπίστασις ἀραχνώδης*. Subices *dicuntur nubes*, *et Virgilius Eclog. x. v. 74.*

Quantum vere novo viridis se subjicit alnus.

i. e. se attollit. *Item.* subjectare *est sursum jactare*. *Virgilius AEn. lib. XII.*

aut corpora saltu

Subjectant.

Non mirum igitur, si subsidentia *hic pro* supersidentiis *et* ἀντὶ *τῆς ἐπιστάσεος sumit.*

(*) Cum hanc epistolam scripsi, carebam Editione an. 1491. Nunc ea quoque apud me est; ac video in hac primum et particulam *vel*, et pronomen *id* omissum fuisse.

EPISTOLA SECVNDA.

LEONARDO TARGAE M. D.

GAJETANUS COGNOLATO *S.*

Quod nunc demum de Caesario et Egnatio observasti, et in duabus illis adnotationibus emendandum esse scripsisti, id serius accidit, quam oportebat. Jam enim Typographus processit, ac librum quintum absolvit. Neque sane molestum hoc tibi esse debet: levia enim sunt illa, nec quidquam laudis tuo labori, summaeque diligentiae detrahunt. Quin immo magna in hoc ipso laus est, quinque illos priores libros novo studio observasse, tibique neque alia, neque graviora corrigenda occurrisse. Nam illud etiam, quod de Scaligero scribis, bene est; quod ejus scilicet interpretationem praetermiseris, ac tacitus improbaveris. Ac ne de hoc ipso diutius dubites, rem totam, ut ipse postulas, explanabo. Celsus igitur lib. 2. cap. 8. haec habet: *Si quis etiam in eo morbo* (de tabe autem loquitur) *diutius traxit, ubi capilli fluunt; ubi urina quaedam araneis similia subsidentia ostendit, atque in his odor foedus est; maximeque ubi post haec orta dejectio est, protinus moritur:* ita scilicet hunc locum ipse legis, ita edendum esse censuisti. Male omnino Josephus Scaliger vocem illam *subsidentia* a communi significatione detorquet, explicatque *supersidentia. Subices, inquit, dicuntur nubes:* at quod coelo, quod Deorum pedibus subjiciantur. Gellius ad fin. cap. 17. lib. 4. N. A. *Ennius, inquit, in tragoedia, quae Achilles inscribitur, Subices pro aere alto ponit, qui coelo subjectus est, in his versibus:*

Ergo deum sublimes subices, humidus
Vnde oritur imber, sonitu saevo, et spiritu.

Festus vero in Fragmento de Verborum Significatione ita legit et explicat hunc Ennii locum: *Subices Ennius in Achille pro subjectis posuit cum dixit:*

Nubes per ego deum subices humidas,
Vnde oritur imber, sonitu saevo spiritu.

Vides nullam esse in hujus vocis explicatione insolentiam: at eam fortasse Scaliger ab ipsa nubium altitudine repetendam putavit; in quo quidem potuit non errare; at dum simili exemplo *subsidentia* pro iis, quae supernatant, explicuit, neque verborum ipsorum potestatem, neque latinam consuetudinem attendit. Est enim *subjicere* sursum jacere, *gettare di sotto in su, alzare;* at nihil simile in eo verbo *subsido,* sive *subsideo*. Hinc illa, quae ipse affert ex Virgil. Ecl. x. v. 74.

Quantum vere novo viridis se subjicit alnus;

et illa etiam Æneid. xii. v. 287.

aut corpora saltu
Subjiciunt in equos;

sic enim optimi habent vulgati libri, et ipse Virgilianus Codex Mediceus, qui nuper Romae praeclara forma, magnoque sumptu est editus. Ita Livius lib. 31. cap. 37. ad fin. (ex recens. Drakemborkii) *Pavidum regem in equum subjecit*. Quod si suum illud *subjectant* Scaliger velit, ob ipsam vim verbi *jacto*, eandem habebimus significationem, quam ipse antea italice reddidi. Prompta haec omnia et aperta: at illud sane difficilius, quod ex ipsa ratione Scaliger sumit; ea scilicet, quae urina araneis similia habet supra esse; *subsidentia, inquit, i. e. supersidentia, quia est ἐπίστασις ἀραχνώδης*. Hanc ego rem Hippocratis primum auctoritate, tum ipsis Medicorum observationibus explicabo. Saepe apud Hippocratem *ὑποστάσιες τῶν εὔρων, ὑπόστημα τῶν εὔρων,* at ego allatum Celsi locum respiciens, ea tantum afferam, in quibus id quod in urina subsidit araneis simile dicitur; ac tabem ingravescentem, viscerum dissolutionem, proximamque mortem significat. In libro igitur Praenotionum Sect. 2. pag. 40. apud Foesium de urinis quaedam habet Hippocrates, atque haec etiam: *τὰς λιπαρότητας δὲ τὰς ἄνω ὑφισταμένας ἀραχνοειδέας μέμφεσθαι. συντήξιος γὰρ σημεῖα.* quae verba ita Foesius latine reddit: *Quin etiam pinguedines supra innatantes* (Lindenius *superne instantes*) *araneorum telas referentes damnare oportet; colliquationem namque significant:* in suis autem adnotationibus (adnot. 35.) vocem *ὑφισταμένας* esse illam quidem in vulgatis quibusdam libris fatetur, at in aliis, iisque melioribus, legi *ἐφισταμένας*; hoc esse apud Galenum, hoc sibi probari. Quare cum utraque vox in antiquis Codicibus fuerit, is fortasse, quo usus Celsus est, habebat *ὑφισταμένας*, potuitque latinus Hippocrates scribere *subsidentia*, vulgaremque notionem huic verbo tribuere.

At conjecturis minime est opus. Nam in Coacis Praenotionibus n.582. apud eundem Foesium ita legimus: τὸ δὲ πτυαλώδεας ἔχον ὑποστάσιας εὖρον, ἢ ἰλυώδεας, ῥίγεος δηλωτικόν. τὸ δὲ ἀραχνιῶδες, συντήξιος. Foesius vero latine: *quae vero* (scilicet urina) *sputo similia habet sedimenta, aut limosa rigorem denuntiat; quae araneorum telis similia quaedam habet, colliquationem*. In duobus hisce casibus urinae ὑποστάσιας intelligit Hippocrates; idque ipse Lindenius agnovit, et aptiore latina interpretatione significavit: *quae sputo similes subsidentias, aut limosas habet, rigorem indicat. quae aranei telis similes* (scilicet subsidentias) *colliquationem*. Vox igitur *subsidentia* a Celso adhibita (uti Medicei ac Vaticani Codices testantur) ad urinae ὑποστάσιας refertur; eamque habet significationem, quae communis est, quaeque illi alio in loco ab eodem Celso tribuitur; nempe cap. 5. ejusdem libri secundi, ubi haec certissime legimus: *item, si urina modo liquida et pura est, modo habet quaedam subsidentia*. Tandem, ut id afferam quod praecipuum est, pinguiores istae urinae partes, quae tabe ingravescente apparent, non jam ob ipsam tenuitatem, sed ob eam, quam referunt figuram araneis similes dicuntur; neque supra innatant, at subsidunt. Saepe etiam haec veluti aranea inter ea, quae in fundo vasis restiterunt, ipsamque extimam urinae superficiem conspiciuntur, eumque locum obtinent qui ipsorum gravitati respondet; itaque posita recte adhuc dicuntur *subsidere*. Atque hoc quidem a Medicis observatum illud etiam me docuit, quomodo duae illae voces ἄνω ὑφισταμένας in allato Hippocraticarum Praenotionum loco optime possent cohaerere. Nihil est quod Scaliger quaerat amplius. Habes, Leonarde humanissime, verbosam et insuavem epistolam; at qui veteres Codices jamdudum tractas, qui veterum Scriptorum loca saepe colligis, confers, componis, illustras, his jam assuevisti. De iis, quae alias scripsi, te rursus moneo. Da operam, ut nostram fidem citissime liberemus. Quamquam, commota adhuc valetudine, minime tibi properandum existimo: *Non ignara mali*; nosti jam caetera. Nunquam ego neque tibi, neque Celso deero. Gratulor interim omnium primus egregiam laudem, quod laboranti Celso medicas manus adhibueris. Vale.

Patavio. Idib. Novemb. MDCCLXVII.

EPISTOLA TERTIA.

LEONARDUS TARGA

JOSEPHO TORELLO S. D.

Explica mihi, oro te, locum illum Celsi lib. 7. cap. 26. sect. 2. ubi in omnibus Codd. Mss. omnibusque antiquis Edd. ita legitur: *In quam* (vesicae cervicem), *si oblongus* (calculus) *est, sic compellendus est, ut pronus exeat; si planus, sic, ut transversus sit; si quadratus, ut duobus angulis sedeat; si altera parte plenior, sic, ut prius ea, qua tenuior sit, evadat.* Sed Ed. Lindenii habet *ut ne pronus*, ex Constantino, qui haec margini adscripsit: „ *ut ne pronus:* nam hîc contra erectum distinguitur. Jacens ovum oblongum pronum est: stans erectum. Pronus minime, aut vix extrahi posset „. Verba autem &c. *ut duobus angulis sedeat*, sic interpretatur Constantinus: *Sedet binis angulis, immo quaternis, cum per totam planam superficiem jacet, nec in latus procumbens carinatur.* Morgagnus neque lectionem Constantini, neque interpretationem probat. *Imo*, inquit, *ovi exemplum adversatur; neque enim per id foramen per quod jacens traduci potest, traduci poterit erectum: itaque Celsus ovi similem calculum, id est altera parte pleniorem, altera tenuiorem, non erectum, sed pronum educi, voluit, cum dari operam jussit, ut prius ea parte qua tenuior sit, evadat. In ceteris autem quae his interjecta descripsimus, num recte omnia interpretetur Constantinus, alii viderint; res enim sane digna est de qua quaeratur.* Ego duo verba *sedeat* et *sit* glossemata esse puto; ac periodum hanc regi a verbis *exeat* et *evadat*. Tu de his omnibus quae exposui, judicabis. Et quia propter multas occupationes te convenire non possum, pergratum mihi facies, si per litteras respondebis. Vale.

EPISTOLA QVARTA.

JOSEPHVS TORELLVS

LEONARDO TARGAE S. D.

Ego ne, mi Leonarde, si quid in Celso subobscurum est, explicare audeam? praesertim tibi, qui longo illum trivisti usu,

atque in tuum prope succum et sanguinem convertisti. Bene igitur habet, quod de re explorata quaeris, tuamque potius sententiam aperis quam exquiris meam; hoc opinor consilio, ut eam firmius teneas, si mihi placuisse cognoveris. Ita enim a natura comparati sumus, ut ea ipsa, quae dubia nobis non sunt, certiora ducamus, cum aliis quoque, qui minime blandiri solent, probari videmus. Vtcumque sit, de Celsi loco, quem mihi affers ex libri VII. capite XXVI. ubi de curatione agitur calculosis adhibenda, ita sentio, illum te, cum paulo corruptior sit, ita uti fieri debet, emendare, deque vera ejusdem sententia recte conjicere. Neque enim aliud sibi vult Scriptor diligentissimus, quam docere quomodo calculus in vesicae cervicem compellendus sit, ut inde minore negotio extrahatur. Cum vero non una eademque sit calculorum omnium figura, de quadrato praecipit, ita illuc esse compellendum, *ut duobus angulis exeat*. Quod cujusmodi sit, haud sane pronum est intelligere. Mihi hoc videtur significari, calculum, quem diximus, contra plagam, quae mox in vesicae cervice facienda est, constituendum esse secundum lineam, quae proxima duo ejusdem calculi latera dirimit. Tunc vero ille figuram quandam referre videtur ex duobus quasi cuneis constantem, communem habentibus basim, contrarioque modo inter se invicem positis. Ita fiet ut si anterior cuneus medici manu in vulnus adigatur, hujus orae ad illius usque basim magis magisque diducantur; cumque eo ventum sit, succedente posteriore cuneo, eaedem rursus committantur et coeant. Quoniam vero hi duo cunei, qua parte simul junguntur, duos angulos utrinque efficiunt, quos per vulnus transmitti necesse est, facile apparet quid sit apud Celsum *duobus angulis exire*. Quare nemo satis miretur Constantinum, qui optime, si quis alius, videre potuit quinam esset horum verborum sensus; quippe indicat; tamen illum rejicere, aliumque sequi, qui a vero longissime abhorret. Nec enim vult cunei, quem diximus, aciem in vulnus adigi, sed potius ejusdem latus; quod sane qui fieri possit, quin vesicae cervix rumpatur, ne satis quidem intelligo. Nisi forte dicere volumus verbum *sedeat*, quod in Codicibus omnibus legitur tum manuscriptis, tum editis, viro docto obfuisse ad intelligendum; cum insuper animadverteret vulnus priore illo modo latius aliquanto fieri, quam hoc postremo. Verum et verbum *sedeat* insititium est, ut ipse mones, aut in *exeat* mutandum; et parum refert quam magnum sibi iter calculus faciat, modo rite faciat; idest sensim pedetentimque, atque ita ut vulneris orae ne laedantur. Itaque calculum altera parte pleniorem ita

vult Celsus in vesicae cervicem compelli, *ut prius ea, qua tenuior sit, evadat*. Haec habui, mi Leonarde, quae tuae epistolae breviter, et quantum potui perspicue responderem; quae si tibi, ut spero, probabuntur, erit cur mihi gratuler, quod in re si non valde difficili, certe non mea, aliquid viderim. Cave igitur ad tua haec studia saepius nos revoces, ne dum eadem retracto, ipse quoque, quasi aliud agens, medicus fiam; et in tuam possessionem furtim irrumpam. Vale. Ex bibliotheca domestica IV. Non. Jul. MDCCLXVII.

EPISTOLA QVINTA.

LEONARDVS TARGA

JOANNI BAPTISTAE MORGAGNO S. D.

Quo magis Celsianae emendationis opus ad finem perducere festinamus, eo plures majoresque difficultates offendimus, quae nos longius quam sperabamus morantur. Nam ceteris quidem in libris multa erant expedita: at in primo libri octavi capite mihi tertio fere quoque versu haerendum est. Praeter tot illa a te jam notata loca vel mendi suspicione laborantia, vel manifeste corrupta, alia occurrunt quorum non minus dubia est fides. Ex pluribus duo tantum tibi proponam. Alter est de coronoide maxillae processu, qui jugale os subire dicitur, et *super id* temporum musculis illigari. Atqui jugale os processus ille non fere superat. Fortasse igitur, quoniam in pervetusto Mediceo Codice non extat particula *super*, sed tantummodo *id*, legendum *ibi*. Nisi forte *id* quoque adventitium est. Locus alter, ad jugulum pertinens, ita legitur in omnibus antiquis libris tum editis, tum mss. *Id ipsum recurvum, ac neque inter durissima ossa numerandum* &c. Sed particulae illae duae *ac neque* ita stare posse non videntur. Paawius *neque* extrudendum censet; *quod*, inquit, *dura solidaque sit clavicularum substantia*. Attamen inter laxa (χαῦνα) ossa jugulum repositum fuit ab Hippocrate de Artic. sect. 12. *Jugulum vero, ut et reliqua ossa, quae laxa sunt, prompte coalescit*. Lindenius Paawium sequitur. Ego ab utroque dissentio, et aliquid deesse suspicor. Id cujusmodi sit, divinare non ausim: verumtamen ut causa non fuit, cur aliquis *neque* huc intruderet, sic facile fieri potuit, ut cum duo essent incisa, quae utraque per eamdem particulam *neque* inchoarentur hoc modo;

ac neque . . . . neque inter durissima ossa numerandum; librarius prius omiserit. Ita lib. 7. cap. 23. ex verbis illis *curari res neque manu, neque medicamento potest*, haec *neque manu* in Codice Mediceo supra allato desiderantur. Si vero non praetermittendo aliquid, sed addendo librarius peccavit, ego quidem conjunctionem *ac* inconsulto addidisse existimaverim. Omnino haec verba *neque inter durissima ossa numerandum* non videntur recte habere. In hac enim lectione et ab Hippocrate, cui libenter adstipulari solet, minus recedit Cornelius noster, et ratio cum eo facit. Nam jugulum, quamvis durum, non est tamen, opinor, duritie cum humero femoreque comparandum. Vides me in tua provincia versari: itaque certum auxilium a te peto, id est ut ad me scribas quid de duobus his locis ipse sentias. Neque vero sum adeo imprudens, ut tibi homini occupatissimo nimium oneris imponere audeam. Abunde mihi erit satisfactum, si quae tu me scire oportere existimabis, summatim perscribes. Verum de hoc ut voles. Illud te oro, ut me, quemadmodum facis, amare pergas; cum te tamquam parentem alterum a me summa pietate coli videas. Vale. Veronae Nonis Juniis MDCCLXVI.

EPISTOLA SEXTA.

JOANNES BAPTISTA MORGAGNVS

LEONARDO TARGAE S. P. D.

Vtinam, mi Leonarde, aliter ac scribis, res se haberet, neque caput praesertim istud quod primum est in Cornelii nostri libro octavo, incuteret attentis emendatoribus adeo crebram tum vitiati loci suspicionem, tum ita vitiati, ut et numero deterriti, ex suis dubitationibus plures omittere, et difficultate haud raro victi verae excogitandae emendationis, probabilem, ut primum videtur, sed de qua vel ipsi mox dubitent, conjecturam proferre interdum cogantur. Haec eo libentius dico, quod in me potius cadere, quam in alios, non modo sentio, sed veri amore percitus, ultro etiam fateor, qui Celsi hic illic emendandi curam semel, atque iterum olim suscepi, ut simul Vulpio meo satisfacerem, simul alios excitarem, qui multo essent ad id aptiores cum ingenio, et doctrina, quod facile est, tum copia antiquorum Codicum, quae nec omnibus est, nec ubique. Cujus voti me factum per te compotem eo demum tempore intellexi,

quo tua te valetudo huc paulisper secedere coegit, mecumque colloqui. Equidem jam ante hos viginti annos, qua esses ingenii praestantia, et qua diligentia noveram, cum ab nobilissimo Cive tuo mihi commendatus, vix uno, aut altero anno hic in optimis studiis exacto, eam, priusquam huc domo redires, ad me epistolam dedisti, qua lecta, nihil postea miratus sum, quod apud tuos in aegrorum curatione versatus, alias, atque alias, consulendi causa, miseris ita scriptas, ut quae feceras, et quae mox *facere* in animo habebas, non magis probare jure ac merito deberem, quam doctrinam, et eruditionem suspicere. Sed postquam in ultimis illis colloquiis certiorem me fecisti, te cum vetusta Celsi exemplaria Romae, et Florentiae, tum vetustissimum omnium Mediceum annis superioribus versasse, attentissimeque non alienis, at tuis ipsis oculis perlegisse, et quae adnotanda viderentur, cuncta adnotasse, et in nova, quam parares, Celsi editione cum omnibus esse communicaturum; tunc vero quanto me gaudio affeceris, cognoscere potuisti, praesertim cum certa quaedam exempla, quae ego, ut fit in colloquiis, a te petebam, referres, et quomodo aut scripta invenisses, aut ex primae scripturae vestigiis rescribenda sagaciter censeres. Quod igitur etiam alia subinde per litteras addideris, et duo insuper nunc mittas; potius missa reor, ut me ante alios cumulares novo gaudio, quam ut exquireres sententiam hominis tot jam annos assiduis longe alia scribendi, docendique occupationibus a verborum Celsi examine prorsus avocati. Certe enim de locis duobus nunc quaeris, de quorum a te proposita emendatione dubitare vix possis. Nam quod acutus maxillae inferioris processus alte adeo ascendat, sub osse jugali subiens, ut *super id* temporum musculis illigetur, quisnam, Anatomes non ignarus, malit sic legere, postquam non *super id* in antiquissimo illo Mediceo Codice extare, cognoverit, sed *id* tantummodo; quae si vocula ipsa pariter (quae altera hic tua conjectura est) adventitia sit, eoque tollenda; illico planissima sententia existat, et quae nullam mendi suspicionem relinquat. Cum tamen de ista emendatione ipse dubites; aliunde ac ex Anatome, petitam causam subesse, suspicor: qua de re infra videbimus. Jam vero quod ad secundum, nempe de clavicula, attinet locum; aut ipse plurimum fallor, aut quicumque est in librorum veterum qui calamo scripti sunt, emendatione exercitatus, ut suspicionem probabit tuam de iis quae facile ibi potuerit librarius transilire; sic tecum procul dubio esse retinendam censebit particulam istam *neque*; cujus expungendae (quod a pluribus factum nollem) contra librorum omnium fidem, qui

ad initia usque superioris saeculi extabant, quis auctor fuerit, et cur nec ei sit, nec ejus imitatoribus assentiendum, praeclare doces. Aliud enim esset jugulum dicere non esse os durum, aliud est *neque inter ossa durissima numerandum*. Hoc autem Celsus ait; non illud. Et certe ut poterat extremas juguli partes eadem fortasse ratione qua proximi humeri capita, molles dicere; non poterat tamen medium quoque jugulum inter mollia ossa recensere. Itaque ne forte aeque durum, ac humerum medium esse docet, crederemus; scite admonuit, non esse inter durissima ossa numerandum. Huc autem Celsum spectasse, et tu vides, recte anatomicas claviculae meliores descriptiones secutus. Insuper fecisse, addis, ut ab Hippocraticis dogmatibus, quae prae caeteris sectari solebat, quanto minus poterat, ibi recederet. Quam rationem si magis ego attendissem; nunc cujusdam meae in Celso emendando conjecturae non poeniteret. Ea quae sit conjectura, volebam tibi exponere, et simul quod supra pollicitus sum, his litteris praestare. Sed quando hae jam satis sunt longae, ne aequo longiores fiant, utrumque proximis litterulis expectabis, et me interea, ut facis, amabis. Valetudinem tuam, mi Leonarde, cura diligenter: quo gratius mihi facere nihil potes.

Patavii IV. Idus Jun. MDCCLVI.

EPISTOLA SEPTIMA.

JOANNES BAPTISTA MORGAGNUS

LEONARDO TARGAE S. P. D.

Ignosces, mi Targa, homini aliis atque aliis occupationibus jugiter distento, et gravissimae aetatis incommodis nonnunquam impedito, si tandem post tam longum tempus tam longam epistolam mittit, quasi satis spatii non habuisset, ut scribenda, ad te praesertim, et de hujusmodi argumento, contraheret in pauciora. Huc enim res tota redit, ut tibi, facile assensuro, comprobem, in Celsi libris germanae scripturae restituendis, praeter caetera opus esse attendere, quem saepius Auctorem sequi consuevisset; hunc autem Hippocratem fuisse, inter omnes constat. Cujus utinam mihi tunc etiam venisset in mentem, cum inferiorem maxillam os *molle* dici a Cornelio nostro miratus, conjecturam, quam modo nollem, proposui, sperans videlicet, in vetustiore aliquo Codice pro *molle* fortasse *mobile* repertum iri. Sed

dubitare postea coepi ex quo animadverti, patellam quoque, et humeri capita ossa *mollia* a Celso dici. Spe autem omnino excidi, cum te nullo in exemplari audivi *mobile*, in cunctis vero *molle* os maxillae scriptum vidisse. Tunc denique cujus exemplo, atque auctoritate, et quid intelligens Celsus id scripsisset, suspicatus, Hippocratem in manus sumpsi; ab eoque traditum legi, fractam maxillam cito conferverе *quemadmodum etiam alia ossa rara*, idque eodem in libro *de Articulis*, in quo cum fractam quoque claviculam, *itemque alia ossa laxa* cito coalescere, legamus; recte conjiciebas, Celsum ideo negasse, claviculam inter durissima ossa numerandam, ut minus recederet ab Hippocratis auctoritate. Optandum sane esset, ne ab Hippocrate longe adeo discessisset, ut os pectoris *durum* esse, traderet, quando in eo libro qui inscribitur *Mochlicus*, *laxum* esse, olim docuerat, et vere docuerat Hippocrates. Certe enim cum recens virilis cadaveris sternum qua parte videbatur crassius, simulque haud procul a mento inferiorem maxillam, itemque patellam scalpro discidissem; nullum ex hisce ossibus fuit, quod intus ex osseis non constaret lamellis, cellulas, cancellosve efformantibus non secus ac in extremis oblongorum ossium partibus videmus. Et erant quidem in patella cellulae ut minores, ita confertiores; cortex autem osseus in maxilla crassior, in patella, sternoque tenuior; ut proclive esset intelligere, quae *rara*, aut *laxa* Hippocrates vocasset ossa, eadem, si sternum excipias, *mollia* a Celso ob eam cellulosam structuram esse dicta, *durorum* appellatione iis servata, quae, ut medius humerus, mediumque femur, sub crassissimo pariete plenum medulla tubum, cellularum loco, habent. Novissime autem propter ea quae ab utroque de clavicula scripta memoraveras, cum hujus quoque ossis, ex viro, pariter ac ille prior, consistentis aetatis, sumpti, structuram vellem attentius recognoscere; sic vidi. Capita quidem multo pauciores continebant cellulas, quam expectarem, et clavicula reliqua tubum habebat ab uno capite ad alterum pertinentem, quem medulla implere videbatur, et paries cingebat osseus, nec sane tenuis. Attamen et hic paries, si cum proximi humeri pariete conferres, partem vix tertiam crassitudinis alicubi aequabat, et tubus quantus quantus erat, non continuato, ut passim in humero videmus, complebatur medullae corpore, sed ubique interciso adeo crebris et inter se implicitis lamellis, fibrisve osseis, ut viam per eas si immisso stylo quaereres, expeditam nusquam invenires, et propter hunc saltem structurae modum censeres, potuisse claviculam ab Hippocrate inter dura ossa non

reponi, a Cornelio autem nostro vel meliori jure inter durissima non admitti. Cur haec tibi, mi Leonarde, volui commemorare? Nimirum ut altero huc addito Hippocratis loco experiar, an forte praestare id valeam, quod promiseram litteris superioribus. Locus est in eodem quem supra semel, iterumque laudavi libro *de Articulis*, quo loco affirmat Hippocrates, acutum maxillae inferioris processum, quem *cornicem* vocat, *supra jugale os excedere*, contra atque priore epistola videbar sentire. Scilicet Anatomen dumtaxat spectando, fore, ajebam, ut Facultatis hujus Cultores mallent, ubi apud Celsum de eodem maxillae processu haec legimus *sub osse jugali subit, et super id temporum musculis illigatur*, verba illa *super id* prorsus tolli, quando in vetustissimo Mediceo Codice ex parte jam desunt. Sic enim omnis auferretur mendosae suspicio scripturae, si quod verum postularet, attenderemus. Quid erat igitur, cur de ejusmodi emendatione ipse tamen dubitares? Num fallor putans ob locum Hippocratis, quem modo producebam? Ab eo quidem Auctore supra vidimus nonnunquam Celsum recessisse. Saepius tamen atque adeo plerunque secutum esse, constat: idque, si vera fateri volumus, eo quoque loco videtur fecisse, quo de agitur. Nam et acutum maxillae inferioris processum *longius procedere*, scripsit, et *jugalis* ossis vocabulo non idem quod nunc solent, os designavit, idest orbitam ab latere exteriori efficiens, sed, ut Hippocrates, ejus tantummodo processum ossis, qui *transversus* inde ad posteriora tendens, jugi similitudinem referre jam incipit. Hujus autem jugi, non ossis a quo venit, altitudinem ab acuto maxillae processu in simia praesertim superari, in nonnullis ossium hujus bestiae quam Veteres potissimum dissecabant, imaginibus vidisse memini; σκελετὸν enim quem olim parare institueram, canis improba, necdum rite colligatis ossibus, omnino pessumdedit. Huc si Codicum caeterorum addas consensum, in quorum nullo, sicut in illo, quamvis antiquissimo, uno tamen, istam, quae casu potius fugisse ibi librarium videtur, particulam *super* praetermissam vidisti; continuo intelligetur, causam tibi non defuisse cur dubitares, aliudque esse scripturam quae planius cum vero nunc conveniret, aliud quae prisci Auctoris germana fuerit, constituere. Sed tu haec melius. Interea fac, certius sciam, quod summopere cupio, te minus, minusque in dies incommoda uti valetudine, et me redamantem, mi Targa, ama.

Patavii Pridie Idus Sextiles MDCCLXVI.

EPISTOLA OCTAVA.

VIRO SUMMO

JOANNI BAPTISTAE MORGAGNO

JOSEPHVS TORELLVS S. P. D.

Proximis diebus cum Celsum evolverem, quo ego auctore ob singularem latini sermonis puritatem et elegantiam mirum in modum delector, forte incidi in libri octavi caput undevicesimum, quod est de digitis luxatis, ubi haec leguntur: *super mensam tantummodo* digiti *intendi debent*, *qui vel in priorem, vel in posteriorem partem exciderunt, tum jam palma compelli*. Quibus postremis in verbis cum haec duo *tum jam* mihi paulo durius conjungi viderentur, statim Lindenianam editionem consului, cupiens nimirum cognoscere num ipsa, quae omnium fertur emendatissima, aliter haberet. Ego enim utebar Aldina, quam an. MDXXVIII. Venetiis procuravit Joannes Baptista Egnatius, quacum caeterae omnes consentiunt. Ibi vero *tum jam* in *tumque* mutatum inveni. Satis quidem apte, nisi Codices omnes, quos Romae, et Florentiae Targa meus, vel potius noster, consuluit, repugnarent, qui miro consensu vulgatam lectionem tuentur. Quid ergo agendum? Sequemurne antiquos codices? At id latinae aures vix permittunt. Anne potius Lindenianam editionem? Hujus vero auctoritas tanta non est, ut unam tot codicibus praeponamus; in hoc praesertim capite, ut tu prae caeteris optime nosti. Audendum in loco est. Quid si, pro *tum jam*, legamus *tum in eam?* ut hoc Celsus docere voluerit, digitos, de quibus dixit, super mensam tantummodo intendi debere, tum in eam, idest CONTRA EAM, palma compelli. Ita enim fiet, ut illi in suam sedem restituantur. Certe sententia perspicua est, locoque apta; similitudo autem tanta inter *iam* et *in eam*, quod fortasse etiam in Codd. Mss. scriptum erat hoc modo, *ieam*, ut facile librarius errare potuerit. Nosti hominum genus, quam sit incuriosum, et quam saepe in longe clarioribus caecutiat. Habes conjecturam sane probabilem, nec fortasse aspernandam, si de re esset non adeo levi. Ideo tecum communicare volui, cui nihil est leve, quod ad Celsi tui emendationem pertineat; simul

sperans fore ut, ipse quid sentias, libere, ut soles, candideque perscribas. Hoc tam mihi erit gratum, quam quod gratissimum. Vale tibi tuoque saeculo, quod praeclaris ingenii tui monumentis illustrare perges. Veronae III. Idus Jul. MDCCLXVIII.

EPISTOLA NONA.

VIRO CLARISSIMO

JOSEPHO TORELLO

JOANNES BAPTISTA MORGAGNVS S. P. D.

Quod de loco isto Cornelii Celsi ita sentias, ut ad me scribis, tuum, Vir eruditissime, non minus in Criticis, quam in Poeticis, et Mathematicis studiis sagax, ingenium perspicio: quod vero scire aveas de eodem loco ipsae quid sentiam, tuam erga me singularem benevolentiam agnosco. Duae illae particulae *tum jam* conjungi, inquis, paulo durius videntur, quam a Celso esse posse credamus. Sunt autem duae illae ipsae, eumdemque in modum conjunctae particulae ad Lindenium usque servatae summo consensu in Celsi libris, qui calamo extant, typisve descripti. Nihilo tamen minus, ut tot aliis in locis, et merito quidem, Criticis non obstitit ejusmodi consensus, quominus mutandum aliquid cogitarent, sic neque hoc in loco obstare debet. Nempe vera dicis, eoque ab nemine horum studiorum non imperito facile neganda. Illud sequebatur, ut de Lindenii mutatione judicium ferres. Non injuria tulisti. Scilicet ab antiquissima illa scriptura *jam* nimis distat particula, quam substituit, *que*, pro *tum jam* rescribens *tumque*. Longe propiorem ipse excogitasti emendationem *tum in eam*, videlicet *mensam*. Sic enim Celsi locum conjicis esse legendum. *Super mensam tantummodo* digiti *intendi debent, qui vel in priorem, vel in posteriorem partem exciderunt, tum in eam palma compelli.* Vnum fortasse morosus aliquis in conjectura tua desiderare posset, idest, ut verbum *mensam* propius abesset, quam *partem* ab duobus istis *in eam*, minime attendens digitos, non in eam, in quam exciderint, partem, sed in diversam omnino esse compellendos. Morosus vero alter (saepius enim, ut nosti, in difficiles, quam in faciles incidimus homines) qui tum id ipsum, quod modo dicebam, attenderit, tum Celsum meminerit in istis, quae de ossibus suo

loco motis conscripsit capitibus, cum ejuscemodi usus est loquendi forma, compellenda praecepisse non in durum, et renitens, ut mensa est, sed in id, quod excipiat, et in se compulsa admittat, nimirum in suam sedem, aut in diversam partem; hic igitur alter morosus, ne prorsus taceat, fieri potest ut inquirendum amplius in scriptis Codicibus, aiat, an vestigia forte supersint aliqua vetustioris alterius scripturae, exempli causa *in aliam*, oppositam videlicet partem, quod postremum verbum, ut diximus, et propius est, et Celso non insolitum, cum os compellere in hanc aut in illam partem imperaret. Certe autem dicere interea poterit, vocis hujus *aliam* plus quam dimidium in particula illa *iam* libros et scriptos, et impressos retinere. Verum de ejusmodi vestigiis, atque adeo de quibuscumque Celsi locis non ex homine quaerendum est, qui olim tantummodo, velut ego, sic satis fuerit in ejus lectione versatus; sed ex nostro potissimum Targa, quem meis verbis salvere jube. Vale, et Celsum, cujus illustrationem juvare coepisti, non dico magis quam Archimedem, aut Plautum, et Virgilium, at non secus ac caeteros idoneos latinos Scriptores amare, atque ornare perge.

Datum Patavio XIV. Kal. Sextiles MDCCLXVIII.

FRAGMENTA CELSI EX COLUMELLA.

Lib. 1. cap. 8. *Ejusmodi villicum,* illiteratum, sed tenacissimae memoriae, *Cornelius Celsus ait*, *saepius numos domino, quam librum afferre, quia nescius literarum vel ipse minus possit rationes confingere, vel per alium propter conscientiam fraudis timere*. Lib. 2. cap. 9. *Nam, quod ait Celsus, ubi mediocris est fructus*, *optimam quamque spicam legi oportere, separatimque ex ea semen reponere*. Lib. 3. cap. 2. *Albuelis,* vitis, *utilior*, *ut ait Celsus, in colle, quam in campo: in arbore, quam in jugo; in summa arbore, quam in ima, ferax et materiae frequentis, et uvae*. atque iterum, *Prudentis magistri est..illud in totum praecipere; quod et Celsus ait, Nullum genus vitium conserendum esse, nisi fama; nullum diutius conservandum, nisi experimento probatum*. Lib. 7. cap. 2. *Igitur id pecus,* ovillum, *quamvis mollissimum sit, ut ait prudentissime Celsus, valetudinis tutissimae est, minimeque pestilentia laborat*. Capite autem 3. ejusdem libri. *Nam melior est,* agnus, *autumnalis verno, sicut ait verissime Celsus*. Lib. 8. cap. 13. Anser *qui sic ait: Anser neque sine aqua,*

nec sine multa herba facile sustinetur, neque utilis est, locis consitis, quia quidquid tenerum contingere potest carpit. Sicubi vero flumen aut lacus est, herbaeque copia, nec minus juxta satae fruges, id quoque genus nutriendum est, quod etiam nos facere censemus, non quia magni sit fructus, sed quia minimi oneris. Lib. 9, cap. 1. *Quam rationem,* reparandi apes ex juvenco perempto, *diligentius prosequi supervacuum puto, consentiens Celso, qui prudentissime ait; non tanto interitu pecus istud amitti, ut sic requirendum sit.* Lib. 2. Georgicorum v. 479. *qua vi maria alta tumescant, objicibus ruptis.* Phylargyrius *maria alta* &c. Celsus Oceanum significari ait, qui aestu suo diffidi terram inter Mauritaniam et Hispaniam: ut hoc sit: *objicibus ruptis.*

ADDENDA

p. 32 *l.* 3. *ne quid ex densiori cibo remittatur)* Lindenius legit *ut ne quid ex densiori cibo remittatur.*

p. 39 *l.* 18 *quae sic exedunt, ne adurant)* Lindenius legit *quae exedunt, nec adurunt.*

p. 409 *l.* 1. *sic,* oculus, *emortuus est, ne in pus verteretur)* Lindenius legit *sic,* oculus, *emortuus est, ut ne in pus verteretur.*

LEXICON
CELSIANVM

LEXICON CELSIANUM.

A . a primo natali die *lib.* 7. *cap.* 8. a sexto die *lib.* 3. *cap.* 7. *sect.* 2. a prima origine *prooemio lib.* 1. protinus a principiis *lib.* 3. *cap.* 9. cupiditas cibi a primo servata *lib.* 2. *cap.* 3. tutus esse homo a periculo videtur *lib.* 5. *cap.* 27. *sect.* 2. longa a vino abstinentia *lib.* 8. *cap.* 10. *sect.* 7. aequa a ferrario fabro *lib.* 4. *cap.* 16. sevum hircinum a renibus *ibid.* a similitudine hordei *lib.* 7. *cap.* 7. *sect.* 2. cum haec . . a medicis saepe tractata sint atque tractentur *pro. lib.* 1. aves omnes a minimis ad phoenicopterum *lib.* 2. *cap.* 18. a vino ad aquam, ab hac ad vinum transitus ei esse debebit *lib.* 1. *cap.* 10. ℑ *pro propter.* interdum a saltu calcis os a talo dehiscit *lib.* 8. *cap.* 11. ℑ *pro causa a qua aliquid efficitur.* neque quidquam dandum, a quo humor evocari possit *lib.* 6. *cap.* 11. ℑ *pro post.* a balneo cavere, ne quo frigore afflatuve laedatur *lib.* 6. *cap.* 6. *sect.* 8.

Ab . ab initio *lib.* 3. *cap.* 15. ab undecimo die *lib.* 8. *cap.* 9. ab illo tempore exspectato die tertio *lib.* 3. *cap.* 4. Hippocrates ab studio sapientiae disciplinam hanc separavit *pro. lib.* 1.

Abditus . *vide* Causa .

Abdomen . a quibus, *ilibus*, ac pube abdomen sursum versus ad praecordia pervenit: ab exteriore parte evidenti cute, ab interiore laevi membrana inclusum, quae omento jungitur; περιτόναιος autem a Graecis nominatur. *Laevis scilicet membrana qua abdomen ab interiore parte includitur, περιτόναιος a Graecis nominatur. Ruffus Ephesius lib.* 1. *cap.* 27. *De Corporis Humani Partium Appellationibus ita scribit:* ,, A renibus exoriens membrana, omnibusque praetenta intestinis Peritonaeon est ,, . *Eadem significatione vox haec affertur a Polluce. Perperam igitur in quibusdam Lexicis traditur, abdomen a Celso περιτόναιον nominari.* Interdum . . interior abdominis membrana, superiore cute integra, rumpitur *l.* 7. *c.* 17. imum abdomen *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. extremae abdominis partes *v.* Costa .

Abduco . excipiendum hamo retuso est, et a scalpello abducendum *l.* 7. *c.* 5. *s.* 1. Abductus . prehendere per multas partes cutem, et abducere, ut relaxetur; aut imposita resina et abducta subinde idem facere *l.* 3. *c.* 22. potest quaedam fieri mutatio, cum ab eo statu mens, in quo fuerat, abducta est *l.* 3. *c.* 18. coque fit, ut is pilus eo unde vi abductus est, redeat *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8.

Abellana . *v.* Nux .

Abhorrens . ea neque addicta alterutri opinioni sunt, neque ab utraque nimium abhorrentia *pro. l.* 1. annus multa taediique plena mala recipit; nec inter se multum abhorrentes curationes habet *l.* 6. *c.* 18. *s.* 7.

Abhorreo . neque a ratione abhorret, uti penicillo &c. *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1.

Abortus . *v.* Femina, Mulier.

Abrotonum . urinam movet *l.* 3. *c.* 31.

Abrumpo . quo valentius haereat, *sutura*, *vel fibula*, neque cutem abrumpat *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. saepe integra cute os abrumpitur *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. medicus sinistra manu trahere leniter umbilicum debet ita, ne abrumpat *l.* 7. *c.* 29. *v* Ἐντεροκήλη.

Abscedens . satis omnia abscedentia digerit murex combustus &c. *l.* 5. *c.* 18. *s.* 21.

Abscedo . si lassitudinis etiam sensus in febre est, vel in maxillis, vel in articulis aliquid abscedit *l.* 2. *c.* 7. si latius aliquid abscedet &c. *l.* 8. *c.* 9. interdum etiam fit, sed raro, ut quidquid abscedit velamento suo includatur *l.* 7. *c.* 2. sub lingua quoque interdum aliquid abscedit, quod fere consistit in tunica *l.* 7. *c.* 12. *s.* 5. os ferramento adurendum est; vehementiusque si jam carie vexatum est, quo crassior squama abscedat *l.* 7. *c.* 7. *s.* 7.

Abscessus . cum hi (*furunculus*, *phyma*, *panus*) nihil nisi minuti abscessus sint, generale nomen trahit latius vitium ad suppurationem spectans *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11. major abscessus *ibid.* si in magno abscessu multum puris coiit *l.* 2. *c.* 8.

Abscindo . *in vetustis libris fere ubique scriptum est* abscido . quidquid protractum est, paulatim abscindendum est *l.* 7. *c.* 29. dum medicus omnes membranulas &c. scalpello abscindat *l.* 7. *c.* 19. diligenter temperata manu, ne quid ex ipso angulo abscindatur *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4.

Acia. utraque, *sutura*, *et fibula*, optima est ex acia molli, non nimis torta, quo mitius corpori insidat *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23.
Acidus. stomacho apta sunt, quae acida sunt *l.* 2. *c.* 24. extenuant eamdem, *pituitam*, omnia salsa, atque acria, atque acida *l.* 2. *c.* 23. acida maxime conveniunt *l.* 4. *c.* 16 *v.* Acer.
Acies. *v.* Vncus. ℑ *acies oculorum*. cum horum, *columbae*, *palumbi*, *hirundinis*, acies extrinsecus laesa interposito tempore in antiquum statum redeat *l.* 6. *c.* 6. *s.* 39. *v.* Chirurgus. neque idonea curationi senilis aetas est, quae sine novo vitio aciem tamen hebetem habet *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14. levi motu, *capitis*, eripi acies in perpetuum potest *ibid. v.* Cursus pituitae, Hebetesco. ℑ acies *pro dimicatio*, *praelium*. *v.* Miles.
Acinus. *v.* Σταφύλωμα.
Acopum. acopa quoque utilia nervis sunt *l.* 5. *c.* 24. unctionibus lenibus utendum est sic, ut etiam acopo articuli perfricentur *l.* 4. *c.* 31. *v.* E'νῶδες, E'γχριστα.
Acorum. urinam movet *l.* 3. *c.* 21.
A'κροχορδὼν, acrochordon. *v.* Verruca. ἀκροχορδόνα Graeci vocant, ubi sub cute coit aliquid durius &c. *l* 5. *c.* 28. *s.* 14. acrochordon et thymium saepe etiam per se finiuntur, et quo minora sunt, eo magis *ibid.*
Actio. naturales corporis actiones appellant per quas spiritus trahimus, et emittimus; cibum potionemque et assumimus, et concoquimus: itemque per quas eadem haec in omnes membrorum partes digeruntur *pro. l.* 1.
Actus. iisdem omnibus, si fieri potest, etiam festinantius actis *l.* 7. *c.* 5. *s.* 5.
Aculeus. interdum fractura quibusdam velut aculeis carnem vexat *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. *v.* Pastinaca.
Acumen. si quod parvulum fragmentum ossis eminet, id si retusum est, in suam sedem dandum: si acutum, ante acumen ejus praecidendum; si longius limandum *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. *v.* Vncus.
Acuo. ex suppurationibus eae tolerabiles sunt, quae in exteriorem partem feruntur, et acuuntur *l.* 2. *c.* 8.
Acus. acus admovenda est acuta, sed non nimium tenuis, eaque recta demittenda *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14. tenuis acus ferrea ad similitudinem spathae lata, in ignem conjicienda est: deinde candens . . sub ipsis pilorum radicibus ab angulo immittenda est *ibid. s.* 8. quidam ajunt, acu transui juxta pilos exteriorem partem palpebrae oportere, eamque transmitti duplicem capillum muliebrem ducentem *ibid. v.* Aperio, Assuo, Compungo, Concido, Perforo, Pungo, Trajicio.
Acutus. *v.* Acus, Ferramentum, Fragmentum, Hamulus, Specillum, Telum, Dolor, Febris, Morbus. acutior dens aliquis acutior *l.* 6. *c.* 12.

AD

Ad. Accedit ad haec. *v.* Accedo. incidenda ad medium vena est *l.* 2 *c.* 10. ℑ *juxta*, *prope*. unctio ad ignem *l.* 1. *c.* 2. numquam ad flammam ungi, interdum ad prunam *l.* 1. *c.* 4. ℑ *pro*. febre ipsa se ad remedium ejus uti Asclepiades professus est *l.* 3. *c* 4. oleo ad frictiones adjicere calefacientia *l.* 3. *c.* 16. ℑ *adversus*. et ad scorpionis, et ad aranei ictum allium cum ruta recte miscetur *l.* 5. *c.* 27. *s.* 6. ℑ prodest ad id &c *l.* 3. *c.* 18. ℑ *usque ad*. aves omnes a minimis ad phoenicopterum *l.* 2. *c.* 18. amurca ad tertiam partem decocta *l.* 5. *c.* 28. *s.* 16. ℑ catapotia ex eo fiunt ad nostrae fabae magnitudinem *l.* 5. *c.* 25. *s.* 4. in summa parte ejus, *tunicae*, ad lenticulae magnitudinem excidere *l.* 7. *c.* 7. *s.* 11. plaga ad similitudinem myrtei folii fiat *l.* 7. *c.* 2. id ad nostra pondera relatum, paulo plus dimidio scripulo facit *l.* 5. *c.* 17. *s.* 1.
Adactus. excisorius scalper ab altero foramine ad alterum adactus *l.* 8. *c.* 3.
Adaperio. unctae manus indicem digitum primum debet inserere, ibique continere, donec os, *vulvae*, iterum adaperiatur *l.* 7. *c.* 29. *v.* Area.
Adapertus. ubi, *furunculus*, adapertus est, et exiit pus &c. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 8. ore venae alicujus adaperto *l.* 4. *c.* 11.
Addictus. subjiciendum est, quae proxima vero videri possunt. Ea neque addicta alterutri opinioni sunt, neque ab utraque nimium abhorrentia *pro. l.* 1. phrenesis perfecta est, ubi mens illis imaginibus addicta est *l.* 3. *c.* 18.
Addo, *indo*. excepto filo fibula additur *l.* 7. *c.* 25. *s.* 2. illud aliud genus, *polypi* . . interdum inarescit, si addita in narem per linamentum aut penicillum ea compositio est &c. *l.* 6. *c.* 8. *s.* 2.
Addo. ubi auris repleta est, super lana mollis addenda est *l.* 6. *c.* 8.

Adduco. melius adducent, *membrum*, qui easdem habenas ad valida bacula deligarint *l.* 8. *c.* 20. *s.* 1. ab iis quae stulte dicentur, ad meliora mens adducenda *l* 3. *c.* 18. ubi ea parte, *cucurbitulae*, qua exiguum foramen est, ore spiritûs adductus est *&c.* *l.* 2. *c.* 11.

Adductus. rotundo aliquo super poplitem imposito, adductoque eo crure, reconditur, *genu* *l.* 8. *c.* 21. non nimium adducto ungue *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. vini non perfrigidi potio jejuno in consuetudinem adducta *l.* 1. *c.* 3. cutis haud omnino adducta. *v.* Curtus.

Adeo. adeo ut in id quoque genus quod natura pejus est, in hoc statu salubris mutatio sit *l* 2. *c.* 1. eaque missio sanguinis adeo non prodest, ut etiam noceat *l.* 2. *c.* 10. Id Asclepiades adeo non prodesse, etiam inimicum esse proposuit *l.* 4. *c.* 11. etiam febre liberatus vix refectioni valebit: adeo, si saepius febris accesserit, concidet *l.* 3. *c.* 15.

Adeps. sensu caret *l.* 4. *c.* 1. concoquit et movet pus *l.* 5. *c.* 3. purgat *l.* 5. *c.* 5. mollit *l.* 5. *c* 15. recens adeps *l.* 3. *c.* 9. *s.* 2. vetus *l.* 2 *c.* 33. quam vetustissima *l.* 4. *c.* 6. adeps anserina *l.* 5. *c.* 21. *s.* 1. leonina *ibid.* *s.* 7. recens suilla adeps *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. adeps ex fele *l.* . *c.* 33. *v. ibi adnot.* 16.

Adglutino, Agglutino. quo fit, ut nervi sub occipitio extendantur, mentum pectori adglutinetur *l.* 8. *c.* 13. agglutinanda cucurbitula est et inguinibus, et super pubem *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5.

Adhibeo. neminem putant iis, *partibus*, adhibere posse remedia, qui ipsas ignoret *pro.* *l.* 1. adhibendi lenes et glutinosi cibi *l.* 4. *c.* 12. usque eo adhibenda, *aqua calida*, donec *&c.* *l.* 5. *c.* 26. *s.* 27. corporum temporumque ratio potest ea facere necessaria, dum et modo, et non nisi cum opus est, adhibeantur *l.* 1. *c.* 3. estque in ea, *re*, quaedam paulo subtilior observatio adhibenda *ibid.* scire licet, inter ea quoque quae ars adhibet, naturam plurimum posse *l.* 2. *c.* 8. pertinet etiam ad rem recenti re adhiberi medicinam *l.* 7. *c.* 29. et metus major est, et cura major adhibenda *l.* 4. *c.* 11. vis pro magnitudine, *vitii*, adhibenda est *l* 5 *c.* 28 *s.* 1. scalpellus adhibendus est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. plerique nullam vim adhibendo, qua tollere id malum tentent *&c.* *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2. alii, *insanientes*, artes etiam adhibent *l.* 3. *c.* 18. sub qua, *inflammatione*, difficile et periculose vis nervis adhibetur *l.* 8. *c.* 16. *s.* 1. *v.* Auxilium, Diligentia, Exercitatio, Frictio, Inedia.

Adhibitus. potest morbus, etiam qui per se finem habiturus est, citius tamen adhibito auxilio tolli *l.* 2. *c.* 14. adhibita diligentia, ne *&c.* *l.* 7. *c.* 10.

Adhuc. adhuc integris viribus *l.* 3. *c.* 2. teneri adhuc pueri *l.* 2. *c.* 1. gangraenam si nondum plane tenet, sed adhuc incipit, curare non difficillimum est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34.

Adjectus. aceto subinde adjecto *l.* 5 *c.* 18. *s.* 21. adjecta paulatim vel aqua, vel alio humore *l.* 6. *c.* 6. *s.* 3. aliquibus quotidie adjectis *l.* 4. *c.* 23. adjectis quoque medicamentis ad id efficacibus *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12.

Adigo. homo in aquam demittetur, in qua marrubium decoctum sit.. idemque humor clystere intus adigetur *l.* 7. *c.* 27. paxillus tenuis quam laevissimi generis inter ea, *ossa*, demitti debet.. isque quotidie plenior adigendus, donec par id membrum alteri fiat *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7.

Adjicio. omne auxilium corporis aut demit aliquam materiam, aut adjicit *&c* *l.* 2. *c.* 9. oportet ab exiguo cibo incipere; quotidie adjicere, donec ad justum modum perveniat *l.* 3. *c.* 22. adjicere debet exercitationes, frictiones, cibos *ibid.* vere paulum cibo demendum, adjiciendumque potioni *l.* 1. *c.* 3. aestas non quidem vacat plerisque his morbis, sed adjicit febres *&c.* *l.* 2. *c.* 1. mali punici tenues radiculas colligat *&c.* huc adjiciat nitri paulum *l.* 4. *c.* 24. adjicitur celeritati, sicut tormento quoque, si *&c.* *l.* 7. *c.* 4. *s.* 4. adjicit periculo vomitus biliosus *l.* 4. *c.* 20. ne ingenti vulneri ipsi quoque ingens vulnus adjiciamus *l.* 7. *c.* 5. *s.* 3.

Aditus. donec fiat aditus, per quem membranae custos immittatur *l.* 8. *c.* 3. si locus mollis est, avertendus materiae aditus per ea cataplasmata quae simul et reprimunt, et refrigerant *l.* 5. *c.* 28. *s* 11.

Adjungo. superior tunica a Graecis κερατοειδὴς vocatur *&c.* huic interior adjuncta est *&c.* *l.* 7. *c.* 8. *s.* 13. *v.* Carpo.

Adjutus. quibus, *remediis*, si non fuerit aeger adjutus, scire licet malo victum esse *l.* 4. *c.* 7.

Adjuvans. videlicet hic quoque, ut alibi, cum secunda vana fuerint, contrariis adjuvantibus *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8.

Adjuvo. neque ulla res magis adjuvat laborantem, quam tempestiva abstinentia *l.* 2. *c.* 16. vinum quoque cum tempestivo cibo datum non mediocriter adjuvat *l.* 3. *c.* 20. adjuvat ipsam, *curationem*, corpus,

si juvenile, si firmum est *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. si vires desunt, adjuvandae sunt aqua mulsa *l.* 4. *c.* 14. rusticos nostros epota ex aqua herba trixago satis adjuvat *l.* 4. *c.* 13. interdum natura quoque adjuvat, si ex angustiore sede vitium transit in latiorem *l.* 4. *c.* 7. idque, *vitium*, in quibusdam nulla ope adjuvari potest, in quibusdam sanabile est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15.

Admitto. febres quae certum circumitum habent . . maximeque curationem admittunt *l.* 3. *c.* 12 ea quoque, *allium, piper*, assumpta calorem movent, qui horrorem non admittit *ibid.* vitii ejus plures species sunt; quaedam sanabiles, quaedam quae curationem non admittunt *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14. ex his id quod ex spiritu vitium est, medicinam non admittit *l.* 7. *c.* 14. cum ibi valentissimi nervi musculique sint, si suum robur habent, vix admittere, *femur*; si non habent, repositum non continere *l.* 8. *c.* 20. *v.* Concubitus.

Admodum. clari admodum auctores *l.* 8. *c.* 20. validum admodum medicamentum *l.* 6. *c.* 7. *s.* 2. quod admodum rarum est *l.* 8. *c.* 14. quod admodum supervacuum est *l.* 3. *c.* 23. admodum paulum *l.* 6. *c.* 18. *s.* 7.

Admoneo. subinde aeger admonendus, in iis ipsis rebus quae sollicitant, cur potius laetitiae quam solicitudinis causa sit *l.* 3. *c.* 18.

Admotus. admotum aliquod auxilium *l.* 2. *c.* 14. nulla propter festinationem vi admota *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. admota curatione *l.* 3. *c.* 3.

Admoveo. calida cataplasmata admovere *l.* 4. *c.* 20. sicca et calida fomenta *l.* 4. *c.* 21. vesicas bubulas, vel utriculos calido oleo repletos *l.* 4. *c.* 6. subinde admoventur spongiae ex aqua calida expressae *l.* 6. *c.* 7. *s.* 1. extrinsecus admovendus erit spongia vapor calidus *l.* 6. *c.* 13. maxime ubi inter se implicatae, *venae*, glomerantur, eo ferrum admovendum est *l.* 7. *c.* 22. cucurbitulam admovere a diversa parte *l.* 5. *c.* 26. *s.* 21. cucurbitulas pluribus locis admovere *l.* 4. *c.* 20. Asclepiades . . praecepit, ut frictio admoveretur lenis *l.* 3. *c.* 18. admovere ad ignem, vel si aestas est, in sole aegrum oportet *l.* 4. *c.* 6. oportet candens ferramentum gingivis admovere *l.* 7. *c.* 12. *s.* 1. ubi scalpellus admovetur, id agendum est &c. *l.* 7. *c.* 2.

Adnecto. *v.* Ε'μπροστότονος.

Adnumero. neque rationalibus se, neque experimenta tantum spectantibus adnumerari volunt *pro. l.* 1. sorbitio vel pulticula . . et aqua quoque madens panis imbecillissimis adnumerari potest *l.* 2. *c.* 18. sacer quoque ignis malis ulceribus adnumerari debet *l.* 5. *c.* 28. *s.* 4.

Adolescens. famem facilius adolescens, quam puer sustinet *pro. l.* 1. *v.* Aestas. Adolescens, aut certe adolescentiae propior. *v.* Chirurgus.

Adolescentia. labor longam adolescentiam reddit *l.* 1. *c.* 1. longis morbis senectus, acutis adolescentia magis patet *l.* 2. *c.* 1.

Adolescentulus. articuli facilius excidunt in pueris et adolescentulis, quam in robustioribus *l.* 8. *c.* 11. *v.* Infibulo.

Adquiesco. quisquis facile somno adquiescit *l.* 4. *c.* 18.

Adstrictius. *v.* Alligo.

Adstrictus, adstrictior. *v.* Alvus. duae fasciae a mediis orsae, minimeque adstrictae *l.* 8. *c.* 9. quod nimis adstrictum est, cancro periclitatur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 24. *tumor*, renititur sicut uter repletus et arte adstrictus *l.* 7. *c.* 18.

Adstringens. paulum adstringentis cibi sumere *l.* 4. *c.* 26.

Adstringo. sic fascia deliganda est, ut et contineat, nec adstringat *l.* 5. *c.* 26. *s.* 24. satius est, *fascias*, saepius circuire, quam adstringi *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. *v.* Ferula. malagma impositum habere, idque ipsum superimposito duplici triplicive panno, non nimium tamen vehementer adstringere *l.* 3. *c.* 21. umbilicum attrahere, et lino vehementer adstringere *l.* 7. *c.* 14. adstringitur aliquid, eo dempto quod interpositum, ut id laxaretur, effecerat *l.* 2. *c.* 14. alvum adstringit labor &c. *l.* 1. *c.* 3. adstringendum corpus est, quod hebes est *l.* 2. *c.* 14.

Adsum. si composita medicamenta non adsunt &c. *l.* 6. *c.* 6. *s.* 28. gravidae feminae quibus tum adest partus, abortu periclitantur *l.* 2. *c.* 1.

Adversus. medicus neque in tenebris, neque a capite aegri debet residere, sed illustri loco adversus, ut omnes notas ex vultu quoque cubantis percipiat *l.* 3. *c.* 6. homo collocatur alto sedili, medicus autem humiliore adversus *l.* 8. *c.* 10. *s.* 2.

Adversus, *praepos.* prodest etiam adversus tardam concoctionem clare legere *l.* 1. *c.* 8. nihil plus adversus surditatem, quam biliosa alvus potest *l.* 2. *c.* 8. haec adversus omnes ictus utilia sunt *l.* 5. *c.* 27. *s.* 4. adversus omnium sic insanientum animos

gerere se pro cujusque natura necessarium est *l.* 3. *c.* 18.

Aduncus. *v.* Vnguis.

Adurgeo. *v.* Dens.

Adurens. imponi debent medicamenta adurentia *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2. adhiberi possunt etiam vehementius adurentia *l.* 5. *c.* 28. *s.* 8.

Aduro. nihil melius est, quam protinus adurere *l.* 5. *c.* 28. *s.* 1. aduri diligenter et timide debet *l.* 6. *c.* 18. *s.* 3. venas tenuibus ferramentis adurere: contra tempora quidem timide &c. inter frontem vero et verticem vehementer *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. cutis aut ferramentis, aut sinapi adurenda *l.* 4. *c.* 6. ferro locus aduri debet *l.* 5. *c.* 28. *s.* 3. tenui ferramento adurere, quod spathae simile, quasi transcurrere, non imprimi debet *l.* 7. *c.* 12. *s.* 6. venae quae sanguinem fundunt, possunt ferro candenti aduri *l.* 5. *c.* 26. *s.* 21. quidam contra id, *jecur*, scalpello aperiunt, et ipsam vomicam adurunt *l.* 4. *c.* 15. aduri locus debet, donec nullus ex eo humor feratur: nam quod sanum est, siccum est cum aduritur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 33. illud perpetuum est, exciso cancro vulnus esse adurendum *l.* 6. *c.* 18. *s.* 3. adhibenda sunt ea quae adurendo crustas ulceribus inducant *l.* 6. *c.* 11.

Adustus. Adustis quoque locis extrinsecus vis infertur.. haec optime curantur foliis aut lilii, aut linguae caninae, aut betae in vino oleoque decoctis *l.* 5. *c.* 27. *s.* 13. adusta, *carcinomata*, protinus concitata sunt, et increverunt *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2.

AE

Aedificium. *v.* Habito, Sudor.

Aeger. obsequens aeger *l.* 3. *c.* 2. insequitur tempus meridianum, a quo cum omnis aeger fere pejor fiat, timeri potest &c. *l.* 3. *c.* 5. omne ejusmodi medicamentum non semper aegris prodesse, semper sanis nocere *l.* 2. *c.* 13. neque ad rem male haberi aegrum pertinere *l.* 3. *c.* 4. de cibo facilior cum aegris ratio est *l.* 3. *c.* 6. *v.* Ago. ejusmodi medici melius alienos aegros quam suos nutriunt *l.* 3. *c.* 9.

Aeger, *adject.* Vt alimenta sanis corporibus agricultura, sic sanitatem aegris medicina promittit *pro.* *l.* 1. neque curari id quod aegrum est posse ab eo qui quid sit ignoret *ibid.* potius ex sana parte aliquid excidatur, quam ex aegra relinquatur *l.* 7. *c.* 33.

Aegre. morbus comitialis ante pubertatem ortus non aegre finitur *l.* 2. *c.* 8. post annum quintum et vicesimum ortus aegre curatur, multoque aegrius is qui *ibid.* venter nihil reddit, nisi et aegre, et durum *l.* 2. *c.* 7. neque educi infans, nisi aegerrime potest *l.* 7. *c.* 29.

Aegrotans. *v.* Praecipio.

Aegroto. corpora quae more eorum, *athletarum*, repleta sunt, celerrime et senescunt, et aegrotant *l.* 1. *c.* 2. non quod non omni tempore, in omni tempestatum genere, omnis aetatis, omnis habitus homines, per omnia genera morborum et aegrotent, et moriantur: sed quod &c. *pro.* *l.* 2. cum eo tempore, *vespere*, pessimi sint qui aegrotant &c. *l.* 3. *c.* 5. neque dubium est, quin vix quisquam qui per haec mature morbo occurrit, aegrotet *l.* 3. *c.* 2.

Aegyptius. Alumen, Faba.

Aegyptus. in Aegypto quoque, *ea medicinae pars quae manu curat*, increvit, Philoxeno maxime auctore *pro.* *l.* 7. plerique ex antiquis, *cibum*, tarde dabant, saepe quinto die, saepe sexto: et id fortasse vel in Asia, vel in Aegypto coeli ratio patitur *l.* 3. *c.* 4. lacrima arboris in Aegypto nascentis *l.* 3. *c.* 18.

Aemulus. Asclepiadis aemuli, Themisonis aemuli *pro.* *l.* 1. Herophili, vel Erasistrati aemuli *l.* 3. *c.* 9.

Aeneus. *v.* Κυαϑίσκος, Superfluo.

Aequalis. *v.* Intervallum, Pus, Spiritus, Sputum, Sudor, Vlcus.

Aequalitas. ubi aequalitas est, *tempestatum* *l.* 2. *c.* 1.

Aequaliter. corpus aequaliter molle et calidum *l.* 2. *c.* 3. praecordia aequaliter mollia in utraque parte *ibid.*

Aequatus. indicium ossis repositi est dolor sublatus, et membrum alteri aequatum *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1.

Aeque. difficilis aeque curatio est &c. *l.* 2. *c.* 8. aeque magnum malum est *ibid.* altera res est cui credimus, calor, aeque fallax *l.* 3. *c.* 6. illud quoque aeque perpetuum est &c. *l.* 6. *c.* 18. *s.* 3. pessimum est, si ne levatur quidem febris, sed aeque concitata continuat *l.* 2. *c.* 4. venus tum, *hieme*, non aeque perniciosa est *l.* 1. *c.* 3. aeque vehemens auxilium. *v.* Succurro.

Aequo. duo pitacia, quae frontis latitudinem longitudinemque aequent *l.* 3. *c.* 10. donec utrumque ulcus sanae cuti aequetur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 36.

Aequus. aequo animo. v. Sustineo. miscere aequis portionibus ammoniacum, galbanum &c. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11. plus aequo propter dulcedinem assumitur *l.* 1. *c.* 2. aequum est. v. Obligo.

Aer. eo conclavi, *aeger*, tenendus, quo multum et parum aerem trahere possit *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. fenestris aliquantum apertis purum aerem recipere *l.* 4. *c.* 14.

Aerugo. reprimit *l.* 5. *c.* 2. purgat *l.* 5. *c.* 5. rodit *l.* 5. *c.* 6. exedit *l* 5. *c.* 7. crustas ulceribus tamquam igne adustis inducit *l.* 5. *c.* 9. aerugo rasa *l.* 5. *c.* 18. *s.* 2.

Aes. aes combustum rodit *l.* 3. *c.* 6. aeris flos exedit *l.* 5. *c.* 7. sanguinem supprimit squama et ferri et aeris; atque hujus quoque duae species sunt, alia tantum aeris, alia rubri aeris *l.* 5. *c.* 1. squama aeris purgat *l.* 5. *c.* 5. exedit *l.* 5. *c.* 7. adurit *l.* 5. *c.* 8. lenissima ex adurentibus est *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2. squama aeris, quod στωμόμα appellant *l.* 6. *c.* 6. *s.* 5. dejectionem antiqui variis medicamentis.. in omnibus paene morbis moliebantur, dabantque aut veratrum.. aut squamam aeris &c. *l.* 2. *c.* 12. *s.* 1.

Aesculapius. Aesculapius quoniam adhuc rudem et vulgarem hanc scientiam, *medicinam*, paulo subtilius excoluit, in deorum numerum receptus est. Ejus deinde duo filii, Podalirius et Machaon, bello Trojano ducem Agamemnonem secuti, non mediocrem opem commilitonibus suis attulerunt *pro. l.* 1.

Aestas. *hieme*, periculosior est *l.* 2. *c.* 1. pueri proximique his.. aestate prima tutissimi sunt *ibid.* inimicior senibus hiems, aestas adolescentibus est *ibid.* aestate et cibo et potione saepius corpus eget *l.* 1. *c.* 3. aestate in totum, si fieri potest, *venere*, abstinendum est *l.* 1. *c.* 3. si sicca aestas septemtrionales ventos habuit &c. *l.* 2. *c.* 1. aestas non quidem vacat plerisque his morbis, sed adjicit febres &c. *ibid.* in hoc casu per hiemem locis maritimis, per aestatem mediterraneis opus est *l.* 2. *c.* 11.

Aestimatio. causae quoque aestimatio saepe morbum solvit *pro. l.* 1.

Aestimo. cum praecipua in hoc ars sit, quae.. vires aestimet *l.* 2. *c.* 10. vis corporis melius ex venis, quam ex ipsa specie aestimatur *ibid.* quas tamen species si quis curiosius estimet, facile intelliget omnes ex una causa pendere, quae demit *l.* 2. *c.* 14.

Aestivus. v. Lactuca, Quartana. perflatus aestivus. v. Habito.

Aestuans. neque alienum est, naribus quoque aestuantis admovere quod reficiat *l.* 3. *c.* 19. cum potius naturale sit, potione aestuantem stomachum refrigerari *l.* 1. *c.* 3.

Aestuo. si quis in balneo aestuat, reficit hunc ore exceptum et in eo retentum acetum *l.* 1. *c.* 3.

Aestuosus. v. Calvaria, Cibus, Serpens.

Aestus. oportet ambulare sub divo ante aestum leniter *l.* 1. *c.* 10. neque committendum, ut per aestum anima deficiat *l.* 2. *c.* 17. si capitis ac frontis dolores ex vento, vel frigore, aut aestu sunt, gravedine et sternumentis finiuntur *l.* 2. *c.* 8. si febris.. ex aestu fuit *l.* 3. *c.* 5. interdum vel ex nimia inflammatione, vel ob aestus immodicos.. cancer occupat, *vulnus l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. fractis aestibus. v. Premo.

Aetas. aetas media tutissima est, quae neque juventae calore, neque senectutis frigore infestatur *l.* 2. *c.* 1 antiqui primam ultimamque aetatem sustinere non posse hoc auxilii genus judicabant *l.* 2. *c.* 10. inediam facillime sustinent mediae aetates *l.* 1. *c.* 3. fere hanc curationem puerilis aetas recipit *l.* 7. *c.* 20. neque idonea curationi senilis aetas est.. ac ne puerilis quidem, sed inter has media *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14. intestinorum laevitas facilius a teneris aetatibus depellitur *l.* 2. c. 8. cum hio morbus, *phthisis*, aetate firmissima maxime oriatur, id est ab anno duodevicesimo usque ad annum quintum et tricesimum *l.* 3. *c.* 22. phyma.. ubi aetas induravit, ne nascitur quidem *l.* 5. *c.* 28. *s.* 9. si jam aetas ejus hominis quadragesimum annum excessit &c *l* 2. *c.* 8. si jam aetate aliquis processit &c. *ibid.* si aetas processit &c *l.* 7. *c.* 20. is morbus qui in intestino pleniore est &c. per aetatem saepe repetens sic cruciat, ut vitae spatio nihil demat *l.* 4. *c.* 21. interdum in capite longa imbecillitas per hominis aetatem est *l.* 4 *c.* 2. ibi enim vix fieri potest, ut non per omnem aetatem exulceratio sit *l.* 8. *c.* 4. omnis aetatis homines *pro. l.* 2.

AF

Afer. efficacior etiamnum est Afrorum curatio *l.* 7. *c.* 5 *s.* 15.

Affectus. seu supersunt vires, seu desunt, seu quidam alii affectus superveniunt *l.* 3. *c.* 5.

possunt quaedam subesse corpori vel ex infirmitate ejus, vel ex aliquo affectu *pro. l.* 1. ceteri venti, quo vel huic, *Austro*, vel illi, *Aquiloni*, propiores sunt, eo magis vicinos his illisve affectus faciunt *l.* 2. *c.* 1. cum corporibus inviolatis, haec tamen, *interiora*, metu, dolore, inedia, cruditate, mille aliis mediocribus affectibus saepe mutentur *&c. pro. l.* 1. supersunt alii corporis affectus, qui huic, *febri*, superveniunt *l.* 3. *c.* 18. de basilico collyrio convenit, ad omnes oculorum affectus id esse idoneum, qui non lenibus medicamentis curantur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 31. qui vel capitis, vel arteriae dolores, vel quoslibet alios oris affectus habere consuerunt *l.* 1. *c.* 5. *v.* Animus, Chirurgus.

Affectus, *adject.* neque saepe, neque tamdiu in aqua calida puer habendus, quam adolescens; levi, quam graviore inflammatione affectus *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. febricitansi cuidam et magna siti affecto *pro. l.* 1. liene affecto *l.* 3. *c.* 21. oculo et ante per pilos, et tum per palpebrae foramina affecto *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. levius ipso osse affecto *l.* 8. *c.* 9. *s.* 1. nonnumquam stomachus quoque affectus primum rufam bilem per os reddit *&c. l.* 7. *c.* 18. omnibus sic affectis somnus et difficilis, et praecipue necessarius est *l.* 3. *c.* 18.

Affero. tactus is locus aliis dolorem affert, in aliis eum non habet *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2. interdum ex inflammatione tumet ipse testiculus, et febres quoque affert *l.* 7. *c.* 18. neque id ullum metum, nisi inter musculos qui tempora continent, affert *l.* 8. *c.* 4. purgationes quoque, ubi frequentes sunt, periculum afferunt *l.* 1. *c.* 3. si quid abscessit *&c.* periculum affert primum furoris, deinde interitus *l.* 2. *c.* 7. nimia frictio etiam lethargi periculum affert *l.* 3. *c.* 18. erysipelas interdum periculum magnum affert *l.* 5. *c.* 26. *s.* 33. quae, *curatio* .. maximum periculum affert *l.* 7. *c.* 29. non idem periculum carcinoma affert, nisi *&c. l.* 5. *c.* 28. *s.* 2. neque vomitus hujus, *sanguinis*, periculum affert, etiam cum repetit, si ante confirmare, et implere corpus licuit *l.* 4. *c.* 11. quoties is, *sanguis*, suppressus et, ne quid periculi afferat, multa exercitatione digerenda materia est *l.* 6. *c.* 18. *s.* 9. opem afferre. *v.* Aesculapius. aliquid afferre auxilii. *v.* Homerus. removendi terrores, et potius bona spes afferenda *l.* 3. *c.* 18.

Afficio. modo ingens calor, modo inflatio hunc, *stomachum*, modo inflammatio, modo exulceratio afficit.. frequentissimumque ejus vitium est, quo resolvitur; neque ulla re magis aut afficitur, aut corpus afficit *l.* 2. *c.* 12. pulmo totus afficitur *l.* 4. *c.* 14. si simul totum corpus afficitur *l.* 2. *c.* 8. emollitum in eo, *balneo*, ulcus, cito rursus eodem malo afficitur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34. quod ad abstinentiam, et primos ulterioresque cibos potionesque pertinet, eadem quae in vulneribus praecipi, servanda sunt, eo magis, quo periculosius haec pars afficitur *l.* 8. *c.* 4. utraque, *sutura, et fibula*, si nimis crebra est, vehementer afficit *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. ista, *mala*, quo minus cito affecerint, eo tardius solventur *l.* 2. *c.* 7. oportebit uti in iis partibus quae non afficiuntur, frictionibus *&c. l.* 3. *c.* 27. *s.* 4. cum malis medicamentis corpus affectum est *l.* 3. *c.* 22. renes, ubi affecti sunt, diu male habent *l.* 4. *c.* 17.

Affirmo. frigidam assidue potionem esse debere contra priores auctores Asclepiades affirmavit *l.* 4. *c.* 26.

Affixus. neque in eo loco levari cutis potest, sed inferiori carni quasi affixa est *l.* 5. *c.* 28. *s.* 1.

Afflatus. a balneo cavere, ne quo frigore afflatuve laedatur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8.

Affligo. haec duo, *desidia, et luxuria*, corpora, prius in Graecia, deinde apud nos afflixerunt *pro. l.* 1. intermissus propter civiles aliquas necessitates ordo exercitationis corpus affligit *l.* 1. *c.* 1. celerius ea, *sanguinis detractione*, si nimium est pinguis aliquis, affligitur *l.* 2. *c.* 10. si ex aliquo subito casu sanguinem vomit.. protinus ei demenda materia est, ne si subsederit, corpus affligat *ibid.* febris assidua quae siti affligit *l.* 2. *c.* 8. illud jure aliquis mirabitur, quomodo quaedam simul et affligant nostra corpora, et parte aliqua tueantur *ibid.*

Africa. in Africa nullo die aeger, *cibo*, abstineri recte videtur *l.* 3. *c.* 4.

AG

Agamemnon. *v.* Aesculapius.

Ager. modo ruri esse.. modo in agro *l.* 1. *c.* 1.

Aggredior. incipiam ab insania, primamque hujus ipsius partem aggrediar, quae et acuta, et in febre est *l.* 3. *c.* 18.

Agitans. nullo quidquam post eos qui supra comprehensi sunt agitante, nisi quod acceperat *pro. l.* 1.

Agitatio. oportet in primis conquiescere; si-

quidem omnis agitatio exulcerat *l*. 4. *c*. 22.

Agito. non nisi leni gestatione corpus agitandum *l*. 3. *c*. 6. per haec similiaque corpus agitandum est, ut moveatur ex eo statu quo detinetur *l*. 3. *c*. 16. praecipue in iis, *natationibus*, agitanda membra, quae maxime deficiunt *l*. 3. *c*. 27. *s*. 1. periculosissimum est, si venae quoque ibi, *in praecordiis*, vehementer agitantur *l*. 2. *c*. 4. ℑ *exaspero*, *irrito*. non idem periculum carcinoma affert, nisi imprudentia curantis agitatum est *l*. 5. *c* 28. *s*. 2. adeo ut quidam secti, cum diu frustraque per digitos vesica esset agitata, decesserint *l*. 7. *c*. 26. *s* 3. ℑ *tracto*. Ergo etiam post eos de quibus retuli nulli clari viri medicinam exercuerunt; donec majore studio litterarum disciplina agitari coepit *pro*. *l*. 1. febres et ulcera agitare. *v*. Contentus.

Ἀγκτὴρ. imponendae fibulae sunt; ἀγκτῆρας Graeci nominarunt; quae oras, paulum tamen contrahant *l*. 5. *c*. 26. *s*. 23.

Ἀγκύλη. malagma ad recenti cicatrice contractos articulos, quas ἀγκύλας Graeci nominant *l*. 5. *c*. 18. *s*. 28.

Ἀγκυλοβλέφαρος. interdum inter se palpebrae coalescunt, aperirique non potest oculus: cui malo solet etiam illud accedere, ut palpebrae cum albo oculi cohaerescant &c. Ἀγκυλοβλέφαρους sub utroque vitio Graeci appellant *l*. 7. *c* 7. *s*. 6. palpebrae tantum inter se cohaerentes non difficulter diducuntur; sed interdum frustra: nam rursus inter se glutinantur *ibid*.

Agnus. ex agno hoedove cum petiolis totum caput aliquanto quam cetera membra leviora sunt *l*. 2. *c*. 18. *v*. Hoedus.

Ago. primum dicam quemadmodum sanos agere conveniat *pro*. *l*. 1. interim licet negotia agere.. perinde atque sanissimo *l*. 7. *c*. 4. *s*. 4. neque tamen illis ipsis diebus, quibus aliqua omittenda sunt, expedit tamquam aegros agere; sed cetera omnia quasi sanis facienda sunt *l*. 4. *c*. 5. cum semper aegros securos agere conveniat, tum praecipue ubi cibum sumpserunt *l*. 3. *c*. 5. liberaliter agere. *v*. Arbitrium. ubi suppurationes natae fuerint, primum id agere oportet, ne coitus inutilis materiae fiat &c. *l*. 3. *c*. 27. *s*. 4. quisquis daturus erit, *album veratrum*, id agere ante debet, ut accepturi corpus humidius sit *l* 2. *c*. 13. cum ex toto convaluerit, periculose vitae genus subito mutabit, et inordinate aget *l*. 4. *c*. 32. terebra res agenda est *l*. 8. *c*. 3. curiosius id agendum est &c. *l*. 8. *c*. 10. *s*. 7. tunc majore cura agendum est, cum &c *l*. 8. *c*. 3. in his quoque diligenter esse agendum dixit, *Hippocrates*, ne praecipitarent *l*. 8. *c*. 25. neque vero festinanter in hac re, ut in plerisque, agendum est; sed ita, ut quam maxime tuto id fiat *l*. 7. *c*. 26. *s*. 2. id agendum est, ut concoquat aliquis *l*. 1. *c*. 7. id agendum cibis uberioribus est, ut corpus quam plenissimum fiat *l*. 8. *c*. 9. non ideo tamen id agendum, ut aegri vires convellantur, existimo; quoniam ex imbecillitate summum periculum est *l*. 3. *c*. 4. parcius in his, *pueris*, agendum est *l*. 3. *c*. 7. *s*. 1. post satietatem nihil agendum *l*. 1. *c*. 2. neque tamen fas non est, nihil cucurbitulam agere *l*. 7. *c*. 2. qui radit haec, audacter imprimere ferramentum debet, ut et aliquid agat, et maturius desinat *l*. 8. *c*. 2. ℑ *moveo*, *adigo*, *impello*. ubi jam iter modiolo impressum est, clavus educitur; et ille per se agitur *l*. 8. *c*. 3. quatenus terebra agenda sit, scobis significat *ibid*. idem humor rosa mixtus in ipsum vulnus oriculario clystere agendus est *l*. 7. *c*. 27. sin utraque parte prolapsa est, aequaliter retro maxilla agenda est *l*. 8. *c*. 12. scalper duabus lineis ad rimam agendus ad similitudinem litterae V *l*. 8. *c*. 4.

Agrestis. *v*. Cucumis, Pastinaca. ℑ *more substantivi*, Agrestium experimento cognitum est *l*. 6. *c*. 9.

Agricola. ne agricolam quidem aut gubernatorem disputatione, sed usu fieri *pro*. *l*. 1.

Agricultura. Vt alimenta sanis corporibus agricultura, sic sanitatem aegris medicina promittit *initio pro*. *l*. 1.

Ἄγριος. *v*. Papula, Scabies, Vva taminia.

Ajax. *v*. Poeta.

Αἰγίλωψ. in angulo, *oculi*, qui naribus propior est, ex aliquo vitio quasi parva fistula aperitur, per quam pituita assidue destillat: αἰγίλωπα Graeci vocant *l*. 7. *c*. 7. *s*. 7.

Αἱμοῤῥοὶς. ora venarum tamquam capitulis quibusdam surgentia, quae saepe sanguinem fundunt: αἱμοῤῥοίδας Graeci vocant *l*. 6. *c*. 6. *s*. 9.

Ajo. Asclepiades acetum ait quam acerrimum esse sorbendum *l*. 4. *c*. 9.

AL

Ala. humerus modo in alam excidit, modo in partem priorem *l*. 8. *c*. 15. si in alam

excidit, necessaria est spatha lignea, quae ab ala usque ad digitos pervenit: eaque spatha ab alam brachio dirigitur sic, ut caput ejus summae alae subjiciatur *ibid*. *v*. Struma. ℑ ex avibus colla alaeve recte infirmissimis adnumerantur *l*. 2. *c*. 18.

Albesco. oleo et aqua refrigerandus, *aeger*, est; quae manu miscenda sunt, donec albescant *l*. 3. *c*. 7. *s*. 2.

Albidus. si quod descendit est albidum &c. *l*. 2. *c*. 4. si de nigro, *oculi*, aliquid albidum factum est, diu manet *l*. 6. *c*. 6. *s*. 1. *v*. Pus, Vlcus.

Albus. *v*. Color, Emplastrum, Oleae, Papaver, Pituita, Pus, Sputum. ℑ album, *substant*. clavi vocantur callosa in albo oculi tubercula *l*. 7. *c*. 7. *s*. 12. ovi album glutinat *l*. 5. *c*. 2. albo finiri ex nigritie vitium &c. manifestum est *l*. 8. *c*. 2.

Alcyonium. rodit *l*. 5. *c*. 6. exedit *l*. 5. *c*. 7.

Alexandria. aptissime Alexandriam ex Italia itur *l*. 3. *c*. 22.

Alexandrinus. *v*. Calamus, Emplastrum.

Alia. *adverb*. *v*. Fluo.

Alias. motus ut in dolore pestifer, sic alias saluberrimus corpori est *l*. 8. *c*. 11. alias per sudorem ad integritatem venitur, alias corpus tantum imbecillius redditur *l*. 3. *c*. 3. multa in praecipiti periculo recte fiunt, alias omittenda *l*. 3. *c*. 18.

Alibi. clavus nonnumquam etiam alibi, sed in pedibus tamen maxime oritur *l*. 5. *c*. 28. *s*. 14. videlicet hic quoque, ut alibi, cum secunda vana fuerint, contrariis adjuvantibus *l*. 6. *c*. 6. *s*. 8.

Alica. elota quaedam genera frumenti, ut alica &c. imbecillissimis adnumerari possunt *l*. 2. *c*. 18. alica boni suci est *l*. 2. *c*. 20. crassiorem pituitam facit *l*. 2. *c*. 23. danda est elota alica ex aqua mulsa *l*. 4. *c*. 14. *v*. Cremor.

Alienatio. mentis alienatio *l*. 4. *c*. 2.

Alienatus. ex his colligi potest id quoque quod alia parte dependens, alia inhaerebit, si alienatum adhuc non est, suturam an fibulam postulet *l*. 5. *c*. 26. *s*. 23.

Alieno. id quod adstrictum est alienatur, et cancro opportunum est *l*. 8. *c*. 10. *s*. 1. si adhuc ea, *intestina*, sui coloris sunt, cum magna festinatione succurrendum est: momento enim alienantur externo et insueto spiritu circumdata *l*. 7. *c*. 16.

Alienus. balneum atque omnis humor alienus est *l*. 3. *c*. 21. ubi convaluit aliquis, diu tamen alienus ei veneris usus est *ibid*. vinum omnibus, *vulneribus*, dum febris, dum inflammatio est, alienum est *l*. 5. *c*. 26. *s*. 9. aliena stomacho sunt omnia tepida, omnia salsa &c. *l*. 2. *c*. 25. olera et salsamenta semper aliena sunt *l*. 7. *c*. 27. cui caput infirmum est.. maxime vomitus alienus est *l*. 1. *c*. 4. ejusmodi medici melius alienos aegros, quam suos nutriunt *l*. 3. *c*. 9. scire oportet, interdum in accessione desipere aegros, et loqui aliena *l*. 3. *c*. 18. sumendi cibi faciles, et stomacho non alieni *l*. 4. *c*. 12. non alienum est in ipsa febre dare mulsi tres aut quatuor cyathos *l*. 3. *c*. 7. Quo minus alienum videtur. *v*. Aliquandiu.

Alimentum. *v*. Agricultura, liberalius alimentum *l*. 8. *c*. 10. *s*. 7. alimenta pleniora *l*. 4. *c*. 13. valentissimum voco, in quo plurimum alimenti est *l*. 2. *c*. 18. plus alimenti est in pane, quam in ullo alio *ibid*. eadem omnia pinguia, quam macra; recentia, quam salsa; nova, quam vetusta plus alimenti habent *ibid*. *v*. Subministro.

Alioqui, alioquin. si diutius jacet, aut alioqui jacere consuevit *l*. 4. *c*. 27. *s*. 1. alioquin vulnus interius ea victus ratio, eaque medicamenta sanabunt, quae &c. *l*. 5. *c*. 26. *s*. 24..

Ἀλίπαινα. *v*. Emplastrum.

Aliquandiu. nonnulli, cum aliquandiu nihil vidissent, subita profusione alvi lumen receperunt. Quo minus alienum videtur, medicamentis quoque moliri dejectiones *l*. 6. *c*. 6. *s*. 37.

Aliquando. rarius, sed aliquando morbus quoque ipse novus est *pro*. *l*. 1. aliquando, sed serius balneum tentandum *l*. 4. *c*. 5.

Aliquanto. puris aliquanto amplius concitari *l*. 7. *c*. 30. *s*. 1. *medicina*, apud Graecos aliquanto magis, quam in ceteris nationibus exculta est *pro*. *l*. 1. femina brevius urinae iter.. aliquanto minus difficultatis exhibet *l*. 7. *c*. 26. *s*. 1 hunc aliquanto majorem medicum futurum, quam si &c. *pro*. *l*. 1. *urinae iter*, aliquanto melius. *v*. Callus. extrinsecus admovendus, sed aliquanto diutius, vapor calidus *l*. 5. *c*. 10.

Aliquantum. acre acetum cui aliquantum salis sit adjectum *l*. 7. *c*. 26. *s*. 5. Tryphon pater, et Evelpistus, et Meges, quibusdam in melius mutatis, aliquantum ei professioni adjecerunt *pro*. *l*. 7.

Aliquis. ubi aliquis relevatus est *l*. 6. *c*. 6. *s*. 8. securus est in iis aliquis, quae saepe sine periculo evasit *l*. 2. *c*. 22. aliquis cibus lenis *l*. 4. *c*. 7. ubi expeditior alicu-

jus, quam sani fuit, sermo est *l.* 2. *c.* 7. si nimium alicui fatigato paene febris est *l.* 1. *c.* 3. ubi febris aliquem occupavit *l.* 2. *c.* 3. horum aliquo praeparato *l.* 6. *c.* 6. *s.* 9. si id aliqua res prohibet *l.* 6. *c.* 14. potest morbus reliquiis quibusdam inhaerere, quas admotum aliquod auxilium discutiat *l.* 2. *c.* 14. si latius aliquid abscedet *&c.* *l.* 8. *c.* 9. si aliqui labant dentes *&c.* *l.* 7. *c.* 12. *s.* 1. quod si aliquae membranae prohibent, scalpello resolvuntur *l.* 7. *c.* 20. illis ipsis diebus quibus aliqua omittenda sunt *l.* 4. *c.* 5. ex quibus saepe plura, numquam non aliqua febrem antecedunt *l.* 2. *c.* 2. quorum ubi aliquid detectum est *&c.* *l.* 7. *c.* 5. *s.* 1. aliquid in natura spei est *l.* 2. *c.* 8. sensus alicujus ibi quasi frigoris est *l.* 2. *c.* 8. quae apud antiquiores aliquos posita sunt *l.* 2. *c.* 14. propter civiles aliquas necessitates *l.* 1. *c.* 1. si quod ex vertebra excedit, aliquo modo fractum est *l.* 8. *c.* 9. *s.* 2. aliquibus quotidie adjectis *l.* 4. *c.* 23. ℑ aliquid, *pro aliquantum.* ingredi aliquid eodem modo debet *l.* 1. *c.* 3. moveri aliquid *l.* 3. *c.* 16.

Aliquot. aliquot diebus *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. aliquot horis *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2.

Aliter. quae sanari non possint, vel aliter nutriri debeant, alibi dicendum erit *&c.* *l.* 7. *c.* 19. cum aliter aliterque in eodem morbo febres accedunt *l.* 3. *c.* 3. aliter se corpus habere, atque consuevit *l.* 2. *c.* 2.

Alius. color alius ex alio fit *l.* 2. *c.* 5. sub ordine naturali pilorum alius ordo subcrescit *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. non alius magis morbus importunior acutiorque est, quam qui *&c.* *l.* 4. *c.* 6. panis fermentatus, et quisquis alius, quam qui ex tritico est *l.* 2. *c.* 28. saepe venas concitat et metus, et ira, et quilibet alius animi affectus *l.* 3. *c.* 6. illud convenit, alium dandum cibum laborantibus, si hoc; alium, si illud verum est *pro.* *l.* 1. alium lux, alium tenebrae magis turbant *l.* 3. *c.* 18. lectica, vel alio modo corpus dimovendum est *l.* 3. *c.* 22. plus alimenti est in pane, quam in ullo alio *l.* 2. *c.* 18. possunt quaedam subesse corpori, quae vel in alio non sunt, vel in hoc alias non fuerunt *pro.* *l.* 1. alio loco *l.* 7. *c.* 33. alio quo modo *l.* 7. *c.* 18. tempore alio *pro.* *l.* 1. ex alia causa *l.* 5. *c.* 28. *s.* 3. alia curatio *l.* 8. *c.* 10. *s.* 3. alia via *l.* 4. *c.* 26. alia res alia vel valentior est, vel infirmior *l.* 2. *c.* 18. neque vitae alia spes est, quam *&c.* *l.* 2. *c.* 5. avertitur interdum sanguis, ubi alia parte prorumpens, alia emittitur *l.* 2. *c.* 10. aliud vitii genus *l.* 6. *c.* 7. *s.* 8. ante quidquam aliud, aquam bibere *l.* 4. *c.* 2. aliud alii vel corpori, vel valetudini convenit *l* 2. *c.* 19. aliud est sanguinem, aliud bilem, aliud cibum vomere; aliud dejectionibus, aliud torminibus laborare; aliud sudore digeri, aliud tabe consumi *pro.* *l.* 1. aliud ex toto sequendum est curationis genus *l.* 3. *c.* 15. ante omnia norit quisque naturam sui corporis: quoniam alii graciles, alii obesi sunt; alii calidi, alii frigidiores; alii humidi, alii sicci; alios adstricta, alios resoluta alvus exercet *l.* 1. *c.* 3. aliae res boni suci sunt, aliae mali; aliae lenes, aliae acres; aliae crassiorem pituitam faciunt, aliae tenuiorem; aliae idoneae sunt stomacho, aliae alienae *&c.* *l.* 2. *c.* 19. in ea, *curatione*, multum antiqui auctores variarunt, ut in singula genera anguium singula medendi genera praeciperent; aliique alia *l.* 5. *c.* 27. *s.* 3. alii aliique colores *l.* 7. *c.* 6. aliud aliudque nomen *l.* 4. *c.* 8. aliud os super aliud effertur *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. cum aliter aliterque in eodem morbo febres accedunt; non easdem inordinate redire, sed alias aliasque subinde oriri dicunt *l.* 3. *c.* 3. feminis quibus menstrua non proveniunt, necesse est capitis acerbissimi dolores sint, vel quaelibet alia pars morbo infestetur *l.* 2. *c.* 7.

Alligo. tertio quoque die nodus resolvendus est, et ad caput alterum recens linum alligandum *l.* 7. *c.* 4. *s.* 4. qua incisum est, acus debet immitti, infraque eam lino id capitulum alligari *l.* 7. *c.* 30. *s.* 3. malagma adstrictius alligandum *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7.

Allium. valentiores sunt omnes bulbi; in quibus cepam quoque, et allium numero; quam pastinaca *&c.* *l.* 2. *c.* 18. allium mali suci est *l.* 2. *c.* 21. acre est *l.* 2. *c.* 23. inflat *l.* 2. *c.* 26. calefacit *l.* 2. *c.* 27. alvum movet *l.* 2. *c.* 29. allium frictum *l.* 4. *c.* 8. spica allii *l.* 4. *c.* 10. allii semen *l.* 5. *c.* 21. *s.* 1. si lumbrici teretes sunt . . edisse et allium et lupinum prodest *l.* 4. *c.* 24.

Allobrogicus. *v.* Vinum.

Alo. ad ea veniendum est quae alunt, id est cibum et potionem *l.* 2. *c.* 18. res eadem magis alit jurulenta, quam assa; magis assa, quam elixa *ibid.* fere sequitur, ut quo valentior quaeque materia est, eo minus facile concoquatur; sed si concocta est, plus alat *ibid.* *c.* Cibus. genus

victus adhibendum est, quo carnem ali docui *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. in acutis morbis serius aeger alendus est . . in longis maturius *l.* 3. *c.* 2. cum jam non solum sustineri, *aeger,* sed ali quoque cibis oportebit *l.* 8. *c.* 4. solet desinere ali corpus, ac sic tabe consumi *l.* 4. *c.* 12. *v.* Purgatio. resolutum membrum, si nihilo minus alitur, fieri sanum potest *l.* 2. *c.* 8. si ulcus madet, neque alitur &c. *l.* 8. *c.* 4.

Aloe. sanguinem supprimit *l.* 5. *c.* 1. qui dejicere volet . . aloen sumat *l.* 1. *c.* 3.

Alte. media tunica excidenda erit sic, ut alte ad ipsum inguen praecidatur *l.* 7. *c.* 19. quamcumque tunicam quis violavit, illam quoque debet excidere, et mediam quidem quam altissime ad inguen *ibid.* ℑ *profunde.* latius pateat necesse est, quod jam alte processit *l.* 8. *c.* 3. μυρμήκια radices altius exigunt *l.* 3. *c.* 28. *s.* 14. altissime. *v.* Sagitta.

Alter. intra ipsa intestina consistunt duo morbi; quorum alter in tenuiore, alter in pleniore est *l.* 4. *c.* 20. saepe dies unus, aut alter totum dolorem hac ratione discutit *l.* 4. *c.* 2. tertio quoque die cibus aegro commodissime datur; ut alter febrem minuat, alter viribus subveniat *l.* 3. *c.* 5. ubi tertio die cibus datus est, intermittere quartum, et invicem alterum quemque *l.* 3. *c.* 23. ex febribus una quotidiana, altera tertiana, altera quartana est *l.* 3. *c.* 3. *v.* Accessio. quod primum discrimen nosse oportet, ut alteris succurratur, alteris manus non injiciatur *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15.

Alternus. si quotidie gravis accessio est, haec, *sorbitio,* quotidie detur; si alternis, post graviorem sorbitio, post leviorem mulsa aqua *l.* 3. *c.* 20. *v.* Dies.

Alteruter. ex his, *unctione et balneo,* neutrum semper fieri oportet; sed saepius alterutrum, pro corporis natura *l.* 1. *c.* 2. manus &c. si in alterutrum latus procidit, *manus,* in contrarium . . convertitur *l.* 8. *c.* 17. cui . . bilis atra vel infra, vel supra se ostendit; cuive alterutro modo se promptis &c. *l.* 2. *c.* 6. quicumque dolorem ingentem circa tempora et frontem habebit, is alterutra ratione eum finiet *l.* 2. *c.* 7.

Altitudo, *profunditas.* altitudo esse plagae usque ad cartilaginem debet *l.* 7. *c.* 7. *s.* 7. foraminis altitudo consideranda *l.* 8. *c.* 3. alterum, *genus ignis sacri,* est in summae cutis exulceratione, sed sine altitudine *l.* 5. *c.* 28. *s.* 4.

Altum, *pro mare.* gestatio lenissima est navi, vel in portu, vel in flumine; vehementior in alto *l.* 2. *c.* 15. *v.* Piscis.

Altus. *v.* Conclave, Sedile. antidota recte dantur collisis corporibus, vel per ictus, vel ubi ex alto deciderunt *l.* 3. *c.* 23. *s.* 1. ℑ *profundus.* tumores incidere altis plagis oportet *l.* 3. *c.* 21. ubi tenue, sed altum vulnus insedit *l.* 5. *c.* 26. *s.* 35. altiores ictus *ibid.* *v.* Fistula. si ex alto calor venit *l.* 3. *c.* 5.

Alumen. sanguinem supprimit *l.* 5. *c.* 1. aperit *l.* 5. *c.* 4. exedit *l.* 5. *c.* 7. alumen rotundum evocat et educit *l.* 5. *c.* 12. alumen liquidum, sed magis rotundum rodit *l.* 3. *c.* 6. alumen scissile adurit *l.* 5. *c.* 8. alumen et scissile, quod σχιστὸν vocatur, et liquidum reprimunt *l.* 5. *c.* 2. alumen aridum *l.* 6. *c.* 19. alumen melinum rotundum *ibid.*

Alvus, *pro ea capacitate qua ventriculus, intestina, jecur, lienis, renes, vesica, vulva continentur.* vivorum hominum alvum atque praecordia incidi *pro.* *l.* 1. uterum, *vocat l.* 3. *c.* 21. *et alibi.* ℑ *pro intestinorum cavo.* immittenda in alvum est, si levi medicina contenti sumus, pura aqua *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. alvus satis quotidie reddit *ibid.* alvus nihil reddit, ac ne spiritum quidem infra transmittit *l.* 4. *c.* 19. ℑ *pro materia quam intestina infra emittunt.* alvus liquida *l.* 4. *c.* 26. mollis *l.* 2. *c.* 5. quam tenerrima *l.* 3. *c.* 18. dura *l.* 6. *c.* 18. *s.* 5. nigra *l.* 2. *c.* 8. nigra, sanguini atro similis, repentina *ibid.* varia *l.* 2. *c.* 6. liquida, eademque vel nigra, vel pallida, vel pinguis *ibid.* rufa *l.* 2. *c.* 3. biliosa *l.* 2. *c.* 8. cita *l.* 1. *c.* 6. fluens *l.* 7. *c.* 2. coacta *l.* 2. *c.* 3. alvus mala est ex toto suppressa *l.* 2. *c.* 4. alvus varia pestifera est, quae strigmentum, sanguinem, viride aliquid, modo diversis temporibus, modo simul, et in mixtura quadam, discreta tamen repraesentat *l.* 2. *c.* 6. in praecipiti vero jam esse denuntiat, quae liquida, eademque vel nigra, vel pallida, vel pinguis est; utique si magna foeditas odoris accessit *ibid.* si extremam alvum spiritus sequitur *l.* 2. *c.* 8. alvus cum multo spiritu redditur *l.* 2. *c.* 7. uno die fluere alvum saepe pro valetudine est *l.* 4. *c.* 26. alvus si vehementius fluit, aut saepius ducitur, hominem infirmat *l.* 2. *c.* 12. *s.* 1. quibus juvenibus fluxit alvus, plerumque in senectute contrahitur: quibus in adolescentia fuit adstrictior, saepe in se-

nectute solvitur. Melior est autem in juvene fusior, in sene adstrictior *l.* 1. *c.* 3. *v.* Ductio, Duco, Reddo.

Ἄλφος, alphus. *vitiliginis*, tres species sunt. Ἄλφος vocatur ubi color albus est, fere subasper et non continuus, ut quaedam quasi guttae dispersae esse videantur &c. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 19. quidam eos quos alphos vocari dixi, hoc medicamento perunguut &c. *ibid.*

Ἀλωπεκία. Ἀλωπεκία sub qualibet figura dilatatur. Fit et in capillo et in barba *l.* 6. *c.* 4. *v.* Area.

AM

Amaracum. discutit *l.* 5. *c.* 11.

Amaritudo. si, *antidoti*, amaritudo offendit, mel adjiciendum est *l.* 5. *c.* 27. *s.* 2.

Amarus. amara omnia calefaciunt *l.* 1. *c.* 3. *v.* Nux, Os, Ructus. mel quam amarissimum *l.* 6. *c.* 5.

Ambio. rubor ulcus ambit *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31.

Ambitio. *v.* Scrutor.

Ambitus. sic ambitus similis et fit, qui in angustiorem orbem modiolo imprimitur *l.* 8. *c.* 3.

Ambo. Evenit etiam, ut oculi vel ambo, vel singuli minores fiant, quam esse naturaliter debeant *l.* 6. *c.* 6. *s.* 14.

Ambrosia. antidotum quod Zopyrus regi Ptolemaeo dicitur composuisse, et ambrosiam nominasse *l.* 5. *c.* 23. *s.* 2.

Ambubeja. alvum adstringit *l.* 2. *c.* 30.

Ambulatio. commode exercent.. cursus, ambulatio; atque haec non utique plana commodior est *l.* 1. *c.* 2. melior est sub divo, quam in porticu; melior, si caput patitur, in sole, quam in umbra; melior in umbra, quam parietes aut viridia efficiunt, quam quae tecto subest; melior recta, quam flexuosa *ibid.* ambulatio intenta *l.* 4. *c.* 16. multa et vehemens *l.* 1. *c.* 3. acris *l.* 3. *c.* 27. *s.* 3. ambulationes lenes *ibid.* *s.* 4. *v.* Dimoveo. ambulatio lenta paene usque ad lassitudinem *l.* 4. *c.* 8. quam maxime longa et recta *l.* 3. *c.* 23. ambulatione multa utendum *l.* 7. *c.* 12. vitare oportet ambulationes *l.* 4. *c.* 10. minimeque ambulatio convenit, femine, aut crure, aut pede laborante *l.* 5. *c.* 26. *s.* 28. ferri in ambulationem, ibi se dimovere *l.* 4. *c.* 34. *ambulatio est locus domui additus ad ambulandum.*

Ambulo. qui toto die vel in vehiculo, vel in spectaculis sedit, huic nihil currendum, sed lente ambulandum est *l.* 1. *c.* 3. oportet ambulare sub divo ante aestum leniter *l.* 1. *c.* 10. delectationis causa, quantum juvat, ambulare *l.* 4. *c.* 32. multum ambulare, sed, si licet, neque sub tecto, neque in sole *l.* 1. *c.* 4. convenit ambulare locis quam minime frigidis, sole vitato *l.* 3. *c.* 22. diu ambulandum *l.* 6. *c.* 7. *s.* 7. usque ad lassitudinem ambulandum *ibid.* *s.* 4. moveri, ambulare, nisi sanis, alienum est *l.* 3. *c.* 26. *s.* 28.

Amerinus. *v.* Malum.

Amicus. *v.* Medicus.

Amineum. *v* Vinum.

Amissus. memoria amissa *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. amissa naturali figura *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14.

Amitto. simul atque ferrum ad praecordia accessit, et discissum transvesum septum est.. hominem animam protinus amittere *pro.* *l.* 1. ubi aliquis colorem decoremque amisit *l.* 2. *c.* 2. ut aliquid decoris eo loco, sic nihil usus amittitur *l.* 8. *c.* 11.

Ammoniacum. purgat *l.* 5. *c.* 5. discutit *l.* 5. *c.* 11. ammoniacum thymiama *l.* 5. *c.* 18. *s.* 7. *et alibi.*

Ammoniacus. *v.* Sal.

Ammonius. cujus repertor Ammonius, ob id λιθότομος cognominatus est *l.* 7. *c.* 26. *s.* 3. Ammonius Alexandrinus *pro.* *l.* 7.

Amo. amat hoc auxilium valetudo longa, et jam a primo impetu inclinata *l.* 2. *c.* 14. balneum rarum res amat, frequentiorem in jejuno vomitum *l.* 3. *c.* 21.

Amomum. urinam movet *l.* 3. *c.* 21. alii vel amomum, vel sycamini lacrimam fronti inducunt *l.* 3. *c.* 18.

Amphora. *v.* Perfundo.

Amplexus. una fascia brachium amplexa, ex cervice ipsius id sustinet *l.* 8. *c.* 10. *s.* 2.

Amplector. Empirici evidentes causas, ut necessarias amplectuntur *pro.* *l.* 1. qui quaestui serviunt, quoniam is major ex populo est, libenter amplectuntur ea praecepta quae sedulitatem non exigunt *l.* 3. *c.* 4.

Ampliatus. ampliato vulnere *l.* 7. *c.* 5. *s.* 2.

Amplio. si retro telum recipiendum est, amplianda scalpello plaga est *l.* 7. *c.* 5. *s.* 1.

Amplius. modo plus justo, modo non amplius assumere *l.* 1. *c.* 1. dum ne amplius id, interposito tempore aliquo, quam ter aut quatuor fiat *l.* 4. *c.* 10. *v.* Aliquanto.

Amplus. *v.* Conclave, Valetudinarium. Exercitatio amplior.. remissior *l.* 1. *c.* 2.

Amurca. digitorum vetera ulcera commodissime curantur aut lycio, aut amurca cocta *l.* 6. *c.* 19. amurca ad tertiam partem decocta *l.* 5. *c.* 28. *s.* 16

AN

sit *l.* 7. c. 26. *s.* 2. septimo fere anno ad quartumdecimum *l.* 7. *c.* 14. ab anno duodevicesimo usque ad annum quintum et tricesimum *l.* 3. *c.* 22. *v.* Tempus.

Annuus. morbus longissimus, minimeque annuus *l.* 2. *c.* 8. *v.* Peregrinatio, Valetudo.

Ansa. *v.* Panniculus.

Anser. generis valentissimi est *l.* 2. *c.* 18.

Anserinus. *v.* Adeps, Jus.

Ante. ante omnia norit quoque naturam sui corporis *l.* 1. *c.* 3. ante omnia quaeritur &c. *l.* 3. *c.* 4. *hac dicendi forma saepe Celsus utitur.* ante adversam valetudinem *l.* 2. *c.* 2. ante meridiem *l.* 3. *c.* 21. ante noctem *l.* 3. *c.* 23. ante cibum *l.* 2. *c.* 14. ante curationem *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14. solet ante febres esse frigus *l.* 2. *c.* 11. ante inflammationem tutius omnia tractantur *l.* 8 *c.* 2. ante scalpellum tentanda vinctura est *l.* 7. *c.* 20. neque terrere eas res, si tempestiva est, debet: ante tempus nocet *l.* 2. *c.* 17. ante aliquot horis aquam calidam bibere *l.* 2. *c.* 12. s. 2. ante aliquot diebus victu corpus praeparandum est *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. non ante diem quartum . . frigida aqua copiose prestanda est *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. ante tonderi ad cutem convenit: deinde in balneo aqua calida quamplurima caput atque oculos fovere: tum &c. *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. ℑ *sine casu*. cetera et ante, et post, eadem facienda quae supra scripsi *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7.

Antecedens. aqua inter cutem minime terribilis est, quae nullo antecedénte morbo coepit *l.* 2. *c.* 8.

Antecedo. exercitatio semper antecedere cibum debet *l.* 1. *c.* 2. ex quibus saepe plura, numquam non aliqua febrem antecedunt *l.* 2. *c.* 2. vitandum balneum &c. utique si cibus quoque antecessit *l.* 1. *c.* 10.

Antelucanus. *v.* Hora, Tempus.

Antequam. antequam dico, quibus praecedentibus morborum timor subsit; non alienum videtur exponere &c. *pro.* *l.* 2. antequam cibum capiat, sine balneo loco calido perfricari debet *l.* 4. *c.* 31. neque ante oportet desistere, quam frequentem pilum nasci apparuerit *l.* 6. *c.* 4. ante vero, an postea, quam in aquam calidam se demittat, aliquis perungi debeat, ex ratione valetudinis suae cognoscat *l.* 2. *c.* 17.

Anterior. *v.* Pars.

Ἀνθηρά, anthera. compositiones, quas Graeci ἀνθήρας nominant *l.* 6. *c.* 11. satis proficit anthera humido ulceri arida impersa *l.* 6. *c.* 15.

Ἀντιάδες. tonsillae quae post inflammationem intumuerunt; ἀντιάδες autem a Graecis nominantur *l.* 7. *c.* 12. *s.* 2.

Antidotum. antidota raro, sed praecipue interdum necessaria sunt, quia gravissimis casibus opitulantur &c. maxime desideranda sunt adversus venena vel per morsus, vel per cibos aut potiones nostris corporibus inserta *l.* 5. *s.* 25. *s.* 1. unum est quod habet &c. *ibid.* alterum quod Zopyrus regi Ptolemaeo dicitur composuisse, et ambrosiam nominasse *ibid.* *s.* 2. nobilissimum autem est Mithridatis, quod quotidie sumendo rex ille dicitur adversus venenorum pericula tutum corpus suum reddidisse *ibid.* *s.* 3.

Antigonus. *v.* Ignobilis.

Antiquus. ut neque inter se cutis antiqui fines committerentur, et in medio caro incresceret *l* 7. *c.* 7. *s.* 15. *v.* Auctor, Status, Medicus, Vsus. antiqui viri *pro.* *l.* 2. antiquiores medici *l.* 8. *c.* 4. antiquiores viri *pro.* *l.* 1. antiquissimus. *v.* Auctor. ℑ antiquus, *absolute*. *v.* Concoctio. ℑ antiquior, *absolute*. oportet quae apud antiquiores aliquos posita sunt, auctoribus suis reddere *l.* 2. *c.* 14.

Anus. anus quoque multa, taediique plena mala recipit; neque inter se multum abhorrentes curationes habet *l.* 6. *c.* 18. *s.* 7. si qua scissa in eo induruerunt, jamque callum habent. . commodissimum est ducere alvum *l.* 7. *c.* 37. *s.* 1. si quando ex inflammatione pus in his oritur, ubi primum id apparuit, incidendum est, ne anus ipse suppurest *ibid.* oportet saepius anum ipsum nutrire; cui plura medicamenta idonea sunt (*nempe* cui rei) *l.* 4. *c.* 25. *v.* Fistula.

Ἀνώδυνος. *v.* Catapotium.

AP

Aper. generis valentissimi est *l.* 2. *c.* 18.

Aperio. aperiunt tamquam ora in corporibus cinnamomum &c. *l.* 5. *c.* 4. *v.* Malagma. satis est cataplasmatis efficere, ut per se pus aperiatur *l.* 7. *c.* 2. eaque, *suppuratione*, ubi vel per ipsa medicamenta, vel etiam ferro aperta est, pus debet emitti *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11. maturari parotidem, et quam primum aperiri commodius est *l.* 6. *c.* 16. quidam contra id, *jecur*, scalpello aperiunt &c. *l.* 4. *c.* 15. pusulae, quaecumque sunt, acu aperiendae *l.* 5. *c.* 28. *s.* 4. si nondum satis cutis patefacta est, latius aperienda

est, donec &c. l. 8. c. 4. quo consequebatur, ut semel quantum satis esset aperiret l. 7. c. 26. s. 2. aperiendum audacter inguen est l. 7. c. 19. v. Α'γκυλοβλέφαρος, Αἰγίλωψ. os aperire tutissimum est l. 8. c. 4.

Apertus. fenestris aliquantum apertis &c. l. 4. c. 14. inde aperta via, caro diduci debet ferramento &c. l. 7. c. 5. s. 2. v. Aperio. in aperto deinde curatio est l. 8. c. 10. s. 7.

Apium. urinam movet l. 2. c. 31. simul et reprimit, et refrigerat l. 2. c. 33. apii semen rodit l. 5. c. 6.

Apollonius. v. Ε'μπειρικός. Apollonius qui Mys cognominatus est pro. l. 5. Apollonii duo, chirurgi pro. l. 7.

Apollophanes. v. Malagma.

Α'ποπληξία. v. Attonitus, Resolutio nervorum.

Α'πόστημα. abscessus, quae ἀποστήματα Graeci vocant l. 2. c. 1.

Appareo. saepe etiam causas apparere, ut puta lippitudinis, vulneris; neque ex his patere medicinam pro. l. 1. si nullum appareat aliud auxilium l. 2. c. 10. facile apparere cuilibet potest &c. l. 6. c. 6. s. 39. aqua levis pondere apparet l. 2. c. 18. v. Comperio.

Appellatus. quorumdam sensus obtunduntur, appellatique ignorant &c. l. 5. c. 26. s. 14.

Appello. radix ea quam dulcem appellant l. 6. c. 10. Chironium ulcus appellatur quod et magnum est &c. l. 5. c. 28. s. 5.

Appono. recens suilla adeps, et ex ovis album misceatur, idque apponatur l. 4. c. 27. s. 1.

Appositus. alumen lana circumdatum, et ita appositum l. 4. c. 25.

Apprehendo. aliquid relinquatur, quod apprehendere acus postea possit l. 7. c. 7. s. 8. oportet mediam palpebrae cutem apprehendere digitis, ac sic levare ibid. apprehendere manu brachium v. Medicus. mucro vel digitis apprehendi, vel forcipe, atque ita educi debet l. 7. c. 5. s. 2. ubi vehementer maxilla apprehensa est &c. l. 7. c. 12. ℑ translate. etiam illud scisset, Erasistratus, nihil omnino ob unam causam fieri, sed id pro causa apprehendi, quod contulisse plurimum videtur pro. l. 1 idem, Hippocrates, alio loco quartum quemque diem, ut in utrumque efficacissimum apprehendit l. 3. c. 4.

Apprehensus. manus vel pes apprehensus corpus, infantis, rectius reddit l. 7. c. 29. ab ora vel vulsella, vel hamo apprehensa tamquam habenulam excidere l. 7. c. 28. junctae orae inter se suendae sunt, cute utrimque apprehensa l. 7. c. 9.

Approbo. oportet iis uti, quae experimentum approbarit l. 4. c. 2.

Appropinquans. v. Quartana.

Aptatus. cui rei protinus intervalla quoque foraminum aptata sunt l. 8. c. 15.

Aptius. v. Compertus. aptissime Alexandriam ex Italia itur l. 3. c. 22.

Apto. in aeneam cucurbitulam linamentum ardens conjicitur, ac sic os ejus corpori aptatur l. 2. c. 11. si vitium in angusto est quod comprehendere modiolus possit, ille potius aptatur l. 8. c. 3. v. Calamus scriptorius, Caliculus.

Aptus. pridie abstinere debet aeger, ut aptus tali curationi sit l. 2. c. 12. s. 2. stomacho apta sunt quaecumque austera sunt &c. l. 2. c. 24. somno aptum est papaver l. 2. c. 32. multis modis huic rei cappari aptum est l. 4. c. 16. rubrum quoque emplastrum huc aptum est l. 5. c. 19. s. 21. omnibus fatigatis aptum est cibum sumere, coque humido uti l. 1. c. 3. eadem, caro, aptior est, si macra, si salsa est l. 2. c. 28. potui aptissimum est vinum frigidum l. 4. c. 12. v. Cibus, Contemplatio, Lavatio, Moderatio, Tempus.

Apud. haec duo, desidia, et luxuria, corpora, prius in Graecia, deinde apud nos afflixerunt. Ideoque multiplex ista medicina, neque olim, neque apud alias gentes necessaria, vix aliquos ex nobis ad senectutis principia perducit pro. l. 1. est etiam apud Hippocratem &c. l. 3. c. 4. hoc nomen apud medicos reperi l. 3. c. 18. apud magnos chirurgos non reperi l. 7. c. 11.

Α"πυρος. v. Sulphur.

Aqua. aqua levissima pluvialis est; deinde fontana; tum ex flumine; tum ex puteo; post haec ex nive, aut glacie; gravior his ex lacu; gravissima ex palude l. 2. c. 18. levis pondere apparet; et ex iis quae pondere pares sunt, eo melior quaeque est, quo celerius et calefit et frigescit; quoque celerius ex ea legumina percoquuntur ibid. quam optima aqua l. 6. c. 11. aqua pluvia l. 2. c. 39. pluvialis l. 5. c. 26. s. 34. pluviatilis l. 6. c. 6. s. 17. dulcis l. 6. c. 18. s. 9. marina l. 2. c. 12. s. 2. salsa l. 3. c. 24. tepida subsalsa l. 3. c. 12. tenera l. 2. c. 29. dura, id est quae tarde putescit l. 2. c. 30. tepida l. 6. c. 7.

s. 4. calida *l.* 6. *c.* 18. *s.* 7. bene calida *ibid.* egelida *l.* 1. *c.* 8. frigida *l.* 1. *c.* 3. bene frigida *l.* 4. *c.* 22. gelida *l.* 4. *c.* 12. praefrigida *l.* 2. *c.* 30. quam frigidissima *l.* 4. *c.* 26. decocta *l.* 3. *c.* 23. aqua pura *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. aqua mulsa *l.* 4. *c.* 7. aqua a ferrario fabro *l.* 4. *c.* 16. prodest interdum aquis frigidis uti *l.* 1. *c.* 1. quidam aquis calidis usi, relevatique sunt *l.* 6. *c.* 6. *s.* 37.

Aqua inter cutem. longus fieri potest eorum, *morbus*, quos aqua inter cutem male habet, nisi primis diebus discussus est: ὕδρωπα Graeci vocant. Atque ejus tres species sunt. Nam modo, ventre vehementer intento, creber intus ex motu spiritu sonus est: modo corpus inaequale est tumoribus aliter aliterque per totum id nascentibus: modo intus in uterum aqua contrahitur &c. primum τυμπανίτην; secundum λευκοφλεγματίαν, vel ὑποσάρκα; tertium ἀσκίτην Graeci nominarunt *l.* 3. *c.* 21. saepe hoc malum per se incipit; saepe alteri vetusto morbo, maximeque quartanae supervenit *ibid.* aqua inter cutem minime terribilis est, quae nullo antecedente morbo coepit; deinde, quae longo morbo supervenit &c. *l.* 2. *c.* 8. si ex acuto morbo coepit, raro ad sanitatem perducitur &c. *ibid.* sive in magno abscessu multum puris coiit, sive aqua inter cutem quem implevit &c. *l.* 2. *c.* 8.

Aquilo. tussim movet, fauces exasperat &c. sanum tamen corpus spissat, et mobilius atque expeditius reddit *l.* 2. 1. si sicca aestas Aquilones habuit &c. si autumnus quoque aeque siccus iisdem Aquilonibus perflatur &c. *ibid.*

AR

Arabs. *v.* Malagma.

Α'ραχνοειδής. tenuissima tunica, quam Herophilus ἀραχνοειδῆ nominavit *l.* 7. *c.* 7. *s.* 13.

Aranea. glutinant vulnus myrrha &c. si levis plaga est, etiam aranea *l.* 5. *c.* 2.

Araneus. ad aranei ictum allium cum ruta recte miscetur, ex oleoque contritum superimponitur *l.* 5. *c.* 27. *s.* 6. *v.* Scorpio.

Arbitrium. cum ex toto convaluerit.. paulatim debebit, omissis his legibus, eo transire, ut arbitrio suo vivat *l.* 4. *c.* 32. intemperantes homines apud nos liberaliter agere se credunt, qui cum cetera illorum, *medicorum*, arbitrio relinquant, in genere cibi liberi sint *l.* 2. *c.* 16.

Arbitror. eum mederi posse arbitrantur, qui prius illa ipsa qualiter eveniant, perceperit *pro.* *l.* 1.

Arbor. *v.* Μωροσύκον, Oleae.

Arcesso. si sic somnus non accessit, tum demum illis medicamentis arcessendus est *l.* 3. *c.* 18.

Ardens. *v.* Febris, Linamentum.

Ardor. vitare solis ardorem *l.* 1. *c.* 4. vitare solis nimium ardorem *l.* 1. *c.* 6. si ardor stomachum urget *l.* 4. *c.* 12. *v.* Crudus, Sitio.

Area. arearum duo genera sunt. Commune utrique est, quod emortua summa pellicula pili primum extenuantur, deinde excidunt &c. pejus est quod densam cutem, et subpinguem, et ex toto glabram fecit *l.* 6. *c.* 4. ea quae ἀλωπεκία nominatur sub qualibet figura dilatatur. Fit et in capillo, et in barba &c Id vero quod a serpentis similitudine ὀφίασις appellatur, incipit ab occipitio; duorum digitorum latitudinem non excedit; ad aures duobus capitibus serpit; quibusdam etiam ad frontem &c. *ibid.*

Arefactus. *v.* Cerastes.

Arena. *v.* Fomentum, Sudor, Vrina J *amphiteatrum.* *v.* Gladiator.

Arenosus. *v.* Calculus, Vrina.

Arens. ex naturalibus partibus carne prolapsa et arente *pro.* *l.* 1.

Argemonia. herba argemonia *l.* 5. *c.* 27. *s.* 10.

Argentum. *v.* Spuma.

Aridus. caro in ulcere vel nigra, vel livida est, sed sicca et arida *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. corpus aridum est *l.* 4. *c.* 7. necesse est aridum sit id, *os*, quod vitiatum est *l.* 8. *c.* 2. *v.* Cibus, Fauces, Ficus, Frigus, Linamentum, Lingua, Lippitudo, Medicamentum, Panis, Pituita, Resina, Tussis, Vlcus.

Aristolochia. ubi surculus corpori infixus est, optime educit aristolochia *l.* 5. *c.* 26. *s.* 35. aristolochia cretica *l.* 5. *c.* 18. *s.* 7.

Aristogenes. *v.* Malagma.

Ariston. *v.* Malagma.

Arma. *v.* Exerceo, Exercitatio.

Armoracia. edenda sunt salsamenta.. armoracia *l.* 4. *c.* 16.

Aroma. junci quadrati et rotundi, qui inter aromata afferuntur, semen &c. *l.* 3. *c.* 21.

Arquatus. aeque notus est morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant *l.* 3. *c.* 24. color autem cum morbum detegit, maxime oculorum, in quibus quod album esse debet, fit luteum &c. *ibid.* utendum est exercitatione, frictione &c. lecto etiam et conclavi cultiore,

usu, joco, ludis, lascivia, per quae mens exhilaretur : ob quae regius morbus dictus videtur *ibid.* in morbo arquato durum fieri jecur, perniciosissimum est *l.* 2. *c.* 8. periculosum est post arquatum morbum febrem oriri *l.* 2. *c.* 4.

Arrodo. opus est sinapi imponere per omnia membra, excepto capite, donec arrodantur et rubeant *l.* 4. *c.* 19.

Ars. vix ulla perpetua praecepta medicinalis ars recipit *pro. l.* 1. *v.* Artifex, Hippocrates, Medicina. Diocles Carystius, deinde Praxagoras et Chrysippus &c. sic artem hanc exercuerunt, ut etiam in diversas curandi vias processerint *pro. l.* 1. aliis rationalem artem, aliis usum tantum sibi vindicantibus *ibid.* quidam medici parum artis esse in observatione experimentorum credunt *ibid.* in nullo quidem morbo minus fortuna sibi vindicare, quam ars potest *l.* 3. *c.* 1. ne si victa ars malo fuerit. *v.* Homo prudens. scire licet, inter ea quoque quae ars adhibet, naturam plurimum posse *l.* 2. *c.* 8. cum praecipua in hoc ars sit, quae non annos numeret .. sed vires aestimet *l.* 2. *c.* 10. crudele est, salutis humanae praesidem artem, non solum pestem alicui, sed hanc etiam atrocissimam inferre *pro. l.* 1. alii, *phrenetici,* nihil nisi impetu peccant, alii artes etiam adhibent &c. *l.* 3. *c.* 18. *v.* Crimen.

Α'ρσενικὸν. *v.* Auripigmentum.

Artatus. fasciae artatae *l.* 6. *c.* 18. *s.* 8.

Arte. *tumor*, renititur, sicut uter repletus et arte adstrictus *l.* 7. *c.* 18. reliqua fasciae pars arte circumdatur *l.* 7. *c.* 20.

Arteria. arteria incisa neque coit, neque sanescit *l.* 2. *c* 10. Erasistratus transfuso in arterias sanguine febrem fieri dicit *pro l.* 1. in dextra sinistraque circa guttur.. arteriae, quas καρωτίδας vocant, sursum procedentes ultra aures feruntur *l.* 4. *c.* 1. *v.* Vulnus ⁒ aspera arteria .. spiritum recipit .. ad pulmonem fertur .. dura et cartilaginosa in gutture assurgit; ceteris partibus residit. Constat ex circulis quibusdam compositis ad imaginem eorum qui in spina sunt: ita tamen, ut ex parte exteriore aspera; ex interiore stomachi modo laevis sit *l.* 4. *c* 1. ⁒ arteriae, *Graeci* βρόγχια *vocant.* aliquando gutture et arteriis exulceratis frequens tussis sanguinem quoque extundit *l.* 4. *c* 11.

Arteriace. *v.* Catapotium.

Articulus. extremae partes corporis, quae articulis inter se conseruntur *l.* 4. *c.* 29. modo articuli suis sedibus excidunt *l.* 8. *c.* 11. maxilla, et vertebrae omnesque articuli, cum validis nervis comprehendantur, excidunt aut vi expulsi, aut aliquo casu nervis vel ruptis, vel infirmatis; faciliusque in pueris et adolescentulis, quam in robustioribus *ibid.* qui nervorum vitio prolapsi sunt, compulsi quoque in suas sedes iterum excidunt *ibid.* ut excidere omnes articuli possunt, sic non omnes reponuntur *ibid.* illud ignorari non oportet, plurima ossa in cartilaginem desinere, nullum articulum non sic finiri *l.* 8. *c.* 1. articuli breviores *l.* 8. *c.* 19. neque ullus magnus articulus nudatus est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34. si circa articulos majores id evenit *l.* 7. *c.* 2. si valentiores articuli casus est *l.* 8. *c.* 11. membra longa quae per articulum longa testa junguntur *l.* 8. *c.* 16. potest digiti articulus medius, aut summus canaliculo aliquo contineri *l.* 8. *c.* 19. articulorum dolores tumoresque, sine podagra, similibusque vitiis *l.* 2. *c.* 7. morbi qui in articulis nervisque modo urgent, modo quiescunt *l.* 2. *c.* 1. articulorum vitia, ut podagrae chiragraeque, si juvenes tentarunt, neque callum induxerunt, solvi possunt *l.* 2. *c.* 8. articuli cui sic dolent, ut super eos ex callo quaedam tubercula innata sint, numquam liberantur &c. *ibid.* in manibus pedibusque articulorum vitia frequentiora, longioraque sunt.. Ea raro vel castratos, vel pueros ante feminae coitum, vel mulieres, nisi quibus menstrua suppressa sunt, tentant *l.* 4. *c.* 31.

Artifex quamquam multa sint ad ipsas artes proprie non pertinentia, tamen eas adjuvant excitando artificis ingenium *pro. l.* 1. eum, si artifex est, idoneum esse, qui non multum ab aegro recedit *l.* 3. *c.* 4. *v* Instruo.

Arundo. pessima ex surculis arundo est, quia aspera est &c. optime educit, *surculum*, arundinis radix &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 35. radicum arundinis sucus *l.* 6. *c.* 7. *s.* 1. *v.* Sagitta.

Ascensus. melius ascensus quoque et descensus cum quadam varietate corpus movet *l.* 1. *c* 2.

Α'σκίτης. *v.* Aqua inter cutem.

Asclepiades. medendi rationem ex magna parte mutavit *pro. l.* 1. officium medici esse dixit, ut tuto, ut celeriter, ut jucunde curet *l.* 3. *c.* 4. multarum rerum,

quas ipsi quoque secuti sumus, auctor bonus *l.* 4. *c.* 9. medicamentorum usum ex magna parte sustulit.. et ad victus rationem potius omnem curam suam transtulit *pro*. *l.* 5. *v.* Dies.

Asclepios. *v.* Collyrium.

Asia. *v.* Aegyptus.

Asininus. *v.* Lac.

Asius. *v.* Lapis.

Aspalathus. *l.* 5. *c.* 27. *s.* 1.

Asparagus. mali suci est *l.* 2. *c.* 21. acris est *l.* 2. *c.* 22. alvum movet *l.* 2. *c.* 29. urinam movet *l.* 2. *c.* 31.

Asper, asperior, asperrimus. *v.* Arteria, Calculus, Casus, Coercitio, Cibus, Lingua, Medicamentum, Muria, Scabies, Signum, Vinum, Vncus. verendum est, ne, si quid tunc moverimus, fiat aliquid asperius *l.* 3. *c.* 5.

Asperatus. *v.* Specillum.

Aspergo. aqua super leviter aspergitur *l.* 2. *c.* 17. Erasistratus tribus vini guttis, aut quinis aspergendam potionem esse dixit *l.* 4. *c.* 18. polenta vino aspersa *ibid.* pollinem ex eo, *vulpino jecinore*, potioni aspergi *l.* 4. *c.* 8.

Asperitas. *v.* Ephelis.

Aspero. nihil detur quod fauces asperet *l.* 4. *c.* 13. *Sed fortasse legendum* exasperet. *v.* Exaspero.

Aspiro. *v.* Involvo.

Aspis. usus ipse docuit, quem aspis percussit, acetum potius bibere debere *l.* 5. *c.* 27. *s.* 4.

Aspredo. carcinoma interdum similis iis est, quae Graeci vocant κονδυλώματα, aspredine quadam et magnitudine sua *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2.

Aspritudo. aspritudo quaedam similis iis pusulis quae ex urtica, vel ex sudore nascuntur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 15. aspritudo calculi *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. linguae aspritudo *l.* 7. *c.* 23. haec, *aspritudo*, inflammationem oculorum fere sequitur.. nonnumquam etiam ex aspritudine lippitudo fit; ipsa deinde aspritudinem auget *l.* 6. *c.* 6. *s.* 26.

Assentior. saepius tamen assentiendum, quam repugnandum est *l.* 3. *c.* 18.

Assidens medicus. *v.* Inspicio.

Assideo. ille assideat necesse est, qui quod solum opus est visurus est &c. *l.* 3. *c.* 4.

Assidue. prodest adversus tardam concoctionem assidue vinum frigidum bibere *l.* 1. *c.* 8. curatio minus iis prodest, in quibus assidue frustra fuit *l.* 3. *c.* 2. *v.* Dormio, Perfrico.

Assiduus. *v.* Dolor, Fatigatio, Febris, Lippitudo.

Assigno. Hactenus reperiuntur ea genera morborum quae in totis corporibus ita sunt, ut iis certae sedes assignari non possint: nunc de iis dicam quae sunt in partibus *l.* 4. *c.* 1.

Assisto. valens homo, non imperitus a latere ejus, *mulieris*, debet assistere *l.* 7. *c.* 29.

Assuesco. cum quis mutare aliquid volet, paulatim debebit assuescere *l.* 1. *c.* 3. interdum non febris, non cibus, non somnus subsequitur, sicut assuevit *pro*. *l.* 1. medicus ita deligando, assuescere iterum, *os*, vetustae sedi cogit *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. *v.* Delectatio.

Assuetus. famem facilius.. uno cibo, quam prandio quoque assuctus sustinet *pro*. *l.* 1. assueto cibo nihilo minus uti licet *l.* 4. *c.* 5. demenda assueto cibo pars dimidia *ibid.*

Assumo. modice cibum assumere *l.* 3. *c.* 24. poma quae immodice plerumque toto die sic assumuntur, ne quid &c. *l.* 1. *c.* 3. cibum et validum, et fortiter assumere *l.* 3. *c.* 15. modo plus justo, modo non amplius assumere *l.* 1. *c.* 1. aut nimio timore aliquis minus, aut nimia aviditate plus quam debet assumit *l.* 3. *c.* 22. periclitatur et qui semel, et qui bis die cibum continenter contra consuetudinem assumit *l.* 1. *c.* 3. primo die nullum cibum assumere debet *l.* 6. *c* 6. *s.* 1. medio die paulum cibi debebit assumere *l.* 3. *c.* 14. cibum bis die assumere debet *l.* 1. *c.* 8. cibum modicum, potiones meracas assumere *l.* 1. *c.* 3. quaedam adjicere vel sorbitioni, vel potioni licet, sic tamen, ut parce assumantur *l.* 4 *c.* 15. quo minus fert: facile quisquam, *inediam*, eo saepius debet cibum assumere *l.* 1. *c* 3. si quis stomacho parum valet, palmulas &c melius primo cibo assumit *l.* 1. *c.* 2. cum cibo vini paulum assumere *l.* 4. *c.* 13 medicamentum utrumque est, *vinum et aqua*, cum invicem assumitur *l.* 1. *c.* 4.

Assumptus. cibus semel die assumptus ab eo qui bis solet *l.* 1. *c.* 3. nigrum papaver cum melle assumptum *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. assumpta per cibos et potiones maxime dulcia et pinguia *l.* 1. *c.* 3.

Assuo. extrema pars ejus, *fasciae*, inferioribus assuenda est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 24. fascia .. cui imo loco pila assuta est *l.* 7. *c.* 20.

Assurgo. quibusdam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde desinunt, deinde rursus assurgus *l.* 2. *c.* 8. *v.* Arteria aspera.

Assus. res eadem magis alit.. assa, quam elixa *l.* 2. *c.* 18. assum aliquid assumere *l.* 4. *c.* 26. *v.* Caro, Ovum, Sudatio.

Α'στὴρ. terra samia quae ἀστὴρ vocatur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 12.

Asteriace. *l.* 5. *c.* 25. *s* 14.

Ἄσθμα. cum, *spirandi difficultas*, major est, ut spirare aeger sine sono et anhelatione non possit, ἄσθμα appellatur *l.* 4. *c.* 8.

AT

At. cui cibus accescit, is ante eum bibere aquam egelidam debet, et vomere. At si cui ex hoc frequens dejectio incidit &c. *l.* 1. c. 8. *in transitione*. At qui spumantem sanguinem exscreant, his in pulmone vitium est *l.* 2. *c.* 7.

Ater *v.* Alvus, Bilis, Color.

Α'θέρωμα, atheroma. in capite varia tubercula oriuntur; γάγγλια, μελικηρίδας, ἀθερώματα nominant *l.* 7. *c* 6. atheromati subest quasi tenuis pulticula *ibid.*

Athleta. ne his quidem, athletarum exemplo, vel certa esse lex, vel immodicus labor debet *l.* 1. c. 2.

Athleticus. *v.* Cibus, Firmo.

Atramentum. atramentum sutorium, quod Graeci χάλκανθον appellant, sanguinem supprimit *l.* 5. *c.* 1. reprimit *ibid.* rodit *l.* 5. *c.* 6. exedit *l.* 5. *c.* 7. adurit *l.* 5. *c.* 8. atramentum sutorium candens factum *l.* 6. c. 8. *s.* 1. coctum *l.* 5. *c* 19. *s.* 15. combustum *l* 5. *c.* 28. *s.* 12. ℑ atramentum scriptorium. inducendum super os atramentum scriptorium est *l.* 8 *c.* 4. *v.* Sepia.

Α'τροφία. *Tabis*, tres species sunt Alia est qua corpus non alitur; et naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum subeuntibus, summa macies oritur &c. Α'τροφίαν hanc Graeci nominant *l.* 3. *c.* 22.

Atque. Atque haec quidem paene perpetua sunt. Quasdam autem observationes desiderant &c. *l.* 1. *c.* 3 omnia salsa, atque acria, atque acida, pituitam extenuant *l.* 2. *c.* 23. atque etiam aliorum morborum tum signa nascuntur *l.* 2. *c.* 7. haec omnia genera maxime oriuntur in pedibus, et manibus; atque ungues quoque infestant *l.* 5. *c.* 28. *s.* 17. *In Totius Latinitatis Lexico affertur haec lectio l.* 7. *c.* 23. *ex libris editis*, Atque neque assumi facile cibus &c. *Sed Cod. Med.* 1. *et Vat.* VIII. *habent* ac neque; *alii*, at neque.

Atrocissimus. *v.* Vivus.

Attendo. cogendus est, *insaniens*, et attendere, et ediscere aliquid, et meminisse *l.* 3. *c.* 18. si tantum non ali corpus apparet, causam ejus attendere, *oportet l.* 3. *c.* 22. cum vetus quartana raro, nisi vere solvatur; utique eo tempore attendendum est, ne quid fiat, quod curationem impediat *l.* 3. *c.* 16.

Attero. ambulatio atterendo ulcus sordidum reddit *l.* 7. c. 25. *s.* 2.

Attice. *v.* Ochra.

Attineo. cetera quae ad somnum, cibi desiderium, febrem, puris colorem attinent &c. *l.* 8. c. 4.

Attingo. est prudentis hominis, eum qui servari non potest, non attingere *l.* 5. c. 26. *s.* 1. polypus fere καρκινώδης est; itaque attingi non debet *l.* 6. *c.* 8. *s.* 2. si nervum scalpellus attingit, sequitur nervorum distentio *l.* 2. c. 10. oportet candens ferramentum gingivis admovere, ut attingat leviter, non insidat *l.* 7. *c.* 12. *s.* 1.

Attollo requirunt etiam quare venae nostrae modo submittant se, modo attollant *pro.* *l.* 1. exigua sub ipsis faucibus lingua est, quae cum spiramus, attollitur; cum cibum potionemque assumimus, arteriam claudit *l.* 4 *c.* 1. in superioribus palpebris vesicae nasci solent pingues gravesque, quae vix attollere oculos sinunt *l.* 7. *c.* 7. *s.* 1. *v.* Ε'κτρόπιον. ℑ *translate*. parvam rem attollere. *v.* Histrio.

Attondeo. attondendum caput *l.* 6. c. 7. *s.* 7.

Attonitus. Attonitos raro videmus; quorum et corpus et mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo: ἀποπληξίαν hanc Graeci vocant *l.* 3. c. 26.

Attonsus. caput attonsum habere *l.* 4. c. 6.

Attractus. uncus.. vel oculo, vel auri, vel ori, interdum etiam fronti recte injicitur: deinde attractus infantem educit *l.* 7. *c.* 29.

Attraho. prodest jejuno prehendere per multas partes cutem, et attrahere *l.* 3. *c.* 22. cutis extrema quamplurimum attrahenda *l.* 7. c. 26. *s.* 1. si vulnus hiat, neque in unum orae facile attrahuntur &c. *l.* 5. c. 26. *s.* 23. neque ex imis auribus, neque ex medio naso &c. quidquam attrahere tentabimus *l.* 7 *c.* 9. attrahatur spiritu is sucus, donec in ore gustus ejus sentiatur *l.* 6. *c.* 8.

Attritus. ubi attritum aliquid est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 35.

Auctor. antiqui auctores *pro. l.* 5. veteres auctores *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. vetustissimus auctor Aesculapius *pro. l.* 1. priores auctores. *v.* Affirmo. auctores ex populo *l.* 4. *c.* 7. Asclepiades multarum rerum.. auctor bonus *l.* 4. *c.* 9. locuples ejus rei auctor. Hippocrates est *l.* 8. *c.* 8. clari admodum auctores *l.* 8. *c.* 20. longe clarissimi auctores *pro. l.* 1. summi auctores *l.* 3. *c.* 1. Heraclides auctor est, adverso scalpello subsecare *&c. l.* 7. *c.* 7. *s.* 6. auctoresque multi sunt, inflatis vesicis pulsandos tumores esse *l.* 3. *c.* 21.

Auctoritas. non dubitabo auctoritate antiquorum virorum uti, maximeque Hippocratis *pro. l.* 2. *v.* Derogo.

Auctus. aucta ambulatio atque esca alvum solvit *l.* 1. *c.* 3.

Aucupium. minima inflatio fit ex venatione, aucupio *&c. l.* 2. *c.* 26.

Audacia. prompta ad omnem audaciam mens *l.* 3. *c.* 19. *v.* Psyllus.

Audacter. audacter imprimere ferramentum debet *l.* 8. *c.* 2. audacius et tutius scalprum malleolo medicus subinde ferit *l.* 8. *c.* 3. *v.* Balneum.

Audax. loquacitas solito audacior *l.* 2. *c.* 7.

Audio. *v.* Auris. vulgo audio *&c. l.* 4. *c.* 7. ubi gravius aliquis audire coepit *l.* 6. *c.* 7. *s.* 7. neque audiendi sunt, qui numero finiunt, quoties aliquis perfricandus sit *l.* 2. *c.* 14. is propter imbecillitatem jam non audit *l.* 2. *c.* 6.

Avello. neque si percusso ventre id, *omentum*, prolapsum forfice praeciditur, cum et emortuum sit, et tutius avelli non possit, huc exemplum transferendum est *l.* 7. *c.* 21.

Aversus. vel adversus in sedili contra medicum is collocandus est, vel sic aversus, ut in gremium ejus caput resupinus effundat *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. homo supinum eum et aversum comprehendit *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. vulnus digitis, vel averso specillo diducendum *l.* 7. *c.* 27.

Averto avertitur interdum sanguis, ubi alia parte prorumpens, alia emittitur *l.* 2. *c.* 10. neque ignoro quosdam dicere, quam longissime sanguinem inde, ubi laedit, esse mittendum: sic enim averti materiae cursum *ibid.* nemo cucurbitulam diversae parti imponit, nisi cum profusionem sanguinis eo avertit *l.* 2. *c.* 11. avertendus materiae aditus est per ea cataplasmata *&c. l.* 5 *c.* 28. *s.* 11. quae urinam movent, si id consecuta sunt, in aliam partem humorem avertendo, prosunt *l.* 4. *c.* 22.

Aufero. calor somnum aufert *l.* 1. *c.* 9. in morbo qui plus virium aufert, celerius cibus dandus est *l.* 3. *c.* 4. ante caput, deinde reliqua pars auferatur *l.* 7. *c.* 29.

Augeo. cum febris instet, incipiat, augeatur *&c. l.* 5. *c.* 5. si febris in noctem augetur *l.* 2. *c.* 7. orae scroti suturis inter se committendae; neque paucis, ne parum glutinentur.. neque multis, ne inflammationem augeant *l.* 7. *c.* 19. est etiam circumspecti hominis et novare interdum, et augere morbum *l.* 3. *c.* 9.

Aviditas. aut enim nimio timore aliquis minus, aut nimia aviditate plus quam debet assumit *l.* 3. *c.* 22.

Avis. scire oportet, omnem grandem avem generis valentissimi esse *l.* 2. *c.* 18. in media materia numerari aves omnes a minimis ad phoenicopterum *ibid.* ex iis quae in media materia sunt, valentiores eae quae pedibus, quam quae volatu magis nituntur; et ex iis quae volatu fidunt, firmiores quae grandiores, quam quae minutae sunt; ut ficedula et turdus *ibid.* quae in aqua degunt leviorem cibum praestant, quam quae natandi scientiam non habent *ibid.* pingues minutae aves.. aves quae natant alvum movent *l.* 2. *c.* 29. alvum adstringunt minutae aves, merula, palumbus, magisque si in posca decoctus est; grus, omnes aves quae magis currunt, quam volant *l.* 2. *c.* 30. ex avibus colla alaeve recte infirmissimis adnumerantur *l.* 2. *c.* 18. aves duriores minime intus vitiantur *l.* 2. *c.* 28. aves macrae *l.* 4. *c.* 16.

Aura. cavere auras fluminum atque stagnorum *l.* 1. *c.* 2.

Aurata. *v.* Piscis.

Auricula. auricularum dolores *l* 2. *c.* 1.

Auripigmentum. auripigmentum, quod *ἀρσενικόν* Graeci nominant, reprimit *l.* 5. *c.* 2. purgat *l.* 5. *c.* 5. rodit *l.* 5 *c.* 6. exedit *l.* 5. *c.* 7. adurit *l.* 5. *c.* 8. crustas ulceribus inducit *l.* 5. *c.* 10.

Auris. In aure primo rectum et simplex iter, procedendo flexuosum, juxta cerebrum in multa et tenuia foramina diducitur, per quae audiendi facultas est *l.* 8. *c.* 1. aurium usum proximum a luminibus natura nobis dedit *l.* 6. *c.* 7. *s.* 1. solet evenire vel protinus a natali die, vel postea facta exulceratione, deinde per cicatricem aure repleta, ut foramen in ea nullum sit; ideoque audiendi usu careat *l.* 7. *c.* 8. aures summae.. mediae.. imae *l.* 7. *c.* 9. au-

rium inflammationes doloresque interdum etiam ad dementiam mortemque praecipitant *l.* 6. *c.* 7. *s.* 1. auris dolor acutus, cum febre continua vehementique, saepe mentem turbat *l.* 2. *c.* 7. aliud vitii genus est, ubi aures intra seipsas sonant. Atque hoc quoque fit, ne externum sonum accipiant *l.* 6. *c.* 7. *s.* 8. Ubi aures, in viro puta, perforatae sunt, et offendunt *ibid.* *v.* Curtus, Vermis. aures in febre obtusae *l.* 2. *c.* 8. frigidae languidaeque aures, et imis partibus leniter versae *l.* 2. *c.* 6. aures purulentae *l.* 6. *c.* 10.

Aurum. *v.* Color, Dens.

Auster. Auster aures hebetat, sensus tardat, capitis dolorem movet, alvum solvit, totum corpus efficit hebes, humidum, languidum *l.* 2. *c.* 1. ubi gravius coelum Austri reddiderunt *l.* 1. *c.* 5. cum haec in omni pestilentia facienda sunt, tum in ea maxime quam Austri excitarint *l.* 1. *c.* 10. Austro flante *l.* 6. *c.* 8. *s.* 2.

Austerus. acidae res et austerae corpus extenuant *l.* 1. *c.* 3. omnia austera alvum adstringunt *l.* 2. *c.* 30. *v.* Malum, Vinum.

Aut. omne auxilium corporis aut demit aliquam materiam, aut adjicit, aut evocat, aut reprimit, aut refrigerat, aut calefacit, simulque aut durat, aut mollit *l.* 2. *c.* 9. *et passim.*

Autem. Haec autem non omnium tantum morborum, sed etiam secundae valetudinis communia praesidia sunt *l.* 2. *c.* 18. non quidquid autem intentionem animi et prudentiam exigit, protinus ejiciendum est *l.* 2. *c.* 10. *et passim.*

Αὐτόπυρος. triticum cui nihil demptum est, quod αὐτόπυρον Graeci vocant *l.* 2. *c.* 18.

Autumnalis. *v.* Quartana, Tempus.

Autumnus. Autumnus longe perniciosissimus est *l.* 2. *c.* 1. per autumnum propter coeli varietatem neque sine veste, neque sine calceamentis prodire oportet, praecipueque diebus frigidioribus, neque sub divo noctu dormire, aut certe bene operiri *l.* 1. *c.* 3. venus per autumnum tolerabilior est *ibid.* vix quidquam ex his, *morbis aestivis*, in autumnum non incidit; sed oriuntur quoque eo tempore febres incertae &c. neque aliud magis tempus pestilentiae patet, cujuscumque ea generis est.. idemque tempus et diutimis malis fatigatos, et ab aestate etiam pruxima pressos interimit, et alios novis morbis conficit, et quosdam longissimis implicat, maximeque quartanis, quae per hiemem quoque exerceant *l.* 2. *c.* 1. *v.* Tempestas. senes aestate et autumni prima parte optime valent *l.* 2. *c.* 1. *v.* Phthisis, Resolutio nervorum. autumnus medius. *v.* Premo.

Auxilium. etiam imperitissimae gentes herbas, aliaque prompta in auxilium vulnerum morborumque noverunt *pro.* *l.* 1. optimum auxilium *l.* 7. *c.* 1. praesentissimum *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. commune auxilium adversus omnes aurium casus, jamque usu comprobatum *l.* 6. *c.* 7. *s.* 8. idque auxilium, *cucurbitula*, ut minus vehemens, ita magis tutum, neque umquam periculosum &c. *l.* 2. *c.* 11. nec potest vehementi malo, nisi aeque vehemens auxilium succurrere *ibid.* ego utique si satis virium est, validiora; si parum, imbecilliora auxilia praefero *l.* 3. *c.* 24. inulae radix..inter valentissima auxilia est *l.* 4. *c.* 29. sive levior, sive vetustior casus est, vel supervacuum, vel serum id auxilium est, *sanguinis missio* *l.* 4. *c.* 13. satius est anceps auxilium experiri, quam nullum *l.* 2. *c.* 10. miserum auxilium tolerabile miserius malum fecit *l.* 3. *c.* 23. miserum, sed unicum auxilium *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34. auxilio his, *renibus*, exulceratis sunt cucumeris semina &c. *l.* 4. *c.* 17. neque minus in abstinentia et alvi ductione saepe auxilii est *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. si in his auxilii parum est *l.* 4. *c.* 2. sive id incidit, sive durities est, in hac, *cucurbitula*, auxilii nihil est *l.* 7. *c.* 2. si, *oculus*, ruptus jam foras procidit, sine auxilio est *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1.

Axis. *v.* Scamnum.

Ἄφθαι. longe periculosissima ulcera sunt quas ἄφθας Graeci appellant; sed in pueris: hos enim saepe consumunt. In viris et mulieribus idem periculum non est. Haec ulcera a gingivis incipiunt: deinde palatum totumque os occupant: tum ad uvam faucesque descendunt: quibus obsessis, non facile fit ut puer convalescat *l.* 6. *c.* 11.

Ἄχαριστον. *v.* Collyrium.

BA

Bacca. bacca hederae *l.* 6. *c.* 9. baccae lauri *l.* 3. *c.* 20. myrti baccae *l.* 4. *c.* 26.

Baculus. valida bacula *l.* 8. *c.* 20. *v.* Egeo.

Bajae. *v.* Sudor.

Βάλανος. *v.* Glans.

Balbutio. *v.* Explico.

Balneum . interdum balneo , interdum aquis frigidis uti *l.* 1. *c.* 1. balnei duo tempora sunt *&c.* balnei duplex usus est *&c.* antiqui timidius eo utebantur : Asclepiades audacius *l.* 2. *c.* 17. si circumitum habere febris solita est sic , ut tertio quartove die revertatur , quandocumque non accessit , balneum tutum est *ibid.* calidum balneum *l.* 5. *c.* 27. *s.* 12. fervens *l.* 1. *c.* 3. frequens *ibid* . utile est etiam interdum balneum , sed post cibum exiguum *l.* 3. *c.* 22. utilius his frequens balneum est , sed jejunis ; etiam usque sudorem *ibid* . balneum si post cibum est, corpus implet *l.* 1. *c.* 3. balneum alienum est *l.* 3. *c.* 22. inimica sunt vinum , balneum *&c.* *l.* 4. *c.* 11. huic generi inutilissimum balneum est *l.* 4. *c.* 12. balneum dum parum purum vulnus est, inter res infestissimas est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 28. balneum rarum res amat *l.* 3. *c.* 21. opus est vitare continua balnea *l.* 1. *c.* 6. *v.* Mora, Duco, Mitto , Peto , Tento .

Balsamum . concoquit et movet pus *l.* 5. *c.* 3. aperit *l.* 5. *c.* 4. purgat *l.* 5. *c.* 5. rodit *l.* 5. *c.* 6. mollit *l.* 5. *c.* 15. balsami lacrimae *l.* 5. *c.* 18. *s.* 3. balsami seminis *ibid.* balsami seminis , piperis albi *l.* 5. *c.* 23. *s.* 1. *Hoc secundo loco Ed. Lindenii habet* carpobalsami , seminis papaveris albi ; *unde* Carpobalsamum *in Totius Latinitatis Lexicon receptum est* .

Barba . *v.* Σύκωσις , Ἀλωπεκία .

Barbarus . *v.* Emplastrum .

Βασιλικός . *v.* Collyrium , Emplastrum .

Basis . basis cerebri *l.* 5. *c.* 26. s. 2. basis testiculi *l.* 7. *c.* 19. ima basis , *umbilici prominentis l.* 7. *c.* 14. si capitulum , *venae* , exiguum est, et basim tenuem habet *&c.* si id majus est , et basis latior *&c.* *l.* 7. *c.* 30. *s.* 3. triangula forma cutis incidenda est sic , ut vertex ejus ad frenum , basis in tergo extremo sit *l.* 7. *c.* 25. *s.* 2.

Bdellium . aperit *l.* 5. *c.* 4. purgat *l.* 5. *c.* 5. mollit *l.* 5. *c.* 15.

Bellua . scire oportet , generis valentissimi esse omnes belluas marinas, ex quibus cetus est , quaeque his pares sunt *l.* 2. *c.* 18.

Bellum . *v.* Aesculapius .

Bene . Sanus homo qui et bene valet *&c.* *l.* 1. *c.* 1. qui bene concoxit , mane tuto surget *l.* 1. *c.* 2. bene res saepius cedit *l.* 7. *c.* 7. *s.* 6. *v.* Conquiesco , Dormio , Procedo , Purgo . vinum bene calidum *l.* 4. *c.* 12. febre bene finita *l.* 3. *c.* 11. ictus parum bene curati *l.* 6. *c.* 6. *s.* 14.

Beneficium . potest dubitari secunda valetudo medicinae , an corporis beneficio contigerit *pro.* *l.* 7.

Bes . aeruginis rasae p. bessem *l.* 6. *c.* 19. *s.* 19.

Beta . mali suci est *l.* 2. *c.* 21. lenis est *l.* 5. *c.* 22. refrigerat *l.* 2. *c* 27. alvum movet *l.* 2. *c.* 29. beta alba *l.* 3. *c.* 24. betae ex sinapi *l.* 4. *c.* 16. betae folia . *v.* Adusta .

BI

Bibo . primo die neque esse , neque bibere *l.* 4. *c.* 5. nihil edendum bibendumque , nisi calidum *l.* 4. *c.* 12. hieme minus, sed meracius bibere *l.* 1. *c.* 3. vere dilutius bibendum est *ibid.* bibere liberaliter *l.* 4. *c.* 17. bibendum liberalius quam edendum est *l.* 6. *c.* 6. *s.* 15. si parum bibitur , accenditur vulnus *l.* 7. *c.* 27. sic bibendum erit, ut sciamus huic morbo sitim prodesse *l.* 4. *c.* 11. vinum bibere leve *&c.* neque effuse , neque timide *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. bibat etiam ultra satietatem *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. si quid bibendum , aqua *l.* 3. *c.* 2. si assidua fatigatio urget, invicem modo aqua , modo vinum bibendum est *l.* 1. *c.* 3. assidue vinum frigidum bibere , et post cibum magnam potionem ; sed , ut supra dixi , per siphonem *l.* 1. *c.* 8. recte toto die ac nocte vel tres heminas , *vini* , aeger bibet ; si vastius corpus est , plus etiam *l.* 3. *c.* 19. aqua decocta , quae per binos ternosve cyathos bibatur *l.* 4. *c.* 19. bibat jejunus ex aqua castoreum *l.* 3. *c.* 23.

Bicornis . *v.* Maxilla .

Biduum . quartanae incipiunt ab horrore , deinde calor erumpit , finitaque febre biduum integrum est *l.* 3. *c.* 3. ista medicina .. in biduum dividenda est *l.* 2. *c.* 10. sanguis per biduum mitti debet *l.* 3. *c.* 25. abstinentia bidui *l.* 3. *c.* 21. id interdum uno die fieri satis est ; interdum , si terrentia manent , biduo *l.* 3. *c.* 2.

Biliosus . vomitus . . utilis est plenis et biliosis omnibus, si *&c.* *l.* 1. *c.* 3. fere talis horror ab iis oritur , quae biliosa in stomacho resederunt *l.* 3. *c.* 12. *v.* Alvus, Sputum , Vomitus , Vrina .

Bilis . bilis primum aquae similis , deinde ut in ea recens caro lota esse videatur , interdum alba , nonnumquam nigra , vel varia *l.* 4. *c.* 18. nonnumquam stomachus quoque affectus primum rufam bilem per os reddit, deinde viridem , quibusdam etiam

nigram *l.* 7. *c.* 18. spumans bilis *l.* 7. *c.* 23. ℑ bilis atra. vere bilis atra, quam μελαγχολίαν appellant, oriri solet *l.* 2. *c.* 1. si longa tristitia cum longo timore et vigilia est, atrae bilis morbus subest *l.* 2. *c.* 7. alterum insaniae genus est, quod spatium longius recipit &c. Consistit in tristitia, quam videtur bilis atra contrahere *l.* 3. *c.* 18. humerorum dolores qui ad scapulas, vel manus tendunt, vomitu atrae bilis solvuntur *l.* 2. *c.* 8. *v.* Tormina.

Bini. testiculi dependent ab inguinibus per singulos nervos.. cum quorum utroque binae descendunt et venae et arteriae *l.* 7. *c.* 18. foramina quae a summis ad imas nares simplicia sunt, ibi rursus in bina itinera dividuntur *l.* 8. *c.* 1.

Bis. cibum bis die assumere, *debet l.* 1. *c.* 8. *v.* Periclitor. neque saepe ea medicina tentetur, et tamen semel, vel summum bis non omittatur *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. intenditur vis ejus, *panis*, si bis coquitur *l.* 2. *c.* 30. *et passim*.

Bitumen. concoquit et movet pus *l.* 5. *c.* 3. discutit *l.* 5. *c.* 11.

Blandior. cum plerique nullam vim adhibendo, qua tollere id malum tentent, sed imponendo tantum lenia medicamenta, quae quasi blandiantur, quo minus ad ultimam senectutem perveniant, non prohibeantur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2.

Boethus. *v.* Πεσσός.

Bonum. si plenior aliquis, et coloratior, et speciosior factus est, suspecta habere bona sua debet; quae, quia neque in eodem habitu subsistere, neque ultra progredi possunt, fere retro, quasi ruina quadam, revolvuntur *l.* 2. *c.* 2. *v.* Lienosus.

Bonus. *v.* Cibus, Color, Habitus, Medicus, Mos, Sanguis, Signum, Valetudo.

Botryitis. *v.* Cadmia.

BR

Brachium. brachium constat ex ossibus duobus *l.* 8 *c.* 1. *v.* Cubitus, Radius. si brachium fractum est, in primis considerandum est, alterum os, an utrumque comminutum sit; quia necesse est minus nervos contrahi altero osse integro, eosque intendente *l.* 7. *c.* 10. *s.* 3. deligari brachium debet paulum pollice ad pectus recurvato; siquidem is maxime brachii naturalis habitus est *ibid.*

Brassica. brassica, magisque etiam cyma ejus mali suci est *l.* 2. *c.* 21. si subcruda est, alvum movet *l.* 2. *c.* 29. bis decocta alvum adstringit *l.* 2. *c.* 30. brassicae folia simul et reprimunt, et refrigerant *l.* 2. *c.* 33. semen brassicae *l.* 2. *c.* 24.

Brevis. haec brevia, sed si neglecta sunt, longa esse consuerunt *l.* 4. *c.* 5. *v.* Costa, Dolor, Frictio, Morbus, Somnus, Tempus, *alia*. Brevior. *v.* Articulus, Curatio, Dens. Brevissimus. *v.* Fascia, Ferula.

Breviter. *v.* Ostendo.

Βρογχοκήλη. in cervice, inter cutem et asperam arteriam, tumor increscit: βρογχοκήλην Graeci vocant. Quo modo caro hebes, modo humor aliquis melli aquaeve similis includitur, interdum etiam minutis ossibus pili immixti &c. *l.* 7. *c.* 13.

Βουβωνοκήλη. inguen nonnumquam ramice impletur: βουβωνοκήλην appellant *l.* 7. *c.* 18.

Bubulus. bubula, omnisque dura caro minime intus vitiatur *l.* 2. *c.* 28. ℑ bubula, *absolute*. plerique qui nihil aliud concoquere possunt, bubulam concoquunt *l.* 4. *c.* 12 lienis bubulus *l.* 4. *c.* 16. *v.* Lac, Medulla, Sevum.

Bucca. si plaga in molli parte est, sui debet; maximeque si discissa ima auris est.. vel bucca &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23.

Bulbus. in media materia numerari debent ea quorum radices, vel bulbos assumimus *l.* 2. *c.* 18. bulbi mali suci sunt *l.* 2. *c.* 21. qui proprie bulbi nominantur, lenes sunt *l.* 2. *c.* 22. bulbi crassiorem pituitam faciunt *l.* 2. *c.* 23. inflant *l.* 2. *c.* 26.

Bullans. nonnumquam spiritus ea cum humore quasi bullante prorumpit *l.* 7. *c.* 4. *s.* 2.

Bullio. spumae argenti selibra ex olei hemina, et aquae marinae altera coquitur, donec bullire desierit *l.* 5. *c.* 19. *s.* 28.

Bullo. si urina bullat *l.* 2. *c.* 7.

Bullula. si urina bullulas excitat *l.* 2. *c.* 5.

Butyrum. carnem alit et ulcus implet *l.* 5. *c.* 14. mollit *l.* 5. *c.* 16. butyrum recens *l.* 8. *c.* 4.

CA KA

Cachrys. cachryos acetabulum *l.* 5. *c.* 18. *s.* 5. *v. Rhodii adnot. ad Compos. LXX. Scribonii.*

Κακόχυλος. *v.* Εὔχυλος.

Κακοήθες, cacoethes, fere primum id fit, quod κακοήθες a Graecis nominatur *l.* 5.

res *l.* 3. c. 11. meridiani calores *l.* 2. *c.* 1.

Calvaria. calvaria incipit ex interiore parte concava, extrinsecus gibba, utrimque laevis, et qua cerebri membranam contegit, et qua cute capillum gignente contegitur: eaque simplex ab occipitio et temporibus, duplex usque in verticem a fronte est *l.* 8. c. 1. Raro autem calvaria solida sine suturis est: locis tamen aestuosis facilius invenitur; et id caput firmissimum, atque a dolore tutissimum est. Ex ceteris, quo suturae pauciores sunt, eo capitis valetudo commodior est *ibid.*

Calx, *os*. excipitur crus infra osse transverso talorum; idque ipsum supra os calcis situm est *&c.* idque sine medulla durum, magisque in posteriorem partem projectum, teretem ibi figuram repraesentat *l.* 8. *c.* 1.

Calx. rodit *l.* 5. *c.* 6. exedit *l.* 5. *c.* 7. adurit *l.* 5. *c.* 8. saxum calcis *l.* 6. *c.* 18. *s.* 19.

Campanus. *v.* Sertula.

Campestris. *v.* Frumentum.

Canaliculus. si plura fragmenta, *ossis*, sunt, excipienda sunt ex ferula facto canaliculo, eodemque intus incerato *l.* 8. *c.* 8. potest conditus articulus, *digiti*, medius, aut summus canaliculo aliquo contineri *l.* 8. *c.* 19.

Canalis. is cui caput infirmum est, per aestatem id bene largo canali, *aquae frigidae*, quotidie debet aliquandiu subjicere *l.* 1. *c.* 4. canalibus ejusdem, *aquae frigidae*, subjicere et stomachum, et magis etiam a scapulis id quod contra stomachum est *l.* 4. *c.* 12. commune ei, *cruri*, femorique est, quod ubi deligatum est, in canalem conjiciendum est *l.* 8. *c.* 10. *s.* 5. *v.* Vulva.

Cancer. interdum vel ex nimia inflammatione, vel ob aestus immodicos, vel ob nimia frigora *&c.* cancer occupat, *ulcus l.* 5. c. 26. *s.* 31. omnis cancer non solum id corrumpit quod occupavit; sed etiam serpit: deinde aliis aliisque signis discernitur *ibid.* *v.* Ἐρυσίπελας, Γάγγραινα, Φαγέδαινα. nusquam celerius cancer occupat, et difficilius tollitur *l.* 7. *c.* 9. quod nimis adstrictum est, cancro periclitatur *l.* 5. *c.* 26. s. 24. id quod adstrictum est, alienatur, et cancro opportunum est *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. si quando ulcera oris cancer invasit *&c.* *l.* 6. *c.* 15. haec citra cancrum sunt, qui cum in ceteris partibus, tum in his, *obscoenis*, quoque vel praecipue ulcera infestat *l.* 6. *c.* 18. *s.* 3. eadem, *medicamenta*, cancro quoque obsistunt *l.* 5. c. 22. *s.* 6. ubi stare coeperit cancer, mulso ulcus eluetur *l.* 7. *c.* 27. *In Totius Latinitatis Lexico vox* Cancer *affertur ex hoc Celsi loco, et italice redditur* canchero: *sed non recte. Nam id quod hoc nomine a nostris vocatur, a Graecis* καρκῖνος, *a Latinis* carcinoma *appellatur.*

Candens. candens acus *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. exulcerandum est ferro candenti uno loco sub mento *&c.* *l.* 3. *c.* 22. atramentum sutorium candens factum *l.* 6. *c.* 8. *s.* 1. candentes silices *l.* 6. *c.* 9.

Candidus. *v.* Farina, Panis.

Caninus. *v.* Dens.

Canis. vulnera quae morsu fiunt, interdum hominis, interdum simiae, saepe canis *l.* 5. c. 27. *s.* 1. si rabiosus canis fuit, cucurbitula virus ejus extrahendum est *ibid.* *s.* 2.

Canopita. *v.* Collyrium.

Cantabricus. herba cantabrica *l.* 5. *c.* 27. *s.* 10.

Cantharides. adurunt *l.* 5. c. 8. cantharides purgatae *l.* 5. c. 28. *s.* 18. si cantharidas aliquis ebibit, panaces cum lacte contusa, vel galbanum vino adjecto dari, vel lac per se debet *l.* 5. *c.* 27. *s.* 12.

Capax. pulmo spongiosus, ideoque spiritus capax *l.* 4. *c.* 1. frictio brevior esse debet, et lenior, ut tantummodo summam cutem emolliat, quo facilius capax ex recenti cibo novae materiae fiat *l.* 2. *c.* 14.

Capillus. *v.* Calvaria. capillis fluentibus *l.* 6. *c.* 1.

Capio. cibum capere *l.* 1. *c.* 1. *et alibi.* somnum capere *l.* 7. *c.* 3. jamque fauces cibum, et spiritum capiunt *l.* 4. c. 7. quaerenda delectatio ex fabulis ludisque, quibus maxime capi sanus assueverat *l.* 3. c. 18. ℑ *apprehendo*. ut in angustum compulsa vesica facilius calculus capi possit *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2.

Capitulatus. *v.* Costa.

Capitulum. capitula hoedorum et vitulorum et agnorum *l.* 2. *c.* 22. capitula punici mali *l.* 5. *c.* 20. *s.* 4. ora venarum tamquam capitulis quibusdam surgentia *l.* 6. *c.* 18. *s.* 9. *v.* Spatha, Terebra.

Capparis, *et* cappari. *v.* Caulis. capparis alvum movet *l.* 2. *c.* 29. urinam movet *l.* 2. *c.* 31. capparis cortex *l.* 4. c. 29. radix *l.* 4. *c.* 8. multisque modis huic rei cappari aptum est *l.* 4. *c.* 16.

Caprea. valentissimi generis est *l.* 2. *c.* 18.

Capreoli. capreoli vitium simul et reprimunt, et refrigerant *l.* 2. *c.* 33.

Caprificus. lac caprifici exedit *l.* 5. *c.* 7. adurit *l.* 5. *c.* 8.

Caprinus. *v.* Fel, Lac, Sanies, Sevum, Stercus.

Capto. *v.* Praebeo.

Caput. caput summum.. superior capitis pars.. per medium caput. *v.* Sutura. sub quo nomine, *capite*, nunc significo eam partem quae capillo tegitur *l.* 4. *c.* 2. caput firmissimum, atque a dolore tutissimum. *v.* Calvaria. bene integro capite, *porrigo*, non exit *l.* 6 *c.* 2. cui caput infirmum est &c. *l.* 1. *c.* 4. si caput grave est *l.* 2. *c.* 2. cum caput gravius esse coeperit *l.* 1. *c.* 4. interdum in capite longa imbecillitas, sed neque gravis, neque periculosa per hominis aetatem est. Interdum gravior dolor, neque tamen mortiferus &c Hique omnes dolores.. modo in toto capite, modo in parte sunt; interdum sic, ut oris quoque proximam partem excrucient *l.* 4. *c.* 2. *v.* Dolor. ¶ ex agno hoedove cum petiolis totum caput, aliquanto quam cetera membra leviora sunt *l.* 2. *c.* 18. ¶ *caput libri*. lac utrumque quod proximo capite supra comprehensum est *l.* 5. *c.* 8. ¶ capita. *v.* Femen, Humerus, Fascia, Ferramentum.

Carbo. *v.* Pullus hirundininus, Scorpio.

Carbunculus. ad ea veniendum est, quae interius corrupta aliqua corporum parte nascuntur. Ex quibus non aliud carbunculo pejus est. Ejus hae notae sunt: rubor est &c. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 1. Solent etiam carbunculi ex inflammatione nasci, nonnumquam in ipsis oculis, nonnumquam in palpebris *l.* 6. *c.* 6. *s.* 10.

Carcer. *v.* Incido.

Carcinoma. Non idem periculum carcinoma affert, nisi imprudentia curantis agitatum est. Id vitium fit maxime in superioribus partibus; circa faciem, nares, aures, labra, mammas feminarum *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2. circa locum aliqua quasi puncta sentiuntur; isque locus immobilis, inaequalis tumet: interdum etiam torpet. Circa eum inflatae venae quae recurvantur, haeque pallent, aut livent &c. *ibid.* fereque primum id fit quod κακόηθες a Graecis nominatur; deinde ex eo id carcinoma quod sine ulcere est; deinde ulcus &c. Tolli nihil, nisi cachoetes potest: reliqua curationibus irritantur; et quo major vis adhibita est, eo magis &c. *ibid.* *v.* Adustus, Excisus, Blandior.

Καρκινώδης. tubercula quae καρκινώδη vocantur *l.* 5. *c.* 18. *s.* 17. *v.* Polypus.

Cardamomum. urinam movet *l.* 3. *c.* 21. glutinat vulnus *l.* 5. *c.* 2. rodit *l.* 5. *c.* 6. mollit *l.* 5. *c.* 15.

Καρδιακὸς. His morbis praecipue contrarium est id genus, quod καρδιακὸν a Graecis nominatur &c. id autem nihil aliud est, quam nimia imbecillitas corporis, quod stomacho languente immodico sudore digeritur *l* 3. *c.* 19.

Cardiacus. neque jejunio utique vexandus est, *phreneticus*, ne imbecillitate in cardiacum incidat *l.* 3. *c.* 18.

Cardo. alter, *maxillae processus*, in eo sinu qui juxta foramina auris est, cardinis modo fit *l.* 8. *c.* 1.

Careo. occallescit interdum in cole aliquid; idque omni paene sensu caret *l.* 6. *c.* 18. *s.* 6. testiculi omni sensu carent *l.* 7. *c.* 18. audiendi usu carere. *v.* Auris. gestatio utilis est iis corporibus quae jam ex toto febre carent *l.* 2. *c.* 15. ne illud quidem ab Heraclide dictum ratione caret &c. *l.* 3. *c.* 6.

Caries. caries levis *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. specillum tenue in foramina demittitur; quod magis minusve intrando vel in summo cariem esse, vel altius descendisse testatur *l.* 8. *c.* 2. si caries ad alteram quoque ossis partem transiit &c. *ibid.* caries saepe totum os perrumpit *ibid.*

Cariosus. os quod vitiatum est, primo fere pingue fit, deinde vel nigrum, vel cariosum *l.* 8. *c.* 2. sive capitis, sive pectoris os, sive costa cariosa est, inutilis ustio est, et excidendi necessitas est *ibid.*

Carnosus. calefaciunt carnosa omnia *l.* 1. *c.* 3. cartilago, *ossis pectoris*, exigua et carnosa *l.* 2. *c.* 8. interdum quaedam carnosa descendunt *l.* 4. *c.* 22.

Caro. tenuioribus magis sanguis, plenioribus magis caro abundat *l.* 2. *c.* 10. *v.* Decor. viva caro *l.* 5. *c.* 28. *s.* 1. si telum in summa carne est *l.* 7. *c.* 5. *s.* 8. expedita curatio est in fistula simplici, recenti, intra carnem *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. ¶ *caro vitiata*. ex naturalibus partibus carne prolapsa et arente *pro*. *l.* 1. ulcus nigrum est, quia caro ejus corrupta est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. caro in ulcere vel nigra, vel livida est, sed sicca et arida *ibid.* caro hebes *l.* 7. *c.* 13. caro hebes et cruenta *l.* 7. *c.* 6. caro hebes, nec firma *l.* 7. *c.* 3. caro durior.. caro vitiosa.. carcinomati similis *l.* 7. *c.* 14. caro putris *l* 5. *c.* 22. *s.* 2. mali odoris *l.* 6. *c.* 7. *s.* 4. caro mortua

l. 5. *c.* 28. *s.* 1. caro viridis *ibid.* *s.* 13. pars carnis in pus versa, pars corrupta, subalbida, subrubra *ibid.* *s.* 8. caro increscens *l.* 5. c. 22. *s.* 6. supercrescens *l.* 5. *c.* 19. *s.* 19. super eminentem carnem exedentia medicamenta conjicienda sunt; super concavam implentia *l.* 5. *c.* 26. *s.* 36. ℑ *carnes ad victum pertinentes.* omnis pinguis caro, omnis glutinosa boni suci est *l.* 2. *c* 20. caro domestica permacra, omnis caro salsa mali suci est *l.* 5. *c.* 21. pinguis caro et quaecumque glutinosa est; quod fere quidem in omni domestica fit . . lenis est *l.* 2. c. 22. ex domesticis animalibus bubula stomacho apta est *l.* 2. *c.* 24. caro omnis jurulenta calefacit *l.* 2. c. 27. crassa vel tenera caro facile intus corrumpitur *l.* 5. *c.* 28. bubula, omnisque dura caro minime intus corrumpitur; eademque aptior est, si macra, si salsa est *ibid.* caro pinguis, eadem vel jurulenta, vel elixa alvum movet *l.* 2. *c.* 29. alvum adstringunt in eadem carne assa potius, quam elixa *l.* 2. c. 30. caro assumenda est, quae assa optima, aut elixa est *l.* 1. *c.* 2. neque sorbitiones his . . neque caro, minimeque suilla convenit *l.* 3. *c.* 23.

Carpo. mortis indicium est, si manibus quis in febre &c. in adjuncto pariete, si qua minuta eminent, carpit *l* 2. c. 6.

Carptus. *v.* Lana.

Cartilaginosus. ipsa arteria, *aspera*, dura et cartilaginosa in gutture assurgit *l.* 4. *c.* 1. *v.* Humerus. ossa cartilaginosa *l.* 8. *c.* 8. *s.* 2. caput cartilaginosum. *v.* Radius.

Cartilago. *v.* Articulus. vertebra tertia tubercula, quae inferiori inserantur exigit. Ceterae processibus deorsum spectantibus in inferiores insinuantur &c. multisque nervis et multa cartilagine continentur *l.* 8. c. 1. *v.* Jugulum. si cartilago in eo quod incisum est eminet, excidenda est: neque enim aut glutinatur, aut acu tuto trajicitur *l.* 7. *c.* 9. *v.* Costa, Os pectoris, Scutula operta.

Caruncula. periculum est, ne ex angulo, *oculi*, caruncula quoque abscindatur *l.* 7. c. 7. *s.* 4. *v.* Digitus. nares quo propius ori discendunt, eo magis caruncula quoque molliuntur *l.* 8. *c.* 1. interdum in naribus etiam carunculae quaedam similes muliebribus mammis nascuntur &c. Polypus vero est caruncula modo alba, modo subrubra, quae narium ossi inhaeret &c. *l.* 6. *c.* 8. *s.* 2. in plagam linamentum conjiciendum est, quod et conjungi diductam cutem prohibeat, et in medio carunculam citet *l.* 7 *c.* 7. *s.* 9. carunculae corruptae resolvuntur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. carunculae tenues lanulis similes *l.* 7. c. 27. *v.* Vrina.

Carystius. *v.* Exerceo, Medicus.

Καρωτὶς. in dextra sinistraque circa guttur . arteriae, quas καρωτίδας vocant, ultra aures feruntur *l* 4. *c* 1.

Caseus. caseus generis valentissimi est *l.* 2. c. 18. caseus mollis boni suci est *l.* 2. c. 20. vetus mali suci est *l.* 2 *c.* 21. omnis caseus alienus stomacho est *l.* 2. c. 25. omnis caseus inflat *l.* 2. *c.* 26. caseus et recens et vetus facile intus corrumpitur *l.* 2. *c.* 28. caseus qui vehementior vetustate fit, aut ea mutatione quam in transmarino videmus, aut si recens est, ex melle mulsove decoctus alvum adstringit *l.* 2. *c.* 30.

Casia. urinam movet *l.* 3. *c.* 21. potiones quae ex odoribus fiunt, id est casia &c. *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. casia rodit *l.* 5. *c.* 6. discutit *l.* 5. *c.* 11. *v.* Cerastes. casiae cortex *l.* 5. c. 18. *s.* 3. casia nigra *l.* 5. *c.* 23. *s.* 1.

Cassius. ingeniosissimus saeculi nostri medicus, quem nuper vidimus, Cassius *pro.* *l.* 1.

Castoreum. castoreum, si venter adstrictus est, mixtus cum scammonia; si non est, per seipsum cum aqua dandum est *l.* 3. c. 20. in aurem dari debet castoreum cum aceto, vel irino, vel laureo oleo; aut huic mixtum castoreum &c. *l.* 6. c. 7. *s.* 8.

Castratus. *v.* Articulus.

Casus. sive levior, sive vetustior casus *l.* 4. *c.* 13. casus asperior *l.* 8. *c.* 9. ubi huic contrarius casus, contrarium etiam signum est *l.* 8. *c.* 22. ut dissimilis uterque casus est, sic quaedam dissimilia requirit *l.* 8. c. 8. similes ex magna parte casus curationesque sunt humeri et femoris *l.* 8. *c.* 10. *s* 1. eorum, *columbae*, *palumbi*, *hirundinis*, sanguis nostros quoque oculos ab externo casu commodissime tuetur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 39. variis et ingentibus casibus oculi nostri patent *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. antidota raro, sed praecipue interdum necessaria sunt, quia gravissimis casibus opitulantur *l.* 5. *c.* 23.

Cataplasma. calefacit ex qualibet farina cataplasma ubi ea deferbuit, calidaque imposita est . . valentior tamen ad id omnis farina est ex mulso, quam ex aqua decocta *l.* 2. *c.* 33. thorax fomentis cataplasmatisque aut siccis, aut etiam hu-

midis adjuvandus est *l.* 4. *c.* 8. si in praecordiis inflammatio et dolor est, primo imponenda sunt cataplasmata reprimentia, ne, si calidiora fuerint, plus eo materiae concurrat: deinde ubi prima inflammatio se remisit, tunc ad calida et humida veniendum est, ut ea quae remanserint, discutiant *l.* 3. *c.* 10. avertendus materiae aditus est per cataplasmata quae simul et reprimunt, et refrigerant *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11. circumdare cataplasma, si mollis is locus est, quod leniter reprimat; si nervosus, aut musculosus, quod emolliat *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. imponenda extrinsecus cataplasmata, primum quae reprimant, deinde calida quae diducant *l.* 4. *c.* 15. utendum calidis ex farina cataplasmatis, quae reliquias digerant *l.* 4. *c.* 12. cataplasmata calefacientia imponenda.. Si vero tumor calorque est, utiliora sunt refrigerantia: neque tamen in hoc ipso diu perseverandum; sed ad ea transeundum, quae sic reprimunt, ut emolliant *l.* 4. *c.* 31.

Catapotium. Catapotia multa sunt, variisque de causis fiunt. Ἀνώδυνα vocant, que somno dolorem levant: quibus uti, nisi nimia necessitas urget, alienum est. Sunt enim ex vehementibus medicamentis, et stomacho alienis *l.* 5. *c.* 25. *s.* 1. Prodest tamen etiam ad concoquendum, quod habet &c. *ibid.* alterum stomacho pejus, ad somnum valentius *ibid.* *s.* 2. sive jecur, aut lienis, aut latus torquet &c. occurrit dolori per quietem ejusmodi catapotium &c. *ibid.* *s.* 3. ex papavere silvestri, cum jam ad lacrimam excipiendam maturum est &c. catapotia fiunt.. habentque usum multiplicem &c. *ibid.* *s.* 4. Item si vulva dolens somnum prohibet *ibid.* *s.* 5. ad sanandum jecur *ibid.* *s.* 6. ad lateris dolores finiendos *ibid.* *s.* 7. ad thoracis *ibid.* *s.* 8. ad tussim Athenionis *ibid.* *s.* 9. si tussis somnum prohibet, ad utrumque Heraclidis Tarentini *ibid.* *s.* 10. si purganda ulcera in faucibus tussientibus sunt *ibid.* *s.* 11. Colice Cassii *ibid.* *s.* 12. infantem mortuum, aut secundas expellit aquae potio &c. *ibid.* *s.* 13. ex partu laboranti *ibid.* *s.* 14. vocem adjuvat &c. *ibid.* *s.* 15. adversus urinae difficultatem *ibid.* *s.* 16. Arteriace hoc modo fit &c. *ibid.* *s.* 17.

Κασταστagμός. nunc video apud Graecos destillationem κασταστογμὸν appellari *l.* 4. *c.* 5.

Caveo. ideoque utile sit, scire unumquemque quid, et quando maxime caveat *pro.* *l.* 2. cavere meridianum solem, matutinum et vespertinum frigus; itemque auras fluminum atque stagnorum *l.* 1. *c.* 2. magna cura cavetur, ne &c. *l.* 7. *c.* 25. *s.* 1. curioso victu cavere oportet, ne &c. *l.* 4. *c.* 31. omni modo cavendus sanguinis vomitus est *l.* 3. *c.* 27. *s.* 4.

Cauliculus. *v.* Lactuca.

Caulis. imbecillissima materia est omne olus, et quidquid in caule nascitur, qualis est cucurbita, et cucumis, et capparis *l.* 2. *c.* 18. olera quorum crudi caules assumuntur, refrigerant *l.* 2. *c.* 27.

Caunea. ad sanguinem evocandum cauneis duabus adjicitur nitri &c. *l.* 3. *c.* 21. *s.* 1.

Causa. qui rationalem medicinam profitentur, haec necessaria esse proponunt: abditarum et morbos continentium causarum notitiam; deinde evidentium *pro.* *l.* 1. Empirici evidentes quidem causas ut necessarias amplectuntur: obscurarum vero causarum quaestionem ideo supervacuam esse contendunt, quoniam non comprehensibilis natura sit *ibid.* in obscuro positae causae *ibid.* ubi causa incognita est *l.* 4. *c.* 2. si febris vel ex inguine, vel ex lassitudine &c. fuit sic, ut nulla interior causa metum fecerit *l.* 3. *c.* 5. nihil omnino ob unam causam fieri, sed id pro causa apprehendi, quod contulisse plurimum videtur *pro.* *l.* 1. quas tamen species si quis curiosius aestimet, facile intelliget, omnes ex una causa pendere, quae demit *l.* 2. *c.* 14. subinde admonendus est, in iis ipsis rebus quae solicitant, cur potius laetitiae, quam solicitudinis causa sit *l.* 3. *c.* 18. quibus causa doloris, neque sensus ejus est, his mens labat *l.* 2. *c.* 7. excisa, *carcinomata*, etiam post inductam cicatricem reverterunt, et causam mortis attulerunt *l.* 3. *c.* 28. *s.* 2. gargarizationes aut laevandi causa fiunt, aut reprimendi &c. *l.* 5. *c.* 12. si longae febres sine manifesta causa remanent &c. *l.* 2. *c.* 7. delectationis causa *l.* 4. *c.* 32. valetudinis causa *l.* 1. *c.* 3. *et alia hujusmodi* ℑ causa *pro morbus*. donec omnis causae metus finiatur *l.* 3. *c.* 2. haec sanis facienda sunt, tantum causam metuentibus *l.* 3. *c.* 3.

Causatus. Gorgias eadem tria causatus, spiritum quoque interdum eo dixit irrumpere *l.* 7. *c.* 14.

Καυσώδης. febrem ardentem, quam Graeci

χουσώδη vocant, subitus horror exsolvit *l.* 2. c. 8.

Cautus. *v.* Medicus.

Cavum. qua cavum subest *l.* 7. c. 26. *s.* 2. *v.* Vertebra.

Cavus. jecur intrinsecus cavum, extrinsecus gibbum *l.* 4. c. 1. radius rotundo et leniter cavo capite exiguum humeri tuberculum recipit *l.* 8. *c.* 1. si fistula neque sinuosa, neque cava sede est *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. cava ulcera *l.* 6. c. 6. *s.* 23.

Καχεξία. Altera tabis species est, quam Graeci *καχεξίαν* appellant: ubi malus corporis habitus est &c. *l.* 3. *c.* 22.

Cedens. tubercula cedentia *l.* 7. *c.* 6. caro durior est, prementique non cedit, prioribus facile cedentibus *l.* 7. c. 14.

Cedo. ubi levatus est dolor moverique cervix coepit, scire licet cedere remediis morbum *l.* 4. *c.* 6. nec primae cupiditati dejectionis protinus cedere *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. si, *praecordia*, paulo tumidiora sunt, sed tamen digitis cedunt &c. *l.* 2. c. 3. ita superius tergus relaxatum cedere retro potest *l.* 7. *c.* 25. *s.* 2. ne is talus, qui totum corpus sustinet, parum confirmatis nervis ferendo oneri cedat *l.* 3. *c.* 22. ℑ *evenio, succedo*. ubi bene res cedit *l.* 8. *c.* 4. optime iis cessisse, qui post finem febris id fecerant *pro*. *l.* 1. si id commode cessit *l.* 4. c. 20. si quid parum cesserit *l.* 2. c. 10. vix, etiamsi recte cessit curatio, veram sanitatem reddit *l.* 8. *c.* 2. ex quo incidit, ut alia atque alia summi auctores quasi sola venditaverint, prout cuique cesserant *l.* 3. c. 1.

Cedrus. discutit *l.* 5. *c.* 11. ℑ *pro oleo cedrino, ut* rosa *pro oleo rosaceo*, cyprus *pro oleo cyprino l.* 5. c. 18. *s.* 35.

Celeber. idque non in Graecia tantummodo, sed in aliis quoque gentibus celebre est *l.* 7. c. 7. *s.* 15. *v.* Numerus, Pastillus, Vir.

Celebro. cum vetustissimus auctor Aesculapius celebretur *pro*. *l.* 1.

Celer. *v.* Vena, Via.

Celeritas. adjicitur celeritati, sicut tormento quoque, si &c. *l.* 9. *c.* 4. *s.* 4.

Celeriter. Asclepiades officium esse medici dixit, ut tuto, ut celeriter, ne jucunde curet *l.* 3. *c.* 4. isque dolor modo tarde, modo celeriter solvitur *l.* 4. *c.* 13. mali morbi signum est, nimis celeriter emacrescere *l.* 2. *c.* 4. quod per ignem divisum est, minus celeriter coit *l.* 7. *c.* 15. aliae, *quotidianae*, tempore eodem postridie revertuntur, aliae vel serius, vel celerius *l.* 3. c. 3. corpora quae more eorum, *athletarum*, repleta sunt, celerrime et aegrotant, et senescunt *l.* 1. *c.* 1. si a prima hieme Austri ad ultimum ver continuarunt, laterum dolores, et insania febricitantium quam celerrime rapiunt *l.* 2. c. 1.

Celsus, *cognomen Auli Cornelii Celsi*. *v.* *Inscript.* *l.* 1.

Centaurion. herba centaurion *l.* 5. c. 27. *s.* 10.

Cepa. mali suci est *l.* 2. *c.* 21. acris est *l.* 5. c. 22. inflat *l.* 5. *c.* 26. alvum movet *l.* 3. *c.* 29. urinam movet *l.* 2. *c.* 31. sensus excitat *l.* 2. *c.* 32.

Cera. discutit *l.* 5. c. 11. carnem alit et ulcus implet *l.* 5. c. 14. mollit *l.* 5. c. 15. cera alba *l.* 4. c. 27. *s.* 7. cera cretica *l.* 5. *c.* 18. *s.* 31.

Cerastes. si cerastes, aut dypsas, aut haemorrhois percussit, polii, quod aegyptiae fabae magnitudinem aequet, arefactum, in duas potiones dividendum est sic, ut ei rutae paulum adjiciatur. Trifolium quoque et mentastrum, et cum aceto panaces aeque proficiunt. Costumque, et casia, et cinnamomum recte per potionem assumuntur *l.* 5. *c.* 27. *s.* 7.

Cerasum. stomacho aptum est *l.* 2. *c.* 24. cerasa alvum movent *l.* 2. *c.* 29.

Κερατοειδής. oculus summas habet duas tunicas: ex quibus superior *κερατοειδής* a Graecis nominatur *l.* 7. c. 7. *s.* 13.

Ceratum. ceratum ex cyprino, aut irino factum *l.* 6. *c.* 9. cerati eloti, quod *πεπλυμένον* Graeci vocant, selibram *l.* 5. c. 18. *c.* 1. cerato liquido cervicem perungere *l.* 4. *s.* 6. ceratum ex cyprino factum *l.* 8. *c.* 11. liquido cerato cyprino articuli perfricentur *l.* 4. *c.* 31. ceratum ex irino factum *l.* 8. c. 9. cubitus molli cerato perfricandus *l.* 8. c. 10. *s.* 2. ceratum myrteum *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. ceratum ex rosa *l.* 5. c. 28. *s.* 2.

Cerebellum. lenis est caro glutinosa; quod fere quidem in omni domestica fit, praecipue tamen in ungulis trunculisque suum.. omnibusque cerebellis *l.* 3. *c.* 22. *v.* Sus.

Cerebrum. quae, *adeps*, sensu, sicut cerebrum quoque et medulla, caret *l.* 4. *c.* 1. servari non potest cui basis cerebri percussa est *l.* 5. c. 26. *s.* 2. vertebrae.. mediae perforatae, qua spinae medulla cerebro commissa descendit: circa quoque

per duos processus tenuibus cavis perviae, per quae a membrana cerebri similes membranulae deducuntur *l.* 8. *c.* 1. *v.* Callus, Propugnaculum.

Κήριον. est etiam ulceris genus, quod a favi similitudine *κήριον* a Graecis nominatur. Idque duas species habet &c. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 13.

Κερκὶς. Radius, quem *κερκίδα* Graeci vocant, superior breviorque &c. *l.* 8. *c.* 1.

Cerno. suffusio interdum oculi potentiae, qua cernit, se opponit *l.* 6. *c.* 6. *s.* 35. imbecillitas oculorum, ex qua quidam interdiu satis, noctu nihil cernunt *ibid.* *s.* 38. hae, *venae*, ut magis conditae, non aeque quidem cernuntur, sed tamen etiam visui subjectae sunt *l.* 7. *c.* 18.

Certe, *pro saltem*. Themison non quando coepisset febris, sed quando desiisset, aut certe levata esset, considerabat *l.* 3. *c.* 4. vino, si febris non est, dulci, aut si id inflat, certe leni utendum *l.* 4. *c.* 12.

Certus. In quibusdam etiam aliis serpentibus certa quaedam auxilia satis nota sunt *l.* 5. *c.* 27. *s.* 5. *v.* Circumitus, Fiducia, Lex, Nota, Signum, Spes, *alia*. a certis potius et exploratis petendum esse praesidium *pro.* *l.* 1. ℑ *loco pronominis quidam*. *Articuli*, elabuntur in priorem et in posteriorem, in interiorem et in exteriorem partem; quidam omnibus modis, quidam certis *l.* 8. *c.* 11.

Cervical. alii cervicalibus vestimentisque onerant, *caput*, et sic levantur *l.* 4. *c.* 2.

Cervix, cervices. A capite transitus ad cervicem est, quae gravibus admodum morbis obnoxia est *l.* 4. *c.* 6. *v.* Ἐμπροσθότονος, Ὀπισθότονος, Τέτανος. In ipsis cervicibus glandulae positae sunt, quae interdum cum dolore intumescunt *l.* 4. *c.* 1. Interdum in cervice inter cutem et asperam arteriam tumor increscit *l.* 7. *c.* 13. *Totius Latinitatis Lexicon haec habet:* » *Cervix proprie est posterior colli pars ab occipitio ad dorsum, in qua sunt vertebrae et nervi collum continentes, et moventes* ». *Sed ex Celsi loco quem modo attuli, apparet, interdum etiam anteriorem colli partem cervicem appellari*. » ℑ *cervix vesicae*. Vesica in ipso sinu nervosa, et duplex, cervice plena atque carnosa *l.* 4. *c.* 1. ℑ *cervix vulvae*. *vulva*, recta tenuataque cervice, quem canalem vocant, contra mediam alvum orsa &c. *l.* 4. *c.* 1.

Cervinus. *v.* Medulla, Cornu.

Cerussa. cerussa cocta *l.* 5. *c.* 19. *s.* 27. combusta *l.* 5. *c.* 22. *s.* 7. elota *l.* 6. *c.* 6. *s.* 12. si cerussam aliquis ebibit, jus malvae, vel juglandes ex vino contritae maxime prosunt *l.* 5. *c.* 27. *s.* 12.

Ceteri. ceteri venti *l.* 2. *c.* 1. ceterae aetates *l.* 2. *c.* 8 cetera eadem in utroque casu facienda sunt *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. cetera omnia quasi sanis facienda sunt *l.* 4. *c.* 5. ℑ cetera pars corporis *singulari numero* *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34. ℑ ceterum. ceterum antequam excidantur, *tunicae*, venae quoque vinciri lino summae debent *l.* 7. *c.* 19.

Cetus. *v.* Bellua.

Κεφαλαία. in capite interdum acutus et pestifer morbus est, quam *κεφαλαίαν* Graeci vocant *l.* 4. *c.* 2.

Κεφαλικὸς. *v.* Emplastrum.

Chalcitis. sanguinem supprimit *l.* 5. *c.* 1. reprimit *l.* 5. *c.* 2. purgat *l.* 5. *c.* 5. rodit *l.* 5. *c.* 6. exedit *l.* 5. *c.* 7. adurit *l.* 5. *c.* 8. chalcitis crustas ulceribus inducit, magisque si cocta est *l.* 5. *c.* 9.

Καλκὸς. *v.* Squama aeris.

Chamalaeon. *l.* 5. *c.* 18. *s.* 33.

Chamepithys. aperit *l.* 5. *c.* 4.

Charta. charta combusta adurit *l.* 5. *s.* 8.

Chiragra. *v.* Articulus.

Chelydrus. adversus chelydri ictum panaces, aut laser, vel porri sucus cum vini hemina sumendus est *l.* 5. *c.* 27. *c.* 8.

Chironius. Chironium ulcus appellatur quod et magnum est, et habet oras duras, callosas, tumentes &c. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 5.

Chirurgus. esse chirurgus debet adolescens, aut certe adolescentiae propior; manu strenua, stabili, nec umquam intremiscente, eaque non minus sinistra, quam dextra promptus; acie oculorum acri, claraque; animo intrepidus, misericors sic, ut sanari velit eum quem accepit, non ut clamore ejus motus vel magis quam res desiderat properet, vel minus quam necesse est secet, sed perinde faciat omnia, ac si nullus ex vagitibus alterius affectus oriatur *pro.* *l.* 7.

Chrysocolla. rodit *l.* 5. *c.* 6. exedit *l.* 5. *c.* 7. adurit *l.* 5. *c.* 8.

CI

Cibarius. *v.* Panis.

Cibus. cibus exiguus *l.* 3. *c.* 2. tenuis et exiguus *l.* 5. *c.* 26. *s.* 25. quam maxime tenuis et lenis *l.* 4. *c.* 13. modicus *l.* 1. *c.* 10. permodicus *l.* 4. *c.* 2. mediocris *l.* 1. *c.* 3.

Circulus. *v.* Aspera arteria, Glans.

Circum. interdum vetustas ulcus occupat.. et circum orae crassae livent *l.* 5. c. 26. *s.* 31.

Circumactus. ut eo, *clavo*, insistente circumactus modiolus delabi non possit *l.* 8. c. 3.

Circumago. saepius eadem ratione circumagi, *fascia*, debet *l.* 8. c. 3. est quidam premendi modus, ut et foret, et circumagatur, *modiolus* &c. neque alienum est instillare paulum rosae, vel lactis, quo magis lubrico circumagatur *ibid.*

Circumaperio. ubi scabri ungues sunt, circumaperiri debent qua corpus contingunt *l.* 6. c. 19.

Circumcido. vetus ulcus scalpello circumcidendum est *l.* 5. c. 26. *s.* 32. ℑ *amoveo*, *prohibeo*. circumcidendum vinum est in totum annum *l.* 4. c. 27. *s.* 1. vinum ex toto circumcidendum est *l.* 6. c. 9.

Circumcisus. circumcisa omni negotiosa cogitatione *l.* 4. *c.* 32. qui quarumdam gentium more circumcisus est *l.* 7. c. 25 *s* 1.

Circumdatus. pinna molli pellicula circumdata *l* 8. c. 5. considerari debet purum ne id sit quod provolutum est, an humore mucoso circumdatum *l.* 6 c. 18. *s.* 10. circumdatae, *fasciae*, circa alvum novissime inter se deligantur *l.* 6. *c.* 18. *s.* 8.

Circumdo. cataplasmata imo ventri inguinibusque circumdare *l* 4. c. 28. fomentis, sed protinus validioribus totum corpus circumdare convenit *l.* 3. c. 12. fascia, aut habena media alae circumdanda est *l.* 8. *c.* 15. quae, *fascia*, jugulo composito circumdanda est saepius potius quam valentius *l.* 8. *c.* 8. reliqua fasciae pars arte circumdatur *l.* 7. c. 20. lanae sucidae supervacuus usus est: lota melius circumdatus *l* 5. *c.* 26. *s.* 30. *v.* Callus.

Circumduco. utro modo vero id circumductum est &c *l* 8. c. 3.

Circumeo, circueo. hieme fascia saepius circumire debet; aestate quoties necesse est *l.* 5. c. 26. *s.* 24. satius est saepius fasciam circuire, quam adstringi *l.* 8. c. 10. *s* 1.

Circumfluo. meliceridi subest liquidior humor; ideoque pressus circumfluit *l.* 7. *c.* 6. si digito pressimus, *tumorem*, cedit humor, circumfluensque id quod non premitur, attollit *l.* 7. c. 18.

Circumitus. circuitus. febres quae certum habent circumitum *l.* 3 *c.* 12. ex febribus una quotidiana, altera tertiana, altera quartana est: interdum etiam longiore circuitu quaedam redeunt *l.* 3. c. 3. *v.* Circumeo, Circueo. *Ejusmodi varietates ortae videntur ab incuria librariorum, qui lineolam, quam exemplar habebat supra litteram u, omiserunt.*

Circumpositus. ferulae superaccommodandae, quae fissae circumpositaeque ossa in sua sede contineant *l.* 8. c. 10. *s.* 1.

Circumpurgo. tollitur etiam, *clavus*, si quis eum circumpurgat *l.* 5. c. 28. *s.* 14.

Circumrado. Tonsillas quae post inflammationem intumuerunt.. oportet digito circumradere, et evellere *l.* 7. c. 12. *s.* 2. *v.* Dens.

Circumspecte. media septa, sed multo circumspectius excidenda sunt *l.* 8. c. 3.

Circumspectus. est circumspecti quoque hominis et novare interdum, et augere morbum *l.* 3. c. 9.

Circumspicio. illi multa circumspiciunt, hi tantum facillima, et non plus quam vulgaria *pro*. *l.* 1. obligarique aequum est confessione promptae rei, quo curiosius etiam circumspiciat &c. *l.* 5. c. 26. *s.* 1.

Circumsto. hic quoque duo pericula circumstant &c. *l.* 7. c. 7. *s.* 8.

Circumsurgens. *v.* Mora.

Circumsutus. *v.* Linamentum.

Κιρσοκήλη. Praeter haec aeque integris tunicis ramex innascitur: κιρσοκήλην Graeci appellant. Venae intumescunt, eaeque intortae conglomerataeque a superiore parte vel ipsum scrotum implent, vel mediam tunicam, vel imam: interdum etiam sub ima tunica circa ipsum testiculum nervumque ejus increscunt *l.* 7. c. 18.

Citerior. *v.* Pars.

Cito. quidam morbi breves acutique sunt, qui cito vel tollunt hominem, vel ipsi cito finiuntur *l.* 3 c. 1. potest morbus, etiam qui per se finiturus est, citius tamen adhibito auxilio tolli *l.* 2. c. 14. quo minus cito ista affecerint, eo tardius solventur *l.* 2. c. 7.

Cito. aliae res citant urinam, aliae &c. *l.* 2. c. 19. tussis modo arida est, modo pituitam citat *l.* 4. c. 10. sinapi ex aceto super pectus imponitur, donec ulcera pusulasque excitet; et tum medicamentum quod humorem illuc citet *l.* 4. c. 13. alumen scissile in id foramen conjectum dentem citat *l.* 6. c. 9.

Citra. ungi citra sudorem *l.* 1. *c.* 6. *v.* Lassitudo, Fatigatio, Ustio.

Citus. *v.* Alvus.

Civilis. *v.* Necessitas, Officium.

Clamor . vitandus clamor *l.* 8. *c.* 9. *v.* Chirurgus .
Clare . Si quis stomacho laborat, legere clare debet *l.* 1. *c.* 8.
Clarus, clarissimus. *v.* Acies, Auctor, Lectio.
Claudo . exigua in arteria sub ipsis faucibus lingua est . . quae cum cibum potionemque assumimus, arteriam claudit *l.* 4. *c.* 1. manantia corpuscula per invisibilia foramina subsistendo iter claudunt *pro* . *l.* 1. donec ex toto plaga claudatur *l.* 7. *c.* 27. quo facilius claudatur ea, *fistula*, vel certe coangustetur *ibid.*
Clavus. clavus nonnumquam etiam alibi, sed in pedibus tamen maxime nascitur, praecipue ex contuso &c. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 14. clavi vocantur callosa in albo oculi tubercula, quibus nomen a figurae similitudine est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 12. *v.* Modiolus.
Cleon . *v.* Collyrium .
Cleophantus . quidam ex antiquis medicis Cleophantus *l.* 3. *c.* 15.
Clibanus . *v.* Sudor .
Clunis . si clunes os vulvae urgere coeperunt, iterum retro repellendae sunt *l.* 7. *c.* 29.
Clyster . non alienum est mixto vino per clysterem eluere, *aurem* *l.* 6. *c.* 7. *s.* 3. ubi glans contecta est, oriculario clystere inter eam cutemque aqua calida inserenda est *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2. *v.* Adigo .

CO

Coacesco . si coacuit intus cibus, aut computruit, quorum utrumlibet ructus ostendit, ejiciendus est *l.* 4. *c.* 12. *v.* Mensa .
Κοακὸν . *v.* Emplastrum .
Coactus . alvus nisi coacta non reddit *l.* 2. *c.* 8. coacta dejectio *l.* 3. *c.* 2. ℨ *concretus*, *densatus* cinis ex aceto, vel etiam ex aqua coactus *l.* 7. *c.* 1. descendunt leviter subcruenta : sed his interponuntur nonnumquam ex cibo quoque recte coacta *l.* 4. *c.* 25. alvus in hac valetudine, *phthisi*, ea tuta est, quae quotidie coacta . . reddit *l.* 2 *c.* 8.
Coagulum . coagulum, sed maxime leporinum purgat *l.* 5. *c.* 5. si lac intus coiit, aut passum, aut coagulum, aut cum aceto laser bibendum est *l.* 5. *c.* 27. *s.* 12.
Coalesco . *v.* Α'γκυλοβλέφαρος . .
Coangusto . *v.* Claudo .
Coarto . ima ventriculi pars in summum intestinum coartatur *l.* 4. *c.* 1. *v.* Ferula .

Coccum . coccum gnidium purgat *l.* 5. *c.* 5. adurit *l.* 5. *c.* 8.
Cochlea . cochleae imbecillissimae materiae sunt *l.* 2. *c.* 18. boni suci sunt *l.* 2. *c.* 20. stomacho aptae sunt *l.* 2. *c.* 24. minime intus vitiantur *l.* 2. *c.* 28. alvum movent *l.* 2. *c.* 29. contusae cum testis suis cochleae glutinant vulnus *l.* 5. *c.* 2. cochlea cocta mollit *l.* 5. *c.* 15. ℨ cochlea *a similitudine* . fasciis sex opus est : prima brevissima, quae circa fracturam ter voluta sursum versum feratur, et quasi in cochleam serpat *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1.
Cochlear . duo, aut tria cochlearia, *medicamenti*, uno die sumpsisse satis est *l.* 4. *c.* 26. *v.* Delingo .
Coctura . *v.* Fungus .
Coctus. ficus pinguis leniter cocta *l.* 6. *c.* 19. lac cum allio coctum *l.* 4. *c.* 10. tritici farina ex mulso cocta *l.* 6. *c.* 18. *s.* 6.
Coelum . Pessimum aegro coelum est, quod aegrum fecit *l.* 2. *c.* 1. coelum tenue . . densum *pro* . *l.* 1. humidum . . siccum . . temperatum *l.* 2. *c.* 18. aut nimis humidum, aut nimis siccum *ibid.* minimeque aut frigidum, aut calidum *ibid* . nubilo coelo *l.* 1. *c.* 2. gravius coelum. *v.* Auster . coeli ratio . *v* Aegyptus . opus est coeli mutatione sic, ut densius quam id est ex quo discedit aeger, petatur *l.* 3. *c.* 22. *v.* Peregrinatio .
Coena . coena exigua *l.* 1. *c.* 3. voce contendere huic opus non est, utique post coenam *l.* 1. *c.* 4. *v.* Offensa .
Coenatus. *v.* Jejunus .
Coeno . ambulare debet, tum ungi, deinde coenare *l.* 1. *c.* 3.
Coenum . id ulcus inaequale est, coeno simile *l.* 5. *c* 28. *s.* 3.
Coeo . in cubito tria coire ossa, humeri, radii et cubiti ipsius, ex iis quae prima parte hujus voluminis proposui, intelligi potest *l.* 8. *c.* 16. ℨ *conferveo* . potest ea ratione et os coire, et vulnus sanescere *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. evenit, ut fragmenta quaedam velut emoriantur, neque cum ceteris coeant *ibid.* ℨ *glutino* . neque verendum est, ne purum corpus puro corpori junctum non coeat &c. *l.* 5 *c.* 28. *s.* 12. *v.* Arteria . quod vetus est, sutura non coit *l.* 7 *c.* 17. ℨ *concresco* . si lac intus coiit &c. *l.* 5. *c.* 27. *s.* 12. coquendum id, donec omnia quae indita sunt liquata, in unitatem quamdam coeant *l.* 4. *c.* 26. ℨ *colligo* . si pituita in stomacho coit &c. *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2.

Coepi. neque interesse an nunc jam pleraque explorata sint, si a consilio tamen coeperunt *pro*. *l.* 1. aqua inter cutem si ex acuto morbo coepit, ad sanitatem raro perducitur *l.* 2. *c.* 8. quae eorum, *articulorum*, vitia vel in senectute coeperunt, vel ad senectutem ab adolescentia pervenerunt *&c. ibid.* si serius ista coeperint *&c. l.* 2. *c.* 7.

Coerceo. ubi perperam aliquid dixit, aut fecit, *insaniens*, fame, vinculis, plagis coercendus est *l.* 3. *c.* 18. quorumdam audacia coercenda est *ibid.* eadem, *medicamenta*, increscentem quoque carnem coercent *l.* 5. *c.* 22. *s.* 6. ea res refrigerando pituitam coercet *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. imponendum quod inflammationem coerceat *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14. aqua a ferrario fabro vel praecipue lienem coercet *l.* 4. *c.* 16. si corpus profluet, sudor coercendus est *l.* 3. *c.* 6.

Coercitio. eos qui intra verba desipiunt, aut leviter etiam manu peccant, onerare asperioribus coercitionibus supervacuum est *l.* 3. *c.* 18.

Cogitatio. qui corporum suorum robora quieta cogitatione, nocturnaque vigilia minuerant *pro*. *l.* 1. circumcisa omni negotiosa cogitatione *l.* 4. *c.* 32. quorumdam discutiendae tristes cogitationes *l.* 3. *c.* 18. *v.* Instruo.

Cogito. id ipsum rationale est, inter multa similia genera et morborum, et remediorum cogitare, quo potissimum medicamento sit utendum *pro*. *l.* 1. quod si jam incidat mali genus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obscuris; sed *&c. ibid.*

Cognitio. ita apud eum, *empiricum*, morbi cognitio extra artem, medicina intra usum est *pro*. *l.* 1. paucis ipsius oculi natura indicanda est: cujus cognitio cum ad plura loca pertineat, tum vel maxime ad hunc pertinet *l.* 7. *c.* 7. *s.* 13. si quando altius descenderit utrumlibet (*nigrities*, *aut caries*) dubium est, in carie quidem expedita cognitio est *&c. l.* 8. *c.* 2. facilis etiam et necessaria cognitio est, naturam ejus, *aquae*, requirentibus *l.* 2. *c.* 18.

Cognitus. mutare eas, *compositiones*, cuilibet, cognitis facultatibus, facile est *l.* 5. *c.* 18. *s.* 1. *v.* Consolor. nullis discriminibus satis cognitis *l.* 7. *c.* 18. agrestium experimento cognitum est *&c. l.* 6. *c.* 9. usu cognitum est *&c. l.* 5. *c.* 26. *s.* 35.

Cognomen. *v.* Impetigo.

Cognomino. *v.* Ammonius, Myrrha.

Cognosco. ante vero, an postea, quam in aquam calidam se demittat, aliquis perungi debeat, ex ratione valetudinis suae cognoscat *l.* 2. *c.* 17. vulvae natura mirabilis cum in multis aliis, tum in hac re quoque facile cognoscitur *l.* 7. *c.* 29. calculosi his indiciis cognoscuntur: difficulter urina redditur *&c. l.* 2. *c.* 7. omnia ista, *tubercula*, quid intus habeant, ut conjectura praesagiri potest, sic ex toto cognosci, nisi cum ejecta sunt, non potest *l.* 7. *c.* 6. haec autem cognosci experimentis *pro*. *l.* 1.

Cogo. res interdum cogit emoliri manu urinam *l.* 7. *c.* 26. *s.* 1. si pus maturuit, in alis quidem et inguinibus raro secandum est.. nisi cubantis imbecillitas cogit *l.* 7. *c.* 2. promptius iis succurritur qui facile coguntur, quam quibus inutilis libertas est *l.* 3. *c.* 21. quod non vi cogendum est, sed ita adducendum, ut ex facili subsequatur *l.* 7. *c.* 9. medicus debet id quod eminet, retro cogere *l.* 8. *c.* 20. ℑ *compingo*. quae omnia contrita melle quam amarissimo coguntur *l.* 6. *c.* 5. aceti quo fuligo et aerugo in unum cogantur *l.* 5. *c.* 19. *s.* 4.

Cohaereo. *v.* Callus ossium, Digitus. palpebrae inter se tantum cohaerentes, non difficulter diducuntur *l.* 7. *c.* 7. *s.* 6.

Cohaeresco. *v.* Ἀγκυλοβλέφαρος.

Cohibeo. oportet id, *medicamentum*, in linteolum illinere, et fronti agglutinare, ut compressis venis pituitae impetum cohibeat *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. ea membrana acri aceto respergenda est; ut sive sanguinis aliquid ex ea profluit cohibeatur, sive *&c. l.* 8. *c.* 4.

Cohortalis. *v.* Pullus.

Κοιλιακὸς. In ipsius ventriculi porta consistit is, *morbus*, qui longus esse consuevit: κοιλιακὸς a Graecis nominatur *l.* 4. *c.* 19.

Coitus. adverso medio digito vena ferienda, ut recens coitus ejus resolvatur *l.* 2. *c.* 10. id agere oportet per ea cataplasmata quae reprimunt, ne coitus inutilis materiae fiat *l.* 3. *c.* 27. *s.* 4. ℑ *concubitus*, *venus*. si qua genera morborum in infantem inciderunt, ac neque pubertate, neque primis coitibus, neque in femina primis menstruis finita sunt, fere longa sunt *l.* 2. *c.* 1. *v.* Articulus.

Coles. coles masculi *l.* 7. *c.* 26. *s.* 1. *v.* Iter

urinae. brevis coles *l.* 7. *c.* 25. *s.* 1. si ex inflammatione coles intumuit, reducique summa cutis, aut rursus induci non potest &c. *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2. interdum per ipsa ulcera coles sub cute exesus est sic, ut glans excidat *ibid*.

Colice. Colice Casii *l.* 5. *c.* 25. *s.* 12.

Κολικὸς. *v.* Intestinum.

Coliculus. mentae coliculus *l.* 6. *c.* 11.

Collapsus. collapsa tempora *l.* 2. *c.* 6. illa, *urina*, non redditur, aut quia senectute iter ejus collapsum est, aut quia &c. *l.* 7. *c.* 26. *s.* 1

Collectus. donec desinat sudor, qui necessario in capite collectus est *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8.

Collido. *v.* Os.

Colligo. mali punici tenues radiculas colligat quantum manu comprehendet *l.* 4. *c.* 24. ℑ *deduco*, *concludo*. protinus quaedam notae sunt, ex quibus quid eventurum sit colligere possimus *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. utrum horum aliquid sanabile sit, an non sit, experimento facile colligitur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 19.

Collinus. *v.* Frumentum.

Collisus. solet etiam colliso corpore exigua parte findi cutis *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. ne illa quidem, *vulnera*, negligenda sunt, ubi integra cute interior pars collisa est *ibid*. *s.* 35.

Collocatus. ipsi homini permittendum est, ut sic ca, *membra*, collocata habeat, quemadmodum minime laedunt *l.* 8. *c.* 13. *s.* 7. ubi ea, *maxilla*, in suam sedem collocata est &c. *l.* 8. *c.* 7.

Colloco. homo collocatur alto sedili, medicus autem humiliore adversus *l.* 8. *c.* 10. *s.* 2. collocandus homo super id scamnum est aut pronus, aut supinus, aut in latus sic, ut semper ea pars superior sit in quam os prolapsum est &c. *l.* 8. *c.* 20. oportet ante omnia resupinam mulierem transverso lecto sic collocare, ut feminibus ejus ipsius ilia comprimantur *l.* 7. *c.* 29. collocari quoque membrum quod ictum est, ratione certa debet: si glutinandum est, ut superius sic . . si jam plus profluit, ut devexum sit *l.* 5. *c.* 26. *s.* 28. multa veste operiendus est, et collocandus ut dormiat *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. collocandus is loco tepido *l.* 8. *c.* 4.

Collum. ne sustineri quidem caput posset, nisi utrimque recti valentesque nervi collum continerent *l.* 8. *c.* 1.

Collyrium. multa multorumque auctorum collyria ad id apta sunt. Ego nobilissima exsequar *l.* 6. *c.* 6, *s.* 1. Collyrium Philonis *s.* 3. Dionysii *s.* 4. Cleonis nobile admodum *s.* 5. aliud ejusdem *ibid*, Theodoti, quod a quibusdam *ἀχάριστον* nominatur *s.* 6. ex frequentissimis collyriis est id quod quidam *κύϑιον*, quidam a cinereo colore *τέφριον* appellant *s.* 7. Evelpides utebatur eo quod ipse composuerat: trigodes nominabat *s.* 8. Nilei *s.* 9. quod Philalethes vocatur *s.* 12. quod *διὰ λιβάνου* vocatur *s.* 13. Genus quoque &c. *s.* 15. Andreae *s.* 16. *διὰ κέρατος ibid*. Evelpidis quod *μεμιγμένον* nominabat *s.* 17. quod *σμίλιον* nominatur *s.* 18. Evelpidis quod *χειρῶνα* appellabat *s.* 20. ejusdem quod sphaerion nominabat *s.* 21. liquidum quoque medicamentum ad id componebat *s.* 22. quod *φυλαλήϑους* vocatur *s.* 23. quod refertur ad Hermonem auctorem *s.* 24. quod asclepios nominatur *s.* 25. Canopitae collyrium *ibid*. Evelpidis pyxinum *ibid*. Caesarianum *s.* 27. quod hieracis nominatur *s.* 28. quod rhinion vocatur *s.* 30. Evelpidis quod *βασιλικὸν* nominabat *s.* 31. quod ex crocomagmate fit *s.* 32. quod *διὰ κρόκου* vocant *s.* 33. ℑ *collyria appellantur etiam quaedam medicamenta, quae in fistulas demittuntur*. si intus aliqua fistula procedet, quo ferrum tuto pervenire non poterit, collyrium demittendum erit *l.* 7. *c.* 4. *s.* 4.

Κόλον. si morbus intestini majoris est, quod Graeci *κόλον* nominant *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2.

Colophoniacus. *v.* Resina.

Color. color corporis bonus *l.* 1. *c.* 9. color maxime sano corpori similis *l.* 5. *c.* 26. *s.* 36. ubi color alius ex alio fit *l.* 2. *c.* 5. color aut rubore, aut pallore novo mutatus *l.* 3. *s.* 6. pusulae lividae, aut pallidae, aut nigrae, aut aliter naturali colore mutato *l.* 5. *c.* 28. *s.* 15. eaeque modo rubent, modo colorem cutis non excedunt *ibid*. color cinereus. *v.* Collyrium *τέφριον*. color caeruleus, aut auro similis *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14. color marinae aquae, vel ferri nitentis *ibid*. croco similis color *l.* 6. *c.* 19. color pallidus *l.* 5. *c.* 26. *s.* 27. color cutis circa frontem aut niger, aut perpallidus *l.* 2. *c.* 6. membrana sui color *l.* 8. *c.* 4. membrana nigra, vel livida, vel aliter coloris corrupti *ibid*. color ex rubro subniger *l.* 5. *c.* 28. *s.* 4. rubor earum, *macularum*, paulatim in atrum colorem convertitur *l.* 3.

c. 25. color aut ruber, aut lenticulae similis *l.* 5. c. 28. s. 2. subrubicundus color *l.* 7. c. 12. s. 3. θύμιον summum colorem floris thymi repraesentat *l.* 5. c. 28. s. 14. color sine morbo regio malus *l.* 2. c. 7. color cum morbum, *regium*, detegit, maxime oculorum, in quibus quod album esse debet, fit luteum *l.* 3. c. 24. color si lividus, aut pallidus, aut varius, aut niger est, scire licet malum vulnus esse . . album, aut rubicundum esse commodissimum est *l.* 5. c. 26. s. 27.

Coloratus. sanies est tenuior hoc, *sanguine*, varie crassa, et glutinosa, et colorata *l.* 5. c. 26. s. 20. coloratior. v. Bonum.

Coloro. ad colorandas cicatrices potest ea compositio quae ad Tryphonem patrem refertur *l.* 6. c. 5.

Colubra. colubra ipsa tuto estur: ictus ejus occidit *l.* 5. c. 27. s. 3.

Colum. si laxius intestinum dolore consuevit, quod colum vocant &c. *l.* 1. c. 7.

Columba. sanguis columbae purgat *l.* 5. c. 5. nostros oculos ab externo casu commodissime tuetur *l.* 6. c. 6. s. 39. stercus columbae adurit *l.* 5. c. 8.

Columbinus. v. Ovum.

Comatus. v. Gallia.

Comburo. pullum hirundininum . . servatum ex sale, cum is morbus urget comburi &c. *l.* 4. c. 7.

Combustus. v. Aes, Cerussa, Charta, Faex, Minium, Papaveris lacrima, Plumbum, Sal, Stibi.

Comitialis. Inter notissimos morbos est etiam is qui comitialis, vel major nominatur *l.* 3. c. 23. saepe eum, si remedia non sustulerunt, in pueris veneris, in puellis menstruorum initium tollit. Modo autem cum distentione nervorum prolabitur aliquis, modo sine illa *ibid.* ante pubertatem ortus, non aegre finitur . . post annum quintum et vicesimum ortus aegre curatur, multoque aegrius is qui post quadragesimum annum coepit *l.* 2. c. 8.

Commendatus. v. Verbum.

Commilito. v. Aesculapius.

Comminuo. spicula si brevia et tenuia sunt, forcipe ibi comminui debent *l.* 7. c. 3. s. 2.

Comminutus. v. Brachium.

Commissura. cum in humeris, aliisve commissuris dolor aliquis exortus est *l.* 4. c. 30.

Commissus. potest idem os et naturaliter commissum, et ictu fissum esse *l.* 8. c. 4. vertebrae mediae perforatae, qua spinae medulla cerebro commissa descendit *l.* 8. c. 1.

Committo. stomachus . . circa praecordia cum ventriculo committitur *l.* 4. c. 1. reliquae suturae in unguem committuntur *l.* 8 c. 1. neque, *articulus*, posset cum carne nervisque committi, nisi ea media quaedam materia committeret *ibid.* neque facile committuntur quae nulli retuso innituntur *l.* 8. c. 7. committendae orae, fibulaque his injicienda *l.* 7. c. 6. orae suturis inter se committendae *l.* 7. c. 19. v. Ἐκτρόπιον, Conjungo. ℑ *trado*, *credo*. post cibum neque frigori, neque aestui, neque labori se debet committere *l.* 1. c. 2. ℑ *facio*. neque committendum, ut per aestum anima deficiat *l.* 2. c. 17.

Commode. commode exercent clara lectio, arma &c. *l.* 1. c. 2. id saepe commode respondere experimenta testantur *l.* 4. c. 11. si id commode cessit *l.* 4. c. 20. cibus semel die tunc commodius assumitur *l.* 1. c. 10. tertio quoque die cibus aegro commodissime datur *l.* 3. c. 5. commode Erasistratus dixit &c *l.* 3. c. 4. commode facit cyatho lactis cyathus aquae mixtus, et sic datus *l.* 4. c. 19. optimo melle satis commode aspritudo curatur *l.* 6. c. 6. s. 28. si quando a superiore parte calculus parum commode comprehendetur, a latere erit apprehendendus *l.* 7. c. 26. s. 2.

Commodus. aestate prandere quoque commodum est *l.* 1. c. 3. haec, *ambulatio*, non utique plana commodior est *l.* 1. c. 2. quod ad somnum quidem pertinet, commodissima haec ratio est *l.* 2. c. 20.

Communis. ad curationes morborum transeundum est. Ex his quaedam communes sunt, quaedam propriae: communes, quae pluribus morbis opitulantur; propriae, quae singulis *l.* 2. c. 9. sunt quaedam communia omnium signa, quaedam propria cujusque *l.* 8. c. 11. communia omnibus sunt post fatigationem cibum sumpturis, ubi paulum ambulaverunt &c. *l.* 1. c. 3. Illa cum hydropicis communia sunt; ut exerceatur &c. *l.* 4. c. 2. v. Auxilium, Curatio, Nomen, Praesidium, Signum.

Communiter. Hactenus de omni specie communiter praecipi potest: si vehementius malum est, diducenda ratio curationis est *l.* 5. c. 21.

Compago. A compagine corporis ad viscera transeundum est *l.* 4. c. 14.

Comparatus. est etiam medicamentum ejus rei causa comparatum *l.* 4. *c.* 21.

Compello. index digitus sinistrae manus ad imum testiculum demittitur, eumque ad plagam compellit *l.* 7. *c.* 20. ultra calculum dextra semper manus opponitur, sinistrae digiti deorsum eum compellunt *l.* 7. *c.* 6. *s.* 2. ubi paulo longius quam naturaliter esse debet membrum vis fecit, tum demum ossa manibus in suam sedem compellenda sunt *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. venae, quaecumque protractae sunt, in ipsum inguen averso scalpello compelli debent *l* 7. *c.* 22. sub quo saepe intus compellitur intestinum *l.* 7. *c.* 20. nonnumquam stercore accepto, *intestinum*, vastius tumet, retroque compelli non potest *l.* 7. *c.* 18. si, *in aure*, pulex intus est, compellendum eo paulum lanae est &c. *l.* 6. *c.* 7. *s.* 9.

Comperio ut magis quid quisque persuaserit sibi appareat, quam quid evidenter compererit *l.* 2. *c.* 33.

Compertus. alii, nisi corporum rerumque ratione comperta, non satis potentem usum esse proponunt *pro.* *l.* 1. aptius extrinsecus imponi remedia, compertis interiornm et sedibus et figuris, cognitaque eorum magnitudine *ibid.*

Complector. linteolum duplex madens vino et oleo superinjiciendum est . . deinde aut fascia, aut mollis habena media in longitudinem incisa, ut utrimque mentum complectatur *l.* 8. *c.* 7.

Compleo. ab ipso osse caro increscit, eaque manu factum sinum complet *l* 8. *c.* 3.

Complures. Instantis autem adversae valetudinis signa complura sunt *pro.* *l.* 2.

Compono. ejectum esse ab Asclepiade vomitum in eo volumine quod de tuenda valetudine composuit, video *l.* 1. *c.* 3. per quae fit, ut..ossa sic se habeant, ut aliquis composuit *l.* 8. *c.* 10. *s.* 2. prodest ad id, atque etiam ad mentem ipsam componendam crocinum unguentum cum irino in caput datum *l.* 3. *c.* 18

Compos. cum vulva percussa est, quaedam mente labuntur; quaedam, sui compotes &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 13. mentis suae compotes. *v* Explico.

Compositio. iidem effectus intra paucas compositiones sunt, et mutare eas cuilibet, cognitis facultatibus, facile est Itaque contentus iis ero quas accepi velut nobilissimas *l.* 5. *c.* 17. *s.* 1. Ad laterum dolores compositio est Apollophanis *l.* 5. *c.* 18. *s.* 6.

Compositus. aspera arteria constat ex circulis quibusdam compositis ad imaginem earum vertebrarum quae in collo sunt *l.* 4. *c.* 1. linamentum in modum collyrii compositum *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. composita medicamenta *ibid.* *s.* 18. medici propositum est, ut eum, *infantem*, manu dirigat vel in pedes, vel etiam in manus, si forte aliter compositus est *l.* 7. *c.* 29.

Comprehendo. omnes articuli cum validis nervis comprehendantur, excidunt aut vi expulsi, aut aliquo casu nervis vel ruptis, vel infirmatis *l.* 8. *c.* 11. saepe forceps, cum dentem comprehendere non possit, aut frustra comprehendat, os gingivae prehendit, et frangit *l.* 7. *c.* 12. *s.* 1. Philoxenus pluribus voluminibns hanc partem, *medicinae*, diligentissime comprehendit *pro.* *l.* 7. ℑ *concipio.* si, *mulier*, non comprehendit &c. *l.* 5. *c.* 21. *s.* 7. ℑ *cognosco, mente percipio.* non posse comprehendi, *naturam*, patere ex eorum qui de his disputarunt, discordia *pro.* *l.* 1. quae demum causae vel secundam valetudinem praestent, vel morbos excitent &c. ne sapientiae quidem professores scientia comprehendunt, sed conjectura persequuntur *ibid.*

Comprehensibilis. Empirici naturalium actionum quaestionem ideo supervacuam esse contendunt, quoniam non comprehensibilis natura sit *pro.* *l.* 1.

Comprehensus. membrana semper inter has venas est, et filo comprehensa illas abunde tenet *l.* 7. *c.* 22.

Compressus. compressorum et fluentinm morborum genera diversa sunt *pro.* *l.* 1. ut compressis venis pituitae impetum cohibeat *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. compressis in unum feminibns *l.* 7. *c.* 29. compressa vulva, conquiescere; hiante, leniter trahere oportet *l.* 7. *c.* 29. compressior. *v.* Caliculus,

Comprimens. cibus comprimens *l.* 4. *c.* 27. *s.* 2.

Comprimo. ventrem vomitus solutum comprimit, compressum solvit *l.* 1. *c* 3. compresserit aliquem morbus, an fuderit, quilibet etiam imperitissimus videt *pro.* *l.* 1. si orae ossis, *fracti*, inter se comprimuntur *l.* 8. *c.* 4. Asclepiades acetum ait quam acerrimum esse sorbendum: hoc enim sine ulla noxa comprimi ulcera, *faucium* *l.* 4. *c.* 9.

Comprobatus. non alia, *ratio*, magis usu comprobata est *l.* 8. *c.* 15. *v.* Auxilium.

Compulsus. articuli qui nervorum vitio pro-

lapsi sunt, compulsi quoque in suas sedes iterum excidunt *l.* 8. *c.* 11. ut in angustum compulsa vesica facilius calculus capi possit *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2.

Compungo. *capitulum venae*, acu compungendum *l.* 6. *c.* 18. *s.* 9.

Computresco. *v.* Coacesco.

Conatus. longe clarissimi auctores, etiam altius quaedam agitare conati &c. *pro.* *l.* 1.

Concavus. *v.* Calvaria, Χοριοειδὴς, Cicatrix.

Concedo. Ego autem medicamentorum dari potiones, et alvum duci non nisi raro debere concedo &c. *l.* 3. *c.* 4.

Conceptio. cum praecipua in hoc ars sit, quae non conceptionem solam videat; sed vires aestimet *l.* 2. *c.* 10.

Concha. uti jure concharum, musculorumve, aut locustarum *l.* 3. *c.* 6.

Conchula. alvum movent omnes fere conchulae, maximeque jus earum *l.* 2. *c.* 29.

Conchylium. scire oportet . . imbecillissimam materiam esse . . cochleas, itemque conchylia *l.* 2. *c.* 18. minima inflatio fit ex venatione, aucupio . . conchyliis *l.* 2. *c.* 26.

Concido, *caedo, incido*. quidquid aridum est; usque sanum corpus concidere oportet *l.* 8. *c.* 26. *s.* 34. *suffusio*, acu concidenda est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14. si cutis, *colis*, non parcbit, leniter summa concidenda erit *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2. ubi inhaesit, *cucurbitula*, si concisa ante scalpello cutis est, sanguinem extrahit *l.* 2. *c.* 11.

Concido, *cado*. homo subito concidit, *in morbo comitiali*, *l.* 3. *c.* 23. si ex improviso concidit, *in eodem morbo*, &c. *l.* 2. *c.* 8. si concidere vitio locorum mulier solet *l.* 5. *c.* 21. *s.* 6. si ea, *cartilago*, incisa est, palpebra concidit, neque attolli postea potest *l.* 7. *c.* 7. *s.* 9. si subito venae conciderunt. *i. e. lenes factae sunt* *l.* 3. *c.* 3. ℑ *deficio*. si febris saepius accesserit, aeger concidet *l.* 3. *c.* 15.

Concipio. continere in lectulo se, donec omnis calor qui conceptus est finiatur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. ℑ Ubi concepit aliqua, si prope maturus partus intus emortuus est &c. *l.* 7. *c.* 29. ℑ *existimo*. Ego eumdem quidem hominem posse omnia ista praestare concipio &c. *pro.* *l.* 7.

Concitatus. si ne levatur quidem febris, sed aeque concitata continuat *l.* 2. *c.* 4. ubi quis raro et vehementer spirat, venasque concitatas habet *l.* 2. *c.* 7. *v.* Adustus.

Concito. saepe eas, *venas*, concitat et sol, et balneum, et exercitatio &c. *l.* 3. *c.* 6. *v.* Animus. ne modo frigus, modo calor moveat: quae res maxime gravedines destillationesque concitat *l.* 1. *c.* 2. quod suppurat, ab ea parte quam afficit, dolorem inflammationemque concitat *l.* 2. *c.* 7. in ipsum oculum primo die, nisi modica inflammatio est, nihil recte conjicitur: saepe enim potius concitatur eo pituita, quam minuitur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. si crudum incisum est, inflammationi multum accedit, et puris aliquanto amplius concitatur *l.* 7. *c.* 30. *s.* 1. *v.* Vomitus.

Conclave. conclave quam maxime et altum, et lucidum, et spatiosum *l.* 1. *c.* 2. maximum conclave *l.* 3. *c.* 4. conclave modicum calorem sine ullo perflatu habens *l.* 7. *c.* 29. conclavi tenendus, quo multum et purum aerem trahere possit *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. inimica sunt . . calida fomenta, conclave calidum et inclusum *l.* 4. *c.* 11. utendum est . . conclavi cultiore *l.* 3. *c.* 24.

Concoctio. concoctio, sicut in omnibus corporis affectibus, necessaria *l.* 1. *c.* 9. concoctio omnibus vitiis occurrit *ibid.* prodest adversus tardam concoctionem clare legere &c. *l.* 1. *c.* 8. adjicere cibo oportet, sed paulatim; ne si stomachum insuetum subita multitudine oneraverit, concoctionem impediat *l.* 3. *c.* 22. *v.* Studeo. scire licet, *morbum*, increscere . . si deterior concoctio est *l.* 3. *c.* 2. calor concoctionem prohibet *l.* 1. *c.* 9. ℑ *concoctio materiae morbum facientis*. Antiqui medicamentis quibusdam datis concoctionem moliebantur, eo quod cruditatem maxime horrebant *l.* 3. *c.* 4.

Concoquo. *v.* Actiones naturales. alii credunt Hippocrati, per calorem cibos concoqui *pro.* *l.* 1. qui bene concoxit, mane tuto surget: qui parum, quiescere debet *l.* 1. *c.* 2. scire licet, integrum corpus esse, cum quotidie mane urina alba, deinde rufa est: illud concoquere, hoc concoxisse significat *ibid.* sanus homo qui bene valet . . bis die potius, quam semel cibum capere, *debet*, et semper quam plurimum; dummodo hunc concoquat *l.* 1. *c.* 1. huic modicus cibus utilior est, quem facile concoquat *l.* 1. *c.* 4. ubi expletus est aliquis, facilius concoquit, si quidquid assumpsit potione aquae frigidae includit *l.* 1. *c.* 2. melius concoquitur, ubi frigus quidem est, sed cavetur *l.* 1. *c.* 9.

cibi assumendi sunt, qui potius difficulter concoquuntur, quam facile vitiantur. Ergo plerique, qui nihil aliud concoquere possunt, bubulam concoquunt *l.* 4. *c.* 12. qui tarde concoquunt, et quorum ideo praecordia inflantur &c. *l.* 1. *c.* 8. aegrius concoqui. *v.* Condita. fere vere sequitur, ut quo valentior quaeque materia est, eo minus facile concoquatur; sed si concocta est, plus alat *l.* 2. *c.* 18. ℑ *de materia morbi.* concoquunt et movent pus nardum, myrrha &c. *l.* 5. *c.* 3. malagma proficiens in struma, et in iis tuberibus quae difficiliter concoquuntur *l.* 5. *c.* 18. *s.* 17.

Concresco. vel ex morbo, vel ex ictu concrescit humor sub duabus tunicis, *oculi*, qua locum vacuum esse proposui *l.* 7. *c.* 14. exspectandum igitur est, donec, *suffusio*, jam non fluere, sed duritie quadam concrevisse videatur *ibid.*

Concretus. concreta quaedam ex pure et sanguine quasi glandulae *l.* 5. *c.* 28. *s.* 7. quaedam a concreto sanguine non abhorrentia *l.* 7. *c.* 27. *v.* Ὑαλοειδής.

Concubitus. concubitus neque nimis concupiscendus, neque nimis pertimescendus est: rarus corpus excitat; frequens solvit &c. *l.* 1. *c.* 1. feminarum naturalia nonnumquam inter se glutinatis oris concubitum non admittunt *l.* 7. *c.* 28.

Concupisco. neque credendum utique nostris est, qui cum in adversa valetudine vinum, aut aquam frigidam concupiverunt &c. *l.* 1. *c.* 8. de cibo quidem facilior cum aegris ratio est; quorum saepe stomachus hunc respuit, etiamsi mens concupiscit *l.* 3. *c.* 6. *v.* Concubitus.

Concurrens. quibus concurrentibus non mirum est, si subito quis moritur *l.* 4. *c.* 18. vel avertenda concurrens eo materia, vel digerenda &c. *l.* 7. *c.* 2.

Concurro. accessiones modo singulae singulis diebus fiunt, modo binae pluresve concurrunt *l.* 3. *c.* 3. si in stomachum quaedam biliosa concurrunt *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. imponenda sunt cataplasmata reprimentia; ne, si calidiora fuerint, plus eo materiae concurrat *l.* 3. *c.* 10. ne, si utrimque digiti circa calculum vehementer concurrerint, vesicam laedant *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. si ossa, *fracta*, forte recte concurrerint *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7.

Concussus. ita concussa aure, id quod inest excidit *l.* 6. *c.* 7. *s.* 9.

Concutio. vel gestetur, vel motu lecti concutiatur *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. dens haerens cum summo periculo evellitur &c. quia potest tempora oculosque concutere. *v.* Dens.

Condemno. ita non ex toto res condemnanda est *l.* 1. *c.* 3. *v.* Prosum.

Conditio. Ejus, *morbi*, haec conditio est: pulmo totus afficitur &c. *l.* 4. *c.* 14. cum tam misera antea conditio vulneris sit, tamen &c. *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7.

Conditus, *a Condio.* vinum quod resina conditum est *l.* 4. *c.* 12. condita omnia duabus de causis inutilia sunt: quoniam et plus propter dulcedinem assumitur, et quod modo par est, tamen aegrius concoquitur *l.* 1. *c.* 2.

Conditus. Latum telum, si conditum est &c. *l.* 7. *c.* 5. *s.* 3. penitus condita suppuratione *l.* 5. *c.* 18. *s.* 11. ℑ *repositus.* potest tamen conditus articulus . . canaliculo aliquo contineri *l.* 8. *c.* 19.

Condo. plantarum ossa iisdem modis quibus in manibus prodeunt, iisdemque conduntur *l.* 8. *c.* 23. medicus priora semper intestina quae posteriora prolapsa sunt, condere debet *l.* 7. *c.* 16. *v.* Πεσσός, Sagitta.

Κονδύλωμα, condyloma. tubercula, quae κονδυλώματα appellantur, ubi induruerunt &c. *l.* 6. c. 30. *s.* 2. condyloma est tuberculum quod ex quadam inflammatione nasci solet *l.* 6. *c.* 18. *s.* 8. si vetus condyloma jam induruit *ibid.*

Confectus. inediam minime sustinent pueri et senectute confecti *l.* 1. *c.* 3.

Confero. quin etiam confert aliquid et aestas, et vitae propositum &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 6. verum est, ad ipsam curandi rationem nihil plus conferre, quam experientiam *pro.* *l.* 1. *v.* Causa, Fortuna, Silanus. per quae, *medicamenta*, cum caro producatur, plus tamen victus ratio eo confert *l.* 7. *c.* 3. *oculi*, cum magnam partem ad vitae simul et usum et dulcedinem conferant, summa cura tuendi sunt *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. ℑ *fero.* si in stomachum quaedam biliosa concurrunt, vel etiam pituita eo se, humorve aliquis aquae similis confert *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2.

Confertus. conferti concretique pili *l.* 7. *c.* 6.

Conferveo. donec duae partes ejus temporis quo os quodque confervet compleantur *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. solent interdum transversa inter se ossa confervere *ibid.*

Confessio. magno ingenio, multaque nihilo minus habituro, convenit etiam simplex veri erroris confessio *l.* 8. *c.* 4. *v.* Obbligo.

Conficio. adjicitur invicem vinum, et myr-

tenui, donec utriusque terni cyathi conficiantur *l.* 5. *c.* 24. *s.* 4. ℑ *consumo*. ubi prioris febris accessio paene confecit *l.* 2. *c.* 10. *v.* Autumnus, Statura.

Confido. si quis huic, *curationi*, parum confidit, imponere medicamentum debet &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23.

Confirmatus, facile id malum.. nisi bene jam confirmatis intestinis, revertitur *l.* 4. *c.* 20. ne is talus, qui totum corpus sustinet, parum confirmatis nervis, ferendo oneri cedat *l.* 8. *c.* 22. *v.* Audacia.

Confirmo. membrum aliquod resolutum ipsius frictione confirmatur *l.* 2. *c.* 14. *v.* Cicatricula. ad confirmandam valetudinem. *v.* Cucurbitula. neque vomitum hujus, *sanguinis*, etiam cum repetit, afferre periculum, si ante confirmare et implere corpus licuit *l.* 4. *c.* 11. *v.* Convalesco.

Confiteor. istud luxuriae causa fieri non oportere confiteor *l.* 1. *c.* 3.

Conflictor. quibus diu color sine morbo regio malus est, hi vel capitis doloribus conflictantur, vel &c. *l.* 2. *c.* 7. ubi febris aliquem occupavit, scire licet, non periclitari.. si non conflictatur *l.* 2. *c.* 3.

Confluo. si in ventrem sanguis confluxit, ibi in pus vertitur *l.* 2. *c.* 7.

Confringo. *v.* Dens.

Confugio. bibere huic assidue vinum dilutum, lene, quam aquam, magis expedit; ut cum caput gravius esse coeperit, sit quo confugiat *l.* 1. *c.* 4. si in parte corporis vitium est, huc, *ad cucurbitulam*, potius confugiendum est *l.* 2. *c.* 11. cum discussa cruditas est, tum magis verendum est, ne anima deficiat. Ergo tum confugiendum est ad vinum *l.* 4. *c.* 18.

Confundo. interdum accessiones quoque confunduntur *l.* 3. *c.* 3. si ex alto calor venit &c. neque apparet quid corpus confuderit, *i. e. turbaverit* *l.* 3. *c.* 5.

Conglomeratus. *v.* Κιρσοκήλη.

Conjecto. cum medicus non numerare dies debeat, sed ipsas accessiones intueri, et ex his conjectare, quando dandus cibus sit *l.* 3. *c.* 4.

Conjectura. antiquiores viros.. id usu explorasse, quo ante conjectura aliqua duxisset *pro. l.* 1. quidam medici saeculi nostri.. in conjectura rerum latentium nolunt esse medicinam *ibid.* quos eo nihil tentasse judico, quia nemo periclitari conjectura sua voluerit, ne &c. *ibid.* *v.* Ars, Persequor, Praesagio.

Conjecturalis. *v.* Medicina.

Conjectus. sternumenta vel struthio, vel albo veratro in nares conjecto excitantur *l.* 5. *c.* 22. *s.* 8.

Conjicio. ex manu duo exigui processus in sinum radii conjiciuntur *l.* 8. *c.* 1. in ipsum oculum primo die nihil recte conjicitur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. oleum laureum, *in aurem*, conjecisse abunde est *l.* 6. *c.* 7. *s.* 8. super eminentem carnem exedentia medicamenta conjicienda sunt, super concavam implentia *l.* 5. *c.* 26. *s.* 36. eo tum plumbea aut aenea fistula conjicienda est *l.* 7. *c.* 15.

Conjunctio. potest glutinari.. caro alia parte dependens, alia inhaerens; si tamen etiamnum integra est, et conjunctione corporis fovetur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23.

Conjunctus. ea quoque ossa, *sura et tibia*, infra supraque conjuncta, media, ut in brachio, dehiscunt *l.* 8. *c.* 1.

Conjungo. sutura oras conjungere licet *l.* 7. *c.* 4. *s.* 3. in quam, *plagam*, linamentum conjiciendum, quod conjungi diductam carnem prohibeat *l.* 7. *c.* 7. *s.* 9. neque posset, *articulus*, cum carne nervisque conjungi, nisi ea media quaedam materia committeret *l.* 8. *c.* 1.

Connecto. orbes, *tenuioris intestini*, per membranas singuli cum inferioribus connectuntur *l.* 4. *c.* 1. sunt membranulae tenues per quas tria ista, *ventriculus*, *lienis*, *jecur*, inter se connectuntur *ibid.* jugulum cum lato scapularum osse infra caput ejus nervis et cartilagine connectitur *l.* 8. *c.* 1.

Conor. quidam hos quoque iisdem, quibus lethargicos, excitare conantur *l.* 3. *c.* 23.

Conquiesco. qui bene concoxit, mane tuto surget: qui parum, quiescere debet, et si mane surgendi necessitas fuerit, redormire: qui non concoxit, ex toto conquiescere *l.* 1. *c.* 2. longis diebus meridiari &c. per hiemem potissimum totis noctibus conquiescere *ibid.* semper post cibum conquiescere *l.* 1. *c.* 6. illud magis ad rem pertinet scire, tum oporteat dari, *cibum*, cum jam bene venae conquieverunt, an &c. *l.* 3. *c.* 4. lecto conquiescere *l.* 4. *c.* 26. in lecto conquiescere *l.* 4. *c.* 32. alvus periculosa est, quae inter febres fluens conquiescere hominem in cubili non patitur *l.* 2. *c.* 4. *v.* Agitatio. pus quacumque parte erumpens, si est laeve.. sine metu est; et quo effuso, febris protinus conquievit *l.* 2. *c.* 8. tenuibus ferramentis et retusis venae aduren-

dae, donec in oculis pituitae cursus conquiescat *l.* 7. c. 7. *s.* 15. compressa vulva conquiescere, hiante leniter trahere, *infantem*, oportet *l.* 7. c. 29.

Conquiro. specillo conquirenda est testa, *ossis*, quae recessit, et vulsella protrahenda *l.* 7. c. 12. *s.* 1. spinosi calculi in vesica non tuto vel conquiruntur, vel attrahuntur *l.* 7. c. 26. *s.* 2.

Conquisitus. conquisitus pes ejus, *infantis*, adducendus *l.* 7. c. 29. conquisita medicamenta. *v.* Curo.

Consanesco. *v.* Lingua.

Consentio. jugulum per se non movetur, sed cum humeri motu consentit *l.* 8. c. 8.

Consequor. quidam superioribus omissis, per haec, et per eos cibos qui extenuant, idem se consequi dicunt *l.* 3. *c.* 24. per quae si consequi potuimus, ut sudoris impetus minuatur, et vita prorogetur, incipit jam tempus ipsum esse praesidio *l.* 3. c. 19. *Asclepiades*, praecepit, ut.. vespere ei daretur sorbitio et aqua, rursusque frictio adhiberetur: per hanc enim nos consecuturos, ut somnus accedat *l.* 3. *c.* 18. in medicina, etiam ubi perpetuum est id quod fieri debet, non tamen perpetuum est id quod consequi convenit *l.* 7. *c.* 12. *s.* 4. quidam cum toto anno a vino, mulso, venere sibi temperassent, securitatem totius vitae consecuti sunt *l.* 4. *c.* 31.

Consero. Superest ut ad extremas partes corporis veniam, quae articulis inter se conseruntur *l.* 4. c. 29.

Conservo. moderandum inter haec, et vires conserventur *l.* 3. *c.* 25. humerus quoque in periculum venit; sed facilius conservatur *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7.

Considero. id ante omnia considerari debet; et sunt notae certae *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. illud in primis considerandum est, num cui saepius horum aliquid eveniat &c. *l.* 2. c. 2. neque haec sodum consideranda sunt; sed etiam morbi genus quod sit &c. *l.* 2. c. 10. ut paulatim metu cogatur considerare quid faciat *l.* 3. c. 18. *et passim*.

Consido. homo in sedili alto considit &c. *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. opus est considere, diligenter involutis pedibus et capite *l.* 3. c. 16. repositis omnibus, leniter homo concutiendus est, ut per se singula intestina in suas sedes deducantur, et inibi condant *l.* 7. *c.* 16. perpetuum est, quoties aut glans, aut ex cole aliquid vel excidit, vel abscinditur, hanc, *cutem*, non esse servandam, ne considat, ulcerique agglutinetur *l.* 6. *c.* 19. *s.* 2.

Consilium. neque enim se dicere consilio medicum non egere &c. *pro. l.* 1. petet autem novum quoque consilium non ab rebus latentibus.. sed ab iis quae explorari possunt *ibid.* illud perpetuum est, ad quod omne consilium dirigi potest &c. *l.* 3. *c.* 5. si consilium insanientem fallit, tormentis quibusdam optime curatur *l.* 3. *c.* 18.

Consistens. consistente jam incremento febris *l.* 3. c. 5.

Consisto. consistere in frigidis medicatisque fontibus.. salutare est *l.* 4. c. 12. sic brachium deligatum super scalae gallinariae gradum ita alte trajicitur, ut consistere homo ipse non possit *l.* 8. c. 15. cum febris instet, incipiat, augeatur, consistat, deinde in decessione consistat &c. *l.* 3. c. 5. in ipsius ventriculi porta consistit is morbus qui.. κοιλιακὸς a Graecis nominatur *l.* 4. c. 19. si mens homini consistit *l.* 5. c. 26. *s.* 26. singuli cyathi vini singulis interpositis horis, *dandi sunt*, donec stomachus consistat *l.* 4. *c.* 12. ubi aliquis relevatus est, jamque pituitae cursus constitit &c. *l.* 6. c. 6. *s.* 8. si nihilo magis malum constitit, uri id quod est inter integrum et vitiatum locum debet *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34.

Consolor. Cognitis indiciis quae nos vel spe consolentur, vel metu terreant, ad curationes morborum transeundum est *l.* 2. *c.* 9.

Consortio. cum eo, quod non ignoremus, orto cancro saepe affici stomachum, cui cum vesica quaedam consortio est *l.* 7. c. 27.

Conspectus. quas venas conspectus medici movet, quam facile mille res turbant! *l.* 3. *c.* 6. latius aperienda est, *cutis*, donec quidquid laesum est in conspectu sit &c. *l.* 8. c. 4. sublata palpebra sic, ut ejus perniciosi pili in conspectum curantis veniant *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. ut is, *oculus*, ne conspectum quidem rerum praestet *ibid. s.* 26. si quid sit, quod adhuc spirante homine conspectui subjiciatur &c. *pro. l.* 1.. fugere oportet loci praecipitis conspectum *l.* 3. c. 23.

Conspicio. naris incidenda est ab ima parte ad os, ut locus conspici possit *l.* 7. *c.* 11. sinus, *scrotum*, qui jam conspicitur a nobis *l.* 7. c. 18.

Conspicuus. ut omnia venarum quasi capitula conspicua sint *l.* 7. c. 30. *s.* 3.

Constitutus. his constitutis, scalpellus adhibendus est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8.

Constat. *exploratum, manifestum est.* id subjectis digitis experiendum est, neque adhibenda manus, nisi id constitit *l.* 7. *c.* 7. *s.* 2. verus anguli, *oculi*, finis utique noscendus est; qui ubi satis constitit &c. *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. Et haec quidem inter eos parum constant: illud vero convenit &c. *pro.* *l.* 1.

Consto, *consisto.* mens in illis, *phreneticis*, labat, in hoc, *cardiaco*, constat *l.* 3. *c.* 19. ℑ *compositum esse.* spina constat ex vertebris quatuor et viginti *l.* 8. *c.* 1.

Constrictus. lata scapularum ossa, nisi in summo, nulli ossi inhaerescunt. Ibi vero validis musculis nervisque constricta sunt *l.* 8. *c.* 1.

Consuesco. quarum omnium, *notarum*, commune est, aliter se corpus habere, atque consuevit *l.* 2. *c.* 2. utendum cibis iis qui maxime corpus alere, et implere consuerunt *l.* 6. *c.* 6. *s.* 14. *et passim.*

Consuetudo. ad consuetudinem redire *l.* 1. *c.* 6. ad balneum, et ad consuetudinem revertendum est *l.* 4. *c.* 5. post hacc cibo paulo pleniore quam ex eorum dierum consuetudine uti *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. ex reliqua victus consuetudine quam minimum mutari debet *l.* 1. *c.* 10. vini non perfrigidi potio jejuno in consuetudinem adducta *l.* 1. *c.* 3. si jam consuetudo ejus, *doloris*, facta est *l.* 4. *c.* 31. protinus timeri debet, si corpus supra consuetudinem incaluit *l.* 2. *c.* 2. pejus signum est, ubi quis contra consuetudinem emacuit *ibid.* frequens singultus, et praeter consuetudinem continuus *l.* 2. *c.* 7.

Consulo. qui ampla valetudinaria nutriunt, quia singulis summa cura consulere non sustinent, ad communia ista confugiunt *pro.* *l.* 1. qui vomere bis in mense volet, melius consulet, si biduo continuarit, quam si post quintumdecimum diem vomuerit *l.* 1. *c.* 3. Erasistratus.. satis ostendit, dum vires superessent, dari, *cibum*, non oportere; ne deficerent consulendum esse *l.* 3. *c.* 4.

Consummatio. *v.* Pomum.

Consumo. cavendum, ne in secunda valetudine adversae praesidia consumantur *l.* 1. *c.* 1. dejectio, *longa*, interdum tormina ac febriculas excitat, viresque consumit *l.* 4. *c.* 26. solet desinere ali corpus, ac sic tabe consumi *l.* 4. *c.* 12. *v.* Mulier. si nervum scalpellus attingit, sequitur nervorum distentio, eaque hominem crudeliter consumit *l.* 2. *c.* 10. misy quoque et galla, si paribus portionibus misceantur, corpus consumunt *l.* 5. *c.* 22. *s.* 1.

Consurgo. homo subito concidit.. deinde interposito tempore ad se redit, et per seipsum consurgit *l.* 3. *c.* 23. pulmone icto .. quidam sine ratione consurgunt *l.* 5. *c.* 26. *c.* 9. quidam consurgunt, et violenter quaedam manu faciunt *l.* 3. *c.* 18. consurgens. *v.* Radius.

Contactus. videndum est, num sub primo contactu aquae calidae cutis inhorrescat *l.* 2. *c.* 17.

Contactus. stomacho apta sunt, quae contacta sale modice sunt *l.* 2. *c.* 24.

Contectus. nervis, si qui apparent, ante contectis *l.* 5. *c.* 28. *s.* 3. collocari debere juxta, *pelvem*, sedentem hominem undique veste contectum *l.* 6. *c.* 9. levi veste debet esse contectus, *aeger* *l.* 2. *c.* 19.

Contego. continere aeger sub veste satis multa manus debet, eademque crura pedesque contegere *l.* 3. *c.* 6. nonnumquam nimium sub hac curatione excisa cute evenit, ut oculus non contegatur *l.* 7. *c.* 7. *s.* 9. *v.* Calvaria, Omentum.

Contemno. neque id, quia non habebit altiores ictus, contemnendum erit &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 35. insanientes non oportet esse ..inter eos quos aut contemnant, aut negligant *l.* 3. *c.* 18.

Contemplatio. et morborum curatio, et rerum naturae contemplatio sub iisdem auctoribus nata est *pro.* *l.* 1. ista quoque naturae rerum contemplatio, quamvis non faciat medicum, aptiorem tamen medicinae reddit *ibid.*

Contemplatrix. *v.* Μέθοδος.

Contendo. quidam medici saeculi nostri sub auctore.. Themisone contendunt, nullius causae notitiam quidquam ad curationes pertinere *pro.* *l.* 1. voce contendere *l.* 1. *c.* 4. ℑ *tendo.* intendere digitum vel aliud quodque membrum, si adhuc tenerum est, etiam unus homo potest &c. valentius membrum duobus eget, qui in diversa contendant *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1.

Contentio. cum omnibus inutilis sit post cibum contentio, tum iis praecipue qui vel capitis, vel arteriae dolores habere consuerunt *l.* 1. *c.* 5. *v.* Disputatio.

Contentus. omnibus fatigatis aptum est cibum sumere, eoque humido esse contentos *l.* 1. *c.* 3. contenti quidam medici una frictione, etiam ex quolibet oleo sunt *l.* 3. *c.* 11. verisimile est, et Hippocratem et Erasistratum et quicumque alii, non

contenti febres et ulcera agitare, rerum quoque naturam ex aliqua parte scrutati sunt, non ideo quidem medicos fuisse, verum ideo quoque majores medicos extitisse *pro*. *l*. 1.

Contero. laboriose conteruntur ea ex quibus emplastra pastillique fiunt *l*. 5. *c*. 17. *s*. 2. eaque, *crocum, myrrha*, cum passo conterantur *l*. 6. *c*. 6. *s*. 1. casia, cinnamomum *&c*. separatim contrita, rursus mixta ex aceto conteruntur *l*. 6. *c*. 7. *s*. 3.

Continens. *v*. Causa, Febris, Somnus.

Continenter. periclitatur et qui semel, et qui bis die cibum continenter contra consuetudinem assumit *l*. 1. *c*. 3.

Contineo. membrana quae cerebrum continet *l*. 5. *c*. 26. *s*. 3. continendum ore crebro vinum meracum *l*. 7. *c*. 12. *s*. 1. ℑ *teneo, retineo, coerceo, cohibeo*. musculi qui tempora continent *l*. 8. *c*. 1. vertebrae multis nervis et multa cartilagine continentur *ibid*. *v*. Collum. caput duobus processibus in duos sinus summae vertebrae dimissis super cervicem contineri, in prima parte proposui *l*. 8. *c*. 13. si corpus tenue, si humidum est, si nervi infirmi, expeditius os reponitur: sed et primo facilius excidit, et postea minus fideliter continetur. Quae contraria his sunt, melius continent: sed id quod expulsum est, difficulter admittunt *l*. 8. *c*. 11. *v*. Canaliculus, Ferula. si stomachus resolutus parum continent *&c*. *l*. 3. *c*. 19. si cibus non continetur *&c*. *l*. 4. *c*. 12. *v*. Laevitas intestinorum. pridie is puer in jejunio continendus est *l*. 7. *c*. 27. *s*. 2. tepido is loco continendus *l*. 7. *c*. 30. *s*. 3. quo die febris exspectabitur, in lectulo se contineat *l*. 3. *c*. 14. ubi primum dolorem aliquis sensit, abstinere, et continere se debet *l*. 6. *c*. 7. *s*. 1. spiritum ipse contineat *l*. 3. *c*. 12. putrem carnem continet, neque ultra serpere patitur mel *&c*. *l*. 5. *c*. 22. *s*. 2.

Contingo. crassius intestinum *&c*. ab utraque parte huc atque illuc volutum, magis tamen sinisteriores inferioresque partes tenens, contingit jecur atque ventriculum *l*. 4. *c*. 1. sutura oras jungit, quae ne ipsae quidem inter se contingere ex toto debent, ut si quid intus humoris excesserit, sit qua emanet *l*. 5. *c*. 26. *s*. 23. aqua calida sic temperanda est, ut manu contingenti jucunda sit *ibid*. *s*. 27. ℑ *evenio*. verique simile est, inter nulla auxilia adversae valetudinis, plerumque tamen eam bonam contigisse ob bonos mores *pro*. *l*. 1. potest morbus .. citius adhibito auxilio tolli: quod duabus de causis necessarium est; ut et quamprimum bona valetudo contingat; et ne *&c*. *l*. 3. *c*. 14.

Continuatus. continuati fletus *l*. 6. *c*. 7. *s*. 14. continuata quoque febris habet tempora, quibus, etsi non remittit, non tamen crescit *l*. 3. *c*. 18. nullo dolore substante somnus ereptus, continuataque nocte ac die vigilia.. insaniae signa sunt *l*. 2. *c*. 7.

Continuo. quae res aspritudinem continuat *l*. 7. *c*. 7. *s*. 15. ℑ *neutrorum more*. pessimum est, si ne levatur quidem febris, sed aeque concitata continuat *l*. 2. *c*. 4. ℑ *passive*. si continuatur febris *&c*. *l*. 3. *c*. 5.

Continuus. *v*. Balneum, Dementia, Dolor, Febris.

Contra. si corpus dormientis contra consuetudinem incaluit *l*. 2. *c*. 2. aqua nisi emittitur, quae contra naturam ibi substitit *&c*. *l*. 3. *c*. 21. ℑ *e regione*. summa costa contra humerum sita est *l*. 8. *c*. 1.

Contrarius. quaedam auxilia non uno modo tantum, sed etiam duobus inter se non contrariis adjuvant *l*. 2. *c*. 9. qui secundis aliquando frustra curatus fuit, contrariis saepe restituitur *pro*. *l*. 1. *v*. Casus, Exterreo.

Contractus. recenti cicatrice contracti articuli *l*. 5. *c*. 18. *s*. 28. contracti aliquo morbo nervi *l*. 2. *c*. 17.

Contraho. calor adjuvat nervos qui contrahantur *l*. 1. *c*. 9. minus nervos contrahi *v*. Brachium. praecordia sursum contrahuntur *l*. 5. *c*. 26. *s*. 18. ℑ *adstringo*. alvum contrahi *l*. 4. *c*. 26. cibis uti alvum contrahentibus *ibid*. ℑ *colligo*. in uterum aqua contrahitur *l*. 3 *c*. 21. ℑ *concipio*. gravior dolor capitis. qui vel vino, vel cruditate, vel frigore, vel igne, aut sole contrahitur *l*. 4. *c*. 2.

Contrectatus. si contrectato ventre nullus motus ejus sentitur *l*. 2. *c*. 8.

Contritus. sal bene contritus *l*. 4. *c*. 14. simila ex vino contrita *l*. 6. *c*. 18. *s*. 6. ruta contrita cum melle *l*. 4. *c*. 27. *s*. 2.

Controversia. ne haec quidem sic praeteriri debent, quasi nullam controversiam recipiant *pro*. *l*. 1. ne illud quidem in controversiam venit, quin *&c*. *l*. 3. *c*. 21. neque de re, sed de verbo controversiam movent, qui *&c*. *l*. 3. *c*. 3.

Contundo. contunditur cum corticibus semi-

c. 10. videndum est, adstrictum corpus sit, an profluat *l.* 3. *c.* 6. magis humidum, an magis siccum corpus sit *pro. l.* 1. considerandum etiam est, corruptum corpus sit, an integrum *l.* 2. *c.* 10. neque enim id malum, nisi corrupti vitiosique corporis est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34. nihil intumescere, *vulnus*, indicium emortui corporis est *ibid. s.* 26. hoc malo fere corpora seniora tentantur, aut quae mali habitus sunt *l.* 5. *c.* 28. *s.* 4. vires aestimet, et ex eo colligat, possit nec ne superesse quod in una muliere, *gravida*, duo corpora simul sustineat *l.* 2. *c.* 10. *v.* Genus, Habitus, Natura. ℨ *materia ex qua corpus est*. cibi potionesque corpori faciendo aptae *l.* 7. *c.* 2. *v.* Creo.

Corpusculum. manantia corpuscula per invisibilia foramina subsistendo iter claudunt *pro. l.* 1. hebes corpusculum. *v.* Elabor.

Corripio. quo celerius ejusmodi tempestates corripiunt, eo maturius auxilia, etiam cum quadam temeritate rapienda sunt *l.* 3. *c.* 7. *s.* 1. curati quidam, cum sanguis exitum non haberet, subitis et gravissimis morbis correpti sunt *l.* 6. *c.* 18. *s.* 9.

Corrumpo. cum quid intra seipsum corruptum est, ut in cancro *l.* 5. *c.* 26. *s.* 1. quorum stomachus corruptus est.. idonei huic curationi non sunt *l.* 3. *c.* 21.

Corruptus. corruptus humor. *v.* Evoco. corruptae miscuisse novam materiam prodest *l.* 4. *c.* 18. *v.* Caro, Corpus, Os. dente corrupto *l.* 6. *c.* 13. corruptum ulcus *l.* 7. *c.* 4. *s.* 1.

Cortex. pineus cortex *l.* 6. *c.* 9. *v.* Capparis, Casia, Hyoscyamus, Papaver, Piper, Punicum malum, Radicula, Tus.

Κορύζα. Haec omnia κορύζας Hippocrates nominat *l.* 4. *c.* 5.

Corvus. *v.* Ferramentum.

Costa. Infra cervicem summa costa contra humerum sita est. Inde sex inferiores usque ad imum pectus perveniunt: eaeque primis partibus rotundae et leniter quasi capitulatae, vertebrarum transversis processibus.. inhaerent: inde latescunt, et in exteriorem partem recurvatae paulatim in cartilaginem degenerant; eaque parte sursus in interiora leniter flexae committuntur cum osse pectoris *l.* 8. *c.* 1. sub costis vero prioribus quinque, quas νόθας Graeci nominant, breves tenuioresque, atque ipsae quoque in cartilaginem versae extremis abdominis partibus inhaerescunt *ibid.* haec, *costa*, interdum sic finditur, ut ne summum quidem os, sed interior pars ejus quae rara est laedatur: interdum sic, ut eam totam is casus perruperit *l.* 8. *c.* 9. *s.* 1. si tota costa perfracta est, casus asperior est *ibid.* fere inter quartum decimum et unum et vicesimum diem sanescunt.. costae &c. *l.* 8. *c.* 7. *v.* Cariosus, Fistula.

Costum. urinam movet *l.* 3. *c.* 21. concoquit et movet pus *l.* 5. *c.* 3. purgat *l.* 5. *c.* 5. *v.* Cerastes.

Cotoneum. *v.* Malum.

Cous. *v.* Hippocrates.

Coxa. ima spina in coxarum osse desidit; quod transversum longeque valentissimum vulvam, vesicam, rectum intestinum tuetur. Idque ab exteriore parte gibbum; ad spinam resupinatum; a lateribus, id est in ipsis coxis sinus rotundos habet *l.* 8. *c.* 1. harum, *coxarum*, ingens dolor esse consuevit; isque hominem saepe debilitat, et quosdam non dimittit *l.* 4. *c.* 29. Coxa, si sine torpore est, si leviter friget, quamvis magnos dolores habet, tamen et facile et mature sanatur *l.* 2. *c.* 8. in coxae doloribus, si vehemens torpor est, frigescitque crus et coxa &c. is morbus erit longissimus, minimeque annuus *ibid.* si a coxis et ab inferioribus partibus dolor in pectus transit, neque ullum malum signum accessit, suppurationis eo loco periculum est *l.* 2. *c.* 7. dolores circa coxas orti, si ad viscera transierunt, subitoque desierunt, mortem subesse testantur *l.* 2. *c.* 6.

Coxendix. coxendices ac femina liquido cerato perungenda sunt *l.* 7. *c.* 30. *s.* 3. *Sed vide adnot. nostram.*

Crassitudo. humor crassitudinem mellis, aut visci referens *l.* 5. *c.* 28. *s.* 13. quibus tantum picis, et cerae adjicitur, ut fiat cerati crassitudo *l.* 5. *c.* 18. *s.* 26. ferramentum crassitudinis modicae *l.* 7. *c.* 26. *s.* 3.

Crassus, crassior. *v.* Caro, Intestinum, Pituita, Pus, Sanguis. crassissimum. crassissimum in capite os post aurem est *l.* 8. *c.* 1.

Crato. compositio Cratonis *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2.

Creber. creber intus ex motu spiritus sonus est *l.* 3. *c.* 21. summa pars corporis crebras maculas, crebrosque rumores habet *l.* 3. *c.* 25. *v.* Cupiditas, Dolor, Ductio alvi, Fibula, Sutura. crebriore vomitu uti *l.* 4. *c.* 31.

Crebro. id vitium quibusdam feminis crebro revertens perpetuum fit *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. scalpello cutis crebro incidatur *l.* 7.

c. 1. imponendum in eum, *ventrem*, crebrius sinapi *l.* 3. *c.* 21.

Credibilis. quo mitior fuit ictus, eo facilius os ei restitisse credibile est *l.* 8. c. 4.

Credo. istud interdum valetudinis causa recte fieri, experimentis credo *l.* 1. c. 3. ei remissioni credendum est, quae etiam immoratur *l.* 3. c. 11. intueri quidem etiam ista oportet; sed his non omnia credere *l.* 3. c. 6. ℑ *puto*. Asclepiades utique mittendum sanguinem credidit *l.* 4. c. 6. ℑ *committo*. qui parum concoxit, neque labori se, neque exercitationi, neque negotio credere debet *l.* 1. *c.* 2.

Κρεμαστὴρ. *v.* Testiculus.

Cremor. vel ptisanae, vel alicae, vel oryzae cremor dandus est *l.* 3. c. 7. *s.* 2. oportet eluere os cremore lenticulae *l.* 6. *c.* 13. necessarium est gargarizare ex fici cremore *l.* 6. *c.* 6. *s.* 26. furfurum cremor ad gargarizandum *l.* 6. c. 10.

Creo. ab ora vulneris demenda paulo latior habenula est, quo major plaga sit, et plus creare carnis possit *l.* 7. *c.* 20. neque enim creatur ibi corpus, sed ex vicino adducitur *l.* 7. *c.* 9. mollitur aliquid eo detracto quod duritiem creabat *l.* 2. *c.* 14. ubi humerorum dolor vel ad manus pervenit, vel ad scapulas tendit, torporemque et dolorem creat *&c.* *l.* 2. c. 8.

Cresco. articuli quibus in pueritia exciderunt, neque repositi sunt, minus quam ceteri crescunt *l.* 8. *c.* 11. si febris non decrescit, sed crescere desiit *l.* 2. c. 10. si etiam vehementius dolor crevit *l.* 4. *c.* 6.

Creta. creta vel cimolia, vel figularis sanguinem supprimit *l.* 5. *c.* 1. creta cimolia simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33. creta cimolia subcaerulea *l.* 6. c. 5. creta figularis corpori illita alvum adstringit *l.* 1. *c.* 3.

Creticus. *v.* Aristolochia, Cera, Daucus, Dictamum.

Crimen. nec protinus crimen artis esse, si quod professoris sit *l.* 2. c. 6.

Κρίσιμος. *v.* Dies.

Κριθὴ. tuberculum parvulum, *in palpebra*, nascitur, quod ab hordei similitudine *κριθὴ* a Graecis nominatur *l.* 7. c. 7. *s.* 2.

Crocinum. *v.* Unguentum.

Crocomagma. *v.* Collyrium.

Crocum. urinam movet *l.* 3. *c.* 21. purgat *l.* 5. c. 5. discutit *l.* 5. c. 11. crocum siculum *l.* 6. c. 6. *s.* 35. cilicium *ibid.* *s.* 33.

Crucio. is morbus.. per aetatem saepe repetens sic cruciat, ut vitae spatio nihil demat *l.* 4. c. 21. vitia quae et tarde increscunt, et dolore non cruciant *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. non cruciare vigilia, fameve, aut nimia siti *l.* 3. c. 7. *s.* 1. *v.* Ὑδροφόβος.

Crudelitas. *v.* Disco.

Crudelis. *v.* Discens.

Crudeliter. *v.* Consumo.

Cruditas. cruditas corpus maxime laedit *l.* 1. c. 9. cibus semel die tunc commodius assumitur: insuper etiam modicus, ne cruditatem moveat *l.* 1. c. 10. ℑ *de materia morbum faciente*. *v.* Concoctio.

Crudus. *v.* Caulis, Mel, Ovum ℑ *de cruditate ex cibo*. cum sit autem minime crudo sanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuum est: neque enim semper concoctionem res exspectat *l.* 2. c. 10. ℑ *de abscessu*. crudum est, in quo major quasi venarum motus est, et gravitas, et ardor *&c.* *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11.

Cruento. θύμιον summum colorem floris thymi repraesentat.. ibique facile finditur, et cruentatur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 14.

Cruor. intus intestina exulcerantur: ex his cruor manat *l.* 4. c. 22.

Cruentus. difficulter urina redditur; eaque aut est cruenta, aut cruor manat *l.* 2. *c.* 7. *v.* Pus, Sputum, Vomica.

Crus. ipsum crus est ex ossibus duobus.. alterum os ab exteriore parte surae positum est; quod ipsum quoque sura nominatur *&c.* alterum a priore parte positum, cui tibiae nomen est *&c.* *l.* 8. *c.* 1.

Crusta. eadem fere, *auripigmentum*, *atramentum sutorium*, *chalcitis* *&c.*, crustas ulceribus tamquam igne adustis inducunt, sed praecipue chalcitis, utique si cocta est *&c.* *l.* 5. *c.* 9. crustas vero has resolvit farina hordeacea cum ruta *&c.* *l.* 5. c. 10.

Crustuminus. *v.* Pirum.

Κρυσταλλοειδὴς. gutta humoris albo ovi similis, a qua videndi facultas proficiscitur: *κρυσταλλοειδὴς* a Graecis nominatur *l.* 7. c. 7. *s.* 13.

Cubans. ut, *medicus*, omnes notas ex vultu quoque cubantis percipiat *l.* 3. *c.* 6. *v.* Collocatus.

Cubile. fatigato quotidianum cubile tutissimum est *l.* 1. c. 3. molle cubile implet corpus.. durum cubile extenuat corpus *l.* 1. *c.* 3.

Cubitus. Brachium constat ex ossibus duobus. Radius, quem *κερκίδα* Graeci appellant, superior breviorque *&c.* cubitus

ni corporis sui est. Prima autem ejus curatio exercitatio est *l.* 1. *c.* 2. curationes morborum *v.* Communis. ante omnia scire medicus debet quae, *vulnera*, insanabilia sint, quae difficilem curationem habeant, quae promptiorem *l.* 5. *c.* 26. *s.* 2. expedita curatio est in fistula simplici &c. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. frequens curatio *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. efficacior etiamnum est Afrorum curatio *ibid.* facilior semper curatio foret, si &c. *l.* 3. *c.* 3. duplex curatio est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. oculi multiplicem curationem etiam manus exigunt *l.* 7. *c.* 7. *s.* 1. hoc genus maturam curationem desiderat *l.* 4. *c.* 9. hic ordo felicis curationis est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. si felix curatio non fuit, varia pericula oriuntur *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. non difficilis curatio *l.* 3. *c.* 21. necessaria, sed difficilis curatio *l.* 8. *c.* 4. curatio non difficillima *l.* 5. *c.* 28. *s.* 19. curatio quae numerari inter difficillimas potest *l.* 7. *c.* 29. ad quam, *curationem*, cum praeceps sit, festinare nullo modo convenit *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. haec ratio curationis longa, sed sine dolore est *l.* 7. *c.* 4. *s.* 4. scalpelli curatio brevior est *l.* 7. *c.* 13. supervacua curatio.. non necessaria *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. suffusio..ubi vetustior facta est, scalpelli curationem desiderat; quae inter subtilissimas haberi potest *l.* 7. *c.* 7. *s.* 13. potest adhiberi curatio; cum eo, ne ignotum sit esse difficilem: quantoque angulo propius id foramen est, tanto difficilior est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 7. ne quid ex ungue relinquatur, quod exulceratum vix ullam curationem recipiat *l.* 7. *c.* 7. *s.* 7. si nimium palpebrae deest, nulla id restituere curatio potest *l.* 7. *c.* 7. *s.* 9. si id ex mala curatione est, *id est* Ἐκτρόπιον, &c. *l.* 7. *c.* 7. *s.* 9. ubi inter imam tunicam, et ipsum testiculum nervumque ejus ramex ortus est, una curatio est quae totum testiculum abscindit. Nam neque ad generationem quidquam is confert, et omnibus indecore, quibusdam etiam cum dolore dependet *l.* 7. *c.* 22. neque ista curatio nova est, qua nunc quidam traditos sibi aegros, qui sub cautioribus medicis trahebantur, interdum contrariis remediis sanant *l.* 3. *c.* 9. sed est circumspecti quoque hominis, et novare interdum, et augere morbum, et febres accendere; quia curationem, ubi id quod est non recipit, potest recipere id quod futurum est *l.* 3. *c.* 9.

Curatus. *v.* Corripio. cadmia curata *l.* 6. *c.* 6. *s.* 5. curata vocant, cum ex sevo, puta, omnes membranulae diligenter exemptae sunt *l.* 5. *c.* 19. *s.* 11.

Curiose. curiose prospiciendum est, ne tempus remissionis decipiat *l.* 3. *c.* 11. oportet curiosius haec facere iis ossibus motis quae validis plenisque musculis continentur *l.* 7. *c.* 11.

Curiosus. *v.* Victus. curiosior. *v.* Observatio.

Curo. medicina quae victu curat *pro.* *l.* 1. medicamentis multum antiqui auctores tribuerunt, adeo ut nullum morbi genus sine his curarent *pro.* *l.* 5. tertiam esse medicinae partem quae manu curet et vulgo notum, et a me propositum est *pro.* *l.* 7. Asclepiades officium esse medici dixit, ut tuto, ut celeriter, ut jucunde curet *l.* 3. *c.* 4. melius curari *v.* Hilaritas. optime curari. *v.* Consilium. aspritudo quam optimo melle satis commode curatur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 28. commodissime curari. *v.* Digitus. firmus puer, et robustus senex, et gravida mulier tuto curatur, *sanguinis missione* *l.* 2. *c.* 10. non sic pueri, ut viri, curari debent *l.* 3. *c.* 7. *s.* 1. aliae, *fistulae*, facile, aliae cum difficultate curantur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. interdum evenit, ut id pluribus diebus neglectum, curari difficilius possit *l.* 4. *c.* 26. gangraenam si nondum plane tenet, sed adhuc incipit, curare non difficillimum est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34. eoque id genus difficillime curatur, quod &c. *l.* 4. *c.* 29. morbus comitialis si &c. aegre curatur; multoque aegrius is qui &c. *l.* 2. *c.* 8. curari res neque manu, neque medicamento potest *l.* 7. *c.* 23. eos qui quasi carcinoma habent, curare periculosum est &c. eos vero quibus, *fistula*, ad nares tendit, supervacuum &c. *l.* 7. *c.* 7. *s.* 7. polypum qui in naribus nascitur, ferro praecipue curari jam alias posui *l.* 7. *c.* 10. in oculis quae manum postulant, et ipsa diversa sunt, et aliter aliterque curantur *l.* 7. *c.* 7. *s.* 1. licet sine peregrinis, et conquisitis, et compositis medicamentis vulnus curare *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. vulnus curari sutura debet *l.* 7. *c.* 21. *s.* 1. multum etiam interest ab initio quis recte curatus sit, an perperam &c. *l.* 3. *c.* 1.

Curro. oportet spiritu retento currere *l.* 4. *c.* 10. multum ambulandum, currendum aliquid *l.* 3. *c.* 21. nihil currendum, sed lente ambulandum *l.* 1. *c.* 3.

Cursus. commode exercent.. cursus, ambulatio *l.* 1. *c.* 2. extenuat corpus cursus &c. *l.* 1. *c.* 3. initium, *doloris lateris*, vel

ex frigore, vel ex ictu, vel ex nimio cursu est *l.* 4. *c.* 13. cursus vehemens. *v.* Profluvium. ℑ sanguinis ex naribus cursus *l.* 2. *c.* 1. pituitae cursus, ex *oculis l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. acer pituitae cursus *ibid.* pituitae cursus acerrimus *ibid.* *s.* 5. *v.* Averto.

Curtus. cum quid deest, ut cum curta pars aliqua est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 1. Curta in his tribus (*auribus, labris, naribus*) si qua parva sunt, curari possunt: si qua majora sunt, aut non recipiunt curationem, aut ita per hanc ipsam deformantur, ut minus indecora ante fuerint. Atque in aure quidem et naribus deformitas sola timeri potest: in labris vero, si nimium contracta sunt, usus quoque necessario jactura fit; quia minus facile et cibus assumitur, et sermo explicatur. Neque enim creatur ibi corpus, sed ex vicino adducitur &c. ratio curationis ejusmodi est: id quod curtum est in quadratum redigere &c. deinde ea quae sic resolvimus in unum adducere &c. interdum tamen cutis haud omnino adducta deformem, quem reliquit, locum reddit. Ergo neque ex imis auribus, neque ex medio naso, imisve narium partibus, neque ex angulis labrorum quidquam attrahere tentabimus. Vtrimque autem petemus, si quid summis auribus, si quid imis, si quid aut medio naso, aut mediis naribus, aut mediis labris deerit *l.* 7. *c.* 9.

Curvo. *v.* Insisto.

Curvus. *v.* Dens, Digitus.

Custodia. ille solicitari debet, cui haec nova sunt; aut qui ista numquam sine custodia sui tuta habuit *l.* 2. *c.* 2.

Custodio. cum, *aeger*, summa diligentia non medici tantummodo, sed etiam regis custodiretur, tamen malagmata sua devorando, bibendoque suam urinam, in exitium se praecipitavit *l.* 3. *c.* 21.

Custos. *v.* Μενιγγόφυλαξ.

Cutiliae. *v.* Fons.

Cutis. frigus summam cutem facit pallidam, aridam, duram, nigram *l.* 1. *c.* 9. cutis vel pallida, vel livida, fereque rugosa, et sine sensu *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. densa cutis, et subpinguis, et ex toto glabra *l.* 6. *c* 4. sine dolore, tenuis, et mollis &c. dura, crassa, dolens *l.* 5. *c.* 26. *s.* 27. ubi late se sinus suffudit, et in eo jam cutis pallet; scire licet eam jam emortuam esse, et inutilem futuram *l.* 7. *c.* 2. cutis circa frontem dura et intenta *l.* 3. *c.* 6. circa umbilicum et pubem cutis plena *l.* 2. *c.* 3. circa umbilicum et pubem cutis macra *l.* 2. *c.* 4.

Κυαθίσκος. latum telum evellendum est genere quodam ferramenti, quod διοκλεῖον κυαθίσκον Graeci vocant.. lamina vel ferrea, vel etiam aenea ab altero capite duos utrimque deorsum conversos uncos habet: ab altero duplicata lateribus, leviterque extrema in eam partem inclinata quae sinuata est, insuper ibi etiam perforata est *l.* 7. *c.* 5. *s.* 3.

Cyathus. *dandi*, singuli cyathi vini singulis interpositis horis *l.* 4. *c.* 12. emplastrum βασιλικὸν habet olei dimidium cyathum *l.* 5. *c.* 19. *s.* 3. aceti sesquicyathus *ibid.* *s.* 11. Protarchus his olei cyathum et dimidium adjiciebat *l.* 5. *c.* 18. *s.* 18. paulatim miscentur passi cyathi tres, mellis minus cyatho *l.* 6. *c.* 7. *s.* 1.

Cyma. *v.* Brassica.

Cymbalum. discutiendae tristes cogitationes; ad quod symphoniae, et cymbala, strepitusque proficiunt *l.* 3. *c.* 18.

Κυνάγκη. interdum lingua faucesque intumescunt, vox nihil significat, oculi vertuntur, facies pallet, singultusque est: id κυνάγχην vocant *l.* 4. *c.* 7.

Κυνικὸς. circa faciem morbus innascitur, quem Graeci κυνικὸν σπασμὸν nominant. Isque cum acuta fere febre oritur; os cum motu quodam pervertitur &c. *l.* 4. *c.* 3.

Κύπειρος. *v.* Juncus.

Cyprinum. calefacit *l.* 2. *c.* 33. caput attonsum habere, idque irino vel cyprino calido madefacere *l.* 4. *c.* 6.

Cyprius. *v.* Cinis, Sampsuchus.

Cyprus, *pro oleum cyprinum*. acopum magis emollit, si pro rosa cyprus infunditur. *l.* 5. *c.* 24. *s.* 3.

Κύθιον. *v.* Collyrium.

Cytisus. valet ad urinam movendam *l.* 4. *c.* 16.

DA DE

Δαρτὸς. Super eam, ἐλυτροειδῆν, valentior tunica est, quae interiori vehementer ima parte inhaeret: δαρτὸν Graeci vocant *l.* 7. *c.* 18.

Datus. optimum medicamentum est, opportune cibus datus *l.* 3. *c.* 4. *v.* Flexus.

Daucus. dauci cretici semen *l.* 5. *c.* 23. *s.* 3.

De. cum de his dixerim, de iis quoque quae in cruribus sunt videri possum dixisse *l.* 8. *c.* 20. sive hac de causa concoctio incidat, sive de illa *pro.* *l.* 1. *et passim.* si de

nigro, *oculi*, aliquid albidum factum est, diu manet *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. quod de subito durius non est, melius est *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11.

Debeo. ante omnia scire medicus debet, quae, *vulnera*, insanabilia sint &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 2. ubi aliquid ejusmodi sentimus, protinus abstinere a sole, balneo, vino, venere debemus *l.* 4. *c.* 5. si pili nati sunt qui non debuerunt &c. *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. Erasistratus dixit, tum cibum dandum, cum corpori deberetur *l.* 3. *c.* 4.

Debilis. *Itali zoppo*, *storpio vocant.* longe clarissimi auctores.. rerum quoque naturae sibi cognitionem vindicarunt, tamquam sine ea trunca et debilis medicina esset *pro*. *l.* 1.

Debilitas, *eadem significatione*. in quibus, *articulis*, si praecisi nervi sunt qui continebant, debilitas ejus partis sequitur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 28. *v.* Femur.

Debilito, *storpiare* harum, *coxarum*, ingens dolor esse consuevit; isque hominem saepe debilitat *l.* 4. *c.* 29. si nervi juxta sunt, ignis alienus est, ne vel distendantur hi, vel membrum debilitent *l.* 7. *c.* 2.

Debitum. aeque signum malum est, etiam somno ultra debitum urgeri *l.* 2. *c.* 4.

Decedens. *v.* Decedo.

Decedo. cum febris instet, incipiat, augeatur, consistat, decedat; deinde in decessione consistat &c. *l.* 3. *c.* 5. isque, *dolor*, modo decedit, modo revertitur *l.* 4. *c.* 8. satius est principia cibi a decedente febre, quam reliquias ab incipiente excipi *l.* 3. *c.* 4. J *interco.* adeo ut quidam secti, cum diu frustraque per digitos vesica esset agitata, decesserint *l.* 7. *c.* 26. *s.* 3.

Decem. *v.* Dies.

Decessio. quotidianae, *febres*, aliae diem noctemque accessione et decessione implent, aliae minus, aliae plus *l.* 3. *c.* 3.

Decessus. sub decessu febris ejus quae gravissima est, cibum sumat *l.* 3. *c.* 12.

Decet. illo neminem decipi decet, ut in hoc genere cerato utatur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 24.

Decido. ex alto decidere *l.* 5. *c.* 23. *s.* 1. ex superiore parte decidere *l.* 2. *c.* 10. si sine causa quis emacrescit, ne in malum habitum corpus ejus decidat, metus est *l.* 2. *c.* 7. qui ex atra bile huc (*in aquam inter cutem*) deciderunt &c. *l.* 3. *c.* 21. si reliquum corpus convaluit, pedes tamen decidunt *l.* 2. *c.* 7.

Decido, *excido*, *praecido*. si quando ab inferiore parte tunicae musculus inhaesit, superior pars illius decidenda *l.* 7. *c.* 6.

Decimus. *v.* Annus, Dies.

Decipio. in vicino saepe quaedam notae positae, non bonos, sed imperitos medicos decipiunt *l.* 2. *c.* 6. ne qui eadem ratione decipiantur, qua quis ante deceptus est *l.* 8. *c.* 4. potest sutura eo nomine fallere, quia &c. ergo eo nomine decipi non oportet *ibid.*

Declino. ubi ea, *inflammatio*, declinavit &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 13. in naribus si a latere cartilago fracta est, in alteram partem nares declinantur *l.* 8. *c.* 5.

Decoctus. *v.* Aqua, Caseus. amurca ad tertiam partem decocta *l.* 5. *c.* 28. *s.* 16.

Decoloro. si pallor labra et nares decolorat *l.* 2. *c.* 6. ex suppurationibus eae pessimae sunt, quae intus tendunt sic, ut exteriorem quoque cutem decolorent *l.* 2. *c.* 8.

Decoquo. lycium cum vino decoquitur *l.* 6. *c.* 7. *s.* 20. cataplasma ex lini semine quod ante aliquis ex mulso decoxerit *l.* 7. *c.* 20. tritici hemina in vino amineo austero decoquitur *l.* 4. *c.* 26.

Decor. pejus signum est, ubi aliquis colorem decoremque amisit *l.* 2. *c.* 2. *v.* Femur, Amitto.

Decorus. *v.* Statura.

Decresco. donec morbus decrescere incipiat *l.* 3. *c.* 20. ubi febris decrevit *l.* 3. *c.* 6.

Decumbo. si in partem sanam aliquis decubuit, onerare eam ex pondere aliquo videtur *l.* 2. *c.* 7. cum quis aliter decubuit &c. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12.

Decurro. multa pituita decurrit, *ex ore* *l.* 6. *c.* 14. *catapotia*, pituitam in oculos decurrentem tenent *l.* 5. *c.* 25. *s.* 4. si semel ad ea, *medicamenta*, decurritur, iis potius utendum, quae mitius idem efficiunt *l.* 5. *c.* 26. *s.* 21.

Deditus. facilius sanescit sobrius et temperans, quam vino venerique deditus *l.* 5. *c.* 26. *s.* 6.

Deduco. per quae, *cava*, a membrana cerebri similes membranulae deducuntur *l.* 8. *c.* 1. si uva ultra justum modum a pituita deducta est &c. *l.* 7. *c.* 12. *s.* 3. deducendus, *aeger*, in balneum est *l.* 3. *c.* 12. repositis omnibus, leniter homo concutiendus est: quo fit, ut singula intestina in suas sedes deducantur *l.* 7. *c.* 16. ut haec ipsa mora in consuetudinem ferendi oneris intestina deducat *l.* 4. *c.* 23.

Deductus. medicamentis multum antiqui auctores tribuerunt, et Erasistratus &c. praecipue tamen Herophilus, deductique ab illo viri *pro*. *l.* 5.

sunt *l.* 8. *c.* 7. superius humeri caput parvo excessu vertici lati scapularum ossi inseritur, ac majore parte extra situm nervis deligatur *l.* 8. *c.* 1.

Deligo, *lego*. illud videndum est, ut qualia tempora cibo leguntur, talia potioni quoque, ubi sine illo datur, deligantur *l* 3. *c.* 6.

Delingo. utiliter etiam scilla cocta delingitur *l.* 3. *c.* 21. marrubii sucus cum melle incoctus &c. ita ut hujus cochleare plenum paulatim delingatur *l.* 3. *c.* 22.

Delino. delinendus homo est vel gypso, vel argenti spuma, vel cimolia creta *l.* 3. *c.* 19.

Deliquo. quae (*papaveris lacrima, acacia*) ex vino et teruntur, et in ipso usu deliquantur *l.* 5. *c.* 20. *s.* 5.

Delirium. ubi caput vulneratum est, delirium oritur *l.* 2. *c.* 7. raro, sed aliquando tamen ex metu delirium nascitur *l.* 3. *c.* 18. illa, *febris*, perniciosa est, quae vel levi vulneri supervenit.. vel delirium movet *l.* 5. *c.* 26. *s.* 26. cui calor et tremor est, saluti delirium est *l.* 2. *c.* 8.

Delitesco. haeque, *venae*, pallent, aut livent; nonnumquam etiam delitescunt *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2. si, *humor*, sub media tunica est, intentum scrotum magis intumescit, adeo ut superior coles sub eo tumore delitescat *l.* 7. *c.* 18.

Demens. *v.* Hilaritas.

Dementia. si sanguis profluxit, deinde secuta est dementia cum distentione nervorum, periculum mortis est *l.* 2. *c.* 8. *v.* Phrenesis.

Demergo. *v.* Telum.

Demissus. claudenda demisso linteolo fistula est *l.* 7. *c.* 15. emplastrum in linteolo superimponendum, supraque injicienda spongia est in acetum ante demissa *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. ℑ *translate*. interest etiam is ipse sine causa subinde rideat, an moestus demissusque sit *l.* 3. *c.* 18.

Demitto. abunde est demittere se inguinibus tenus in aquam calidam *l.* 1. *c.* 3. saepe homo demittendus in solium *l.* 5. *c.* 27. *s.* 9. demittere totum hominem in calidum oleum *l.* 4. *c.* 20. per plagam demittendus index digitus erit *l.* 7. *c.* 22. ubi purum, *ulcus*, est, eo pinna.. medicamento illita, quo cicatrix inducitur, intus demittenda *l.* 7. *c.* 10. si timide scalpellus demittitur, summam cutem lacerat &c. *l.* 2. *c.* 10. demitti specillum in fistulam convenit, ut &c. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12.

Demo. omne auxilium corporis aut demit aliquam materiam, aut adjicit &c. demitur materia sanguinis detractione, cucurbitula, dejectione, vomitu, frictione, gestatione, omnique exercitatione corporis, abstinentia, sudore *l.* 2. *c.* 9. in iis quae superant, est quod morbus demat *l.* 2. *c.* 2. demendum aliquid ex cibo *l.* 6. *c.* 6. *s.* 16. *v.* Αὐτόπυρον, Taedium, Crucio. demenda paulo latior habenula *v.* Creo.

Democritus. vir jure magni nominis Democritus *l.* 2. *c.* 6. *v.* Professor.

Demonstro. quorumdam vulnerum ipsae sedes indices sunt, quas alio loco demonstravimus &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 7. quod demonstrasse dicitur casus cujusdam pueri &c. *l.* 5. *c.* 27. *s.* 4.

Demum. si plus humoris excernitur, quam assumitur, ita demum secundae valetudinis spes est *l.* 3. *c.* 21. tum demum nulla cruditatis suspicione remanente id fiet *l.* 2. *c.* 10. *et passim*.

Denarius. ante sciri volo unius denarii pondus dividi a me in sex partes, ut idem in sextante denarii habeam, quod Graeci habent in eo quod ὀβολὸν appellant. Id ad nostra pondera relatum paulo plus dimidio scripulo facit *l.* 5. *c.* 17. *s.* 1.

Deni. *v.* Dies.

Denique. denique ipsa febris, quod maxime mirum videri potest, saepe praesidio est *l.* 2. *c.* 8. Denique etiam corporis inclinatio docet, num in plures partes fistulae dividantur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12.

Dens. duriores osse dentes sunt: quorum pars maxillae, pars superiori ossi malarum haeret. Ex his quaterni primi quia secant, τομικοὶ a Graecis appellantur. Hi deinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur; ultra quos utrimque fere maxillares quini sunt &c. Ex his primores singulis radicibus; maxillares utique binis, quidam etiam ternis, quaternisve nituntur. Fereque longior radix breviorem dentem edit; rectique dentis recta etiam radix, flexi curva est. Exque eadem radice in pueris novus dens subit, qui multo saepius priorem expellit: interdum tamen supra infrave cum se ostendit *l.* 8. *c.* 1. Dentium dolor ipse quoque maximis tormentis adnumeratur *l.* 6. *c.* 9. Dentes nonnumquam moventur, modo propter radicum imbecillitatem, modo propter gingivarum arescentium vitium &c. *l.* 7. *c.* 12. *s.* 1. Si vero dens dolores movet, eximique eum, quia medicamenta nihil adjuvant, placuit, circumradi debet, ut gin-

giva ab eo resolvatur ; tum is concutiendus est &c. dens haerens cum summo periculo evellitur, ac nonnunquam maxilla loco movetur. Idque etiam majore periculo in superioribus dentibus fit; quia potest tempora oculosque concutere. Tum si fieri potest, manu; si minus, forcipe dens excipiendus est: ac si excsus est, ante id foramen vel linamento, vel bene accommodato plumbo replendum est, ne sub forcipe confringatur *ibid*. dens scaber, qua parte niger est, radendus est &c. *ibid*. si ex ictu, vel alio casu aliqui labant dentes, auro cum iis qui bene haerent vinciendi sunt &c. *ibid*. Si quando etiam in pueris ante alter dens nascitur, quam prior excidat, is qui cadere debuit, circumpurgandus et evellendus est; is qui natus est, in locum prioris quotidie digito adurgendus, donec ad justam magnitudinem perveniat. Quotiescumque dente exempto radix relicta est, protinus ea quoque ad id facto forcipe, quam ῥιζάγραν Graeci vocant, eximenda est *ibid*. Dens acutior *l.* 6. *c.* 12.

Densus. *v.* Cibus, Coelum, Cutis.

Dentiens. Propriae etiam dentientium, gingivarum exulcerationes &c. *l.* 2. *c.* 1.

Denuntio. si membrum ex levi causa fatigatum aeque frigido calidoque offenditur, podagram chiragramve, vel articuli in quo id sentitur, morbum futurum esse denuntiat *l.* 2. *c.* 7.

Deorsum. quisquis dolor deorsum tendit, sanabilior est *l.* 2. *c.* 8. *v.* Delabor, Descendo. deorsum versus. plaga facta, foramen deorsum versus subest &c. *l.* 7. *c.* 19.

Depello. quo minus alienum videtur.. medicamentis quoque moliri dejectiones, quae omnem noxiam materiam in inferiora depellant *l.* 6. *c.* 6. *s.* 37. laevitas intestinorum facilius a teneris aetatibus depellitur *l.* 2. *c.* 8.

Dependeo. dependent, *testiculi*, ab inguinibus per singulos nervos &c. *l.* 7. *c.* 18. caro alia parte dependens, alia inhaerens *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23.

Depono. fugere oportet solem, balneum &c. donec quatuordecim dies transeant. Quos ubi morbus excessit, acuti vim deposuit *l.* 3. *c.* 23.

Deprehendo. omnis suppuratio quae nondum oculis patet, sic deprehendi potest: si febris non dimittit &c. *l.* 2. *c.* 7. alium lux, alium tenebrae magis turbant: reperiunturque, in quibus nullum discrimen deprehendi vel hoc, vel illo modo possit *l.* 3. *c.* 18. exitu deprehendi *v.* Praebeo.

Depressus. is locus cavus est, depressusque digitus cavum invenit *l.* 8. *c.* 11.

Deprimo. unicum remedium est nec opinantem in piscinam non ante ei provisam projicere, et.. modo mersum bibere pati, modo attollere; interdum deprimere, ut invitus quoque aqua satietur *l.* 5. *c.* 27. *s.* 2.

Derado. inducendum super os atramentum scriptorium est, idque deradendum *l.* 8. *c.* 4.

Derasus. Deraso, detritoque imponendum est emplastrum tetrapharmacum *l.* 5. *c.* 26. *s.* 35.

Derogo. neque disputationi, neque auctoritati cujusquam fidem derogari oportuisse *pro.* *l.* 1.

Descendens. [illegible]pera arteria, Ο'υρητὴρ.

Descendo. vertebrae mediae perforatae, qua spinae medulla cerebro commissa descendit *l.* 8. *c.* 1. in masculis urinae iter compressius et spatiosius a cervice hujus, *vesicae*, descendit ad colem *l.* 4. *c.* 1. in solium bene calidum descendendum est *l.* 1. *c.* 3. non uti leguminibus, oleribusve iis quae celeriter descendunt *l.* 1. *c.* 6. ubi pluribus diebus non descendit alvus &c. *l.* 2. *c.* 7. specillum demissum aut in latus, aut deorsum descendit *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. ne iis quidem succurritur, quibus pituita utrimque descendit *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. si penitus malum descendit &c. *l.* 6. *c.* 15. si cui parvulo puero intestinum descendit *l.* 7. *c.* 20. superioris palpebrae vitium est, quo parum descendit *l.* 7. *c.* 7. *s.* 10. alte, altius descendere. *v.* Caries. ℑ *translate*. Haec per omnia genera febrium communia sunt: nunc ad singulas earum species descendam *l.* 3. *c.* 5.

Descensus. *v.* Ascensus.

Desertus. illud interrogari me posse ab aliquo scio &c. quomodo interdum deserti a medicis convalescant *l.* 2. *c.* 6.

Desideo. desidere oportet in aqua calida *l.* 4. *c.* 25. continere se in lectulo debet aeger, nec primae cupiditati dejectionis protinus cedere: ubi necessitas est, tum demum desidere *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2.

Desiderium. cibi desiderium *l.* 8. *c.* 4. potionis desiderium *l.* 2. *c.* 8.

Desidero. initia morborum primum famem, sitimque desiderant: ipsi deinde morbi moderationem &c. *l.* 2. *c.* 16. hactenus oculorum morbi lenibus medicamentis nutriuntur: genera deinde alia sunt, quae diver-

sani curationem desiderant *l.* 6. *c.* 6. *s.* 16. dixi de iis vitiis quae per totum corpus orientia medicamentorum auxilia desiderant *l.* 6. *c.* 1. antidota . . maxime desideranda sunt adversus venena *l.* 5. *c.* 23. nunc loquar de iis, *vitiis*, quae scalpellum desiderant *l.* 7. *c.* 19. neutra, *sutura, vel fibula*, vim ullam desiderat *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. *v.* Animadversio, Curatio. cibum non desiderantes. *v.* Epulans.

Desidia. *v.* Mos.

Desido. in naribus et os, et cartilago frangi solet.. si adversa fracta sunt, alterumve ex his, nares desidunt *l.* 8. *c.* 5. duo sub ictu calvariae pericula sunt; ne vel findatur, vel medium desidat *l.* 8. *c.* 4. omnes vertebrae a superiore parte in ipsis processibus paulum desidentes sinus habent *l.* 8. *c.* 1. si intestinum [illegible]que descendit, tumor. interdum ex toto desidit, interdum *&c.* *l.* 7. *c.* 18.

Desino. et tussis minuitur, et sitis atque febricula desinunt *l.* 2. *c.* 8. dejectio sine ulla noxa est . . si celeriter desinit *ibid*. pituita sicca et arida dolorem quidem movet, sed maturius desinit *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. si tumores super ulcera subito esse desierunt *&c.* *l.* 2. *c.* 7. si in febre aures obtusae sunt, si sanguis e naribus fluxit, aut venter resolutus est, illud malum desinit ex toto *l.* 2. *c.* 8. *v.* Fluo.

Desipio. scire oportet, interdum in accessione aegros desipere, et loqui aliena *l.* 3. *c.* 18. ex phreneticis alii intra verba desipiunt *&c.* *ibid*. quidam animo desipiunt *ibid*.

Desisto. sinere oportet sanguinem fluere *&c.* si per se non destitit, rursus, ne vis omnis intereat, supprimendus est *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. alterum, *tertianae genus*, longe perniciosius est, quod *&c.* neque ex toto in remissione desistit *l.* 3. *c.* 3.

Desperatio. necessarium est notas subjicere, per quas quid intus ictum sit, scire possimus; et ex quibus vel spes, vel desperatio oriatur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 7. ubi gravis metus, sine certa tamen desperatione est *&c.* *ibid*. *s.* 1. non tamen omni modo ea res desperationem habet *l.* 7. *c.* 4. *s.* 3. *v.* Spes.

Despero. neque desperari debet solida glutinatio vulneris, nisi *&c.* *l.* 7. *c.* 27.

Despumatus. *v.* Mel.

Destillatio. nunc video .. destillationem *καταστaγμὸν* appellari *l.* 4. *c.* 5. frequens destillatio in corpore tenui longoque tabem timendam esse testatur *l.* 2. *c.* 7. post nimias destillationes tabes oritur *ibid*.

Destillo. Destillat humor de capite interdum in nares, quod leve est; interdum in fauces, quod pejus est; interdum etiam in pulmonem, quod pessimum est *l.* 4. *c.* 5. nihil pestiferum est, nisi quod pulmonem exulcerat *ibid*. *v.* Calculosus, Φθίσις.

Destino. Asclepiades, ubi aegrum triduo per omnia fatigaverat, quarto die cibo destinabat *l.* 3. *c.* 4.

Destituo. juxta labrum ipsum, *pelvis*, ex eadem, aqua, *fervefacta*, leniter infundere oportet, ne calor intus destituat *l.* 4. *c.* 21.

Desudo. is desudare in balneo debet *l.* 5. *c.* 28. *s.* 15. *v.* Lavo.

Desum. cum quid deest, ut cum curta pars aliqua est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 1. cum diu necessaria defuerunt *l.* 3. *c.* 22. quod deest, infirmat *ibid*. in iis quae desunt, non est quod morbum ipsum ferat *l.* 2. *c.* 2. si vires desunt *l.* 4. *s.* 14. ponendum autem hoc esse credidi . . ut non putarent sibi medicum defuisse, si qui sic aliquem perdidissent *l.* 8. *c.* 13.

Detectus. quinto die rursus detecto vulnere considerandus color est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 27.

Detego. caput velandum, neque detegendum antequam calor et sudor domi conquierint *l.* 6. *c.* 6. *s.* 34. eodem momento et cutis incidenda est, et os detegendum, et omni vitio liberandum *l.* 8. *c.* 2. color eum morbum, *regium*, detegit *&c.* *l.* 3. *c.* 24.

Detergeo. si sudare corpus coeperit, linteum tepefacere oportet, paulatimque singula membra detergere *l.* 3. *c.* 6. qui, *sudor*, spongia subinde in facie detergendus est *l.* 6. *c.* 26. *s.* 5. scalpello cutis crebro incidatur, detergeaturque eodem averso profluens sanguis *l.* 7. *c.* 1.

Deterior. *v.* Concoctio. Deterrimus. *v.* Vrina.

Deterreo. Neque tamen ea res a scribendo deterrere me debuit: primum ut omnia quae salutaria accepi comprehenderem: dein quia in vulgus eorum curatio etiam praecipue cognoscenda est, quae invitissimus quisque alteri ostendit *l.* 6. *c.* 18. *s.* 1.

Detineo. qui lentis febriculis diu detinentur *l.* 2. *c.* 17. diutius is in lecto detineatur *l.* 8. *c.* 20. per haec similiaque corpus agitandum est, ut moveatur ex eo statu quo detinetur *l.* 3. *c.* 16.

Detractio sanguinis. vehemens febris, ubi rubet corpus, plenaeque venae tument, sanguinis detractionem requirit *l.* 2. *c.* 10.

si omnia membra vehementer resoluta sunt, sanguinis detractio vel liberat, vel occidit *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1.

Detractus. mollitur aliquid eo detraeto quod duritiem creabat *l.* 2. *c.* 14. *v.* Verecundia.

Detraho. illa in omni vetusto eapitis dolore communia sunt.. sanguinem ex naribus detrahere *l.* 4. *c.* 2. insequentibus diebus, quantum inflammationi detrahetur, tantum adjiei eibis poterit *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. ex vesica dolenti, si purulenta urina processit &c. metum detrahit *l.* 2. *c.* 8. *v.* Imbecillus, Ingenium.

Detritus. *v.* Derasus.

Devexus. *v.* Colloco.

Devineio. quidam etiam id, *caput*, deviniunt *l.* 4. *c.* 2. ut una simul et oras et venas sutura devinciat *l.* 7. c. 22. demittendum linamentum, quod summum lino sit devinctum *l.* 8. c. 9.

Devolvo. pondere eo devolvitur aut omentum, aut etiam intestinum *l.* 7. c. 18. si, *intestinum*, pressum est, ad inguen revertitur, dimissumque iterum cum quodam quasi murmure devolvitur *ibid.*

Devoro. aeger non cibum devorare, non potionem potest *l.* 4. *c.* 7. neque is servari potest, qui sine ullo tumore febricitans.. devorare salivam suam non potest *l.* 2. c. 6.

Deus. *v.* Aesculapius, Homerus.

Dexius. *v.* Malagma.

Dexter. *v.* Pars. ℑ *absolute*. in dextra sinistraque circa guttur venae grandes.. sursum procedentes ultra aures feruntur *l.* 4. c. 1. Dexterior. *v.* Vinculum.

DI

Διάβρωσις. *v.* Ἀναστόμωσις.

Διὰ δαφνίδων. *v.* Emplastrum.—Διὰ κέρατος, Διὰ κρόκου, Διὰ λιβάνου. *v.* Collyrium.

Διαιτητικῆς. *v.* Medicina.

Διάφραγμα. transversum septum, quod membrana quadam superiores partes ab inferioribus diducit (διάφραγμα Graeci vocant) *pro.* *l.* 1.

Dico. Erasistratus commode dixit &c. *l.* 3. c. 4. quod ad curandi rationem nihil pertineret, etiamsi vere diceretur *l.* 3. *c.* 3. ab iis quae stulte dieentur ad meliora mens adducenda *l.* 3. *c.* 18. ubi perperam aliquid dixit, aut fecit *ibid.* quo victu sit utendum iis qui hoc genere tentantur, jam mihi dietum est *l.* 4. *c.* 21.

Dictamum. dictamum creticum *l.* 5. *c.* 25. *s.* 13.

Dictum. ne illud quidem ab Heraclide Tarentino dictum ratione caret &c. *l.* 3. *c.* 6.

Diduco. *v.* Διάφραγμα. Asclepiadis aemuli proponunt, nihil coneoqui, sed crudam materiam, sicut assumpta est, in corpus omne diduci *pro.* *l.* 1. imponenda extrinsecus cataplasmata calida.. quae diducant *l.* 4. c. 15. si vel volens aliquis, vel imprudens, dum ingreditur immature crustas diduxit *l.* 6. c. 18. *s.* 3. *v.* Ἐγκανθίς. palpebrae tantum inter se cohaerentes non difficulter diducuntur *l.* 7. c. 7. *s.* 6. lineas transversas incidere, quae citeriorem partem ab ulteriore ex toto diducant *l.* 7. c. 9. vulnus digitis, vel averso specillo diducendum est *l.* 7. c. 27. medicus si qua parte oculo inhaeret, *unguis*, manubriolo scalpelli diducere debet *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. minister oras vulneris leniter diducere manibus suis, vel etiam duobus hamis interiori membranae injectis debet *l.* 7. c. 16. scalpello diducere. *v.* Digitus. hactenus de omni specie praecipi potest: si vehementius malum est, diducenda ratio eurationis est *l.* 3. *c.* 21.

Diductus *v.* Medicina. id genus a Graecis diductum in species est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. ut ab inferiore parte diducti pili sursum spectent *l.* 7. c. 7. *s.* 8. crusta undique a viva carne diducta *l.* 5. c. 28. *s.* 1.

Dies. saluberrimi sunt sereni dies: meliores pluvii, quam tantum nebulosi nubilive: optimique hieme qui omni vento vacant; aestate quibus Favonii perflant *l.* 2. *c.* 1. longi dies *v.* Meridior. accessiones modo singulae singulis diebus fiunt, modo &c. *l.* 3. c. 3. saepe dies unus aut alter totum dolorem hac ratione discutit *l.* 4. *c.* 2. tertio quoque die cibus aegro commodissime datur; ut alter febrem minuat, alter viribus subveniat *l.* 3. *c.* 5. bibenda aqua; postero die etiam vinum *l.* 4. c. 2. alternis vero diebus aqua, alternis leve et austerum vinum bibendum est *l.* 4. *c.* 25. primis diebus.. ulterioribus. *v.* Disciplina. id uno die fieri satis est *l.* 3. c. 2. quinque diebus abstinere *l.* 8. *c.* 11. decem diebus extenuabitur fame corpus *l.* 8. c. 9. *s.* 1. interpositis denis diebus *l.* 3. c. 22. donec quatuordecim dies transeant *l.* 3. *c.* 23. est alia etiam de diebus ipsis dubitatio; quoniam antiqui potissimum impares sequebantur, eosque, tamquam tunc de aegris judicaretur, κρισίμους nominabant. Hi erant dies tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus, quartusdeci-

mus, unus et vicesimus; ita ut summa potentia septimo, deinde quartodecimo, deinde uni et vicesimo daretur &c. adeo ut Hippocrates, si alio die febris desiisset, recidivam timere sit solitus &c. qui cum octavum primi naturam habere contenderent, ut ab eo secundus septenarius inciperet, ipsi sibi repugnabant, non octavum, neque decimum, neque duodecimum sumendo, quasi potentiorem: plus enim tribuebant nono, et undecimo *ibid*. Id Asclepiades jure ut vanum repudiavit; atque in nullo die, quia par imparve esset, his, *aegris*, vel majus vel minus periculum esse dixit *ibid*. Dolor etiam pulmonis, si neque per sputa, neque per sanguinis detractionem &c. finitus est, vomicas aliquas intus excitat, aut circa vicesimum diem, aut circa tricesimum, aut circa quadragesimum, nonnumquam etiam circa sexagesimum *l*. 2. *c*. 7. fere vero inter quartumdecimum et unum et vicesimum diem sanescunt malae, maxilla, jugulum &c. inter vicesimum et tricesimum crura brachiaque: inter septimum et vicesimum et quadragesimum humeri et femora *l*. 8. *c*. 7. Id genus solet etiam esse longum usque ad mortis diem *l*. 3. *c*. 23. qui toto die vel in vehiculo, vel in spectaculis sedit &c. *l*. 1. *c*. 3. tota die ac nocte *l*. 3. *c*. 19.

Differentia. quae per se non posui; cum omnia ista, *tubercula*, mediocres differentias habeant, ac neque periculo terreant, neque diverso genere curentur *l*. 7. *c*. 6.

Differo. differunt pro natura locorum genera medicinae *pro*. *l*. 1. malagmata, atque emplastra, pastillique, cum plurima eadem habeant, eo differunt, quod &c. *l*. 5. *c*. 17. *s*. 2. minime in rebus multum inter se differentibus perpetuum esse praeceptum temporis potest *l*. 3. *c*. 4. ℑ *differo in alium locum*, *in aliud tempus*. si qua singulis vel etiam paucis accommodata sunt, in ipsarum locum differam *l*. 5. *c*. 17. *s*. 1. tum eam partem explanaturus, hanc quoque eo differo *l*. 7. *c*. 17. *s*. 2. huc et earum venularum quae in capite nocent; et eorum varicum qui in ventre sunt curationem distuli: quoniam ubique eadem est *l*. 7. *c*. 31. in quo minime differendum, sed protinus iisdem medicamentis occurrendum est *l*. 6. *c*. 18. *s*. 4. hujus, *vini*, usus praecipue periculosus; ideoque in longius tempus differendus est *l*. 4. *c*. 6.

Difficile. sub qua, *inflammatione*, et difficile et periculose vis nervis adhibetur *l*. 8. *c*. 10. *s*. 1. spiritus difficilius trahitur *l*. 4. *c*. 7. id genus difficillime curatur *l*. 4. *c*. 29. manus in omnes quatuor partes prolabitur. Reponi non difficillime potest *l*. 8. *c*. 17.

Difficilis. *v*. Curatio, Febricula. difficilior. *v*. Curatio, Explanatio, Somnus. difficillima. *v*. Curatio. non difficilis. *v*. Curatio. hunc, *unguem*, recentem non difficile est discutere medicamentis *l*. 7. *c*. 7. *s*. 4. difficillimum. *v*. Ignarus. curare non difficillimum est *v*. Gangraena.

Difficiliter. malagma proficiens in struma, et in iis tuberibus quae difficiliter concoquuntur *l*. 5. *c*. 18. *s*. 17.

Difficultas. spiritus difficultas *l*. 4. *c*. 14. spirandi difficultas *v*. Δύσπνοια, Ἄσθμα, Ὀρθόπνοια. urinae crebra cupiditas, sed magna difficultas *l*. 2. *c*. 7. aliae, *fistulae*, facile, aliae cum difficultate curantur *l*. 5. *c*. 28. *s*. 12. ne intus aliquae dissipatae reliquiae, *calculi*, maneant, quae postmodum curationi difficultatem faciant *l*. 7. *c*. 26. *s*. 3. accedit aliquid difficultatis sub omni ictu, si &c. *l*. 7. *c*. 5. *s*. 4. aliae etiamnum difficultates faciunt, ut, *infans*, qui solidus non exit, concisus eximi debeat *l*. 7. *c*. 29. aliquanto minus difficultatis. v. Femina. quibus, *nervis*, extentis, laxius inter ossa spatium est, ut sine difficultate telum recipiatur *l*. 7. *c*. 5. *s*. 4.

Difficulter. difficulter spiritus redditur *l*. 4. *c*. 19. difficulter urina redditur *l*. 2. *c*. 7. *v*. Admitto, Concoquo, Fero, Mulier, Sanesco.

Diffundo. oportet dare potui aquam calidam; cujus salubris effectus est, si sudorem per omnia membra diffundit *l*. 3. *c*. 6. si intestinum quoque descendit, tumor is.. frigore omni contrahitur, calore diffunditur *l*. 7. *c*. 18.

Digero. *v*. Actio. minui tantum materiam superantem oportet, quae naturaliter digeritur, ubi nihil novi accedit *l*. 3. *c*. 4. celerius aeger alendus est eo coelo quod magis digerit *ibid*. *v*. Calor, Lux. oportet, si satis valet, gestando aegrum digerere *l*. 4. *c*. 14. id medicamentum.. impositum quoque extrinsecus, digerendo spiritum dolorem levat *l*. 4. *c*. 21.

Digestio. sive hac de causa concoctio incidat, sive de illa; et sive concoctio sit illa, sive tantum digestio *pro*. *l*. 1. imple-

tur corpus non ipsa frictione, sed eo cibo qui postea ad cutem digestione quadam relaxatam penetrat *l.* 2. *c.* 14.

Digitus. a quibus, *ossibus*, ipsi digiti oriuntur: qui ex ossibus ternis constant; omniumque eadem ratio est. Interius os in vertice sinuatur, recipitque exterioris exiguum tuberculum; nervique ea continent *l.* 8. *c.* 1. digitum, *fractum*, satis est ad unum surculum deligari *l.* 8. *c.* 10. *s.* 6. in his extendendis non aeque vi opus est; cum et articuli breviores, et nervi minus validi sint *l.* 8. *c.* 19. digiti, index et medius *l.* 7. *c.* 19. pollex et minimus. *v.* Manus. Digitorum vetera ulcera commodissime curantur aut lycio, aut amurca cocta *&c.* in iisdem recedere ab ungue caruncula cum magno dolore consuevit: πτερύγιον Graeci appellant *&c. l.* 6. *c.* 19. si digiti vel in utero protinus, vel propter communem exulcerationem postea cohaeserunt, scalpello diducuntur *&c. l.* 7. *c.* 32. si vero fuit ulcus in digito, posteaque male inducta cicatrix curvum eum reddit, primum malagma tentandum est: dein si id nihil prodest.. videre oportet, nervine id vitium, an cutis sit. Si nervi est, attingi non debet: neque enim sanabile est. Si cutis, tota cicatrix excidenda; quae fere callosa extendi digitum minus patiebatur: tum rectus sic ad novam cicatricem perducendus est *ibid.* ¶ *mensurae nomen*. aeneae fistulae fiunt.. ex virilibus maxima decem et quinque digitorum; media duodecim; minima novem: ex muliebribus major novem; minor sex *l.* 7. *c.* 26. *s.* 1. spatha lignea, quae crassitudinem duorum digitorum habet *l.* 8. *c.* 15. ὀφίασις duorum digitorum latitudinem non excedit *l.* 6. *c.* 4.

Dignus. *v.* Hippocrates.

Dilabor. calculus arenosus inter subjectos digitos neque aeque renititur, et insuper dilabitur *l.* 7. *c.* 26. *s.* 3.

Dilato. polypus est caruncula *&c.* eaque magis spiritum impedit, et nares dilatat *l.* 6. *c.* 8. *s.* 2. pupilla effunditur, et dilatatur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 37.

Dilatus. dilatis in aliud volumen ossibus, in hoc cetera explicabo *pro. l.* 7.

Diligens. diligentes homines notasse, quae plerumque melius responderent: deinde aegrotantibus ea praecipere coepisse *pro. l.* 1.

Diligenter. *v.* Ago, Contego, Praecipio, Tempero, Vtor. Diligentissime. *v.* Comprehendo.

Diligentia. adhibita diligentia, ne *&c. l.* 7. *c.* 10. magna diligentia per omnem curationem habita, ne *&c. l.* 7. *c.* 12. *s.* 5. eadem facienda sunt quae supra comprehendi, cum majore quoque diligentia *l.* 6. *c.* 7. *s.* 8. summa diligentia. *v.* Custodio.

Dilucide. *v.* Praecipio.

Diluo. hunc, *pastillum*, oportet diluere aceto *l.* 5. *c.* 20. *s.* 1. si plus pluris est, id medicamentum ex melle; si minus, ex vino diluitur *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2.

Dilutus, dilutius. *v.* Vinum, Vrina, Bibo. omnia diluta alvum movent *l.* 2. *c.* 29. lycium ex passo aut lacte dilutum *l.* 5. *c.* 26. *s.* 30. dilutissimus. *v.* Potio.

Dimidium. farina ex mulso cocta sic, ut ei dimidium resinae terebinthinae misceatur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 13. chalcitidis aliquid, et cadmiae dimidio plus ex aceto simul conteruntur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 31. pondus adjicere myrrhae dimidio minus quam in singulis prioribus erit *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11.

Dimidius. emplastrum, quod βασιλικὸν nominatur, habet.. olei dimidium cyathum *l.* 5. *c.* 19. *s.* 1. demenda assueto cibo pars dimidia *l.* 4. *c.* 5.

Dimissus. *v.* Devolvo.

Dimitto. si febris non dimittit *l.* 2. *c.* 7. mali morbi signum est, habere febres eas quae.. per decessiones tantum molliantur, neque umquam integrum corpus dimittant *l.* 2. *c.* 4. leuce quem occupavit, non facile dimittit *l.* 5. *c.* 28. *s.* 19.

Dimoveo. aegrum intra domum dimovere *l.* 4. *c.* 14. pila similibusque superiores partes dimovendae *l.* 3. *c.* 27. *s.* 3. lectica, vel alio modo corpus divomendum est *l.* 3. *c.* 22. mane gestari debet; deinde ferri in ambulationem, ibi se dimovere *l.* 4. *c.* 31.

Diocles Carystius. *v.* Exerceo.

Diphryges. exedit corpus *l.* 5. *c.* 7. adurit *l.* 5. *c.* 8.

Dipsas. *v.* Cerastes.

Dirigo. solent interdum transversa inter se ossa confervere: eoque et brevius membrum et indecorum fit. Ob quam causam frangi rursus ossa, et dirigi debent *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. medici propositum est, ut infantem manu dirigat vel in caput, vel etiam in pedes, si forte aliter compositus est *l.* 7. *c.* 29. neque satis est ipsas tantum febres medicum intueri, sed totius etiam corporis habitum, et ad eum dirigere curationem *l.* 3. *c.* 5. *v.* Consilium.

Dirimo. primo duo brachii ossa juncta, paulatim dirimuntur *l.* 8. *c.* 1.

Dirus. v. Disco.

Discedo. opus est coeli mutatione sic, ut densius quam id est ex quo discedit aeger, petatur *l.* 3. *c.* 22. etiam peregrinantibus eadem necessaria sunt, ubi gravi tempore anni discesserunt ex suis sedibus, vel ubi in graves regiones venerunt *l.* 1. *c.* 10.

Discens. incidere vivorum corpora et crudele, et supervacuum est: mortuorum, discentibus necessarium. Nam positum et ordinem nosse debent: quae cadavera melius, quam vivus et vulneratus homo repraesentant *pro.* *l.* 1.

Discerno. septum id quod transversum a superioribus visceribus intestina discernit *l.* 7. c. 4. *s.* 2. narium duo foramina osse medio discernuntur *l.* 8. *c.* 1. aliis aliisque signis, *cancer*, discernitur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. si parum causa discernitur *l.* 4. *c.* 2. sed ut haec ipsa fortuna huc illucve discernit, sic *&c.* *l.* 7. *c.* 3. *v.* Fungus. sic medicinam ortam, subinde aliorum salute, aliorum interitu, perniciosa discernentem a salutaribus *pro.* *l.* 1.

Discindo. simulatque discissum septum transversum est.. hominem animam protinus amittere *pro.* *l.* 1. si plaga in molli parte est, sui debet; maximeque si discissa auris ima est, vel imus nasus *&c.* *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23.

Disciplina. litterarum disciplina.. ut animo praecipue omnium necessaria, sic corpori inimica est *pro.* *l.* 1. *v.* Hippocrates. rationalis disciplina. *v.* Serapion. quo magis falluntur, qui per omnia jucundam ejus, *Asclepiadis*, disciplinam esse concipiunt. Is enim ulterioribus quidem diebus cubantis etiam luxuriae subscripsit; primis vero tortoris vicem exhibuit *l.* 3. *c.* 4.

Discipulus. *v.* Hippocrates.

Disco. *v.* Homerus. prudentem medicum id per misericordiam discere, quod alii dira crudelitate cognorint *pro.* *l.* 1.

Discordia. *v.* Comprehendo.

Discretus. *v.* Elinguis.

Discrimen. plura in dando cibo discrimina sunt *pro.* *l.* 1. etiam quae sub eadem specie sunt, magna discrimina recipiunt *l.* 2. *c.* 18. si ex retuso et gravi telo plaga est, nullum in figura discrimen est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 28.

Discurro. in quibus, *tunicis*, cum multae venae discurrant *&c.* *l.* 7. *c.* 19. multis etiam venis per id, *transversum septum*, discurrentibus *l.* 4. *c.* 1.

Discussus. discussis febribus *l.* 2. *c.* 17. jam horrore discusso *l.* 3. *c.* 15.

Discutio. saepe dies unus aut alter totum dolorem hac ratione discutit *l.* 4. *c.* 2. si quid ex iis.. incidit, omnium optima sunt quies et abstinentia *&c.* per haec enim saepe instans gravis morbus discutitur *l.* 3. *c.* 2. oportet, si febris est, eam victus genere discutere *l.* 3. *c.* 24. suffusio cum recens incidit, medicamentis quoque saepe discutitur *l.* 7. *c.* 7. *s.* 13. *v.* Observatio. si malum inveteravit, non nisi magna mole discutitur *l.* 3. *c.* 21. ad discutienda ea quae in corporis parte aliqua coierunt, maxime possunt abrotonum *&c.* *l.* 5. *c.* 11. *v.* Cataplasma, Cogitatio.

Dispenso. cum tempora cibo potionique febris et remissionis ratio det, non est expeditissimum scire quando aeger febricitet, quando melior sit, quando deficiat; sine quibus dispensari illa non possunt *l.* 3. *c.* 6.

Dispergo. mors denuntiatur, ubi aeger.. brachia et crura nudat, et inaequaliter dispergit *l.* 2. *c.* 6.

Dispersus. Ἄλφος vocatur, ubi color albus est, fere subasper et non continuus, ut quaedam quasi guttae dispersae esse videantur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 19.

Displiceo. neque ignoro hanc curandi rationem Erasistrato displicuisse *l.* 3. *c.* 21.

Dispono. eo, *emplastro*, illita linamenta disponi per plagam oportet *l.* 5. *c.* 26. *s.* 27.

Disputatio. ne agricolam quidem, aut gubernatorem disputatione, sed usu fieri *pro.* *l.* 1. cum haec per multa volumina, perque magnae contentionis disputationes a medicis saepe tractata sint atque tractentur *&c.* *pro.* *l.* 1. *v.* Derogo.

Disputo. qui cum disputant, quemadmodum sanis hominibus agendum sit, praecipiunt *&c.* *pro.* *l.* 1. *v.* Comprehendo.

Dissensio. prima in eo dissensio est, quod alii *&c.* *pro.* *l.* 1. si continuatur febris, neque levior umquam fit, et dari cibum necesse est, quando dari debeat, magna dissensio est *l.* 3. *c.* 5.

Dissentio. cum ab illis eo nomine dissentiant, quod in conjectura rerum latentium nolunt esse medicinam; ab his, eo quod *&c.* *pro.* *l.* 1.

Dissero. repertis deinde jam remediis, homines de rationibus eorum disserere coepisse *pro.* *l.* 1. in omnibus ejusmodi cogitationibus in utramque partem disseri posse *ibid.*

DO

puero, quam juveni; aestate, quam hieme dari debet *ibid*. *v*. Consulo. ne quis aut cibus, aut humor universus detur, sed paulatim *l*. 4. *c*. 19. aquam frigidam potui dare *l*. 3. *c*. 9. ubi incerta tempora, *febris*, sunt, neque alvi ductio, neque balneum, neque vinum, neque aliud medicamentum recte datur *l*. 3. *c*. 12. id catapotium in febre periculose datur *l*. 5. *c*. 25. *s*. 5. neque ullo postea motu dandus eidem periculo locus est *l*. 6. *c*. 18. *s*. 3. ita ut summa potentia septimo, *diei*, daretur *l*. 3. *c*. 4. quod si septimus dies non dedit, certe nonus exhibet *l*. 8. *c*. 10. verisimile est spissescentem intus humorem ab eo, *aceto*, discuti, et sic dari sanitatem *l*. 5. *c*. 27. *s*. 4. pront ossa huc illucve se dederunt *l*. 8. *c*. 16. a dextro jugulo, si id fractum est, ad alam sinistram, a sinistro ad dextram, rursusque sub ala sua fascia dari debet *l*. 8. *c*. 8. *s*. 1. plumbeam fistulam . . intus dare *l*. 7. *c*. 28. in alvum oleum subter dedisse prodest *l*. 4. *c*. 24.

Doceo. quae cum medici doceant &c *l*. 4. *c*. 28. *s*. 7. a certis potius et exploratis petendum est praesidium, id est iis quae experientia in ipsis curationibus docuerit *pro*. *l*. 1. usus ipse docuit &c. *l*. 5. *c*. 27. *s*. 4. docendus aeger est, ubi febris quieverit, sitim quoque quieturam *l*. 3. *c*. 6.

Dolens. ex toto numquam gestari corpus dolens debet &c. nisi tamen solis nervis dolentibus *l*. 2. *c*. 15. ex vesica dolenti &c. *l*. 2. *c*. 8.

Doleo. caput leviter dolet *l*. 4. *c*. 5. si venter dolet *l*. 4. *c*. 18. qua dolet, cucurbitulas sine ferro defigere oportet *l*. 4. *c*. 21. articuli cui sic dolent, ut super cos ex callo quaedam tubercula innata sint &c. *l*. 2. *c*. 8. *et passim*.

Dolor. si dolor nullus est *l*. 7. *c*. 19. dolor modicus *l*. 5. *c*. 28. *s*. 6. si mediocris est cum febre modica dolor *l*. 7. *c*. 26. *s*. 5. magni dolores *l*. 7. *c*. 30. *s*. 3. dolores graves *l*. 3. *c*. 2. gravior dolor, sed brevior, neque tamen mortiferus *l*. 4. *c*. 2. interdum tolerabilis dolor est, interdum gravissimus *l*. 4. *c*. 26. intolerabilis *l*. 2. *c*. 10. ingens *l*. 4. *c*. 29. perniciosus *l*. 2. *c*. 8. dolor praecipuus *l*. 8. *c*. 20. remedium est magni et recentis doloris sanguis missus *l*. 4. *c*. 13. creber dolor *l*. 3. *c*. 21. lenti dolores *l*. 3. *c*. 2. id post primum dolorem servandum est, etiamsi quievit *l*. 4. *c*. 31. cum dolor vehemens urget &c. *ibid*. longus dolor capitis *l*. 2. *c*. 8. vetustus capitis dolor *l*. 4. *c*. 2. subitus dolor capitis *l*. 2. *c*. 8. capitis acerbissimi dolores *l*. 2. *c*. 7. vehementes et assidui capitis dolores. *v*. Mulier. oculorum dolor *l*. 4. *c*. 2. auris dolor acutus *l*. 2. *c*. 7. dentium dolor *l*. 4. *c*. 2. arteriae dolores *l*. 1. *c*. 5. dolor pulmonis *l*. 2. *c*. 7. dolores lateris et pectoris *l*. 2. *c*. 1. lateris acutus dolor *l*. 2. *c*. 7. dolor praecordiorum, aut totius pectoris *l*. 2. *c*. 2. renum dolores *l*. 2. *c*. 1. dolor ventris *l*. 4. *c*. 18. ani dolor *l*. 7 *c* 27. urina viridis viscerum dolorem subesse testatur *l*. 2. *c*. 7. articulorum dolor *ibid*. coxae dolores *l*. 2. *c*. 1. genuum dolor *l*. 4. *c*. 30. nervorum dolor *l*. 3. *c*. 27. *s*. 2. corporis dolor *l*. 1. *c*. 1. *v*. Creo, Cresco, Excito, Exorior, Facio, Incresco, Infesto, Intendo, Lenio, Levo, Manco, Minuo, Procedo, Redeo, Remitto, Reverto, Solvo, Sustineo, Tollo, Transeo.

Dolus. *v*. Loquor.

Domesticus. *v*. Animal, Caro.

Domus. omne quadrupes animal domi natum generis valentissimi est *l*. 2. *c*. 18. intra domum *v*. Dimoveo.

Donec. invicem alternis diebus modo aqua modo vinum bibendum est, donec omnis causae metus finiatur *l*. 3. *c*. 2. quotidie validiorem cibum debet assumere, donec satis virium corpori redeat *l*. 3. *c*. 19. *et passim*.

Donum. alii tempora, *cibi*, medicis pro dono remittunt, sibi ipsis modum vindicant *l*. 2. *c*. 16.

Dormio. facilius concoquit aliquis, si quidquid assumpsit potione aquae frigidae includit; tum paulisper invigilat; deinde bene dormit *l*. 1. *c*. 2. secuturis antelucanis horis, quibus omnes maxime dormiunt *l*. 3. *c*. 5. corpus dormientis circa partes aliquas insudat *l*. 2. *c*. 2. bina catapotia mane, bina noctu dormituro dantur *l*. 5. *c*. 25. *s*. 9. non periclitatur, *aeger*, si noctu dormit, interdiu vigilat *l*. 2. *c*. 3. mors denuntiatur, ubi aeger assidue dormit *l*. 2. *c*. 6. sub divo dormire. *v*. Autumnus.

DV

Dubitans. *v*. Solicitudo.

Dubitatio. est alia etiam de diebus ipsis dubitatio *l*. 3. *c*. 4.

Dubito. in quibus, *signis*, explicandis non dubitabo auctoritate antiquorum virorum uti *pro*, *l*. 2. qui de morbo dubitant, hac

E

Ebibo. v. Cantharides.
Ebrietas. neque servari potest, qui ebrius obmutuit. Is enim fere nervorum distentione consumitur, nisi aut febris accessit, aut eo tempore quo ebrietas solvi debet, loqui coepit *l.* 2. *c.* 6.
Ebrius. v. Ebrietas.
Ebur. v. Scobs.
Echinus. echini alvum movent *l.* 2. *c.* 29.
Ε'κτρόπιον. vitium inferioris palpebrae, quo parum sursum attollitur, sed pendet et hiat, neque potest cum superiore committi: ἐκτρόπιον Graeci vocant *l.* 7. *c.* 7. *s.* 7.

ED

Edisco. cogendus est et ediscere aliquid, et meminisse *l.* 3. *c.* 18.
Edo. post multas potiones quae aliquantum sitim excesserunt, nihil edendum est *l.* 1. *c.* 2. plus edisse, sed vomere *l.* 4. *c.* 26. edenda sunt salsamenta, vel oleae ex muria dura *l.* 4. *c.* 16. eduntur enim facilius, *cibi varii*, ad concoctionem autem materiae genus et modus pertinent *l.* 3. *c.* 6. sibilum edere. v. Evado. ℑ esse *ab edo, es*. primo die neque esse, neque bibere *l.* 4. *c.* 5. *passive*, colubra ipsa tuto estur *l.* 5. *c.* 27. *s.* 3. ℑ *emitto, gigno*. v. Femina, Italia.
Editus. levior piscis inter saxa editus, quam in arena *l.* 2. *c.* 18.
Educatus. v. Lienis.
Educo. evocat et educit ladanum &c. *l.* 5. *c.* 12. quibus, *pedibus*, apprehensis, per ipsas manus commode educitur, *infans* *l.* 7. *c.* 29. si corpus jam intumuit, neque demitti manus, neque educi infans nisi aegerrime potest *ibid*. demittendum linamentum est, quod summum lino sit devinctum, ut facile educatur *l.* 8. *c.* 9. haec inde commodissime videntur humorem educere *l.* 4. *c.* 16. id ducere aliquid in scrotum potest, educere ex eo non potest *l.* 7. *c.* 20. v. Acus, Arundo, Calculus, Telum.
Eductus. educto vetere, *lino* *l.* 7. *c.* 4. *s.* 4.
Effectus. iidem effectus intra paucas compositiones sunt *l.* 5. *c.* 17. *s.* 1. est ejus, *quae manu curat*, effectus inter omnes medicinae partes evidentissimus *pro*. *l.* 7. ut haec maximi effectus sunt, si cui ista non adsunt &c. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. salubris effectus v. Diffundo.
Effemino. v. Calor.
Effero. fracta ossa saepius excidunt, aliudque super aliud effertur *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. ℑ Asclepiades funeri obvius intellexit, quemdam vivere, qui efferebatur *l.* 2. *c.* 6.
Efficax. adjectis medicamentis ad id efficacibus *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. movere sternumenta medicamentis in id efficacibus *l.* 3. *c.* 18. haec in veteribus, *malis*, admodum efficacia esse consuerunt *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. efficacior etiamnum est Afrorum curatio *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. Hippocrates quartum quemque diem, ut in utrumque efficacissimum apprehendit *l.* 2. *c.* 4.
Efficio. dolor efficit, ut potior medicina sit *l.* 5. *c.* 28. *s.* 8. haec mitiora ulcera efficiunt *l.* 4. *c.* 22. quantum curatio efficiat . . ex quibusdam signis intelligi potest *l.* 7. *c.* 3. quod tum infusum est, alvo continetur, regestumque in caput multo gravius periculum efficit *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. v. Auster, Calor.
Effluo. ubi sanguini qui effluit sanies adjicitur, alvus acribus ducitur *l.* 7. *c.* 30. *s.* 3. requirendum est . . num per nares auresve sanguis ei effluxerit *l.* 8. *c.* 4.
Effugio. neque vitae alia spes est, nisi ut impetum morbi trahendo aliquis effugiat &c. *l.* 2. *c.* 5. exiguus, *calculus*, in vesica difficulter invenitur, inventusque celeriter effugit *l.* 7. *c.* 26. *s.* 3.
Effundo. quoties aliquid aut stomachus, aut venter effudit, toties per haec vires restituere, *oportet* *l.* 4. *c.* 18. uno die fluere alvum, saepe pro valetudine est &c. purgatur enim corpus, et quod intus laesurum erat, utiliter effunditur *l.* 4. *c.* 26. plenus somnus venit, per quem ingens sudor effunditur *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. v. Aversus..
Effuse. v. Bibo.
Effusus. pure effuso *l.* 7. *c.* 2. satis multo sanguine effuso *l.* 5. *c.* 26. *s.* 21. omni vi effusa. v. Levo.
Ε'γχανθὶς. interdum fit in angulo, parum ungue exciso, vel aliter, tuberculum, quod palpebras parum diduci patitur: ἐγχανθὶς graece nominatur *l.* 7. *c.* 7. *s.* 5.
Egelidus. v. Aqua, Fomentum, Potio, Vinum.
Egeo. sanus homo qui et bene valet, et suae spontis est . . neque medico, neque alipta egere debet *l.* 1. *c.* 1. aestate et potione et cibo saepius corpus eget *l.* 1. *c.* 3. de iis, *noxis*, dicam quae maxime medicamentis egent *l.* 5. *c.* 26. *s.* 1. auxilio egere. v. Femina. femur in omnes

quatuor partes promovetur &c. si prolapsum est . . in exteriorem, brevius varumque fit, meliusque id crus superius corpus, quam in priore casu fert, minusque baculo eget *l.* 8. *c.* 20. *v.* Consilium.

Ego. ego cum de singulis, *morbis*, dicam, cujus quisque generis sit indicabo *l.* 3. *c.* 1. mihi. quo victu sit utendum iis qui hoc genere tentantur, jam mihi dictum est *l.* 4. *c.* 19. me. *v.* Deterreo. a me. tertiam esse medicinae partem quae manu curet et vulgo notum, et a me propositum est *pro.* *l.* 7.

Ε῎γχριστος. ἔγχιστα Graeci vocant liquida quae illinuntur *l.* 5. *c.* 24. *s.* 3.

Ejicio. sive plus est quam quod concoqui possit &c. sive corruptum est, nihil commodius est, quam id qua via primum expelli potest, ejicere *l.* 1. *c.* 3. si vero infans intus decessit, quo facilius ejiciatur &c. *l.* 5. *c.* 21. *s.* 5. magno negotio ejicere. *v.* Telum J *pro rejicio.* non quidquid autem intentionem animi et prudentiam exigit, protinus ejiciendum est *l.* 2. *c.* 10. ejectum esse ab Asclepiade vomitum in eo volumine quod de tuenda sanitate composuit, video: neque reprehendo, si offensus eorum est consuetudine, qui quotidie vomendo, vorandi facultatem moliuntur *l.* 1. *c.* 3.

Ε'ιλεὸς. *v.* Intestinum.

Εἰλικρινὴς. corpus integrum, quod εἰλικρινὴς Graeci vocant *l.* 2. *c.* 3.

Ejusmodi. melius quiete ejusmodi impetus sustinetur *l.* 2. *c.* 15. ratio curationis ejusmodi est *l.* 7. *c.* 9. *et passim.*

Elabor. hi, *articuli*, elabuntur in priorem et in posteriorem, in interiorem et in exteriorem partem *l.* 8. *c.* 11. ubi omentum est, tumor, si quis apprehendit, elabitur *l.* 7. *c.* 14. uncus injectus hebeti corpusculo facile elabitur *l.* 7. *c.* 29. *v.* Fascia, Jugulum.

Ε'λαιώδης. est pus quod ἐλαιώδης appellatur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 20. ἐλαιώδης tenue, subalbidum, quasi unctum, colore atque pinguitudine oleo albo non dissimile apparet in magnis ulceribus sanescentibus *ibid.* ἐλαιώδης pejus est multum et parum pingue: quo minus ejus, quoque id ipsum pinguius, eo melius est *ibid.*

Elaterium. evocat et educit *l.* 5. *c.* 12.

Ε'λεφαντίασις. ignotus paene in Italia, frequentissimus in quibusdam regionibus is morbus est, quem ἐλεφαντίασιν Graeci vocant *l.* 3. *c.* 25. summa cutis inaequaliter crassa, tenuis, dura, mollisque quasi squamis quibusdam exasperatur, corpus emacrescit, os, surae, pedes intumescunt *l.* 3. *c.* 25.

Elephantine. *v.* Emplastrum.

Elicio. post horrorem vomitum elicere oportet *l.* 3. *c.* 14. *v.* Intentio, Sudor.

Elido. sternumenta admota id commode elidunt *l.* 6. *c.* 7. *s.* 9. difficillime genus id imbecillitatis eliditur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 37. carbunculus si circa stomachum faucesve incidit, subito spiritum saepe elidit *l.* 5. *c.* 28. *s.* 1. *v.* Gestatio, Mulier, Tussis.

Eligo. duo genera curationum sunt: alia in quibus eligere tempus non licet, sed utendum est eo quod incidit &c. alia in quibus nullus dies urget &c. *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. si semper febricula manet, sed alterum tamen longius tempus remissionis est, id potius eligendum est *l.* 3. *c.* 5.

Elinguis. quae, *remedia*, si quis elinguis usu discreta bene norit, hunc aliquanto majorem medicum futurum, *dicunt*, quam si sine usu linguam suam excoluerit *pro.* *l.* 1.

Elixus. *v.* Alo, Caro, Cucurbita.

Eloquentia. *v.* Ingenium.

Elotus. *v.* Aes, Cadmia, Ceratum, Cerussa, Frumentum, Plumbum, Spodium, Spuma argenti, Stibi.

Eluo. Asclepiades convellendas etiam vires aegri putavit . . siti ingenti sic, ut ne os quidem primis diebus elui sineret *l.* 3. *c.* 4. oportet eluere os cremore lenticulae *l.* 6. *c.* 13. quidam cum asinino lacte epoto se eluissent, in perpetuum hoc malum evaserunt *l.* 4. *c.* 31. non alienum est mixto vino per clysterem eluere, *aurem* *l.* 6. *c.* 7. *s.* 3.

Ε'λυτροειδὴς. *v.* Testiculus.

Emaceo. pejus signum est, ubi aliquis contra consuetudinem emacuit *l.* 2. *c.* 2. *v.* Mulier.

Emacresco. mali morbi indicium est, nimis celeriter emacrescere *l.* 2. *c.* 4. signa quaedam sunt, ex quibus colligere possimus morbum, etsi non interemerit, longius tamen tempus habiturum &c. ubi aeger pro spatio parum emacrescit *l.* 2. *c.* 5. omnium, *articulorum*, quae loco suo non sunt, caro emacrescit *l.* 8. *c.* 11.

Emano. *v.* Contingo.

Emendo. quibus liber legitur, aut recte, si delectantur; aut perperam, si id ipsum eos offendit. Emendando enim convertere animum incipiunt *l.* 3. *c.* 18.

Eminens. ἐπινυκτὶς maxime oritur in eminentibus partibus *l.* 5. *c.* 28. *s.* 15. ℑ *absolute*. si aliquid ex eminentibus, quales aures, vel labra sunt, Polyidae sphragidem imponere debet *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. contra eminentia cubiti *v.* Ferula.

Emineo. θύμιον super corpus quasi verrucula eminet *l.* 5. *c.* 28. *s.* 14. si nudum os eminet, impedimento semper futurum est: ideo quod excedit abscindendum est *l.* 8. *c.* 25.

Emissus. neque enim sanat emissus humor, sed medicinae locum facit, quam intus inclusus impedit *l.* 3. *c.* 21. pure extrinsecus emisso *l.* 2. *c.* 8.

Emitto. *v.* Eatenus. si humor nihilo minus abundat, *oportet*, celeriori via succurrere, ut is per ventrem ipsum emittatur *l.* 3. *c.* 21. *v.* Hydropicus. *v.* Πυλωρὸς capitis duo processus interdum in posteriorem partem excidunt: quo fit, ut.. neque bibere is, neque loqui possit, interdum sine voluntate semen emittat *l.* 8. *c.* 13. si compresso vulvae ore id tentatum est, non emittente eo, infans abrumpitur *l.* 7. *c.* 29. interest, venae pituitam emittant quae inter calvariam et cutem sunt, an quae inter membranam cerebri et calvariam. Superiores fere per tempora oculos rigant; inferiores per eas membranas quae ab oculis ad cerebrum tendunt *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15.

Emolior. res interdum cogit emoliri manu urinam, cum illa non redditur *l.* 7. *c.* 26. *s.* 1. interdum sicca tussis est, quae nihil emolitur *l.* 4. *c.* 13.

Emollio. quae calefaciunt et digerunt, emolliunt *l.* 2. *c.* 33. frictio brevior esse debet, et lenior, ut tantummodo summam cutem emolliat *l.* 2. *c.* 14. vitabitur eo tempore ceratum, quod ad recipiendum id malum corpus emollit *l.* 7. *c.* 27. *v.* Calor.

Emollitus. emollitum in eo, *balneo*, ulcus, cito rursus eodem malo afficitur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34.

Emorior. si juvenis imbecillus est.. male sanguis mittitur: emoritur enim vis, si qua supererat, hoc modo erepta *l.* 2. *c.* 10. *v.* Coeo, Gangraena.

Emortuus. *v.* Corpus, Partus, Pellicula, Vermis, Intumesco.

Empedocles. *v.* Professor.

Ἐμπειρικὸς, Empiricus. ii qui se ἐμπειρικοὺς ab experientia nominant &c. *pro.* *l.* 1. quid compressum corpus resolvat, quid solutum teneat, si a ratione tractum est, rationalis est medicus, si.. ab experientia, empiricus. *ibid.*

Emplastrum. malagmata, atque emplastra, pastillique, quos τροχίσκους Graeci vocant, cum plurima eadem habeant, eo differunt, quod malagmata maxime ex odoribus eorumque etiam surculis, emplastra pastillique magis ex metallicis quibusdam fiunt *l.* 5. *c.* 17. *s.* 2. emplastra quae cruentis protinus vulneribus injiciuntur: ἔναιμα Graeci vocant.. constant ex medicamentis non pinguibus; ideoque ἀλιπαινα nominantur *l.* 5. *c.* 19. optimum ex his est, quod barbarum nominatur *ibid.* *s.* 1. κοακὸν *ibid.* *s.* 2. βασιλικὸν *s.* 3. zmaragdinum *s.* 4. coloris fere ruffi *s.* 5. quam ῥάπτουσαν a glutinando vocant *s.* 6. emplastra κεφαλικὰ *s.* 7. aliud ad idem viride *s.* 8. τετραφάρμακον *s.* 9. ἐννεφάρμακον *s.* 10. attalum *s.* 11. quod ad auctorem Judaeum refertur *ibid.* quaedam nobilia ad extrahendum quae ἐπισπαστικὰ nominantur: quale est quod, quia lauri baccas habet, διὰ δαφνίδων appellatur *s.* 12. aliud eodem nomine *s.* 13. Philocratis *s.* 14. ῥυπῶδες *s.* 15. Hecataeo auctore emplastrum generis ejusdem *s.* 16. viride alexandrinum *s.* 17. emplastra exedentia, quae σηπτὰ Graeci vocant *s.* 18. *et* *s.* 19. Diogenis nigrum *s.* 20. ephesium *s.* 21. id quod ex his constat &c. *s.* 22. emplastra alba, lenia: λευκὰ Graeci vocant *s.* 23. aliud &c. est autem ea percandida compositio; ideoque elephantine nominatur *s.* 24. lenia emplastra, quas λιπαρὰς fere Graeci nominant *s.* 25. alia compositio generis ejusdem *s.* 26. tertia quae ad Archagatum refertur *s.* 27. etiamnum generis ejusdem *s.* 28.

Ἐμπροστότονος. cervicis morbum eum qui mentum pectori adnectit, Graeci ἐμπροστότονον appellant *l.* 4. *c.* 6.

Ἔναιμος. *v.* Emplastrum.

Eneco. ubi, *in aure*, vermes orti sunt, si juxta sunt, protrahendi oriculario specillo sunt: si longius, medicamentis enecandi *l.* 6. *c.* 7. *s.* 5.

Enim. est enim haec ars conjecturalis *pro.* *l.* 1. neque enim semper concoctionem res exspectat *l.* 2. *c.* 10. enim *in fine periodi*. *v.* Exsanio, Perfrico.

Enitor. medici partium est, eniti ad reperiendam sanitatem *l.* 7. *c.* 3.

Ἐννεαφάρμακος. *v.* Emplastrum.

Ἐντεροκήλη. interdum vel ex morbo pri-

mum inflammatur; deinde postea pondere abrumpitur; vel ex ictu aliquo protinus rumpitur tunica quae diducere ab inferioribus partibus intestina debuit: tum pondere eo devolvitur aut omentum, aut etiam intestinum: idque ibi reperta via, paulatim ab inguinibus in inferiores quoque partes nisum: subinde nervosas tunicas, et ob id ejus rei patientes, diducit: ἐντεροκήλη, et ἐπιπλοκήλη Graeci vocant *l.* 7. *c.* 18.

Eo. in balneum ire *l.* 4. *c.* 2. aptissime ex Italia Alexandriam itur *l.* 3. *c.* 22. solent inter costas fistulae subter ire *l.* 7. *c.* 4. *s.* 2. in balneum protinus eumdum *l.* 1. *c.* 3. iturus in balneum *l.* 3. *c.* 17.

Eo. ovi et album et vitellus in vas defundendum est, adjiciendumque eo mulsi paulum *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. *v.* Admoveo, Averto, Compello, Concurro, Differo, Evoco, Injicio, Irrumpo, Pervenio, Protraho, Redeo. ℑ *ideo, propterea.* eo quia. quos eo nihil tentasse judico, quia nemo in splendida persona periclitari conjectura sua voluerit *pro.* *l.* 1. ℑ eo quod. id quidam vitandum esse dixerunt, eo quid maxime tum corpus calore egeret *l.* 4. *c.* 6. eoque id genus difficillime curatur, quod fere post longos morbos vis pestifera huc se inclinat *l.* 4. *c.* 29. ℑ eo quo. eo melior quaeque, *aqua*, est, quo celerius et calefit et frigescit *l.* 4. *c.* 18. quo mitior fuit ictus, eo facilius os ei restitisse credibile est *l.* 8. *c.* 4. eadem quae in ceteris vulneribus praecepi servanda sunt, eo magis, quo periculosius haec pars afficitur *ibid.* membrum aliquod resolutum si neque movetur, et emacrescit, in pristinum habitum non revertitur, eoque minus, quo vetustius id vitium est; et quo magis in corpore senili est *l.* 5. *c.* 8. de potione ingens pugna est; eoque magis, quo major febris est *l.* 3. *c.* 6.

Eodem. id quoque, *collyrium*, quod spherion nominabat, eodem valet *l.* 6. *c.* 6. *s.* 21. *v.* Erado, Revolvo.

Ephelis. ephelis nihil est, nisi asperitas quaedam et durities mali coloris &c. ephelidem tollit resina &c. *l.* 6. *c.* 5.

Ephesius. *v.* Emplastrum.

Epicurus. *v.* Metrodorus.

Ἐπινυκτὶς, Epinictis. pessima pusula est, quae ἐπινυκτὶς vocatur. Ea colore vel sublivida, vel subnigra, vel alba esse consuevit. Circa hanc autem vehemens inflammatio est, et cum adaperta est, reperitur intus exulceratio mucosa, colore humori suo similis &c. Atque haec quoque oritur in eminentibus partibus, et fere noctu; unde nomen quoque a Graecis ei impositum est *l.* 5. *c.* 28. *s.* 15. Epinyctis post lenticulam, recte herba sanguinali, vel viridi coriandro curatur *ibid.*

Ἐπιπλοκήλη. *v.* Ἐντεροκήλη.

Epirotes. *v.* Philippus.

Ἐπισπαστικὸς. quaedam malagmata extrahunt materiam, quae ἐπισπαστικὰ vocantur *l.* 5. *c.* 18. *s.* 1. emplastra ad extrahendum, quae ἐπισπαστικὰ nominantur *l.* 5. *c.* 19. *s.* 12.

Epotus. epota ex aqua herba trixago *l.* 4. *c.* 13. epoto veneno *l.* 7. *c.* 7. *s.* 5. epoto veratro *l.* 2. *c.* 6.

Epulans. ad cibum quosdam non desiderantes reduxerunt ii qui inter epulantes eos collocarunt *l.* 3. *c.* 18.

Equito. equitare ei cui genua dolent, inimicissimum omnium est *l.* 4. *c.* 30. equitare podagricis quoque alienum est *l.* 4. *c.* 31.

Equus. *v.* Sedeo.

Erado. ossa inter se manu dividenda, ut concurrendo exasperentur, et si quid pingue est, eradatur *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. *v.* Fissura. in hoc genere valetudinis quidam crassas durasque palpebras et ficulneo folio, et asperato specillo, et interdum scalpello eradunt &c. quae neque nisi in magna vetustaque aspritudine, neque saepe facienda sunt: nam melius eodem ratione victus et idoneis medicamentis pervenitur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 27.

Erasistratus. *v.* Exerceo.

Erectus. lini duo capita apprehendere, et per ea erecto ungue &c. *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. erectior mens est, ubi frigus quidem est, sed cavetur *l.* 1. *c.* 9.

Ereptus. *v.* Continuatus.

Eretrius. *v.* Terra.

Ergo. Alvus si vehementius fluit, aut saepius ducitur, hominem infirmat. Ergo numquam in adversa valetudine medicamentum ejus rei causa recte datur, nisi ubi is morbus sine febre est *l.* 2. *c.* 12. *s.* 1. Hippocrates dixit, frictione, si vehemens sit, durari corpus; si lenis, molliri &c. Sequitur ergo, ut tum utendum sit, cum &c. *l.* 2. *c.* 14. *et passim.*

Eripio. levi motu, *capitis*, eripi acies in perpetuum potest *l.* 7. *c.* 6. *s.* 14. quod in levi mutatione et nihil eripere, et fallere oculum potest *l.* 7. *c.* 9. febris assidua,

quae cibi tempora eripit *l.* 2. *c.* 2. v. Cultus.

Erodens. sequitur sub medicamentis erodentibus crusta *l.* 5. *c.* 28. *s.* 1. opus est vehementius erodentibus *l.* 5. *c.* 26. *s.* 33.

Erodo. ponam ea quae .. corpus erodunt, et sic eo, quod mali est, extrahunt *l.* 2. *c.* 53. facile est callum quibuslibet medicamentis adurentibus erodere *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. imponendum in eum, *ventrem*, crebrius sinapi, donec cutem erodat *l.* 3. *c.* 21.

Erro. Is, *Erasistratus*, si vehementem infirmitatem adjuvari posse tribus, *vini*, guttis putavit, erravit *l.* 4. *c.* 18. quo magis erravit Erasistratus, qui febrem nullam sine hac, *inflammatione*, esse dixit *l.* 3. *c.* 10.

Error. plurimi sub alterutro curantis errore subito moriuntur *l.* 3. *c.* 8.

Eruca. mali suci est *l.* 2. *c.* 21. acris est *l.* 2. *c.* 22. urinam movet *l.* 2. *c.* 31. exedit *l.* 5. *c.* 7. adurit *l.* 5. *c.* 8. contrahere semen videtur *l.* 4. *c.* 28. praecipue eruca et nasturtium lienem coercet *l.* 4. *c.* 18. semina erucae corpus erodunt *l.* 2. *c.* 33.

Eruditissimus. v. Meges.

Erumpo. quartanae incipiunt ab horrore; deinde calor erumpit *l.* 3. *c.* 3. in partes quoque humor erumpit, ut in oculos auresque: quo periculo multum humanum membrum vacat *pro*. *l.* 1. si, *sanguis*, nimius erumpit &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. si, *sanguis*, inter haec graviter erumpit &c. *l.* 4. *c.* 11. circa vicesimum diem aut sanguis per nares erumpet, aut &c. *l.* 2. *c.* 7. tuberculis quibusdam natis, ex hisque sanguine erumpente *l.* 4. *c.* 11. v. Mulier. bilis supra infraque erumpit *l.* 4. *c.* 18. vomica vel ante, vel circa vicesimum diem erumpet *l.* 2. *c.* 7. v. Πρόπτωσις, Incido.

Eruptio. malum signum est .. procedente curatione sanguinis eruptio *l.* 7. *c.* 3.

Ervum. purgat *l.* 5. *c.* 5. cutem purgat mel, sed magis si est cum ervo *l.* 5. *c.* 8. farina ervi *l.* 2. *c.* 33.

Erysimum. ex partu laboranti erysimum ex vino tepido jejunae dari debet *l.* 5. *c.* 25. *s.* 14.

Ἐρυσίπελας, erysipelas. rubor ulcus ambit, isque cum dolore procedit: ἐρυσίπελας Graeci nominant *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. cataplasmata quae simul et reprimunt, et refrigerant: qualia et alias, et paulo ante in erysipelate proposui *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11.

Esca. alvum solvit aucta ambulatio atque esca *l.* 1. *c.* 3. ea genera escae quae veniunt ex locis frigidis et pluviis et irriguis humidum corpus efficiunt *ibid.* si qua intemperantia subest, tutior est in potione, quam in cibo *l.* 1. *c.* 2.

Esus. lienis quoque bubulus utiliter esui datur *l.* 4. *c.* 16.

Et. Et haec quidem inter eos parum constant *pro*. *l.* 1. recte inungi potest et melle quam optimo, et cyprino, et oleo vetere *l.* 6. *c.* 6. *s.* 33. *et passim*. ℑ et *pro etiam*. si valens est qui id accipit, et scilla cocta, ut supra dixi, utiliter delingitur *l.* 3. *c.* 21.

Etenim. etenim perpetuum est, ad quod omne consilium dirigi potest &c. *l.* 3. *c.* 5.

Etiam. etiam sapientiae studiosos maxime medicos esse, si ratiocinatio hoc faceret *pro*. *l.* 1. Est etiam apud Hippocratem &c. *l.* 3. *c.* 4. ℑ *pro etiamnum*. potest etiam dubitari an os fractum sit *l.* 8. *c.* 4. *Nisi forte mendum est, ut alibi*. v. *l.* 2. *c.* 18. *adnot.* 19. *et l.* 4. *c.* 2. *adnot.* 3.

Etiamnum. etiamnum manente febre *l.* 3. *c.* 11. etiamnum alia quaedam noscenda sunt *l.* 5. *c.* 26. *s.* 20. *et alibi saepe*.

Etiamsi. etiamsi sine balneo unctus est .. caput tamen aqua frigida perfundere debet *l.* 1. *c.* 4. id auxilium ut minus vehemens, sic magis tutum est, etiamsi in medio febris impetu, etiamsi in cruditate adhibetur *l.* 2. *c.* 11.

Etiamtum. etiamtum id, *os*, extrahi convenit *l.* 7. *c.* 12. *s.* 1.

Etsi. ratione opus est ipsi medicinae, etsi non inter obscuras causas, tamen saepe *pro*. *l.* 1.

Evado. ultimum est adurere duobus locis, ut per ea perniciosus humor evadat *l.* 3. *c.* 23. propter angustias per quas spiritus evadit, sibilum edit *l.* 4. *c.* 8. ea saepe intra quartum diem tollunt: si hunc evaserunt, sine periculo sunt *l.* 4. *c.* 6. securus est in iis aliquis, quae saepe sine periculo evasit *l.* 2. *c.* 2. v. Eluo.

Evelpides .. qui nostra aetate fuit maximus ocularius medicus &c. *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8.

Evelpistus, *chirurgus pro*. *l.* 7.

Evello. vena attrahitur et evellitur *l.* 7. *c.* 31. eum, *calculum*, oportet evellere vel oriculario specillo, vel eo ferramento, quo in sectione calculus protrahitur *l.* 7. *c.* 26. *s.* 1. v. Dens, Tonsillae.

Evenio. Haec evenire in qualibet parte corporis possunt *l.* 7. *c.* 6. non quod .. sed

quod frequentius tamen quaedam eveniant *pro* . *l.* 2. eum mederi posse arbitrantur, qui prius illa ipsa qualiter eveniant perceperit *pro* . *l.* 1. illud considerandum est, num cui saepius horum aliquid eveniat *l.* 2. *c.* 2. raro, sed aliquando tamen evenit, ut &c. *l.* 8. *c.* 4. idque interdum evenit protinus in utero matris, interdum exulceratione in iis partibus facta *l.* 7. *c.* 8. nonnumquam evenit, ut *l.* 7. *c.* 7. *s.* 9. ut hoc tempore id maxime fit, sic quandocumque evenit, noxium est *l.* 2. *c.* 1. *v.* Colligo.

Evidens. *v.* Causa. in ea parte quae manu curat, evidens est omnem profectum ut aliquid ab aliis adjuvetur, hinc tamen plurimum trahere *pro* . *l.* 7. *v.* Exinanio. evidentior. *v.* Profectus. multo evidentior. *v.* Mors. evidentissimus. *v.* Effectus.

Evidenter. *v.* Comperio. paulatimque, et non evidenter, ab iis quae stulte dicentur, ad meliora mens adducenda *l.* 3. *c.* 18.

Evidentia. ipsa evidentia ipsius opinioni repugnat *pro* . *l.* 1.

Evinco. si ne haec quidem evincunt, aduri locus debet *l.* 5. *c.* 26. *s.* 33. neque enim facile is morbus, cum inveteravit, evincitur *l* 3. *c.* 22.

Evocatus. necessarius est vomitus, etiam albo veratro, si cetera parum proficient, evocatus *l.* 4. *c.* 23.

Evito. *v.* Imbecillitas.

Evoco. evocat et educit ladanum &c. *l.* 5. *c.* 12. saepe aliquid exulcerandum candenti ferramento est, ut materia inutilis evocetur *l.* 4. *c.* 29. fereque adhibetur, *balneum*, ubi summam cutem relaxari, evocarique corruptum humorem expedit *l.* 2. *c.* 17. longe saepius aliud, *membrum*, perfricandum est; cum aliud dolet; maximeque cum a summis, aut a mediis partibus corporis evocare materiam volumus *l.* 2. *c.* 17. oportet ad extremas partes, id est crura brachiaque, materiam evocare *l.* 4. *c.* 21. prodest impositus super pectus sal bene contritus, cum cerato mixtus; quia leviter cutem erodit, eoque impetum materiae, quo pulmo vexatur, evocat *l.* 4. *c.* 14. unicum in frictione praesidium est; quae si calorem in cutem evocavit, potest alicui medicinae locum facere *l.* 2. *c.* 14. αἰγίλωψ interdum naturam carcinomatis habet, cutis dura est, et levi tactu irritatur, inflammationemque in eas partes quae conjunctae sunt, evocat *l.* 7. *c.* 7. *s.* 7. cucurbitula recte sub mento, et circa fauces admovetur, ut id quod strangulat, evocet *l.* 4. *c.* 7. sudor primum labore ipsius corporis, deinde etiam siccis sudationibus evocandus *l.* 3. *c.* 25. ex ceteris, *locis*, spiritum evocare abunde est *l.* 4. *c.* 20. gargarizando pituitam evocare *l.* 6. *c.* 6. *s.* 35. sternumenta evocare *l.* 4. *c.* 2. ubi jam satis vel evocatus est sanguis, vel prohibitus &c. *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. paulatim evocandus aeger est ad exercitationes, frictiones, solem, sudationes, navigationes, et idoneos cibos *l.* 3. *c.* 21.

Evolvo. nonnumquam venter ictu aliquo perforatur, sequiturque ut intestina evolvantur *l.* 7. *c.* 16.

Evolutus. *v.* Inflatio.

Evomo. quoties plenior est, evomere, *debet l.* 4. *c.* 31. si multam bilem evomuit, vel abstinere a cibo debet, vel &c. *l.* 1. *c.* 3.

Eurus. Euro flante *l.* 6. *c.* 8. *s.* 2.

Euthycleus. *v.* Malagma.

Εὔχυλος. aliae res boni suci sunt, aliae mali, quas εὐχύλους vel κακοχύλους Graeci vocant *l.* 2. *c.* 19.

EX

Ex. ex Italia Alexandriam itur *l.* 3. *c.* 22. ex his neutrum semper fieri oportet *l.* 1. *c.* 2. ex toto conquiescere *ibid. et passim*. ex intervallo aquam frigidam bibere. *l.* 1. *c.* 2. ex improviso concidere *l.* 3. *c.* 8. exque eo fieri, ut &c. *l.* 7. *c.* 27. uvae ex olla *l.* 3. *c.* 24. ex praecepto Megetis *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. ex eorum dierum consuetudine *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. ut aliquantum minuatur ex febre *l.* 3. *c.* 3. ex facili facere *l.* 1. *c.* 3. superque imponi spongiam ex vino et rosa tinctam *l.* 7. *c.* 3. ℨ intrita ex aqua calida *l.* 3. *c.* 6. nuclei pinei ex melle *l.* 4. *c.* 14. *Haec, et alia ejusmodi quasi proprias esse medicorum formulas, jam adnotavit Rhodius in Lexico Scriboniano.*

Exacerbo. tentanda squama aeris est . . sed ita, si nihil exacerbabit *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2.

Exactus. *v.* Annus.

Exacuo. *v.* Vncus.

Exaestuo. ubi exaestuat, *stomachus*, aceto cum rosa extrinsecus subinde fovendus est *l.* 4. *c.* 12.

Ἐξάνθημα. aspritudo similis iis pusulis quae ex urtica, vel ex sudore nascuntur: ἐξανθήματα Graeci vocant *l.* 5. *c.* 28. *s.* 15.

Exanimis. solet interdum in aurem aliquid incidere, ut calculus aliquodve animal. . Si pulex intus est &c. Sin aliquid exanime est &c. *l.* 6. *c.* 7. *s.* 9.

Exanimo. Ex vulva quoque feminis vehemens malum nascitur &c. interdum sic exanimat, ut tamquam comitiali morbo prosternat *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1.

Exaresco. ea res et levis est, et refrigerando pituitam coercet, et non exarescit *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1.

Exaspero. cavendae destillationes, ne si quid cura levarit exasperent *l.* 3. *c.* 22. cibus in hac quoque valetudine lenis esse debet, ne exasperet *l.* 6. *c.* 1♦. vitandum erit, ne vel luctando, vel currendo, vel alia ratione sanescentia ulcera exasperentur *l.* 3. *c.* 27. *s.* 4. per minimas pusulas cutis exasperatur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 18. summa cutis quasi squamis quibusdam exasperatur *l.* 3. *c.* 25. *v.* Papula. potest etiam evenire, ut ex ictu neque findatur os, neque perfringatur; sed summum tamen collidatur, exaspereturque *l.* 8. *c.* 3. *v.* Serrula. ℑ *translate*. si qua sunt quae eorum animos exasperatura sunt, optimum est ea, dum aegrotant, eorum notitiae subtrahere: si id fieri non potest, sustinere tamen post cibum usque somni tempus; et cum experrecti sunt, tum exponere *l.* 3. *c.* 5.

Excaecatus *v.* Iter.

Excavo. Malum punicum excavare *l.* 4. *c.* 26.

Excedens. *v.* Lienis.

Excedo. maxilla in utramque partem propellitur &c. si utraque . . inferiores dentes longius quam superiores excedunt *l.* 8. *c.* 12. si, os, fissum est, possunt orae esse compressae vel quia altera super alteram excessit, vel &c. *l.* 8. *c.* 4. si quod ex vertebra excedit, aliquo modo fractum est &c. *l.* 8. *c.* 9. *s.* 2. ℑ *exeo*. nihil facere oportet, quo minus quidquid est puris excedat *l.* 3. *c.* 27. *s.* 4. *v.* Inflatio. ℑ *supero*. corpus quod jam novem annos, nondum quatuordecim excessit *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. *v.* Depono, Furunculus, Piscis.

Exceptus. cimolia creta aqua pluviali excepta *l.* 5. *c.* 26. *s.* 32. *v.* Aestuo. viator a latronibus exceptus *pro*. *l.* 1. ℑ inflant nuces omnes, exceptis nucleis pineis *l.* 2. *c.* 26.

Excerno. si nihil per se venter excernit *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. ea quae per dejectiones excernuntur *l.* 2. *c.* 8. *v.* Intestinum crassius. nonnumquam aut sanguis, aut cruentum, aut purulentum aliquid cum ea, *urina*, excernitur *l.* 2. *c.* 7. medulla quae in spina est, percussa . . sine voluntate inferiores partes vel semen, vel urinam, vel etiam stercus excernunt *l.* 5. *c.* 26. *s.* 17.

Excessus. *v.* Os calcis.

Excido. modo ossa quae juncta sunt inter se dehiscunt . . modo articuli suis sedibus excidunt *l.* 8. *c.* 11. *v.* Articulus, Dens, Vertebra. ubi ex cancro multae magnaeque carunculae, simulque nervosa aliqua exciderunt *l.* 7. *c.* 27. interdum per ipsa ulcera coles sub cute exesus est sic, ut glans excidat *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2. hoc genus curationis efficit, ut qua parte fracta ossa tamen inhaerent, solidentur: qua parte abrupta sunt, sine ullo tormento sub medicamentis tempore excidant *l.* 8. *c.* 4. *v.* Partus.

Excido, *abscindo*, *exscindo*. vena omnis quae noxia est, aut adusta tabescit, aut manu exciditur *l.* 7. *c.* 31. ex quo, *omento*, si quid jam nigri et corrupti est, forfice excidi debet *l.* 7. *c.* 16. quidam scalpello exciderunt, *carcinomata* *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2. exciditur os duobus modis. Si parvulum est quod laesum est, modiolo . . si spatiosius terebris *l.* 8. *c.* 3. ad ipsas radices, σταφύλωμα, transuere acu duo lina ducente; deinde alterius lini duo capita ex superiore parte, alterius ex inferiore adstringere inter se, quae paulatim secando id excidant *l.* 7. *c.* 7. *s.* 11. excidendus ex ea, *fistula*, totus callus est *l.* 7. *c.* 4. *s.* 1. totum ulcus usque ad sanam carnem excidi oportet *l.* 5. *c.* 28. *s.* 13. *v.* Habena, Habenula.

Excipio. caput spina excipit *l.* 8. *c.* 1. *v.* Canaliculus, Femen. satius est principia cibi a decedente febre, quam reliquias ab incipiente excipi *l.* 3. *c.* 4. *v.* Frigus. quidam multo meracoque vino excipiunt &c. sed aliud periculum excipit, ne &c. *l.* 5. *c.* 27. *s.* 2. neque is servari potest, qui, epoto veratro, exceptus distentione nervorum est *l.* 2. *c.* 6. *v.* Medicina temeraria. cute super venam incisa, orae hamulis excipiuntur *l.* 7. *c.* 31. *v.* Πεσσός. ℑ vitanda omnia quae ne fierent, excepimus *l.* 3. *c.* 23. ℑ *eximo*. excepto filo, fibula additur *l.* 7. *c.* 25. *s.* 3.

Excisorius. *v.* Scalper.

Excisus. excisa, *carcinomata*, etiam post inductam cicatricem reverterunt, et causam mortis attulerunt *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2. *v.* Thymium.

opus est exercitatione et frictione, maximeque in sole, vel ad ignem *l.* 4. *c.* 27. *s.* 2. ut hujus generis exercitationes cibique necessarii sunt, sic athletici supervacui *l.* 1. *c.* 1.

Exercitatus. facilius sanescit exercitatus, quam iners *l.* 5. *c.* 26. *s.* 6. *v.* Inexercitatus.

Exesus. dens exesus *l.* 7. *c.* 12. *s.* 1. exesa carne *l.* 5. *c.* 28. *s.* 3. vehementius os exesum *ibid.* *s.* 12.

Exhaurio. periculosa vulnera sunt, ubicumque venae majores sunt, quoniam exhaurire hominem profusione sanguinis possunt *l.* 5. *c.* 26. *s.* 3. proximum locum primo exhaurit, *sanguinis missio* *l.* 2. *c.* 10. *v.* Cucurbitula. cubantem aegrum fluens alvus exhaurit *l.* 7. *c.* 2. cum desidendo aliquis se exhausit *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. commodissimum est . . oleo multo epoto vomere: deinde, ubi praecordia exhausit, antidotum sumere *l.* 5. *c.* 27. *s.* 11.

Exhaustus. sanguine vel suppresso, si nimius erumpit; vel exhausto, si per se parum fluxit *&c.* *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. servanda illa sunt: ne ante diem tertium, *alvus*, ducatur. . ne in corpore infirmo, diuque adversa valetudine exhausto *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2.

Exhibeo. cum ab iis coeperim quae notas quasdam futurae adversae valetudinis exhibent *&c.* *l.* 3. *c.* 2. quod si septimus dies non dedit, certe nonus exhibet *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. tortoris vicem exhibere. *v.* Disciplina. minus difficultatis exhibere. *v.* Femina.

Exhilaro. utendum est . . lecto etiam et conclavi cultiore, joco, ludis, lascivia, per quae mens exhilaretur *l.* 3. *c.* 24.

Exigo, *ago*, *emitto*. malae cum toto osse quod superiores dentes exigit *l.* 8. *c.* 1. myrmecia radices altius exigunt *l.* 5. *c.* 28. *s.* 14. ℑ *requiro*, *postulo*. magnus cum febre vigiliaque dolor exigit, ut sanguis quoque mittatur *l.* 6. *c.* 7. haec, *febris*, sitim accendit, et tum maxime aquam exigit, cum ea periculosissima est *l.* 3. *c.* 6. oculi multiplicem curationem, etiam manus exigunt *l.* 7. *c.* 8. Non quidquid intentionem animi et prudentiam exigit, protinus ejiciendum est *l.* 2. *c.* 10. *v.* Sedulitas.

Exiguus. *v.* Calculus, Cibus, Coena, Potio, Pulsus, Requies, Suffusio, Tempus. ut nulla ibi fistula, vel exigua admodum relinquatur *l.* 7. *c.* 27. *v.* Obligo.

Eximo. spinosi calculi per se delapsi in cervicem sine ullo periculo eximuntur *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. quidquid ex his in conspectum venit, vel digitis, vel unco eximendum est *ibid.* *s.* 3. si, *vena*, curva est, et velut in orbes quosdam implicatur, pluresque inter se involvuntur, utilius eximere est *l.* 7. *c.* 31. *v.* Dens, Difficultas.

Exinanio. post cibum vomere, atque ita ventrem exinanire *l.* 4. *c.* 19. Erasistratus quamvis parum docuit, quando venter, quando corpus ipsum exinaniretur, dicendo tamen *&c.* *l.* 3. *c.* 4. cum evidens sit omni purgatione, non superiora tantummodo, sed etiam inferiora exinaniri *l.* 4. *c.* 31.

Existimo. ego experimentis quemque in se credere debere existimo, calida, *potione*, potius, an frigida utatur *l.* 4. *c.* 26.

Existo. verique simile est, et Hippocratem et Erasistratum et quicumque alii. . rerum quoque naturam ex aliqua parte scrutati sunt, non ideo quidem medicos fuisse, verum ideo quoque majores medicos extitisse *pro.* *l.* 1.

Exitium. quidam, *morbi*, longi sunt, sub quibus neque sanitas in propinquo, neque exitium est *l.* 3. *c.* 1. *v.* Custodio.

Exitus. ex quo evenit, ut humor quidem ad membranam descendat, exitum vero non habeat. *l.* 8. *c.* 4. *v.* Corripio. danda opera, ut imus sinus exitum habeat *l.* 7. *c.* 2. *v.* Inhaeresco. exitu deprehendi. *v.* Praebeo.

Exoneratus. ducenda alvus est . . siquidem id quoque exonerato corpore prodest *l.* 3. *c.* 12.

Exorior. cum in humeris aliisve commissuris dolor aliquis exortus est *l.* 4. *c.* 30.

Expavesco. *v.* Terreo.

Expedio. neque quaerendum esse quomodo spiremus, sed quid gravem tardumque spiritum expediat *pro.* *l.* 1. ea, *medicina*, non minus grata fuit iis quos Hippocratis successores non refecerant, quam nunc est iis quos Herophili vel Erasistrati aemuli diu tractos non expedierunt *l.* 3. *c.* 9. ℑ expedit, *impersonale*. ut neque aliud quam expedit, neque ejus ipsius nimium sumatur *l.* 2. *c.* 16. bibere huic vinum dilutum, lene, quam aquam, magis expedit *l.* 1. *c.* 4. in his, *membris*, neque nervos intendi, neque ossa tractari satis expedit *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7.

Expedite. si glans nuda est, vultque aliquis eam decoris causa tegere, fieri potest: sed expeditius in puero, quam in viro *&c.* *l.* 7. *c.* 25. *s.* 1. *v.* Contineo.

Expeditus. expedita cognitio *l.* 8. *c.* 2. expedita magis curatio *l.* 5. *c.* 26. *s.* 20. expeditior ratio *l.* 3. *c.* 5. *v.* Finis. mittere sanguinem cum sit expeditissimum usum habenti, tamen &c. *l.* 2. *c.* 10. non expeditissimum *v.* Dispenso.

Expello. primum circa cervicem, *vesicae*, quaeritur calculus, ubi repertus minore negotio expellitur *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. infantem mortuum, vel secundas expellit aquae potio &c. *l.* 5. *c.* 25. *s.* 13. ℑ *rejicio*, *improbo*. Idem, *Asclepiades*, purgationes quoque eodem volumine expulit *l.* 1. *c.* 3.

Expendo. quoties aut baccam, aut nucem &c. posuero, scire oportebit, antequam expendatur, summam pelliculam ei esse demendam *l.* 5. *c.* 19. *s.* 12.

Expergiscor. pejus signum est, si saepius expergiscitur aliquis quam assuevit, deinde iterum soporatur *l.* 2. *c.* 2. si expergiscitur, *lethargicus*, adhibere ei ut sopito, supervacuum est *l.* 3 *c.* 20. quidam hos quoque iisdem quibus lethargicos excitare conantur: quod admodum supervacuum est.. quia cum possit ille numquam expergisci, atque ita fame interire, hic ad se utique revertitur *l.* 3. *c.* 23. *v.* Exaspero.

Experientia. *v.* Doceo. verum est ad ipsam curandi rationem nihil plus conferre, quam experientiam *pro*. *l.* 1. *v.* Ἐμπειρικὸς.

Experimentum. empirici contendunt, ne inter initia quidem ab istis quaestionibus deductam esse medicinam, sed ab experimentis *pro*. *l.* 1. *v.* Serapion. id saepe commode respondere, experimenta testantur *l.* 4. *c* 11. *v.* Struma, Approbo, Colligo, Credo.

Experior. experiri tamen oportet, quia bene res saepius cedit *l.* 7. *c.* 7. *s.* 6. *v.* Auxilium, Respondeo experiri manu, qua parte is tumor maxime cedat *l.* 7. *c.* 17. ante scalpellum experienda vinctura est *l.* 7. *c.* 20. cum vi quoque experiendum, an cutis subsequatur *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2. *v.* Increscens.

Expertus. *v.* Cicatrix, Nitrum, Sulphur.

Explanatio. apud nos foediora verba, ne consuetudine quidem aliqua verecundius loquentium commendata sunt: ut difficilior haec explanatio sit simul et pudorem, et artis praecepta servantibus *l.* 6. *c.* 18. *s.* 1.

Explano. *v.* Differo.

Expleo. recta quinque ossa ad digitos tendentia palmam explent *l* 8. *c.* 1. *v.* Furunculus, Profectus. ubi expletus est aliquis. *v.* Concoquo. si haesit, *suffusio*, curatio expleta est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14.

Explico. quidam balbutiendo vix sensus suos explicant *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. curari oculos sanguinis detractione, medicamento, balneo, vino, vetustissimus auctor Hippocrates memoriae prodidit. Sed eorum tempora et causas parum explicuit: in quibus medicinae summa est *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. ℑ *pro libero*. Petro quidam &c. si moverat sudorem, explicuisse se aegrum judicabat *l.* 3. *c.* 9.

Exploratus. *v.* Peto.

Exploro. non quidlibet antiquiores viros aegris inculcasse; sed cogitasse quid maxime conveniret, et id usu explorasse, quo ante conjectura aliqua duxisset *pro*. *l.* 1. primo tamen remedia exploranda summa cura fuisse, nunc vero jam explorata esse *ibid*. Nihil melius est, quam certiore id nota explorare *l.* 8. *c.* 4.

Expono. non alienum videtur exponere quae tempora anni.. qualia corpora maxime tuta, vel periculis opportuna sint *pro*. *l.* 2. *v.* Exaspero. caput, eaque quae in ore sunt, non lingua tantummodo palatoque terminantur, sed etiam quatenus oculis nostris exposita sunt *l.* 4. *c.* 1. Id non in Graecia tantummodo, sed in aliis quoque gentibus celebre est; adeo ut nulla medicinae pars magis per nationes quasque exposita sit *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. Proprie quaedam de costa dicenda sunt; quia juxta viscera est, gravioribusque periculis is locus expositus est *l.* 8. *c.* 9. quod, *os*, illo loco tenerum adhuc injuriae sub tenera cute expositum est *ibid*.

Expositus. *v* Facultas.

Expressus. deligandum brachium.. superimposito expresso ex aqua frigida penicillo *l.* 2. *c.* 10. expresso pure, nulla ultra curatio necessaria est *l.* 5. *c.* 28. *s.* 8. *v.* Nux.

Exprimo. ex malo punico dulci sucus exprimitur *l.* 6. *c.* 10. *v.* Spongia. sitim vigiliamque exprimit, *abscessus* *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11. ministrum ab inferiore parte exprimere moderate scrotum oportet *l.* 7. *c.* 19. *v.* Luctor.

Expugno. horror per ea quae supra scripta sunt expugnandus *l.* 3. *c.* 15.

Expulsus. *v.* Articulus.

Exsanguis. *v.* Tueor.

Exsanio. sal quoque his, *vulneribus*. praecipueque ei quod canis fecit, medicamentum est, si vulneri imponitur, superque

id duobus digitis verberatur : exsaniat enim *l.* 5. *c.* 27. *s.* 2.

Exscreo . si aeger facile spirat, facile exscreat, morbum ipsum non difficulter fert, potest ei secunda valetudo contingere *l.* 2. *c.* 8. mali morbi testimonium est, vix exscreare *l.* 2. *c.* 4. qui spumantem sanguinem exscreant, his in pulmone vitium est *l.* 2. *c.* 7. *v.* Φϑίσις.

Exsequor . his veluti in conspectum quemdam . . adductis, remedia singularum laborantium partium exsequar, orsus a capite *l.* 4. *c.* 2. exsequentibus nobis morborum curationes *l.* 2. *c.* 18.

Exsicco . quidam in acris aceti heminam frictum salem conjiciunt, donec tabescere desinat; deinde id acetum coquunt, donec exsiccetur *l.* 6. *c.* 15.

Exsolvo . *v.* Horror .

Exsorbeo . necessarium est exsorbere potionem meri vini cum pipere *l.* 5. *c.* 27. *s.* 3.

Exspectatio . sub exspectatione proximae accessionis, quae instare tertia potest, deducendus in balneum est *l.* 3. *c.* 12.

Exspectatus . ab illo tempore, exspectato die tertio, si non accesserat febris &c *l.* 3. *c.* 4.

Exspecto. *antiqui*, sic aegros nutriebant, ut dierum imparium accessiones exspectarent *l.* 3. *c.* 4. quo die febris exspectabitur &c. *l.* 3. *c.* 14. exspectanda ergo remissio est *l.* 2. *c.* 10. neque concoctionem semper res exspectat *ibid.* *v.* Maturitas. ℑ *timeo*. protinus insania exspectanda est, ubi &c. *l.* 2. *c.* 7.

Exspiro . cum aetate nostra quaedam . . intra paucas horas exspiraverit *pro* . *l.* 1.

Exspumo . purgare aurem oportet, et ore spiritum continere, donec inde humor aliquis exspumet *l.* 6. *c.* 7. *s.* 8.

Exspuo fere juvenes sunt, qui sanguinem exspuunt *l.* 2. *c.* 1. mali morbi testimonium est . . pus exspuere *l.* 2. *c.* 4.

Extans. cubitus . . in summo capite duobus quasi verticibus extantibus in sinum humeri . . se inserit *l.* 8. *c.* 1.

Extendo. *cubitus*, si in priorem, *partem*, prolapsus est, extentum brachium est, neque recurvatur : si in posteriorem, brachium curvum est, neque extenditur *l.* 8. *c.* 16. si in priorem partem prolapsus est cubitus, extendi per duos manibus, interdum etiam habenis adjectis, satis est *ibid.* alteram fasciam attollit minister, alteram premit medicus : quo fit, ut leniter humerus extendatur *l.* 8. *c.* 10. *s.* 2. reponendi ratio una est &c. extendendi tamen alia atque alia genera sunt *l.* 8. *c.* 16. *v.* Digitus .

Extentus . extentis jacere feminibus et cruribus oportet *l.* 7. *c.* 27.

Extenuans . cum inter extenuantia posuerim vomitum et dejectionem, de his quoque proprie quaedam dicenda sunt *l.* 1. *c.* 3. vitatis omnibus pituitam extenuantibus *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. *v.* Cibus .

Extenuatus . longo morbo extenuatum corpus et affectum *l.* 2. *c.* 6. *v.* Traho .

Extenuo . tenuis homo implere se debet, plenus extenuare *l.* 1. *c.* 3. extenuat corpus aqua calida &c. *ibid.* commodum est . . videre, plenius corpus sit, an extenuetur: id enim quod extenuatur, medicinam sentit *l.* 3. *c.* 21. corpus inedia extenuandum *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. decem diebus extenuabitur fame corpus *l* 8. *c.* 9. per quae cum carne callus quoque extenuatur *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. medicamenta quae vel cicatrices, vel aspritudinem extenuant *l.* 6. *c.* 6. *s.* 38. pili primum extenuantur, deinde decidunt *l.* 6. *c.* 4. *v.* Maturitas .

Exterior . *v.* Arteria aspera, Pars . exteriora, *more substantivorum* . *v.* Pecten .

Externus . *v.* Casus, Alieno .

Exterreo . antiqui tales aegros in tenebris habebant; eo quod illis contrarium esset exterreri *l.* 3. *c.* 18.

Exterus . *v.* Gens .

Extinctus . *v.* Linamentum, Testa, Titio .

Extinguo . *v.* Ignosco .

Extorreo . Si ardens febris extorret, nulla medicamenti danda potio est; sed in ipsis accessionibus oleo et aqua refrigerandus est *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2.

Extra . lina extra plagam dependere debebunt *l.* 7. *c.* 9. *v.* Deligo, Fistula, Tabula.

Extractus . passi tres heminae usque eo coquuntur, donec extracta inde gutta indurescat *l.* 5. *c.* 25. *s.* 17. extracto telo *l.* 7. *c.* 5. *s.* 5.

Extraho . cucurbitula si concisa ante scalpello cutis est, sanguinem extrahit; si integra est, spiritum *l.* 2. *c.* 11. si rabiosus canis fuit, cucurbitula virus ejus extrahendum est *l.* 5. *c.* 27. *s.* 2. quo acrior est, *medicina*, eo plus extrahit; sed minus facile sustinetur *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. *v.* Ε᾽πισπαστικὸς, Telum, Incido . quocumque autem modo cervix patefacta est, leniter extrahi quod asperum est debet *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. in pedes quoque conversus infans non difficulter extrahitur *l.* 7. *c.* 29. ℑ *traho* . levandum tantummodo malum,

et per alias curationes extrahendum est *l.* 7. c. 20.
Extraneus. *v.* Medicus.
Extremus. pertinet etiam ad rem quam calidissimum esse ventrem, et extrema corporis *l.* 7. c. 29. medium, *ulceris*, sanescit, extremis procedentibus *l.* 8. c. 28. *s.* 4. cubitus rotundus in extremo *l.* 8. c. 1. incidere quod superest ad extremum oportet *l.* 7. *c.* 8. *v.* Alvus, Cutis, Lingua, Pars.
Extrinsecus, *v.* Acies, Adustus, Calvaria, Ferula, Jecur, Laedo.
Extundo. aliquando gutture et arteriis exulceratis frequens tussis sanguinem quoque extundit *l.* 4. c. 11.
Extussio. si sine causa longus dolor capitis est &c. periculosus est: nisi vomicam aliquam excitavit sic, ut pus extussiretur *l.* 2. c. 8.
Exulceratio. gingivarum exulcerationes *l.* 2. *c.* 1. in interiore faucium parte interdum exulceratio esse consuevit *l.* 4. c. 9. *v.* Digitus, Φθίσις. si exulceratio stomachum infestat &c. *l.* 4. c. 12. in articulis aliquae graves exulcerationes *l.* 2. c. 7. summae cutis exulceratio, sed sine altitudine *l.* 5. *c.* 28. *s.* 4. exulceratio mucosa *ibid.* *s.* 15. continuata exulceratio pruriens *ibid.* *s.* 16.
Exulceratus. renes exulcerati *l.* 4. c. 17. gutture et arteriis exulceratis *l.* 4. c. 11. exulceratis vehementer oculis *l.* 6. c. 6. *s.* 15.
Exulcero. *v.* Agitatio, Destillo. intus intestina exulcerantur *l.* 4. c. 22. perfricare fauces periculosum est: exulcerat enim *l.* 4. *c.* 9. efficacissimum est, tribus aut quatuor locis super cutem coxam candentibus ferramentis exulcerare *l.* 4. c. 29. ubi aures perforatae sunt, et offendunt, trajicere id cavum celeriter candente acu satis est, ut leviter ejus orae exulcerentur; aut etiam adurente medicamento idem exulcerare *l.* 7. *c.* 8.
Exustus. si quis exustus in sole est, huic in balneum protinus eundem est *l.* 1. c. 3.

FA

Faba. ex leguminibus valentior faba, vel lenticula, quam pisum *l.* 2. c. 18. calefacit ex qualibet farina cataplasma, sive tritici.. vel fabae &c. *l.* 2. c. 33. faba fresa *l.* 5. c. 18. *s.* 21.
Faba aegyptia. id quod amarum in aegyptia faba est conteritur, rosa adjecta *l.* 6. c. 7. *s.* 1. ex aegyptia faba pars interior *ibid.* *s.* 2.
Faber. *v.* Terebra, Vulsella. ❡ Faber ferrarius. *v.* Lienis, Testa.
Fabrilis. *v.* Gluten.
Fabula. unde locus fabulae factus est, per parentes id herba restitui, quod per se sanescit *l.* 6. *c.* 6. *s.* 39. *v.* Delectatio.
Facies. facies suturam habet maximam *l.* 8. c. 1. qui diu habent faciem pallidam et tumidam &c. *l.* 2. c. 7. facies rubet, et quasi maculis quibusdam colorum omnium distinguitur *l.* 2. *c.* 8. quatenus foede prominebit, incidi oculus debet; ut effuso pure et inflammatio ac dolor finiatur, et intus tunicae residant, quo minus foeda postea facies sit *l.* 6. c. 6. *s.* 9. *v.* Κυνικὸς σπασμὸς.
Facile. *v.* Fistula, Converto, Reverto, Sustineo. Facilius. facilius sanescit puer vel adolescens, quam senex &c. *l.* 5. c. 26. *s.* 6. eo facilius. *v.* Credibile. quo facilius. adhibere oportet comprimentia; quo facilius tenendi aliquid intestinis vis sit *l.* 4. c. 23. facillime. facillime id genus sanescit *l.* 7. c. 7. *s.* 8. ❡ ex facili. si ex facili spirat *l.* 2. c. 3. *v.* Cogo. non facile sanguinem mittere, non facile alvum ducere *l.* 3. *c.* 7. *s.* 3. minime facile sanantur eae virgines, aut mulieres, quibus super tabem menstrua suppressa sunt *l.* 2. c. 8. nec umquam facile sanescunt, *strumae*, *l.* 3. c. 28. *s.* 7.
Facilis. *v.* Cibus, Cognitio, Mobilitas, Recursus, Salus, Spiritus. facile est. *v.* Erodo. non tam facile iis opitulari est, qui venenum vel in cibo, vel in potione sumpserunt *l.* 5. c. 27. *s.* 11. de cibo facilior cum aegris ratio est *l.* 3. *c.* 6. recenti re mederi facilius est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 7. facillimum. *v.* Peritus.
Facio. calor corporis colorem bonum facit *l.* 1. c. 9. cibi potionesque corpori faciendo aptae *l.* 7. c. 3. si vetus jam vitium est, aquae bene frigidae potio assumpta ulcera adstringit, et initium secundae valetudinis facit *l.* 4. c. 22. *balneum*, discussis febribus initium cibi plenioris, vinique firmioris valetudini facit *l.* 2. c. 17. *v.* Contemplatio, Imbecillitas, Ratiocinatio. quae, *frictio*, si calorem in cutem evocavit, potest alicui medicinae locum facere *l.* 2. c. 14. *v.* Emissus. commode facit cyatho lactis cyathus aquae mixtus *l.* 4. *c.* 19. venenum extrahendum est. Id cucurbitula optime facit *l.* 5. c. 27. *s.* 3. *v.* Curiosius. interest, fatigatio morbum, an sitis, an frigus, an calor, an vigilia, an

fames fecerit, an vini abundantia, an intemperantia libidinis *pro*. *l.* 1. pessimum aegro coelum est, quod aegrum fecit *l.* 2. *c.* 1. ubi aliqua necessitas famem fecit *l.* 2. c. 16. ubi interior pars sic calet, ut etiam sitim faciat *l.* 2. *c.* 6. somnum facere. *v.* Catapotia. *sanguinem mittere*, numquam utile post diem quartum est.. ut detractio imbecillum id, *corpus*, facere possit, non possit integrum *l.* 2. c. 10. ubi paulo longius quam naturaliter esse debet membrum vis fecit *&c.* *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. *v.* Iter. si majus est, *quod praeciditur*, potest profusionem sanguinis facere *l.* 7. *c.* 21. haec facile validiores faciunt *l.* 3. *c.* 15. ubi perperam aliquid dixit, aut fecit, *insaniens*, fame, vinculis, plagis coercendus est *l.* 3. c. 18. alii consurgunt, et violenter quaedam manu faciunt *ibid*. *urinam moventia*, nisi in quibus id prompte facere consuerunt, non sunt adhibenda *l.* 4. c. 22. id ipsum modo minus, modo magis faciendum est *l.* 1. *c.* 2. si crocum non est, tus idem facit *l.* 6. c. 6. *s.* 1. quod evidentes causae faciunt, facere etiam abditae possunt *l.* 3. c. 3. quae, *quies*, non semper contingere potest agendi necessitatem habentibus; nec in omnibus idem facit *l.* 1. *c.* 3. quod et tardius, et non idem facit *l.* 7. *c.* 7. *s.* 7. quod maturius scilicet faciendum est *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. si id manus facere non potest *&c.* *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. is si et ab initio vinum dedit, et metum cruditatis secutus est, non sine causa fecit *l.* 4. *c.* 18. quae neque nisi in magna vetustaque aspritudine, neque saepe facienda sunt *l.* 6. *c.* 6. *s.* 26. nihil facere oportet, quo minus quidquid est puris excedat *l.* 3. c. 27. *s.* 4. metum facere *v.* Causa. maciem et periculum facere *l.* 4. *c.* 26. *s.* 2. pestilentiam facere *l.* 1. c. 2. *v.* Affectus, Difficultas, Inflatio, Mentio, Ὀ'βολὸς, Spes. frustra facere. *v.* Specillum.

Factus. uncus ejus rei causa factus *&c.* *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. alica, oryza, ptisana, et ex iisdem facta sorbitio *&c.* *l.* 2. *c.* 18. factae ex ulceribus cicatrices *&c.* *l.* 6. c. 6. *s.* 25.

Facultas. videndi facultas. *v.* Κρυσταλλοειδὴς. per quae foramina, *aurium*, audiendi facultas est *l.* 8. *c.* 1. loquendi facultas. *v.* Lingua. alter maxillae processus *&c.* alter.. cardinis modo fit; ibique huc et illuc se inclinans maxillae facultatem motus praestat *l.* 8. c. 1. ad cujus rei facultatem multum confert et magnitudo vulvae, et vis nervorum ejus, et corporis totius habitus, et mentis etiam robur: cum praesertim intus nonnumquam etiam duae manus dari debeant *l.* 7. c. 29. vorandi facultas. *v.* Ejicio. expositis simplicibus facultatibus, dicendum est quemadmodum misceantur, quaeque ex his fiant *l.* 5. c. 17. *s.* 1.

Facundia. *v.* Hippocrates, Ingenium.

Faeculentus. *v.* Pus.

Faex. pulvis ex faece vini sine frigore reprimit *l.* 2. *c.* 33. pulvis ex austeri et boni vini arida faece *l.* 3. *c.* 19. faex combusta adurit *l.* 4. *c.* 8.

Fallax. venis maxime credimus, fallacissimae rei.. altera res est cui credimus, calor, aeque fallax *l.* 3. c. 6. *v.* Nota.

Fallo. non quod non interdum id incidat, sed quod saepius fallat *l.* 3. *c.* 2. non quo non interdum etiam temeraria medicina proficiat; sed quo utique in hoc saepius fallat, in quo plura et genera et tempora periculi sunt *l.* 7. c. 26. *s.* 2. potest sutura eo nomine fallere, quod *&c.* *l.* 8. *c.* 4. id, *veratrum*, pani adjiciendum est, quo facilius fallat *l.* 3. c. 18. *v.* Ars, Callus, Consilium, Imago, Medicina, Numeri pythagorici. fallere oculum. *v.* Mutatio.

Falsus. aliquando morbus quoque ipse novus est: quem non incidere manifeste falsum est *pro*. *l.* 1. *v.* Haereditas, Opinio.

Fama. illud interrogari me posse ab aliquo scio, si certa futurae mortis indicia sunt, quomodo interdum deserti a medicis convalescant; quosdamque fama prodiderit, in ipsis funeribus revixisse *l.* 2. *c.* 6.

Fames. famem facilius adolescens, quam puer; facilius in denso coelo, quam in tenui; facilius hieme, quam aestate; facilius uno cibo, quam prandio quoque assuetus; facilius inexercitatus, quam exercitatus homo sustinet *pro*. *l.* 1. neque ex multa fame nimia satietas, neque ex nimia satietate fames idonea est *l.* 1. *c.* 3. in omni tali morbo magnum ex longa fame praesidium est *l.* 8. *c.* 25. in his, *febribus*, cum inveteraverunt, utilis fames non est *l.* 3. *c.* 12. Crucio, Facio, Intereo, Nitor, Perdo, Vito, Vtor.

Far. cibus esse debet.. lenis, ut sorbitio ex ptisana *&c.* Idem oryza quoque, et si nihil aliud est, far praestat *l.* 3. *c.* 22.

Farina. Calefacit ex qualibet farina cataplasma, sive tritici, sive farris *&c.* *l.* 2. *c.* 33. farina hordeacea *l.* 6. c. 6. *s.* 1. farina triticea *l.* 5. *c.* 10. farina candida

quam tenuissima *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. *v.* Ervum, Foenum graecum, Linum, Lolium, Lupinum.

Fas. *v.* Ago.

Fascia. fascia ad vulnus deligandum lintea aptissima est; eaque lata esse debet, ut semel injecta non vulnus tantum, sed paulum utrimque etiam oras ejus comprehendat *l.* 5. *c.* 26. *s.* 24. transversa.. media *ibid.* sic deliganda est, ut et contineat, neque adstringat: quod non continetur, elabitur; quod nimis adstrictum est: cancro periclitatur *ibid.* hieme saepius fascia circumire debet: aestate quoties necesse est *ibid.* fascia media alae circumdanda est *l.* 8. *c.* 15. fascia primum sub ala obvoluta caput ejus, *humeri,* debet comprehendere *&c. ibid.* *v* Complector. fascia cui imo loco pila assuta est *l.* 7. *c.* 20. Fere vero fasciis sex opus est: prima brevissima.. altera dimidio longiore *&c. l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. deliganda membra sunt fasciis aliquanto laxioribus quam si ea plaga non esset.. numero potius fasciarum id agendum est, ut laxae quoque aeque contineant *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. quae, *fascia,* si qua parte os eminet, ab ea; si totum aequale est, undelibet super fracturam debet incipere *&c. l.* 8. *c.* 10. *s.* 1.

Fascis. *v.* Rumpo.

Fastidio. mali morbi signum est.. post cupiditatem cibi, aut post longas febres hunc fastidire *l.* 2. *c* 4. si omnia ista fastidiet, ad excitandam cibi cupiditatem interponatur aliquid minus utile, sed magis gratum *l.* 4. *c* 23.

Fastidium. cibi fastidium *l.* 4. *c.* 14. si cibi fastidium permanet *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. maxime, *haec,* utilia sunt, si cibi quoque secutum fastidium est *l.* 4 *c.* 22.

Fateor. cum recentiores quoque medici haec illum, *Hippocratem,* optime praesagisse fateantur *pro. l.* 2. in hoc statu boni medici est ostendere, quam nulla spes sit sine sanguinis detractione, faterique quantus in hac ipsa metus sit *l.* 2. *c.* 10.

Fatigatio. interest fatigatio morbum, an sitis, an frigus *&c.* fecerit *pro. l.* 1. oportet vitare fatigationem *l.* 1. *c.* 10. *v.* Exercitatio.

Fatigatus. frigida potio, etiam cum sudor se remisit, itinere fatigatis inutilis est *l.* 1. *c.* 3. si nimium alicui fatigato paene febris est *&c. ibid.* membrum ex levi causa fatigatum *v.* Denuntio, Genu.

Fatigo. Proprie quaedam ad eum pertinent, qui ambulando fatigatur *l.* 1. *c.* 3. *v.* Destino.

Fauces, *v.* Angina, Κυνάγχη, Παρασυνάγχη, Συνάγχη. si his, *remediis,* morbus levatus est, jamque fauces cibum et spiritum capiunt, facilis ad bonam valetudinem recursus est *l.* 4. *c.* 7. rubore et tumore in praecordiis orto, scire licet fauces liberari *ibid.* Est etiam circa fauces malum, quod apud Graecos aliud aliudque nomen habet, prout se intendit. Omne in difficultate spirandi consistit. *v.* Α'σθμα, Δύσπνοια, Ο'ρθόπνοια. quidquid fauces difficultate spiritus strangulat, sanguinis detractionem requirit *l.* 2. *c.* 10. nonnumquam is, *sanguis,* a summis faucibus fertur *l.* 4. c. 11. *v.* Exulceratio. aridae fauces *l.* 4. *c.* 13. tussientes *l.* 5. *c.* 25. *s.* 11. *v.* Aquilo, Hiems.

Favonius. *v.* Dies.

Favus. *edenda est,* pulticula etiam, cum qua paulum ex favo vetere coctum sit *l.* 4. *c.* 26. *v.* Κηρίον.

Febricitans. cibus febricitantibus humidus est aptissimus *l.* 3. *c.* 6 *v.* Petro, Insania.

Febricito. non est expeditissimum scire quando aeger febricitet, quando melior sit, quando deficiat *l.* 3. *c.* 6. oportet scire, non febricitare eum cujus venae naturaliter ordinatae sunt *&c. ibid.*

Febricula. qui lentis febriculis diu detinentur *l.* 2. *c.* 13. febricula levis. *v.* Φθίσις. longae difficilesque febriculae. *v.* Lac.

Febris. sequitur curatio febrium, quod et in toto corpore, et vulgare maxime morbi genus est. Ex his una quotidiana, altera tertiana, altera quartana est: interdum etiam longiore circuitu quaedam redeunt; sed id raro fit. *v.* Quartana, Quotidiana, Tertiana. In siccitatibus acutae febres.. oriuntur: per imbres longae febres *l.* 2. *c.* 1. aestas adjicit febres vel continuas, vel tertianas, vel ardentes *ibid.* febres quae certum habent circumitum, et ex toto remittuntur; ideoque tutissimae sunt *l.* 3. *c.* 12. ardens febris *v.* Extorreo. febres incertae *l* 2. *c.* 1. febres vagae *l.* 3. *c.* 5 neque verum est quod dicitur a quibusdam, nullam febrem inordinatam esse, nisi aut ex vomica *&c. l.* 3. *c.* 3. febris interdiu levior *l.* 2. *c.* 7. *lethargicus,* excitandus est; sed iis temporibus quibus febris levissima est *l.* 3. *c.* 20. febris assidua *l.* 2. *c.* 8. continuata febris *l.* 3. *c.* 18. febris intenta *ibid.* mediocris cum febre modica dolor *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5.

in die pari gravior febris esse potest *l.* 4. *c.* 4. sub decessu ejus febris quae gravissima est *l.* 3. *c.* 12. si vehemens febris urget *l.* 2. *c.* 10. in recenti vehementique, praecipueque ardente febre &c. *l.* 2. *c.* 15. magnae febres *l.* 4. c. 14. si continentes febres sine ulla remissione sunt *l.* 3. c. 5. nonnumquam lentae febres sine ulla remissione corpus tenent *l.* 3. c. 9. longe optimum est, febrem omnino non esse; secundum est, tantulam esse, ut &c. *l.* 2. *c.* 8. neque terrere debet ea febris quae eodem die finita est; ac ne ea quidem quae, quamvis longiore tempore tenuit, tamen ante alteram accessionem ex toto quievit *l.* 2. c. 3. mali morbi signum est . . habere febres eas quae quotidie tempore eodem revertantur; quaeve semper pares accessiones habeant, neque tertio quoque die leventur &c. *l.* 2. *c.* 4. Nulla acuta febris leviter terrere nos debet *ibid.* ne febris quidem terrere debet, si in magno vulnere, dum inflammatio est, permanet. Illa perniciosa est, quae vel levi vulneri supervenit, vel &c. *l.* 5. c. 26. *s.* 26.

Fel. exedit *l.* 5. *c.* 7. evocat et educit *l.* 5. *c.* 12. fel taurinum purgat *l.* 5. *c.* 5. rodit *l.* 5. c. 6. felle caprino satis commode aspritudo curatur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 28. ℑ fel *pro vesica fellis v.* Jecur.

Feles. *v.* Adeps.

Felix. *v.* Curatio.

Femen. Inde femina ordiuntur. Quorum capita rotundiora etiam quam humerorum sunt; cum illa ex ceteris sint rotundissima. Infra vero duos processus a priore et a posteriore parte habent. Dein dura et medullosa et ab exteriore parte gibba, rursus ab inferioribus capitibus intumescunt: superiora in sinus coxae . . conjiciuntur: tum infra introrsus leniter tendunt, quo aequalius superiora membra sustineant *l.* 8. *c.* 1. Atque inferiora quoque capita media sinuantur, quo facilius excipi a cruribus possint *ibid.*

Femina. femina brevius urinae iter, simul et rectius habet; quod mammulae simile inter imas oras super naturale positum, non minus saepe auxilio eget, aliquanto minus difficultatis exhibet *l.* 7. *c.* 26. *s.* 1. in feminis, *urinae iter*, brevius et plenius super vulvae cervicem se ostendit *l.* 4. c. 1. quod in feminam bene respondentibus menstruis non cadit *l.* 6. c. 6. *s.* 38. saepe feminae quibus sanguis per menstrua non respondet, hunc exspuunt *l.* 4. *c.* 11. feminis quibus menstrua non proveniunt, necesse est capitis acerbissimi dolores sint &c. *l.* 2. *c.* 7. *v.* Mittere sanguinem, Concubitus, Vesica. ex vulva quoque feminis vehemens malum nascitur . . idque quibusdam feminis crebro revertens, perpetuum fit *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. Si Austri pluviaeque hiemem occuparunt &c. gravidae quidem feminae, quibus tum adest partus, abortu periclitantur: eae vero quae gignunt, imbecillos, vixque vitales edunt *l.* 2. *c.* 1. *v.* Scabo. feminae, quae ex partu in febres inciderunt. *v.* Humor.

Femur. femur per omnia humero, crus brachio simile est, adeo ut habitus quoque et decor alterius ex altero cognoscatur: quod ab ossibus incipiens, in carne quoque respondet *l.* 8. *c.* 1. *v.* Canalis. neque ignorari oportet, si femur fractum est, fieri brevius; quia numquam in antiquum statum revertitur; summisque digitis postea cruris ejus insisti; ex quo multa debilitas est; foedior tamen, ubi fortunae negligentia quoque accessit *l.* 8. *c.* 10. *s.* 5. femur in omnes quatuor partes promovetur: saepissime in interiorem; deinde in exteriorem; raro admodum in priorem, aut posteriorem *l.* 8. c. 20. magnum autem femori periculum est, ne vel difficulter reponatur, vel repositum rursus excidat. Quidam semper iterum excidere contendunt: sed Hippocrates &c. *l.* 8. c. 20. Reposito osse, nihil aliud novi curatio requirit, quam ut diutius is in lecto detineatur; ne si motum adhuc nervis laxioribus femur fuerit, rursus erumpat *ibid.* *v.* Intendo.

Fenestra. neque alienum est, dum premit morbus, clausis fenestris aegrum continere: ubi paulum levatus est, ter aut quater die, fenestris aliquantum apertis, purum aerem recipere *l.* 4. c. 14. levi veste debet esse contectus, loco non calido, fenestris patentibus sic, ut perflatus quoque aliquis accedat *l.* 3. *c.* 19.

Fera. scire oportet, omnem grandem feram, quales sunt caprea, aper, onager, generis valentissimi esse *l.* 2. c. 18.

Fere. fere remissius matutinum tempus aegris est *l.* 3. *c.* 5. fereque juvenes sunt, qui sanguinem exspuunt *l.* 2. c. 1. *et passim.*

Ferio. malleo caput tabulae quod a pedibus est feritur *l.* 6. *c.* 7. *s.* 9. *v.* Audacter. digito ferire. *v.* Coitus.

Fermentatus. *v.* Panis. venter quasi fermentatus, pinguis atque rugosus *l.* 2. c. 8.

Fermentum. furunculo imponi debet.. vel resina, vel fermentum *l.* 5. *c.* 28. *s.* 8. panis sine fermento stomacho aptus est *l.* 2. *c.* 24.

Fero. *v.* Ambulatio, Cedo, Fluor. ℑ *pro eo, tendo*. arteria, *aspera*, exterior ad pulmonem; stomachus interior ad ventriculum fertur *l.* 4. *c.* 1. ex suppurationibus eae tolerabiles sunt, quae in exteriorem partem feruntur, et acuuntur *l.* 2. *c.* 8. magna vi ferri. *v.* Sagitta. in dextra sinistraque venae grandes.. sursum procedentes ultra aures feruntur *l.* 4. *c.* 1. ℑ *pro exeo, erumpo*. sanguis ex ore spumans, ex plaga rubens, simulque cum eo spiritus cum sono fertur *l.* 5. *c.* 26 *s.* 9. nonnunquam is, *sanguis*, a summis faucibus fertur *l.* 4. *c.* 11. si id mulieri cui menstrua non feruntur, evenit &c. *ibid*. ℑ *perfero, tolero*. mali morbi testimonium est, difficulter ferre morbum *l.* 2. *c.* 4. *v.* Assumo. ℑ *dico, trado*. Metrodorum, Epicuri discipulum, ferunt, cum hoc morbo tentaretur &c. *l.* 3. *c.* 21. *v.* Poeta.

Ferramentum. ferramentum in modum spathae factum *l.* 7. *c.* 19. ferramentum crassitudinis modicae, prima parte tenui, sed retusa *l.* 7. *c.* 26. *s.* 3. ferramentum rectum in summa parte labrosum, in ima semicirculatum acutumque *ibid*. *v.* Κυαθίσκος. tenuia et acuta ferramenta. *v* Ramex. ferramentum quod a similitudine corvum vocant *l.* 7. *c.* 19. Candens ferramentum. *v.* Exulcero.

Ferrarius. *v* Lienis.

Ferreus. *v.* Acus, Κυαθίσκος.

Ferrum. considerandum est lapide, an ligno, an ferro percussum sit, os *calvariae l.* 8. *c.* 4. ℑ ferrum *pro scalpello*. simul atque ferrum ad praecordia accessit &c *pro*. *l.* 1. polypum qui in naribus nascitur, ferro praecipue curari jam alias posui *l.* 7. *c.* 10.

Fervefacio. aquam marinam, vel muriam duram fervefacere oportet *l.* 4. *c.* 31.

Fervens. *v.* Balneum, Cibus, Tempus.

Fervesco. passi quam dulcissimi tres heminae ad unam coquuntur &c. leniterque omnia rursus fervescunt *l.* 6. *c.* 10.

Ferula. oportet adjicere modo cibo, modo potioni piper, porrum, ferulam *l.* 4. *c.* 17. ferulae superaccommodandae sunt, quae fissae circumpositaeque ossa in sua sede contineant: et in quam partem os se inclinat, ab ea latior valentiorque ferula imponenda est. Easque omnes circa articulum oportet esse resimas, ne hunc laedant; nec ultra adstringi, quam ut ossa contineant: et cum spatio laxentur, tertio quoque die paulum habenis suis coartari *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. cum ad ferulas ventum est, extrinsecus esse earum longissimae debent; a lacerto breviores; sub ala brevissimae &c. ferulaeque vel omnino non imponendae contra eminentia cubiti, vel aliquanto breviores sunt *ibid*. *s.* 2. *v.* Canaliculus.

Fervor. aliae, *febres*, fervorem ingentem habent, aliae tolerabilem *l.* 3. *c.* 3. *oportet*, febrem esse concipere.. si spiritus ex naribus cum fervore prorumpit *l.* 3. *c.* 6. his, *cibis*, in ipso morbi fervore sustinendus aeger est &c. *l.* 4. *c.* 13.

Ferus. *v.* Animal.

Festinanter. *v.* Ago, Subvenio. festinantius. *v.* Actus.

Festinatio. fere periculosa esse nimia et festinatio et voluptas solet *l.* 3. *c.* 4. magna festinatio *v.* Succurro. saepe in eo magis necessaria cibi festinatio est, qui minus inediam tolerat *pro*. *l.* 1.

Festino. qui festinant, adstringere cutem lino debent, quo celerius secent *l.* 7. *c.* 4. *s.* 4. nisi si necesse est, ad vinum festinare non oportet *l.* 3. *c.* 19. nisi festinare cubantis imbecillitas cogit *l.* 7. *c.* 2. *v.* Curatio.

Fibra. *v.* Jecur, Pulmo.

Fibula. Si vulnus in carne est, hiatque &c. sutura quidem aliena est; imponendae vero fibulae sunt; ἀγκτῆρας Graeci nominarunt; quae oras, paulum tamen contrahant *l.* 5 *c.* 26. *s.* 22. fere fibulae latius vulnus esse patiuntur *v.* Sutura. excepto filo, fibula additur, quae quo laevior, eo melior est *l.* 7. *c.* 25. *s.* 3.

Ficedula. *v.* Avis.

Fictilis. *v.* Fistula, Lenticula, Psoricum.

Fictus verisimile est id a quoque praetermissum, quod ipse non cognoverat: a nullo quod non viderat fictum *l.* 7. *c.* 14.

Ficulneus. *v.* Folium.

Ficus. ficus arida calefacit *l.* 2. *c.* 27. purgat *l.* 5. *c.* 5. discutit *l.* 5. *c.* 11. mollit *l.* 5. *c.* 15. ficus arida decocta evocat et educit *l.* 5. *c.* 12. ficus etiam arida, sed magis viridis alvum movet *l.* 2. *c.* 29. ficus etiam aridae, sed magis virides inflant *l.* 2. *c.* 26. *v.* Cremor. ℑ ficus, us. oportet quam pinguissimae ficus uncias tres super prunam incoctas, esse *l.* 4. *c.* 10. piper cum ficu contusum *l.* 4. *c.* 6.

Fideliter . v. Contineo .
Fides . sed est tamen medicinae fides , quae multo saepius , perque multo plures aegros prodest *l.* 2. *c.* 6. ubi ejus rei fides est *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. *v.* Derogo .
Fido . *v.* Avis .
Fiducia . more magnorum virorum , et fiduciam magnarum rerum habentium *l.* 8. *c.* 4. die quarto demum , si corpus integrum est , eo , *cibo* , cum fiducia utendum *l.* 3. *c.* 5. hi tutiores quidem sunt , si attendunt ; sed fere fiducia secundae valetudinis opprimuntur *l.* 2. *c.* 8. certa esse fiducia potest fere , ut undique vitiosa caro excidat *l.* 5. *c* 28. *s.* 1.
Figularis . *v.* Creta .
Figura . similis figura acino *l.* 7. *c.* 7. *s.* 11. panum a similitudine figurae nostri vocant *l.* 5. *c.* 28. *s.* 10. plaga si manu facienda est , ea fere commodissima est quae duabus transversis lineis litterae X figuram accipit *l.* 8. *c.* 4. cutis incidenda est lunata figura *l.* 7. *c.* 7. *s.* 9. calculi figura *l.* 7. *c.* 26. *s* 2. teres figura *v.* Os calcis . nigra pars oculi , amissa naturali figura , in aliam vertitur *l* 7. *c.* 7. *s.* 14.
Figuratus . venter ei qui a periculo tutus est , reddit mollia , figurata *&c.* *l.* 2. *c.* 3.
Filicula . dejectionem antiqui variis medicamentis . . moliebantur ; dabantque aut veratrum , aut filiculam *&c.* *l.* 2. *c.* 12. *s.* 1.
Filius . *v.* AEsculapius .
Filix . eadem offensa etiam in filice est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 35.
Filum . in duas acus fila conjicienda *&c.* *l.* 7. *c.* 16. *v.* Transsuo .
Fimbria . *v.* Indicium .
Findo . bacca hederae in id foramen conjecta dentem findit *l.* 6. *c.* 9. si quando is , *calculus* , major non videtur nisi rupta cervice extrahi posse , findendus est *l.* 7. *c.* 26. *s.* 3. *v.* Collisus , Ictus , Injuria , Labra .
Finio . quidam morbi breves acutique sunt , qui cito vel tollunt hominem , vel ipsi cito finiuntur *l.* 3. *c.* 1. *v.* Quartana , Tempestas . si capitis ac frontis dolores ex vento , vel frigore , aut aestu sunt , gravedine et sternumentis finiuntur *l.* 2. *c.* 8. isque bibere , *debet* , donec sitim finiat , aquam calidam *l.* 5. *c.* 26. *s.* 25. saepe post haec gravis somnus , saepe sudor , saepe dejectio pituitae cursum finit *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. ex quibus causis haec species oritur , sed uno die finitur : itaque diutius durans mortis index est *l.* 2. *c.* 6. acrochordon et thymium saepe etiam per se finiuntur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 14. quae eorum , *articulorum* , vitia vel in senectute coeperunt , vel ad senectutem ab adolescentia pervenerunt , ut aliquando leniri possunt , sic numquam ex toto finiuntur *l.* 2. *c.* 8. morbus comitialis ante pubertatem ortus non aegre finitur *l.* 2. *c.* 8. fit ea , *asperitudo* , in aliis brevis , in aliis longa , et quae vix umquam finiatur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 26. *v.* Angina , Risus . numero finire . *v* Audio .
Finis . *v.* Exercitatio . *mittendi sanguinis* , semper ante finis faciendus est , quam anima deficiat *l.* 2. *c.* 10. finis ejus fomenti est , donec infirmando offendat *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. cutis antiqui fines *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. tertianarum , quartanarumque , quarum et certus circuitus , et finis integer est . . expeditior ratio est *l.* 3. *c.* 5. quanto minor hujus generis impetus , tanto finis minus expeditus est *l.* 6. *c.* 6. *s.* 29. *v.* Excludo , Vomica .
Finitus . tumore jam finito *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. finito vitio *l.* 7. *c.* 30. febre bene finita *l.* 3. *c.* 11. finitae vitae . *v.* Nota .
Fio . *v.* Emplastrum . id hoc modo fit *l.* 7. *c.* 22. id interdum fit *l.* 3. *c.* 18. id admodum raro fit *l.* 8. *c.* 5. si fieri potest *l.* 7. *c.* 5. *s.* 5. id saepe fieri posse verisimile est *l.* 3. *c.* 14. si id fieri non potest *l.* 3. *c.* 5. nihil aliud fieri potest , quam *&c.* *l.* 3. *c.* 12. ut primum fieri potest *l.* 4. *c.* 29. quantum fieri potest *l.* 1. *c* 9. nihil ultra fieri debet , quam *&c.* *l.* 8. *c.* 24. ex his neutrum semper fieri oportet , sed saepius alterutrum *l.* 1. *c.* 2. eodem paene momento triplex motus adhibendus est . . sic tamen , ut leniter id fiat *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. ita , ut quam maxime id tuto fiat *ibid.* istud luxuriae causa fieri non oportere , confiteor ; valetudinis causa recte fieri , experimentis credo *l.* 1. *c.* 3. majore periculo fit *l.* 7. *c.* 12. *s.* 7. sunt eae , *purgationes* , periculosae , si nimis valentibus medicamentis fiunt *l.* 1. *c.* 3. quod interdum ex morbo aliquo fit *l.* 4. *c.* 4. *v.* Cardo . meliorem fieri *l.* 3. *c.* 20. pejorem fieri *l.* 3. *c* 5. sanum fieri *v.* Alo . usu fieri . *v.* Agricola .
Firmo . alvum firmare , *debet* , is cui fusa est *l.* 1. *c.* 3. athletico victu corpus firmandum est *l.* 4. *c.* 13. in lagano similibusque perseverandum , donec ex toto maxillam callus firmarit *l.* 8. *c.* 7. *v.* Pecten .
Firmus , firmior , firmissimus . *v.* Puer , Avis , Potio , Caput , Aetas , Siligo , Triticum .

tumore substant. haec firmis servanda sunt *l.* 1. *c.* 1. mediocriter firmos media materia optime sustinet *l.* 2. *c.* 18.

Fissura. nonnumquam eo, *osse*, laeso fissura fit: quae eradi debet *l.* 7. *c.* 12. *s.* 1.

Fissus. fissi scriptorii calami *l.* 7. *c.* 5. *s.* 2. fissae ferulae *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. fissum os *l.* 8. *c.* 4. ℑ *absolute*. *pastillus*, ad ani fissa *l.* 5. *c.* 20. *s.* 5.

Fistula. plumbea, aut aenea fistula.. vel recurvatis in exteriorem partem labris, vel in media circumsurgente quadam mora, ne tota intus delabi possit. Hujus ea pars quae intra, paulo longior esse debet, quam quae extra *l.* 7. *c.* 15. apud quosdam positum est vel fictilem fistulam, vel cnodem scriptorium calamum in narem esse conjiciendum *l.* 7. *c.* 11. aeneae fistulae fiunt: eaeque.. ad mares tres; ad feminas duae medico habendae sunt: ex virilibus maxima decem et quinque digitorum; media duodecim; minima novem: ex muliebribus major novem; minor sex. Incurvas vero esse eas, sed magis viriles oportet, laevesque admodum; ac neque nimis plenas, neque nimis tenues *l.* 7. *c.* 26. *s.* 1. ℑ *urinae iter*. quibus in fistula urinae.. minuti abscessus esse coeperunt &c. *l.* 2. *c.* 8. nonnumquam prolapsus in ipsam fistulam calculus..non longe ab exitu inhaerescit *l.* 7. *c.* 26 *s.* 1. ℑ fistula, *ulcus*. nonnumquam ex ejusmodi abscessibus, et ex aliis ulcerum generibus fistulae oriuntur. Id nomen est ulceri alto, angusto, calloso.. fistularum genera plura sunt: siquidem aliae breves sunt, aliae altius penetrant; aliae rectae intus feruntur, aliae multoque plures transversae; aliae simplices sunt, aliae duplices triplicesve ab uno ore orsae; aut etiam in plures sinus dividuntur; aliae rectae, aliae flexae et tortuosae sunt; aliae intra carnem desinunt, aliae ad ossa aut cartilaginem penetrant, aut ubi neutrum horum subest, ad interiora perveniunt; aliae deinde facile, aliae cum difficultate curantur; atque etiam quaedam insanabiles reperiuntur. Expedita curatio est in fistula simplici, recenti, intra carnem &c. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. Vetustate callosa fit fistula &c. *ibid*. humida.. siccior.. sordidior.. callosior *ibid*. Solent autem inter costas fistulae subter irc *l.* 7. *c.* 4. *s.* 2. ventri nullum os subest; sed ibi perniciosae admodum fistulae fiunt &c. et quidem, quod maxime mirum videri potest, tutior fistula est contra jecur, et lienem, et ventriculum, quam contra intestina *ibid.* *s.* 3. propriam etiamnum animadversionem desiderant eae quae in ano sunt &c. *ibid.* *s.* 4. v. Claudo, Αἰγίλωψ.

Flamma. *v.* Ungo.

Fletus. continuati fletus *l.* 6. *c.* 6. *s.* 14.

Flexuosus. *v.* Ambulatio.

Flexus. *v.* Cubitus, Insisto, Patella.

Flexus, *adject*. *v.* Costa, Dens, Fistula.

Flo. Austro, aut Euro flante *l.* 6. *c.* 8. *s.* 2.

Floccus. *v.* Indicium.

Flos. flos albae violae aperit *l.* 5. *c.* 4. pini flos *l.* 4. *c.* 15. flos junci rotundi *l.* 5. *c.* 23. *s.* 2. flos punici mali *l.* 5. *c.* 22. *s.* 2. flos aeris exedit *l.* 5. *c.* 7. crustas ulceribus inducit *l.* 5. *c.* 9.

Fluens. *v.* Compressus, Exhaurio, Rado.

Flumen. *v.* Aqua, Aura, Gestatio, Piscis.

Fluo. ea, *inflammatio*, timeri potest, ubi parum sanguinis pro modo vulneris fluxit. Ergo quoties quid tale erit, sanguinem mature supprimere non oportebit; sed pati fluere, dum tutum erit, adeo ut, si parum fluxisse videbitur, mitti quoque ex brachio debeat *l.* 5. *c.* 26. *s.* 22. desinit, *sanguis*, fluere qua nolumus, inde objectis quae prohibeant, alia dato itinere *l.* 2. *c.* 10. quibus in pueritia sanguis e naribus fluxit, deinde fluere desiit, hi &c. *l.* 2. *c.* 7. *v.* Mulier. potest adhiberi remedium iis, *venis*, quae supra os fluunt, non potest iis, quae sub osse *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. nunc de iis capillis loquor, qui post morbum fere fluunt *l.* 6. *c.* 1. per vulnus, et per ipsum colem fluit sanies *l.* 7. *c.* 27. *v.* Alvus.

Fluor. quisquis fluore aeger est &c. *l.* 3. *c.* 6. cum in omni fluore ventris, tum in hoc praecipue necessarium est, non quoties libet desidere, sed quoties necesse est; ut haec ipsa mora in consuetudinem ferendi oneris intestina deducat *l.* 4. *c.* 23.

Foede. si induruit oculus, et sic emortuus est, ne in pus verteretur, quatenus foede prominebit, excidendum erit *l.* 6. *c.* 6. *s.* 9. foedius. *v.* Lumbricus.

Foeditas. magna foeditas odoris. *v.* Alvus.

Foedus. *v.* Facies, Laceratio, Odor. debilitas multo foedior. *v.* Femur.

Foeniculum. mali suci est *l.* 3. *c.* 21. inflationes levat *l.* 2. *c.* 26. urinam movet *l.* 2. *c.* 31. foeniculi semen simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33.

Foenum graecum. cataplasma ex foeni graeci farina calefacit *l.* 2. *c.* 33. praecipue

ad emolliendum potest cataplasma ex lini, vel foeni graeci semine *ibid*.

Foeteo. os etiam ejus elui potest, si et siccum est, et ipsi foetet *l.* 3. *c.* 4.

Foetidior. *v.* Dejectio.

Folium. *v.* Beta, Brassica, Coriandrum, Ficus, Herba solaris, Lentiscus, Lilium, Lingua canina, Malobathrum, Myrtus, Olea, Papaver, Rosa, Salix, Solanum, Verbena, Vitis. Ficulneum folium. *v.* Erado. folium myrtaceum *l.* 7. *c.* 17. folium myrteum *l.* 7. *c.* 2.

Fomentum. fomenta calida sunt milium, sal, arena *&c.* extincti titiones, involutique panniculis, et sic circumdati. Quin etiam calido oleo replentur utriculi, et in vasa fictilia, a similitudine quas lenticulas vocant, aqua calida conjicitur; et sal sacco linteo excipitur *&c. l.* 2. *c.* 17. prosunt adversus dolores imposita calida fomenta, vel ea quae simul et reprimunt, et emolliunt *l.* 4. *c.* 14. opus est fomentis humidis: nam sicca spiritum elidunt *l.* 4. *c.* 7. thorax fomentis, cataplasmatisque aut siccis, aut etiam humidis adjuvandus est *l.* 4. *c.* 8. sicca et calida fomenta admovere oportet; sed primo lenia, deinde validiora *l.* 4. *c.* 21. fomentis, sed protinus validioribus, totum corpus circumdare convenit *l.* 3. *c.* 12. *v.* Foveo.

Fons. consistere in frigidis medicatisque fontibus, quales Cutiliarum Sambruinarumque sunt, salutare est *l.* 4 *c.* 12.

Fontanus. *v.* Aqua.

Foramen. invisibilia foramina. *v.* Corpusculum. foramina intra caput maxima oculorum sunt; deinde narium; tum quae in auribus habemus *l.* 8. *c.* 1. *v.* Nares, Aures. modico foramine concava, *χορβοειδής* *l.* 7. *c.* 7. *s.* 13. cornea, *cucurbitula*, altera parte aeque patens, altera exiguum foramen habet *l.* 2. *c.* 11.

Foras. *v.* Proleo.

Forceps. si qua, *ossa*, labant, et ex facili removeri possunt, forcipe ad id facto colligenda sunt *l.* 8. *c.* 4. *v.* Dens.

Fore. Docendus aeger est.. longiorem accessionem fore, si quod ei datum fuerit alimentum *l.* 3. *c.* 6. sic enim fore, ut *&c. l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. sic enim fore, ne *&c. l.* 3. *c.* 14.

Foret. facilior semper curatio foret, si hoc verum esset *l.* 3. *c.* 3.

Forfex. ex quo, *omento*, si quid jam nigri et emortui est, forfice excidi debet *l.* 7. *c.* 16.

Forma. triangula forma cutis ab inferiore parte excidenda est *l.* 7. *c.* 25. *s.* 2.

Foro *v.* Injuria. est quidam premendi modus, ut, *modiolus*, et foret, et circumagatur *l.* 8. *c.* 3. indice digito corpus illud forandum est, ut effuso humore extenuetur *l.* 7. *c.* 29.

Fortasse. Plerique ex antiquis, *cibum*, tarde dabant, saepe quinto die, saepe sexto: et id fortasse vel in Aegypto, vel in Asia, coeli ratio patitur *l.* 3. *c.* 4.

Forte. *puer*, acetum, quod forte secum habebat, ebibit, et liberatus est *l.* 5. *c.* 27. *s.* 4.

Fortiter. *v.* Assumo.

Fortuitus. *v.* Profusio, Absumo.

Fortuna. in nullo morbo minus fortuna sibi vindicare, quam ars potest *l.* 3. *c.* 1. in morbis cum multum fortuna conferat, eademque saepe salutaria, saepe vana sint; potest dubitari secunda valetudo medicinae, an corporis beneficio contigerit *pro.* *l.* 7. *v.* Discerno, Negligentia.

Fossilis. *v.* Sal.

Foveo. multa aqua calida, deinde egelida fovendum os, caputque *l.* 4. *c.* 5. caput radendum, deinde posca fovendum est *&c.* *l.* 3. *c.* 20. oportet frigidis et humidis fomentis stomachum fovere; vel si venter dolet, iisdem egelidis *l.* 4. *c* 18. vapore aquae calidae fovendus oculus est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 11. si qua in extremis partibus frigent, unctis et calidis manibus fovere *l.* 3. *c.* 19. utilissimum est humido sale fovere *l.* 4. *c.* 6. facilius sanescit, *vulnus*, quod pervium est, quia utrimque medicamentis fovetur *l.* 7. *c.* 5. *s.* 1. *v.* Κριθή. *oportet*, a sexto die etiam vapore aquae calidae per spongiam fovere, *fissum fractumve os l.* 8. *c.* 4. *v.* Penicillum, Conjunctio.

Fractura. communia quaedam, *sunt*, humeris, brachiis, feminibus, cruribus, digitis. Siquidem ea minime periculose media franguntur: quo propior fractura capiti vel superiori, vel inferiori est, eo pejor est: nam et majores dolores affert, et difficilius curatur. Ea maxime tolerabilis est simplex, transversa: pejor ubi multa fragmenta: pessima ubi eadem acuta sunt *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1.. gravius aliquanto est, cum ossis fracturae carnis quoque vulnus accessit *ibid.* *s.* 7. interdum fractura quibusdam velut aculeis carnem vexat. Quo a prurigine et a punctionibus cognito, aperire id medicus, eosque aculeos praecidere necesse habet *ibid*.

Fractus. os fractum, nisi si succursum est, gravibus inflammationibus afficit, difficiliusque postea tractatur *l.* 8. *c.* 4. Non-

numquam in his ossa in suis sedibus remanent: multo saepius exciduut, aliudque super aliud effertur: idque ante omnia considerari debet; et sunt notae certae. Si suis sedibus sunt, mota resonant, punctionisque sensum repraesentant; tactu inaequalia sunt. Si vero non adversa, sed obliqua junguntur; quod fit ubi loco non sunt *l.* 6. *c.* 2. *s.* 1. ℑ *translate*. jam fractis aestibus *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4.

Fragilis. *v.* Pirum, Pomum.

Fragmentum. aliquando plura fragmenta fiunt. Sed in aliis quidem ossibus ex toto saepe fragmentum a fragmento recedit: maxillae vero aliqua parte, etiam vexata ossa inter se cohaerent *l.* 8. *c.* 7. si quod parvulum fragmentum ossis eminet; id si retusum est, in suam sedem dandum; si acutum, ante acumen ejus, si longius est, praecidendum; si brevius, limandum, et utrumque scalpro laevandum *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. *v.* Canaliculus. fragmenta spinosa *l.* 8. *c.* 9. *s.* 2.

Frango. *v.* Injuria. omne os modo rectum, ut lignum in longitudinem finditur; modo frangitur transversum; interdum obliquum; atque id ipsum nonnumquam retusa habet capita, nonnumquam acuta; quod genus pessimum est; quia neque facile committuntur quae nulli retuso innituntur, et carnem vulnerant &c. *l.* 8. *c.* 7. *v.* Dirigo. in aure et os, et cartilago frangi solet; et quidem modo adversa, modo a latere *l.* 8. *c.* 5. in aure interdum rumpitur cartilago &c. nunc de ea dico, quae cute integra frangitur *l.* 8. *c.* 6. *v.* Costa, Jugulum, Maxilla. ℑ *translate*. in acutis morbis serius aeger alendus est.. ut primo dempta materia impetum frangat *l.* 3. *c.* 2.

Fraudo. neque recentiores viros in iis fraudare oportet, quae vel repererunt, vel recte secuti sunt; et tamen ea quae apud antiquiores aliquos posita sunt, auctoribus suis reddere *l.* 2. *c.* 14.

Frenum. *v.* Φίμωσις.

Frequens. *v.* Balneum, Concubitus, Cupiditas, Dejectio, Destillatio, Sermo. frequentior. *v.* Articulus. frequentissimus. *v.* Ε'λεφαντίασις.

Frequenter. Evenio, Exerceo, Spiro.

Frequento. curatio quae palpebrae laxioris ab omnibus frequentatur, nihil habet dubii *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8.

Fresus. *v.* Faba.

Frictio, Fricatio. Hippocrates dixit, frictione, si vehemens sit, durari corpus; si lenis, molliri; si multa, minui; si modica, impleri. Sequitur ergo, ut tum utendum sit, cum aut adstringendum corpus est, quod hebes est; aut molliendum, quod induruit; aut digerendum in eo, quod copia nocet; aut alendum id quod tenue et infirmum est *l.* 2. *c.* 14. longa frictione uti neque in acutis morbis, neque increscentibus convenit, praeterquam cum phreneticis somnus ea quaeritur *ibid*. si certa membra perfricantur, multa valentique frictione opus est &c. at ubi totius corporis imbecillitas hano curationem per totum id requirit, brevior esse debet et lenior, ut tantummodo summam cutem emolliat, quo facilius capax ex recenti cibo novae materiae fiat *ibid*. prodest frictio multa, praecipue inferiorum partium, vel in sole, vel ad ignem, et per se ipsum, et per alios usque ad sudorem *l.* 4. *c.* 8. utendum est cursu; frictione in eo quod laesum est leni et multa; in reliquis partibus breviore, sed vehementi *l.* 4. *c.* 3. capitis longos dolores ipsius frictio levat; non in impetu tamen doloris *l.* 2. *c.* 14. adhibeatur frictio, quantam is sustinere poterit *l.* 3. *c.* 12. prosunt frictiones validae cum quibusdam calefacientibus *l.* 4. *c.* 10. frequens frictio *l.* 1. *c.* 3. frictio ex oleo et sale *l.* 3. *c.* 9. utendum frictione, madefactis tantum manibus aqua, cui sal et nitrum et olei paulum sit adjectum *l.* 3. *c.* 21. *Veteres libri fere semper habent* frictio; *Ed. Lindenii saepe*, fricatio.

Frictus. *v.* Allium, Iris, Papaveris lacrima, Sal.

Frigeo. periculum mortis est.. si in magno dolore extremae partes frigent *l.* 2. *c.* 8. *v.* Caleo.

Frigesco. sanguis ex naribus cursus sic, ut corpus frigescat *l.* 4. *c.* 2. extremae partes frigescunt *l.* 2. *c.* 7. *v.* Aqua.

Frigidus. homo frigidus calefacere se debet *l.* 1. *c.* 3. *v.* Aqua, Cibus, Coelum, Lavatio, Locus, Potio, Sudor, Spiritus, Vinum. frigidior. alii calidi, alii frigidiores sunt *l.* 1. *c.* 3. dies frigidiores. *v.* Autumnus. frigidiores regiones. *v.* Italia. frigidissimus. potio quam frigidissima *l.* 4. *c.* 26. ℑ *absolute*. abstinendum utique est ab omnibus frigidis *l.* 4. *c.* 15.

Frigus. inimicum est seni, tenui, vulneri, praecordiis &c. Idem summam cutem facit pallidam, aridam, duram, nigram: ex hoc horrores, tremoresque nascuntur.

At prodest juvenibus, et omnibus plenis: erectiorque mens est, et melius concoquitur, ubi frigus quidem est, sed cavetur *l.* 1. *c.* 9. minime aut frigus aut calor tuta sunt, ubi subita insuetis sunt *ibid*. frigus modo nervorum distentionem, modo rigorem infert; illud σπασμὸς, hoc τέτανος graece nominatur; nigritiem in ulceribus, horrores in febribus excitat *l.* 2. *c.* 1. fiunt etiam ex frigore hiberno ulcera *l.* 5. *c.* 28. *s.* 6. *autumno*, corpus et estate et subinde meridianis caloribus relaxatum subito frigore excipitur *l.* 2. *c.* 1. *v.* Protego. cavere matutinum et vespertinum frigus *l.* 1. *c.* 2. *v.* Afflatus. modicum frigus hieme corpus implet *l.* 1. c. 3. nimium frigus. *v.* Calor, Cancer. solet etiam ante febres frigus esse; idque vel molestissimum morbi genus est *l.* 3. *c.* 11. *v.* Aetas, Quotidianus, Venenum.

Frio. *v.* Gummi.

Frons. *v.* Calvaria. si frons prurit, lippitudinis metus est *l.* 2. *c.* 7. *v.* Gravedo. omnibus ea, *cicatrix*, locis commode inducitur, excepta frontis ea parte quae paulum super id est quod inter supercilia est *l.* 8. *c.* 4. *v.* Dolor capitis, Mitto, Pitacium. frons ossis. *v.* Serrula.

Fructus. ex fructibus surculorum valentiores uvae, ficus, nuces, palmulae, quam quae proprie poma nominantur *l.* 2. *c.* 18.

Frugalitas. neque ignorare oportet. quod is vitae genus sit secutus, cum luxu, an cum frugalitate *pro*. *l.* 1.

Frumentum. frumentum quodque valentius est collinum, quam campestre *l.* 2. *c.* 18. cum panificia omnia firmissima sint, elota tamen quaedam genera frumenti, ut alica, oryza, ptisana, vel ex iisdem facta sorbitio, aut pulticula, et aqua quoque madens panis, imbecillissimis adnumerari potest *ibid*. *v.* Potio.

Frustra. nec tamen magno negotio cutis sanescit, etiamsi frustra secta est *l.* 8. *c.* 4. *v.* Ἀγκυλοβλέφαρος, Assidue, Machinamentum.

Frustror. Spes interdum frustratur, et moritur aliquis de quo medicus securus primo fuit *l.* 2. *c.* 6.

Fugio. nullum cibi genus fugere, quo populus utatur *l.* 1. *c.* 1. fugere oportet solem, balneum *&c.* *l.* 3. *c.* 23.

Fulcio. linamenta super non fulcienda, sed leviter tantum imponenda sunt *l.* 7. *c.* 19.

Fulgor. *v.* Sensus.

Fuligo. *v.* Tus.

Fulmen. *v.* Attonitus.

Fulmentum. *v.* Gestatio.

Fumus. vitandus fumus, pulvis, et quidquid vel tussim, vel sternumentum movet *l.* 8. *c.* 9. *v.* Suffumigo.

Fundens. ora venarum fundentia sanguinem *l.* 7. *c.* 30. *s.* 3.

Fundo. *v.* Αἱμοῤῥοῒς, Mulier. majores, *venae*, longiore lino deligandae sunt, ne periculose sanguinem fundant *l.* 7. *c.* 19. ℑ *extendo*. pupilla funditur et dilatatur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 37.

Fungus. si fungos inutiles qui assumpsit, radicula aut e posca, aut cum sale et aceto edenda est. Ipsi vero hi et specie quidem discerni possunt ab utilibus, et cocturae genere idonei fieri. Nam sive ex oleo inferbuerunt, sive piri surculus cum his inferbuit, omni noxa vacant *l.* 5. *c.* 27. *s.* 12.

Funus. *v.* Effero, Fama.

Furfur. furfures in salsa aqua vel aceto decocti simul et reprimunt, et molliunt *l.* 2. *c.* 33. *v.* Cremor.

Furor. remedia adhibere, ubi maxime furor urget, supervacuum est *l.* 3. *c.* 18. *v.* Affero, Mulier.

Furunculus. furunculus est tuberculum acutum cum inflammatione, et dolore; maximeque ubi jam in pus vertitur. Qui ubi adapertus est, et exiit pus, apparet pars carnis in pus versa, pars corrupta, subalbida, subrubra; quem ventriculum quidam furunculi nominant *l.* 5. *c.* 28. *s.* 8. *v.* Phyma.

Fustis. si validius, *membrum*, est, melius adducent, qui easdem habenas ad valida bacula deligarint; cumque eorum fustium imas partes oppositae morae objecerint, superiores ad se utraque manu traxerint *l.* 8. *c.* 20.

Fusus. *v.* Alvus. ℑ *extensus*. crassius intestinum late fusum atque sinuatum *l.* 4. c. 1.

Futurus. quinto jam die quanta futura inflammatio est, se ostendit *l.* 5. *c.* 26. longum id, sed sine periculo futurum est *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. *v.* Indicium, Nota, Signum.

GA ΓΑ

Γάγγλιον. *v.* Ἀθέρωμα, Ganglium.

Γάγγραινα, Gangraena. modo ulcus nigrum est *&c.* modo oritur ea quam Graeci γάγγραιναν appellant. Priora in qualibet parte corporis fiunt: hoc in prominentibus partibus; id est inter ungues, et a-

aures, venae moventur in capite, turbida urina est *l.* 4. *c.* 5. in gravedine primo die neque esse, neque bibere, caput velare &c. post quae vix fieri potest, ut idem incommodum maneat *ibid.* si capitis ac frontis dolores ex vento, vel frigore, aut aestu sunt, gravedine et sternumentis finiuntur *l.* 2. *c.* 8. vitare gravedines *v.* Protego.

Gravidus. *v.* Femina, Mulier.

Gravis, gravior, gravissimus. alios usos esse cibo pleniore, alios exiguo; gravioresque eos factos, qui se impleraut *pro. l.* 1. graviora membra, gravior somnus, spiritus gravis *l.* 2. *c.* 2. gravius aliquanto est, cum ossis fracturae carnis quoque vulnus accessit *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. *v.* Accessio, Aqua, Avis, Dolor, Febris, Inflammatio, Metus, Morbus, Noxa, Periculum, Piscis, Signum, Vulnus. ℑ *pro insalubris*. *v.* Coelum, Locus, Peregrinans, Ventus.

Gravitas. si qua gravitas in corpore est, tum neque mane surgendum &c. *l.* 1. *c.* 10. gravitas vel capitis, vel praecordiorum *l.* 3. *c.* 5. praecordiorum totiusque pectoris gravitas *l.* 4. *c.* 14.

Graviter. si graviter aliquis percussus est &c. *l.* 8. *c.* 4. ubi gravius aliquis audire coepit &c. *l.* 6. *c.* 7. *s.* 7. *διάβρωσις* gravissime nocet *l.* 4. *c.* 11.

Gravo. sic averti materiae cursum; at illo modo in id ipsum, quod gravat, evocari *l.* 2. *c.* 10.

Gremium. *v.* Aversus.

Gressus. calx in gressu terram non contingit *l.* 8. *c.* 20.

Grossus. evocat et educit ladanum.. grossi in aqua cocti *l.* 5. *c.* 12.

Grus. generis valentissimi est *l.* 2. *c.* 18. alvum adstringit *l.* 2. *c.* 30.

Gubernator. *v.* Agricola.

Gummi. glutinat vulnus, praecipueque acanthinum *l.* 5. *c.* 2. laevat id quod exasperatum est *l.* 5. *c.* 13. scire oportet.. gummi cum alias quasdam facultates habeat, hoc maxime praestare, ut ubi collyria facta inaruerunt, glutinata sint, neque frientur *l.* 6. *c* 6. *s.* 3.

Gusto. paulum cibi, sed hujus idonei gustandum *l.* 1. *c.* 3. celerius etiam panis mandendus, quam vinum gustandum est *l.* 4. *c.* 6.

Gustus. id gustui non insuave est *l.* 4. *c.* 26. *v.* Attraho, Gallus.

Gutta. *antiqui*, dabant aut nigrum veratrum.. aut lactucae marinae lac, cujus gutta pani adjecta abunde purgat *l.* 2. *c.* 12. *s.* 1. Erasistratus primo tribus, aut quinis vini guttis aspergendam potionem esse dixit *l.* 4. *c.* 18. gutta humoris. *v.* Oculus.

Guttur. *v.* Arteria aspera, Inanis.

Gymnasium. *v.* Sordes.

Gypsum. simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33. *v.* Delino.

HA

Habena. extrinsecus circumdanda habena est, media illita mixtis inter se simila et turis fuligine *l.* 8. *c.* 5. *v.* Ferula, Complector. ℑ *habena terebrae*. lentius ducenda habena *l.* 8. *c.* 3. ℑ *habenula cutis*. duabus lineis incidenda cutis est, ut media inter eas habenula tenuis admodum excidatur *l.* 7. *c.* 4. *s.* 4. paulo latior habenula *v.* Creo.

Habens. alterum impetiginis genus est.. figuras varias habens *l.* 5. *c.* 28. *s.* 17. *v.* Conclave, Fiducia, Habito.

Habeo. sanus homo &c. hunc oportet varium habere vitae genus *l.* 1. *c.* 1. raro quisquam non aliquam partem corporis imbecillam habet *l.* 1. *c.* 3. omnia pinguia, quam macra; recentia, quam salsa; nova, quam vetusta plus alimenti habent *l.* 2. *c.* 18. cum eo, ne quis qui valere et senescere volet, hoc quotidianum habeat *l.* 1. *c.* 3. qui malum corporis habitum habent, huic curationi idonei non sunt *l.* 3. *c.* 21. in eodem morbo, *pulmonis*, periculosum est etiam, quod alias salutare habetur, sternumentum *l.* 2. *c.* 8. *v.* Italia. in quibusdam parum tuto supprimitur, qui sanguinis profluvio imbecilliores non fiunt: habent enim purgationem hanc, non morbum *l.* 6. *c.* 18. *s.* 9. hic quoque habenda virium ratio est *l.* 2. *c.* 17. continuata quoque febris habet tempora, quibus, etsi non remittit, non tamen crescit *l.* 3. *c.* 18. danda opera est, ultimus sinus, *plagae*, exitum habeat *l* 7. *c.* 2. dolores is locus, et punctiones habet *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2. id interdum naturam carcinomatis habet *l.* 7. *c.* 7. *s.* 7. id modo minus, modo plus periculi habet *l.* 4. *c.* 11. necesse habere *v.* Fractura. habendum silentium *l.* 8. *c.* 17. *v.* Intactus. patentiorem fistulam habiturus est rupta cervice, *vesicae*, quam habuisset incisa *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. *v.* Bonum, Curatio, Desperatio, Facultas, Febris, Ictus,

Metus, Molestia, Momentum, Nota, Patrocinium, Praecordia, Scientia. *Exempla alia ad usum hujus verbi pertinentia passim occurrunt*. aliter se habere. v. Nota. cum corpus ita se habet, ut major remissio non exspectetur *l*. 3. *c*. 5. jamque ex toto recte se habere cervices videbuntur *l*. 4. *c*. 6. opportuniores eae partes injuriae sunt, quae jam male habent *l*. 2. *c*. 10. *oportet*, considerare quantulo detracto futurum sit, ut, *palpebra*, naturaliter se habeat *l*. 7. *c*. 7. *s*. 8. ℑ *teneo*, *detineo*. neque saepe, neque tamdiu in aqua calida puer habendus, quam adolescens est *l*. 7. *c* 27. optimum est utrumque experiri, et habere eum qui tenebras horret, in luce; eum qui lucem, in tenebris *l*. 3. *c*. 18. *v*. Collocatus. ℑ male habeo, *affligo*, *male afficio*, *molestiam affero*. usus aquae frigidae prodest.. iis etiam quos assiduae lippitudines, gravedines, destillationes, tonsillaeque male habent *l*. 1. *c*. 5. commode Erasistratus dixit, saepe, interiore parte humorem non requirente, os et fauces requirere; neque ad rem male haberi aegrum pertinere *l*. 3. *c*. 4. *v*. Ἀλ-θαργος, Tabes.

Habilis. *v*. Corpus.

Habito. habitare, *debet*, aedificio lucido perflatum aestivum, hibernum solem habente *l*. 1. *c*. 2.

Habitus. non quod non.. omnis aetatis, omnis habitus homines per omnia genera morborum et aegrotent, et moriantur: sed quod &c. *pro*. *l*. 2. quae sequi quisque pro habitu corporis sui debet *l*. 1. *c*. 9. brachii naturalis habitus *v*. Mitella. sani jacentis habitus *l*. 2. *c*. 3. sanguinis habitus *l*. 2. *c*. 10. corporis et nervorum habitus *l*. 8. *c*. 11. *balneum*, fere adhibetur, ubi.. corporis habitum mutari expedit *l*. 2. *c*. 17. quacumque parte corporis membrum aliquod resolutum est, si neque movetur, et emacrescit, in pristinum habitum non revertitur *l*. 2. *c*. 8. ubi post longos morbos totius corporis habitus vitiatus est &c. *l*. 7. *c*. 2. malus corporis habitus *v*. Καχεξία. bonus temperatum habitus *l*. 2. *c*. 1. neque in generibus rerum tantummodo discrimen est, sed etiam in ipsis: quod et aetate fit.. et habitu *l*. 2. *c*. 18.

Habitus. prima semper habita salute *l*. 3. *c*. 4. *v*. Cura.

Hac. hac atque illac. *v*. Moveo.

Hactenus. hactenus oculorum morbi lenibus medicamentis nutriuntur &c. *l*. 6. *c*. 6. *s*. 16. hactenus non magna mole pugnatur &c. *l*. 3. *c*. 22.

Haematites *v*. Lapis.

Haemorrhois, *serpens*. *v*. Cerastes.

Haereditas. sicut in homine praedivite famem timente incidit, cui subinde falsae haereditates nuntiabantur *l*. 3. *c*. 18.

Haerens. per quae molliores alii eas partes fieri dicunt, opportunioresque vitio jam haerenti *l*. 4. *c*. 9. *v*. Dens.

Haereo. *dentium*, pars maxillae, pars superiori ossi malarum haeret *l*. 8. *c*. 1. haerere febrem. *v*. Praecordia. bene haerere. *v*. Dens. valentius haerere. *v*. Sutura.

Halicacabus. halicacabi cortex *l*. 5 *c*. 20. *s*. 3.

Hammonius. Alexandrinus, *chirurgus pro*. *l*.7.

Hamulus. tonsillas.. oportet hamulo excipere, et scalpello excidere *l*. 7. *c*. 12. *s*. 2. retusus hamulus *l*. 7. *c*. 31. hamulus acutus, paulum mucrone intus recurvato *l*.7. *c*. 7. *s*. 4.

Hamus. hamo summa tunica, *oculi*, apprehendatur &c. *l*. 6. *c*. 6. *s*. 9. quorum ubi aliquid detectum est, excipiendum hamo retuso est *l*. 7. *c*. 5. *s*. 1.

Hapsus. circumdare oportet latus hapso lanae sulphuratae *l*. 4. *c*. 13. inducendus hapsus lanae mollis tepido oleo repletus, qui pubem &c. protegat *l*. 7. *c*. 26. *s*. 5.

Haud. *v*. Curtus.

Haurio. vitandum est, ne quod haustum est, devoretur *l*. 6. *c*. 9.

Hebenus. urinam movet *l*. 3. *c*. 31. exedit corpus *l*. 5. *c*. 7. evocat et educit *l*. 5. *c*. 12. laevat id quod exasperatum est *l*. 5. *c*. 13.

Hebes. *v*. Acies, Caro, Corpusculum. hebetior. *v*. Ὠμοπλάται.

Hebetesco. *v*. Μυδρίασις.

Hebeto. *v*. Auster, Calor, Ignavia. neque alienum est instillare paulum rosae vel lactis.. quod ipsum tamen, si nimium est, aciem ferramenti hebetat *l*. 8. *c*. 3.

Hecataeus. *v*. Emplastrum.

Hedera. simul et reprimit, et refrigerat *l*. 2. *c*. 33. potest proficere, *in sacro igni*, hedera nigra in vino austero cocta *l*. 5. *c*. 28. *s*. 4. bacca hederae conjecta in id foramen dentem findit *l*. 6. *c*. 9.

Helenium. discutit *l*. 5. *c*. 11.

Ἡλιοτρόπιον. *v*. Herba.

Hemina. non ultra heminam aquae sumere *l*. 4. *c*. 5. tritici hemina in vino aminneo austero decoquitur *l*. 4. *c*. 26.

Ἡμιτριταῖος. Tertianarum duo genera sunt:

quod tertio quidem die revertitur, ex octo autem et quadraginta horis fere sex et triginta per accessionem occupat, interdum etiam vel minus, vel plus; neque ex toto in remissione desistit, sed tantum levius est. Id genus plerique medici ἡμιτριταῖον appellant *l.* 3. *c.* 3. ubi id genus tertianae est, quod ἡμιτριταῖον medici appellant, magna cura opus est, ne id fallat. Habet enim frequentes accessiones decessionesque &c. *l.* 3. *c.* 8.

Ἡπατικὸς. alterius quoque visceris morbus, id est jecinoris, aeque modo longus, modo acutus esse consuevit; ἡπατικὸν Graeci vocant *l.* 4. *c.* 15.

Hera. Herae compositio *l.* 5. *c.* 22. *s.* 3.

Heraclides Tarentiuus. *v.* Ἐμπειρικὸς. Heraclides Tarentinus auctor est &c. *l* 7. *c.* 7. *s.* 6.

Herba. simul reprimunt, et refrigerant herba muralis, παρθένιον vel περδίκιον appellant.. herba sanguinalis, quam Graeci πολύγονον vocant *l.* 2. *c.* 33. bibere oportet herbae solaris, quam ἡλιοτρόπιον Graeci vocant, semen vel certe folia ex vino *l.* 5. *c.* 27. *s.* 5. utiles etiam in quibuscumque viribus herbae duae sunt, solanum et muralis *l.* 3. *c.* 18. agrestium experimento cognitum est, cum dens dolet, herbam mentastrum cum suis radicibus evelli debere, et in pelvem conjici &c. *l.* 6. *c.* 9. *v.* Italia.

Hercules. neque hercules ista curatio nova est *l.* 3. *c.* 9.

Hernia. ἐντεροκήλην et ἐπιπλοκήλην Graeci vocant: apud nos indecorum, sed commune his herniae nomen est *l.* 7. *c.* 18.

Hermon. *v.* Collyrium.

Heron, *chirurgus pro.* *l.* 7.

Herophilus. *v.* Exerceo, Ἀρακνοειδὴς.

Hesternus. *v.* Panis.

Hibernus. *v.* Frigus, Tempus. sol hibernus. *v.* Habito.

Hibiscus. oportet noctu cataplasmata calefacientia imponere, maximeque hibisci radicem ex vino coctam *l.* 4. *c.* 31.

Hic. hic quidem acutus est morbus l 3. *c.* 21. haec, *medicina*, nusquam quidem non est *pro.* *l.* 1. saepe hoc malum per se incipit *l.* 3. *c.* 21. *et passim.* ℑ hic idem. haec eadem cum melle purgant ulcera; cum cera implent *l.* 5. *c.* 22. *s.* 1. ℑ hic ipse. tertium genus insaniae est ex his longissimum &c atque hujus ipsius species duae sunt *l.* 3. *c.* 18. ℑ hujus *pro hujus rei.* miscentur autem varie, *simplicia*, neque

Hic, *adverb.* hic quoque habenda virium ratio est *l.* 2. *c.* 17. quae quoties posuero, non quae hic nascuntur, sed quae inter aromata afferuntur significabo *l.* 3. *c.* 21.

Hiems. saluberrimum ver est; proxime deinde ab hoc, hiems *l.* 2. *c.* 1. hiems capitis dolores, tussim, et quidquid in faucibus, in lateribus, in visceribus mali contrahitur, irritat *ibid.* inimicior senibus hiems, adolescentibus aestas est *ibid.* prima hiems. *v.* Locus. hieme plus esse convenit; minus, sed meracius bibere *l.* 1. *c.* 3. *v.* Conquiesco, Venus.

Hilaris. *v.* Phreneticus, Tristis. hilari vultu. *v.* Medicus.

Hilaritas. in tristitia nigrum veratrum dejectionis causa; in hilaritate album ad vomitum excitandum dari debet *l.* 3. *c.* 18. demens hilaritas terroribus iis de quibus supra dixi, melius curatur *ibid.*

Hinc. Hinc humerus incipit *l.* 8. *c.* 1. in ea parte quae manu curat, evidens est omnem profectum, ut aliquid ab aliis adjuvetur, hinc tamen plurimum trahere *pro.* *l.* 7.

Hio. mors denuntiatur ubi aeger.. hiat, ubi assidue dormit *l.* 2. *c.* 6. *v.* Ἐκτρόπιον, Induresco. satis est id quod eminet plano scalpro excidere: quo sublato, jam rima hiat quantum curationi satis est *l.* 8. *c.* 4. hominemque eum hiante ore vaporem excipere, *debere l.* 6. *c.* 9. *v.* Conquiesco.

Hippocrates. Hujus autem, *Democriti*, ut quidam crediderunt, discipulus Hippocrates Cous, primus quidem ex omnibus memoria dignis, ab studio sapientiae disciplinam hanc separavit; vir et arte et facundia insignis *pro.* *l.* 1. Haec autem pars cum sit vetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinae Hippocrate, quam a prioribus exculta est *pro.* *l.* 7.

Hircinus. *v.* Sevum, Inungo.

Hirundininus. *v.* Pullus.

Hirundo. sanguis, *hirundinis*, nostros quoque oculos ab externo casu commodissime tuetur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 39. hirundinis stercus adurit *l.* 5. *c.* 8.

Histrio. histrionis est parvam rem attollere, quo plus praestitisse videatur *l* 5. *c.* 26. *s.* 1.

Hoedus. *v.* Agnus.

Homerus. quos, *Podalirium et Machaonem*, Homerus non in pestilentia, neque in variis generibus morborum aliquid attulisse auxilii, sed vulneribus tantummodo ferro et medicamentis mederi solitos

potest, morbos tum ad iram deorum immortalium relatos esse, et ab iisdem opem posci solitam *pro*. *l.* 1.

Homo. Sanus homo qui et bene valet, et suae spontis est, nullis obligare se legibus debet *l.* 1. *c.* 1. sani, neque firmi homines *l.* 2. *c.* 15. tenuis homo implere se debet, plenus extenuare, calidus refrigerare, frigidus calefacere, madens siccare, siccus madefacere *l.* 1. *c.* 3. famem facilius.. inexercitatus, quam exercitatus homo, sustinet *pro. l.* 1. omnem laborem facilius vel puer, vel senex, quam insuetus homo, sustinet *l.* 1. *c.* 3. homo humilis, *i. e. inops*. *v.* Gestatio. imbecillis hominibus rebus infirmissimis opus est; mediocriter firmos media materia optime sustinet; [et] robustis apta validissima est *l.* 2. *c.* 18. diligentes homines. *v.* Noto. intemperantes homines apud nos sibi cibi tempora, modum curantibus dant *l.* 2. *c.* 16. est prudentis hominis, primum eum qui servari non potest, non attingere, nec subire speciem ejus ut occisi, quem sors ipsius interemit: deinde ubi gravis metus sine certa tamen desperatione est, indicare necessariis periclitantis in difficili rem esse; ne si victa ars malo fuerit, vel ignorasse, vel fefellisse videatur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 1. homo praevalens et peritus *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. *v.* Circumspectus.

Hora. post cibum intermittenda hora *l.* 3. *c.* 22. id si vires patiuntur, ante meridiem tota hora; post meridiem semihora fieri debet *l.* 3. *c.* 21. singulis interpositis horis. *v.* Cyathus. interpositis pluribus horis *l.* 6. *c.* 5. *v.* Ἡμιτριταῖος. intra paucas horas. *v.* Exspiro. antelucanae horae *v.* Dormio.

Hordeaceus. *v.* Farina, Panis.

Hordeum. mali suci est *l.* 2. *c.* 21. firmius est milium, quam hordeum *l.* 2. *c.* 18. *v.* Panis.

Horreo. antiqui tales aegros in tenebris habebant &c. Asclepiades tamquam ipsis tenebris terrentibus, in lumine habendos eos dixit.. Optimum itaque est utrumque experiri; et habere eum qui tenebras horret, in luce; eum qui lucem, in tenebris *l.* 3. *c.* 18. *v.* Molior. aquam horrere *v.* Ὑδροφόβος.

Horror. horror eas fere febres antecedit, quae certum habent circumitum *l.* 3. *c.* 12. *v.* Quotidiana. fere talis horror ab iis oritur, quae biliosa in stomacho resederunt *ibid.* ante accessionem allium edat, aut bibat aquam calidam cum pipere: siquidem ... assumpta calorem movent, qui horrorem non admittit &c. si nihilo minus horror perruperit, multo oleo calefacto per ipsa vestimenta perfundatur &c. utendumque eisdem est, donec horror finiatur *ibid.* inordinati horrores *l.* 7. *c.* 27. horror validus *l.* 4. *c.* 2. subitus horror. *v.* Exsolvo.

Hortor. si nulla nervorum distentio accessit, utique sanguis mitti debet; si accessit, non utique mittendus est, nisi alia quoque hortantur *l.* 3. *c.* 23.

Hortus. urinam movent quaecumque in horto nascentia boni odoris sunt, ut apium &c. *l.* 2. *c.* 31.

Huc. *v.* Adjicio, Differo, Inclino. huc et illuc. *v.* Gestatio. huc atque illuc. *v.* Moveo. huc illucve. *v.* Do.

Humanus. *v.* Erumpo, Imbecillitas. humana salus. *v.* Ars.

Humerus. hinc humerus incipit extremis utrimque capitibus tumidus, mollis, sine medulla, cartilaginosus: medius teres, durus, medullosus: leniter gibbus in priorem et posteriorem et interiorem; cavus in exteriorem partem &c. superius autem humeri caput rotundius quam cetera ossa de quibus adhuc dixi, parvo excessu vertici lati scapularum ossis inseritur, ac majore parte extra situm nervis deligatur. At inferius duos processus habet; inter quos quod medium est, magis etiam extremis partibus sinuatur *l.* 8. *c.* 1. humerus fractus non sic, ut aliud membrum intenditur: sed homo collocatur alto sedili &c. *l.* 8. *c.* 10. *s.* 2. humerus modo in alam excidit, modo in partem priorem *l.* 8. *c.* 15. humerorum dolores qui ad scapulas vel manus tendunt, vomitu atrae bilis solvuntur *l.* 2. *c.* 8. difficilis aeque curatio est &c. ubi humerorum dolor vel ad manus pervenit, vel ad scapulas tendit, torporemque et dolorem creat, neque bilis vomitu levatur *ibid.*

Humidus. alia curatione opus est, si ex quatuor principiis vel superans aliquid vel deficiens adversam valetudinem creat.. alia si in humidis omne vitium est *pro. l.* 1. norit quisque naturam sui corporis: quoniam alii humidi, alii sicci sunt *l.* 1. *c.* 3. *v.* Cataplasma, Cibus, Coelum, Corpus, Fomentum, Tussis.

Humilis. *puer*, resupinus collocandus est sic, ut caput humile sit, coxae paulum excitentur *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. ❡ humilis *pro inops*. *v.* Gestatio. humilior. *v.* Calceamentum.

cum quemdam ejus notae intemperantiae, mediocriter eo morbo implicitum, negavit posse sanari. Cumque alter medicus Epirotes Philippus sanaturum polliceretur; respondit, illum ad morbum aegri respicere; se ad animum *l.* 3. *c.* 21. *v.* Custodio.

Ignoro. occursurnm vitio dicunt, cum qui originem non ignorarit *pro*. *l.* 1. alterum illud ignorari non oportet, quod non omnibus aegris eadem remedia conveniunt *l.* 3. *c.* 1. cum eo tamen, quod non ignoremus, orto cancro saepe affici stomachum *l.* 7. *c.* 27. *v.* Appellatus, Displiceo, Nota. Ephelis a plerisque ignoratur &c. *l.* 6. c. 5.

Ignosco. magis ignoscendum est medico parum proficienti in acutis morbis, quam in longis. Hic enim breve spatium est, intra quod, si quod auxilium non profuit, aeger extinguitur: ibi et deliberationi, et mutationi remediorum tempus patet; adeo ut raro, si inter initia medicus accessit, obsequens aeger sine illius vitio pereat *l.* 3. *c.* 1.

Ignotus. quod si jam incidat mali genus aliquod ignotum &c. *pro*. *l.* 1. *v.* Ἐλεφαντίασις. insanientes non oportere esse inter ignotos *l.* 3. *c.* 18. potest adhiberi curatio; cum eo, ne ignotum sit esse difficilem *l.* 7. c. 7. *s.* 7.

Ile. ipsa ilia inter coxas et pubem posita sunt *l.* 4. c. 1. *v.* Fascis, Vulva.

Illac. *v.* Hac.

Illacrimo. oculi illacrimant *l.* 2. c. 6.

Ille. Ille solicitari debet, cui haec nova sunt *l.* 2. *c.* 2. est etiam illa adustorum curatio, dum inflammatio est, impositam habere cum melle lenticulam *l.* 5. *c.* 27. *s.* 13. ℑ *absolute*. illud perpetuum est, non ut primum fieri potest, hujus generis ulcera sanare *l.* 4. *c.* 29. *v.* Communis, Decet. ℑ illud aliud genus fere quidem ferro curatur &c. *l.* 6. *c.* 8. *s.* 2. ille quoque ipse, si quid jam corruptum esset, expelli debere confessus est *l.* 1. c. 3.

Illic. *v.* Telum.

Illido. quorum faucibus in febre illiditur spiritus, instat his nervorum distentio *l.* 2. c. 7.

Illigo. alter processus, *maxillae*.. sub osse jugali subit, et super id temporum musculis illigatur *l.* 8. c. 1. *v.* Omentum.

Illino. emplastrum imponitur, pastillus illinitur &c. *l.* 5. c. 17. *s.* 2. oportet illinere vulnus medicamento, quo sanguis supprimatur *l.* 7. *c.* 12. *s.* 2.

Illuc. *v.* Iluc, Cito, Conversus, Revoco.

Illustris. *v.* Locus.

Illyricus. *v.* Iris.

Imago. *v.* [illegible], Poeta. vanae imagines. *v.* Phrenesis. nocturnae imagines. *v* Profusio seminis quaedam tamquam imagines. *v.* Obversor. ad imaginem. *v.* Arteria aspera.

Imbecillitas. capitis imbecillitas *l.* 1. c. 5. *v.* Aetas. nimia imbecillitas corporis *l.* 3. *c.* 19. nervorum imbecillitas *l.* 8. *c* 14. crurum imbecillitas *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. *v.* Cardiacus, Cogo, Jacens, Dens, Oculus. imbecillitas etiam cibum protinus facere necessarium potest *l.* 5. c. 26. *s.* 25. *v.* Subvenio. ex imbecillitate summum periculum est *l.* 3. *c.* 4. neque id evitare humana imbecillitas in tanta varietate corporum potest *l.* 3. *c.* 6.

Imbecillus. imbecillis; quo in numero magna pars urbanorum, omnesque paene cupidi litterarum sunt; observatio major necessaria est: ut quod vel corporis, vel loci, vel studii ratio detrahit, cura restituat *l.* 1. c. 2. raro quisquam non aliquam partem corporis imbecillam habet *l.* 1. *c.* 3. juvenis imbecillus *l.* 2. *c.* 10. vomitus inutilis est imbecillum stomachum habentibus *l.* 1. c. 3. ille assideat necesse est, qui, quod solum opus est, visurus est, quando, *aeger*, nimis imbecillus futurus sit, nisi cibum acceperit *l.* 3. c. 4. melius ascensus quoque et descensus cum quadam varietate corpus movet; nisi tamen id per quam imbecillum est *l.* 1. c. 2. corpus imbecillis nervis intentum *l.* 8. c. 15. imbecillior, imbecillissimus. *v.* Aqua, Auxilium, Materia, Pulsus.

Imber. per imbres longae febres &c. *oriuntur* *l.* 2. c. 1.

Immature. *v.* Diduco.

Immaturus. *v.* Galla, Pirum, Vva.

Imminutus. *v.* Cibus.

Immissus. per acum duobus liniis ad imam basim, *tumoris*, immissis *l.* 7. *c.* 17.

Immitto. ab interiore parte in exteriorem partem acum immittat *l.* 7. *c.* 16. immittenda in alvum est, si levi medicina contenti sumus, pura aqua &c. *l.* 2. c. 12. *s.* 2. incidenda reliqua pars tunicae, et inter digitos scalpellus immittendus est *l.* 7. c. 19. *v.* Μενιγγοφύλαξ. ℑ *pro incido*. ultra lineas quas ante fecimus, alias duas lunatas, et ad plagam conversas immittere *l.* 7. *c.* 9.

Immixtus. *v.* Potio.

Immo. neque quidquam est stultius, quam

quale quid vivo homine est, tale existimare esse moriente, immo jam mortuo *pro.* *l.* 1.
Immobilis. sunt vero plura ossa fere immobilia *l.* 8. *c.* 8. *s.* 2. *v.* Malae, Carcinoma. immobili paene corpore opus est *l.* 6. *c.* 18. *s.* 3. quin etiam ipse oculus immobilior faciendus est, super alterum lana imposita et deligata *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14.
Immodice. *v.* Assumo.
Immodicus. *v.* Aestus, Inflatio, Labor, Sitis, Sudor.
Immoror. *v.* Credo, Excludo.
Immortalis. *v.* Homerus.
Impar. *v.* Accessio, Dies.
Impedimentum. *v.* Emineo.
Impedio. longe optimum est, febrem omnino non esse: secundum est, tantulam esse, ut neque cibum impediat, neque crebram sitim faciat *l.* 2. *c.* 8. concoctionem impedire. *v.* Onero. quae, *lectio*, primo impeditur a tussi, post eam vincit *l.* 4. *c.* 10. spiritum impedire *l.* 6. *c.* 10. curationem vehementer impedire *l.* 6. *c.* 15. *v.* Attendo. valetudinem impedire *l.* 3. *c.* 16. tertium genus insaniae est ex his longissimus; adeo ut vitam ipsam non impediat *l.* 3. *c.* 18.
Impello. lectus huc et illuc manu impellendus *l.* 2. *c.* 15. id os quod excidit, ab ea parte in quam prolapsum est, in contrariam impellere *l.* 8. *c.* 16. rotundum aliquid a lacerti parte ponendum est, et super id repente cubitus ad humerum impellendus est *ibid.* Hippocrates dixit, calce aliquem supra ipsum os debere consistere, et id intus impellere *l.* 8. *c.* 14.
Imperfectus. *v.* Laevitas intestinorum.
Imperitus. *v.* Medicus. valens homo, non imperitus *l.* 7. *c.* 29. compresserit aliquem morbus, an fuderit, quilibet etiam imperitissimus videt *pro.* *l.* 1. *v.* Gens.
Impero. in hoc genere morborum.. imperasse famem, sitim, vigiliam prodest *l.* 3. *c.* 6. imperandum, ut is conquiescat *l.* 5. *c.* 27. *s.* 9. *v.* Abstinentia.
Impetigo. Impetiginis species sunt quatuor. Minime mala est quae similitudine scabiem repraesentat &c. Alterum genus pejus est; simile papulae fere, sed asperius rubicundiusque &c. Tertia etiamnum deterior est: nam et crassior est, et durior &c. Nigrae cognomen est &c. Quartum genus est quod curationem non recipit, distans colore: nam subalbidum est &c. Haec omnia genera maxime oriuntur in pedibus et manibus; atque ungues quoque infestant *l.* 5. *c.* 28. *s.* 17.
Impetus. *v.* Accessio, Cohibeo, Effugio, Evoco, Frango, Frictio, Jugulo, Parotis, Pecco, Pituita, Prohibeo, Πρόπτωσις, Requiro, Resido. Emplastra, quae αἵναιμα Graeci vocant, reprimunt inflammationem, nisi magna vis eam cogit, atque illius quoque impetum minuunt *l.* 5. *c.* 19. *s.* 1. levior impetus.. minor impetus *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1.
Implens. *v.* Cibus, Medicamentum.
Impleo. tenuis homo implere se debet *l.* 1. *c.* 3. implet corpus modica exercitatio. &c. *ibid.* *v.* Accessio, Callus, Frictio. neque inter magnos dolores, neque increscente febre tutum est aegrum cibo impleri *l.* 3. *c.* 6. rosa caput naresque implere *l.* 3. *c.* 18. carnem alit, et ulcus implet resina pinea *l.* 5. *c.* 14.
Implicatus. *v.* Linamentum, Ramex.
Implicitus. *v.* Intestinum tenuius, Λεμνίσκος. morbo implicitus. *v.* Ignobilis.
Implico. quidam, *calculosi*, cum torquentur, pedes inter se, subinde mutatis vicibus, implicant *l.* 2. *c.* 7. *v.* Autumnus.
Impono. cornea cucurbitula per se corpori imponitur *l.* 2. *c.* 11. omni vulneri primo imponenda est spongia ex aceto expressa *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. farina hordeacea cocta.. commode imponitur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. quae, *cataplasmata*, quia refrigescunt, imponere noctu malagmata commodius est *l.* 4. *c.* 29. optime sicca linamenta, vel si purgandum ulcus videbitur, in melle tincta imponuntur *l.* 7. *c.* 4. *s.* 2. aptius imponi. *v.* Interior. bulbi contriti cum ture recte imponuntur *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1.
Importunus. *v.* Morbus.
Impositus. si vetustior dolor remanet, novissime resina imposita discutitur *l.* 4. *c.* 13. calidum et humidum cataplasma naturalibus pube tenus impositum *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1.
Imprimo. *v.* Cucurbitula. Asclepiades praecepit, ut frictio admoveretur lenis, ita ut ne manum quidem qui perfricaret, vehementer imprimeret *l.* 3. *c.* 18. necessarium est tenui ferramento adurere, quod spathae simile, quasi transcurrere, non imprimi debet *l.* 7. *c.* 12. *s.* 6. audacter imprimere ferramentum debet *l.* 8. *c.* 2.
Improbabilis. *v.* Ratio.
Improvisus. homo ex improviso concidit *l.* 2. *c.* 8.
Imprudens. *v.* Diduco.
Imprudentia. ne, *puer*, per imprudentiam adurentia devoret *l.* 6. *c.* 15. *v.* Carcinoma.
Impubis. *v.* Puer.

esse praesidio. v. Consequor. quae signa jam pure oriente nascuntur: tumor ruborque multo ante incipiunt *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11. pus ferri, quod jam desierat, iterum incipit *ibid.* *s.* 12. *v.* Gangraena, Quartana, Quotidiana, Tertiana. undelibet incipere. *v.* Fascia.

Incisus. cute incisa *l.* 8. *c.* 4. *v.* Arteria.

Incito. cibus dandus est, qui neque incitet febrem, et tamen longum ejus spatium sustineat *l.* 3. *c.* 8.

Inclinans. *v.* Maxilla.

Inclinatio. corporis inclinatio *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. levis, *palpebrae*, inclinatio *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. vertebrarum quae in spina sunt, aliquae inclinationes *l.* 2. *c.* 1.

Inclinatus. urinam quidam, *calculosi*, promptius recti, quidam resupinati.. quidam etiam inclinati reddunt *l.* 2. *c.* 7. inclinata jam accessione *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. morbis jam ad sanitatem inclinatis *pro.* *l.* 1.

Inclino. ab ea parte in quam os se inclinat, involutam lana regulam objicit, *medicus* *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. a media fascia incipere deligare, ne in alterutram partem haec cutem inclinet *l.* 8. *c.* 9. collocari membrum debet.. si in inflammatione est, ut in neutram partem inclinet *l.* 5. *c.* 26. *s.* 28. raro admodum in priorem partem jugulum inclinatur *l.* 8. *c.* 9. ℑ *translate.* Themison.. ubi febris vel desierat, vel, si assidue inhaerebat, certe sese inclinaverat, cibum dabat *l.* 3. *c.* 4. ubi jam inclinata in melius valetudo est *l.* 3. *c.* 6. fere post longos morbos vis pestifera huc se inclinat *l.* 4. *c.* 29.

Includo. id, ὑαλοειδὲς, superveniens ab interiore parte membranula includit *l.* 7. *c.* 7. *s.* 13. *v.* Βρογχοκήλη, Concoquo; Aedificio includere. *v.* Sudor.

Inclusus. *v.* Abdomen, Conclave. intus inclusus humor *l.* 3. *c.* 21.

Incoctus. *v.* Absinthium, Defrutum, Ficus, Mel, Marrubium.

Incognitus. *v.* Causa.

Incommodum. *v.* Gravedo.

Incommodus. non incommodum est summam cutem potius subinde corrumpi, quam id quod nocet, in aliam partem magis necessariam verti *l.* 6. *c.* 2.

Incomprehensibilis. *v.* Incertus.

Incoquo. quae simul usque ad crassitudinem mellis incoquuntur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 16. priori suco ista miscentur, et rursus leniter incoquuntur *l.* 6. *c.* 10.

Incrementum. cum in summo incremento morbus est *l.* 2. *c.* 7. *s.* 2. ubi in incremento constitit *l.* 4. *c.* 14. *v.* Consisto.

Increscens. quaedam remedia increscentibus morbis, plura inclinatis conveniunt; eaque quae increscentibus apta sunt, ubi acutus increscens urget, in remissionibus potius experienda sunt *l.* 3. *c.* 2.

Incresco. maxime cibo eget, qui increscit *l.* 1. *c.* 3. increscit morbus dum graviores dolores accessionesque veniunt, haeque et ante quam priores incipiunt, et postea desinunt *l.* 3. *c.* 2. sin febres junguntur, et quotidie quidem increscunt, sed sine integritate tamen remittunt &c. *l.* 3. *c.* 5. si febris non dimittit, eaque interdiu levior est, noctu increscit *l.* 2. *c.* 7. cum dolor increvit *l.* 1. *c.* 9. si inflammatio increscit *l.* 7. *c.* 19. omnia ista, *tubercula*.. diu paulatimque increscunt *l.* 7. *c.* 6. *v.* Crucio. increscit utrumque in aliis celeriter, in aliis tarde *l.* 6. *c.* 4. tumor, si retentus est spiritus, non magnopere increscit *l.* 6. *c.* 18. si is, *humor*, vehementer increvit *ibid.* ab ipso osse caro increscit *l.* 8. *c.* 3. si super ulcera caro increvit &c. *l.* 6. *c.* 7. *s.* 4. *v.* Βρογχοκήλη, Κιρσοκήλη, Σαρκοκήλη, Professio, Varix.

Incubo. *v.* Serpens.

Inculco. *v.* Exploro.

Incumbo. sive unus, sive duo, *puerum*, continent, super humeros ejus suis pectoribus incumbunt *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. si longae febres sine dolore, sine manifesta causa remanent, in aliquam partem id malum incumbit *l.* 2. *c.* 7.

Incurro. dare operam oportet, ut in ipsam exercitationem tempus febris incurrat *l.* 3. *c.* 15.

Incurso. si febris aut nondum incursat, aut jam quievit &c. *l.* 3. *c.* 22. quandiu quidem febricula incursat &c. *ibid.*

Incurvus. *v.* Fistula.

Inde. neque ignoro quosdam dicere, quam longissime inde, ubi laedit, sanguinem esse mittendum *l.* 2. *c.* 10. *v.* Femen, Fluo, Promo, Οὐρητὴρ.

Indecore. *v.* Ramex, Intumesco, Promineo.

Indecorus. *v.* Curta, Dirigo, Hernia.

Index. quorumdam, *vulnerum*, sedes ipsae indices sunt *l.* 5. *c.* 26. *s.* 7. *v.* Digitus. mortis index. *v.* Finio.

Indicium. *v.* Consolor, Ideo. sternumentum etiam inter bona indicia est *l.* 2. *c.* 3. leviora indicia.. paulo graviora *l.* 3. *c.* 2. *v.* Intumesco. indicium ossis repositi est dolor sublatus, et membrum al-

teri aequatum *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. *v.* Calculosus, Vomica. Illa quoque mortis indicia sunt, ungues, digitique pallidi, frigidus spiritus; aut si manibus quis in febre &c. in veste floccos legit, fimbriasve diducit *l.* 2. *c.* 6. futurae mortis indicia. *v.* Fama.

Indico. superest ea pars quae ad ossa pertinet: quae quo facilius accipi possit, prius positus figurasque eorum indicabo *l.* 8. *c.* 1. *v.* Homo prudens, Nota. paucis indicare. *v.* Oculus.

Indico, *impero*. longiorem inediam indici necessarium est *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8.

Indicus. *v.* Nardum.

Indigeo. neque enim si quis non omnia tenet, quae rationalis alius probat, protinus novo nomine artis indiget *pro.* *l.* 1.

Indiscretus. *v.* Nomen.

Inditus. *v.* Lippitudo.

Indo. ultimum auxilium est, in alvum ptisanae vel alicae cremorem ex partibus inferioribus indere: siquidem id quoque vires tuetur *l.* 3. *c.* 19. *v.* Noxa.

Inducens. *v.* Pinna.

Indolesco. tactus is locus leviter indolescit *l.* 8. *c.* 9.

Induco. oportet inducere articulis crocum cum suco papaveris et ovillo lacte *l.* 4. *c.* 31. ea, *medicamenta*, cum passo conterantur, et specillo super oculum inducantur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. frons ossis quam serrula exasperavit laevanda est, supraque inducenda cutis *l.* 7. *c.* 33. si ex inflammatione coles intumuit, reducique summa cutis, aut rursus induci non potest &c. *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2. *v.* Articulus, Hapsus.

Inductus. catapotia fronti inducta *l.* 5. *c.* 25. *s.* 4. male inducta cicatrix. *v.* Digitus.

Indulgeo. ubi longa febris fuit, potest indulgeri aegro maturius *l.* 3. *c.* 4.

Induratus. articuli indurati *l.* 5. *c.* 18. *s.* 35.

Induresco. indurescit extrinsecus maxilla, ut is hiare non possit *l.* 7. *c.* 12. *s.* 1. priusquam, *abscessus*, indurescant, cutem incidere, et cucurbitulam accommodare oportet *l.* 7. *c.* 2. *v.* Condyloma, Ovum, Tonsillae, Scissa.

Induro. *v.* Aetas.

Inedia. inediam facillime sustinent mediae aetates, minus juvenes, minime pueri et senectute confecti *l.* 1. *c.* 3. *v.* Festinatio. si quibus de causis futura inedia est, labor omnis vitandus est *l.* 1. *c.* 2. si prima inedia febrem non sustulit &c. *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. longior inedia. *v.* Indico. adhibenda tum, quanta sustineri potest, inedia est *l.* 3. *c.* 25.

Ineptia. *v.* Cultus.

Iners. *v.* Exercitatus.

Inexercitatus. famem facilius.. inexercitatus, quam exercitatus homo. sustinet *pro.* *l.* 1.

Inexpugnabilis. *v.* Necessitas.

Infans. lactens adhuc infans *v.* Nutrix. si qua imbecillitas oritur, proximum est, ut infantes tenerosque adhuc pueros serpentia ulcera oris &c. exerceant *l.* 2. *c.* 1. si qua genera morborum in infantem inciderunt, ac neque pubertate, neque primis coitibus, neque in femina primis menstruis finita sunt, fere longa sunt: saepius tamen morbi pueriles qui diutius manserunt, terminantur *ibid.* ℑ *pro fetus in utero*. oportet ante omnia resupinam mulierem transverso lecto sic collocare &c. ut et imus venter in conspectu medici sit, et infans ad os vulvae compellatur *l.* 7. *c.* 29. trahere dextra manus uncum; sinistra intus posita infantem ipsum, simulque dirigere eum debet *ibid.* *v.* Educo, Emitto, Extraho.

Inferior. *v.* Costa, Palpebra, Pars. ℑ inferiora ossa. *v.* Insido. ℑ inferior pars, *pro alvus*. *v.* Infundo. ℑ inferiora, *absolute*. *v.* Depello.

Infero. minus corrumpitur, quod integro corpori infertur *l.* 3. *c.* 4. dixi de iis vulneribus quae maxime per tela inferuntur *l.* 5. *c.* 27. *s.* 1. tela illata corporibus *l.* 7. *c.* 5. *s.* 1. *v.* Frigus. pestem inferre. *v.* Ars. vim inferre. *v.* Adustus.

Inferveo. *v.* Fungus, Mulsum.

Infesto. vomitus prodest.. iis quibus, si per plures dies non vomuerunt, dolor praecordia infestat *l.* 1. *c.* 3. si exulceratio stomachum infestat &c. *l.* 4. *c.* 12. pituitae tenuis cursus qui oculos infestat &c. quae res aspritudinem continuat &c. totam denique vitam hominis infestat *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. *v.* Calor, Resolutio nervorum.

Infestissimus. *v.* Balneum.

Infibulo. infibulare adolescentulos interdum vocis, interdum valetudinis causa quidam consuerunt *l.* 7. *c.* 25. *s.* 3.

Infigo. ramex si super scrotum est, adurendus est tenuibus et acutis ferramentis, quae ipsis venis infigantur *l.* 7. *c.* 22.

Infirmatus. *v.* Articulus.

Infirmitas. quibus, *aegris*, tanto magis omnis observatio necessaria est, quanto magis obnoxia offensis infirmitas est *pro.* *l.* 1. *v.* Purgatio. vehemens infirmitas. *v.* Er-

ro. neque is servari potest, cui simul et continua febris et ultima corporis infirmitas est *l.* 2. *c.* 6.

Infirmo. alvus si vehementius fluit, aut saepius ducitur, hominem infirmat *l.* 2. *c.* 12. *s.* 1. quod deest infirmat *l.* 3. *c.* 22. finis ejus fomenti est, donec infirmando offendat *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. neque, *frictione*, totum corpus infirmari cito per partem potest *l.* 2. *c.* 14.

Infirmus, infirmior, infirmissimus. *v.* Caput, Cibus, Corpus, Frumentum, Materia, Nervus, Panis, Res, Stomachus. ℨ infirmus, *absolute*. cetera infirmis possunt convenire: sol et exercitatio tantum robustioribus &c. *l.* 2. *c.* 17.

Infitior. neque infitiantur experimenta quoque esse necessaria *pro*. *l.* 1.

Inflammatio. si sanguis in eas venas quae spiritui accommodatae sunt, transfunditur, et inflammationem, quam Graeci φλεγμονὴν nominant, efficit *pro*. *l.* 1. *v.* Nota. modica inflammatio *l.* 6. *c.* 6. *s* 1. rubor cum inflammatione mediocri *l.* 5. *c.* 28. *s.* 6. gravis inflammatio *l.* 5. *c.* 26. *s.* 27. neque saepe, neque tamdiu in aqua calida habendus.. levi, quam graviore inflammatione affectus *l.* 7. *c.*26. *s.* 5. nimia inflammatio *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. magna inflammatio *l.* 7. *c.* 19. major inflammatio *l.* 6. *c.* 13. ingens inflammatio *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. inflammationes mortiferae *l.* 7. *c.* 26. *s.* 3. vehemens inflammatio *l.* 6. *c.* 14. minor inflammatio *ibid*. *v.* Nota.

Inflammatus. *v.* Praecordia.

Inflammo. ne linamentum quidem, quod supprimendi sanguinis causa inditum est, ibi relinquendum est: nam id quoque inflammat *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. primum inflammatur, *tunica*, deinde postea &c. *l.* 7. *c.* 18. desidere is debet in acre acetum..sub quo et sanguis conquiescit, et adstringitur vesica, ideoque minus inflammatur *l.*7.*c.*26. *s.* 5. *v.* Calor.

Inflans. vitare oportet cruditates et omnia inflantia *l.* 4. *c.* 28. *v.* Cibus.

Inflatio. si inflatio in superioribus partibus dolorem tumoremque fecit, bonum signum est sonus ventris inde ad inferiores partes evolutus; magisque etiam si sine difficultate cum stercore excessit *l.* 2. *c.* 3. minima inflatio fit ex venatione, aucupio, piscibus &c. Foeniculum vero, et anethum inflationes etiam levant *l.* 2. *c.* 26. modo inflatio hunc, *stomachum*, modo inflammatio afficit *l.* 4. *c.* 12. immodicae inflationes *l.* 4. *c.* 23. vehemens inflatio *l.* 4. *c.* 21.

Inflatus. circa eum, *locum*, inflatae venae quasi recurvantur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2. inflatae vesicae. *v.* Auctores.

Inflexus. recta forceps ducendus est, ne inflexis radicibus, os rarum cui dens inhaeret parte aliqua frangatur *l.* 7. *c.* 12. *s.* 1.

Inflo. inflant omnia fere legumina &c. *l.* 2. *c.* 26. humor cutem inflat, eaque intumescit *l.* 4. *c.* 2. venae in scroto inflantur *l.* 7. *c.* 18.

Infra. infra cervicem summa costa contra humerum sita est *l.* 8. *c.* 1. inclinanda acus ad ipsam suffusionem est, leniterque ibi verti, et paulatim eam deducere infra regionem pupillae debet *l.* 7. *c.* 15. spatha loris suis ad brachium deligatur; uno loco paulum infra humeri caput &c. *l.* 8. *c.* 15. *v.* Transmitto.

Infractus. infractus calor *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. infractus panis *l.* 4. *c.* 18.

Infrigesco. cum eo humore passum pari mensura misceatur, inferveatque.. cum infrixit &c. *l.* 5. *c.* 25. *s.* 4.

Infrio. carbonem ejus, *pulli hirundinini*, contritum in aquam mulsam, quae potui detur, infriari *l.* 4. *c.* 7. spodium aut cadmiam infriare *l.* 7. *c.* 7. *s.* 11.

Infundo. oportet ex inferiori parte infundere pluviatilem egelidam aquam *l.* 4. *c.* 19. ultimum auxilium est, si cucurbitulae nihil profuerunt, per alvum infundere copiosam aquam calidam *l.* 3. *c.* 21.

Infusus. utrumlibet horum in oculos penicillo ad id ipsum facto infusum id malum lenit *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. *v.* Excito.

Ingenium. levia ingenia, quia nihil habent, nihil sibi detrahunt: magno ingenio, multaque nihilo minus habituro, convenit etiam simplex veri erroris confessio: maximeque in eo ministerio quod utilitatis causa posteris traditur *l.* 8. *c.* 4. *v.* Obligo. ingenium et facundiam vincere: morbos autem non eloquentia, sed medicamentis curari *pro*. *l.* 1. *v.* Artifex.

Ingens. *v.* Calor, Casus, Dolor, Fervor, Inflammatio, Periculum, Pugna, Sitis. ingens sudor. *v.* Somnus.

Ingero. si capitis dolores sunt, rosam cum aceto miscere oportet, et in id ingerere *l.*3. *c.*10. quidquid medicamentorum ingeritur, parum proficit *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. *v.* Petro.

Ingrediens. callus in pedibus maxime nascitur..doloremque etiamsi non alias, tamen ingredienti movet *l.* 5. *c.* 28. *s.* 14.

Ingredior. ingredi aliquid *l.* 1. *c.* 3. ingredi

Inordinate. v. Ago, Alius.
Inordinatus. v. Febris, Horror.
Inquisitio. longa inquisitione, *calculi*, vesica laeditur *l.* 7. *c.* 26. *s.* 3.
Insanabilis. v. Curatio, Fistula, Gangraena.
Insania. Incipiam ab insania, primamque hujus ipsius partem aggrediar, quae et acuta, et in febre est: Graeci φρένησιν appellant *l.* 3. *c.* 18. Alterum insaniae genus est, quod spatium longius recipit; quia fere sine febre incipit, leves deinde febriculas excitat. Consistit in tristitia, quam videtur bilis atra contrahere *ibid.* Tertium genus insaniae est ex his longissimum, adeo ut vitam ipsam non impediat: quod robusti corporis esse consuevit *ibid.* insania febricitantium, quam φρένησιν appellant *l.* 2. *c.* 1. protinus insania timenda est, ubi expeditior alicujus, quam sani fuit, sermo est, subitaque loquacitas orta est, et haec ipsa solito audacior &c. *l.* 2. *c* 7. oculorum quoque frequens motus, et offusae oculis tenebrae insaniae signa sunt *ibid.* v. Continuatus, Varix.
Insaniens. cum quadam hilaritate insanientes *l.* 2. *c.* 13. cum tristitia insanientes *l.* 2. *c.* 12. *s.* 1. neque ignorare oportet, leviorem esse morbum cum risu, quam serio insanientium *l.* 3. *c.* 18. v. Adversus, Consilium, Peregrinatio, Poeta.
Insanio. neque implendus aeger est, ne insaniat, neque &c. *l.* 3. *c.* 18. auris dolor acutus cum febre continua vehementique saepe mentem turbat: et ex eo casu juniores interdum intra septimum diem moriuntur, seniores tardius: quoniam neque aeque magnas febres experiuntur, neque aeque insaniunt *l.* 2. *c.* 7.
Inscius. multae res id difficile inscio faciunt, quod perito facillimum est *l.* 2. *c.* 10.
Inscribo. v. Inventor.
Insequens. insequens morbus *l.* 4. *c.* 20. insequentibus diebus *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1.
Insequor. ubi stomachus percussus est, singultus, et bilis vomitus insequitur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 15.
Insero. superius humeri caput .. vertici lati scapularum ossis inseritur *l.* 8. *c.* 1. aversum specillum inserendum, diducendaeque eo palpebrae sunt *l.* 7. *c.* 7. *s.* 6. medicus nuctae manus digitum indicem primum debet inserere &c. *l.* 7. *c.* 29. ubi glans contecta est, oriculario clystere inter eam et cutem aqua calida inserenda est *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2. v. Opus.
Insertus. v. Antidota.
Insideo. jecur prominens leviter ventriculo insidet *l.* 4. *c.* 1. eae venae quae mediae imaeve tunicae insident &c. *l.* 7. *c.* 18. longus morbus cum penitus insedit, quod ad difficultatem pertinet, acuto par est *l.* 3. *c.* 1. v. Gangraena.
Insido. eae, *suturae*, quae super aures transversae sunt, totis oris paulatim extenuantur; atque ita inferiora ossa superioribus leviter insidunt *l.* 8. *c.* 1. v. Jugulum. oportet candens ferramentum gingivis admovere, ut attingat leviter, non insidat *l.* 7. *c.* 12. *s.* 1. altissime insidere. v. Sagitta.
Insignis. v. Hippocrates.
Insinuo. ceterae, *vertebrae*, processibus deorsum spectantibus in inferiores insinuantur, ac per sinus quos utrimque habent, superiores accipiunt *l.* 8. *c.* 1.
Insisto. uno flexu modico in pronum dato homo et rectus insistit, et aliquid ad necessaria opera curvatur *l.* 8. *c.* 1. v. Femur. quia maxime pertinere ad rem concoctio videtur, huic potissimum insistunt *pro.* *l.* 1. si modo, quod primum est, non memoriae soli, sed rationi quoque, *medicus*, insistit *ibid.*
Insolitus. insolitum cubile *l.* 1. *c.* 3. v. Stridor.
Inspectio. in his communium inspectio contraria est, propriorum tantum salutaris *pro.* *l.* 1.
Inspergo. inspergi ulcera debent alumine scissili *l.* 6. *c.* 11. quidam super vitiliginem inspergunt farinam ex faba *l.* 5. *c.* 28. *s.* 19. si quando tunica eximi non potuerit, intus inspergenda adurentia *l.* 7. *c.* 13. v. Mixtura.
Inspersus. v. Ἀνθηρὰ, Pulvis.
Inspicio. Unum illud est, quod semper, quod ubique servandum est, ut aegri vires subinde assidens medicus inspiciat, et quamdiu supererunt, abstinentia pugnet; si imbecillitatem vereri coeperit, cibo subveniat *l.* 3. *c.* 4.
Inspiro. medicamenta arida in calamum scriptorium conjicienda sunt, isque ori fistulae aptandus, inspirandumque, ut ea medicamenta intus compellantur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. ex quibus, *medicamentis*, si qua erunt arida, per scriptorium calamum inspirabuntur *l.* 7. *c.* 27.
Instillatus. id nitrum ante per triduum instillata aqua teritur *l.* 5. *c.* 18. *s.* 31. v. Surditas.
Instillo. mixtis his instillatur aut acetum, aut si quis alius non pinguis humor ac-

cessurus est *l.* 5. *c.* 17. *s.* 2. quibus, *medicamentis*, dum teruntur, invicem rosa et vinum instillatur *l.* 6. *c.* 18. *s.* 8. *v.* Strigilis.
Instans. *v.* Discutio, Signum.
Insto. nonnumquam incipiente febre, *venae*, subeunt et quiescunt; ut imbecillus is videri possit, cui facile laturo gravis instat accessio *l.* 3. *c.* 6. *v.* Illido.
Instruo. *v.* Medicina.
Insuavis. pleraque utilia insuavia sunt *l.* 4. *c.* 23. *v.* Gustus.
Insudo. ei qui perfrixit, opus est in balneo primum involuto sedere, donec insudet *l.* 1. *c.* 3. sub veste primum paulum in tepidario insudare, *debet*, ibi ungi, tum transire in calidarium; ubi insudarit, in solium non descendere *l.* 1. *c.* 4. protinus timeri debet.. si corpus dormientis circa partes aliquas contra consuetudinem insudat *l.* 2. *c.* 2. corpus quod aequaliter totum insudat, et cujus febricula eo sudore finita est, securitatem pollicetur *l.* 2. *c.* 3.
Insuetus. *v.* Frigus, Labor, Laboro, Invitus, Onero.
Insum. aut arundo, *sagittae*, si inest, evellenda est; aut si ea non est, ferrum ipsum *l.* 7. *c.* 5. *s.* 2. *v.* Concussus.
Insuper. *v.* Cruditas, Dilabor.
Insurgo. *v.* Phreneticus.
Intactus. Hujusmodi loci altera pars incidenda, altera intacta habenda est *l.* 7. *c.* 9.
Integer, *a febre*. neque verum est quod Themisoni videbatur, si duabus horis integer futurus esset aeger, satius esse tunc dari, *cibum*, ut ab integro corpore potissimum diduceretur *l.* 3. *c.* 4. si longius tempus secundum est, quam integerrimo dandus est; si breve etiam antequam ex toto integer fiat *ibid*. *v.* Corpus, Finis, Observatio, Quartana, Quotidiana, Tertiana. ℑ *non corruptus*. *v.* Caput, Caro, Corpus, Habitus, Materia, Sanguis. ℑ tempus, *pars capitis*. si temporibus integris primum ibi, deinde alibi sudor oritur, fovendum os aqua calida &c. *l.* 2. *c.* 17.
Integritas. aliae, *quotidianae*, sic desinunt, ut ex toto sequatur integritas: aliae &c. *l.* 3. *c.* 3. *v.* Accedo, Alias. quamvis unam accessionem secuta integritas est, tamen &c. *l.* 3. *c.* 5. quo loco integritas est, eodem est remissio *l.* 3. *c.* 4.
Intelligo. quotiescumque non adjicio quod genus humoris adjiciendum sit, aquam intelligi volo *l.* 6. *c.* 6. *s.* 16. ubi maxime pus subsit sic intelligemus: creta cimolia totum locum illinemus &c. *l.* 8. *c.* 9. facile intelligere. *v.* Causa. ex scriptis intelligi posse. *v.* Professor. ex signis intelligi posse. *v.* Quantum.
Intemperans. *v.* Homo.
Intemperantia. si qua intemperantia subest, tutior est in potione, quam in esca *l.* 1. *c.* 2. intemperantia libidinis. *v.* Facio. quidam notae intemperantiae. *v.* Ignobilis.
Intempestivus. *v.* Risus.
Intendo. intendere digitum, vel aliud quodque membrum, si adhuc tenerum est, etiam unus homo potest.. valentius membrum duobus eget, qui in diversa contendant *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. si tenerum membrum est, satis est habena altera ab inguine, altera a genu intendi *l.* 8. *c.* 20. etiamnum valentius intenditur membrum super scamnum cui ab utraque parte axes sunt *ibid*. nervi musculique intenti per ossa contrahuntur; neque in suum locum veniunt, nisi illos per vim aliquis intenderit *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. reliqua quidem membra lentius intendenda, et lenius in suam sedem reponenda sunt: in his vero neque intendi nervos, neque ossa tractari satis expedit *ibid*. *s.* 7. si, *scrotum*, ducitur, aut nihil, aut parvulum intenditur *l.* 7. *c.* 18. *v.* Τέτανος. interdum evenit aut ex ictu.. aut ex distentione nervorum, qua vehementer ipse oculus concussus est, ut is neque quoquam intendi possit, neque omnino consistat *l.* 6. *c.* 6. *s.* 36. intenditur saepe ex eo febris *l.* 3. *c.* 9. idque vehementius etiam putrescendo intenditur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. atque eo quoque tormentum intenditur *l.* 4. *c.* 22. dolor modo finitur, modo intenditur *l.* 4. *c.* 15. intendere animum &c. *l.* 1. *c.* 6. *v.* Gestatio, Panis, Tempus antelucanum, Tremor nervorum.
Intentio. intentio febris *l.* 3. *c.* 8. sine intentione, digito tantummodo bene pressum os in suam sedem revertitur *l.* 8. *c.* 18. interdum elicienda ipsius intentio *l.* 3. *c.* 18. intentio animi. *v* Exigo.
Intentus. circa frontem intentae venae moventur *l.* 2. *c.* 2. ventre vehementer intento *l.* 3. *c.* 21. *v.* Ambulatio, Febris, Intendo, Praecordia.
Inter. isque, *stomachus*, inter jecur et lienem positus est *l.* 4. *c.* 1. in cervice inter cutem et asperam arteriam tumor oritur *l.* 7. *c.* 13. *v.* Emitto, Intersum. hoc saepius inter supervacua, quam inter necessaria est *l.* 7. *c.* 25. *s.* 3. ℑ *pro ex, in.*

alios inter principia protinus usos esse cibo pleniore *pro. l.* 1. neque id ullum metum, nisi inter musculos qui tempora continent, habet *l.* 8. *c.* 4. verisimile est inter nulla auxilia adversae valetudinis, plerumque tamen eam bonam contigisse &c. *pro. l.* 1. inter domesticas quadrupedes levissima suilla, *caro*, est *l.* 2. *c.* 18. ℑ inter haec, inter quae, *est interea*. oportet eluere os cremore lenticulae, et inter haec hiare *l.* 6. *c.* 13. inter quae unctione et assueto cibo nihilo minus uti licet *l.* 4. *c.* 5. ℑ inter se. *v.* Connecto.

Intercido. medulla quae in spina est percussa.. sensus intercidit *l.* 5. *c.* 26. *s.* 17.

Intercido. venae quae sanguinem fundunt.. duobus locis deligandae intercidendaeque sunt, ut et in se ipsae cocant, et nihilo minus ora praeclusa habeant *l.* 5. *c.* 26. *s.* 21.

Intercludo. spiritus ejus intercluditur *l.* 4. *c.* 7.

Interdiu. *v.* Exercitatio. quod ad somnum pertinet, moderandum est, ut interdiu vigilet; noctu, si fieri potest, conquiescat *l.* 5. *c.* 4. *v.* Accedo.

Interdum. debet quiescere interdum, sed frequentius se exercere *l.* 1. *c.* 1. prodest etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis uti *ibid*. quod interdum tertio mense, interdum non ante sextum, nonnumquam exacto quoque anno fit *l.* 7. *c.* 27. *et passim*.

Interea. Illud interea ante debebit attendere, ne quod in gingivis, palatove, aliave parte oris ulcus habeat *l.* 5. *c.* 27. *s.* 3.

Interest, *impersonale*. *v.* Facio. multum etiam interest, ab initio quis recte curatus sit, an perperam *l.* 3. *c.* 2. plane plurimum interest quantae qualesque inter eas, *accessiones*, remissiones sint *l.* 3. *c.* 5. juvenes minus, quae assumant, et quomodo curentur, interest *l.* 1. *c.* 3. nihil interest, an satis tutum praesidium sit, quod unicum est *l.* 7. *c.* 33.

Intereo. ne vis omnis intereat, *sanguis*, supprimendus est *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. fame interire. *v.* Exspergiscor.

Interim. Interim licet negotia agere, ambulare &c. perinde atque sanissimo *l.* 7. *c.* 4. *s.* 4.

Interimo. neque ideo tamen non est temeraria ista medicina; quia plures, si protinus a principiis excepit, interimit *l.* 3. *c.* 9. *v.* Homo, Prospicio, Venenum.

Interior. *v.* Causa, Pars, Potentia. interiora, *absolute*. aptius extrinsecus imponi remedia, compertis interiorum et sedibus et figuris. *v.* Ostendo.

Interitus. *v.* Affero, Sputum.

Interius. *v.* Incido.

Intermissio. satis liberales intermissiones *l.* 3. *c.* 2. ubi sine intermissionibus accessiones et dolores graves urgent, acutus morbus est *l.* 3. *c.* 2.

Intermissus. *v.* Ordo.

Intermitto. si tertiana quae ex toto intermittit, aut quartana est &c. *l.* 3. *c.* 14. ubi experrectus est, paulum intermittere debet: deinde &c. *l.* 1. *c.* 2. ubi tertio die cibus datus est, intermittere, *oportet*, quartum, et invicem alterum quemque *l.* 3. *c.* 23. die nocteque, interpositis tamen quibusdam horis, hoc remedio utendum est: dum intermittitur, malagma imponendum *l.* 4. *c.* 6.

Intermoriens. *v.* Reficio.

Interpello. somnus interpellatur *l.* 4. *c.* 22.

Interpono. ubi triduo quatriduove vinum bibit, uno aut etiam altero die interponere aquam, *debet l.* 4. *c.* 32. interdum acres quoque cibos interponat *l.* 3. *c.* 24. *v.* Fastidio. indicandum est quae maxime ex utraque parte dicantur, quo facilius nostra quoque opinio interponi possit *pro. l.* 1.

Interpositus. interposito spatio *l.* 4. *c.* 28. interpositis temporibus exiguis *l.* 4. *c.* 31. singuli cyathi vini singulis interpositis horis, *dandi l.* 4. *c.* 12. non ita multis interpositis diebus *l.* 3. *c.* 23. illo tantum interposito discrimine, quod &c. *l.* 3. *c.* 3.

Interrogo. *v.* Fama.

Intersum. interest inter valens corpus, et obesum; inter tenue, et infirmum *l.* 2. *c.* 10. inter unctionem et frictionem multum interest *l.* 2. *c.* 14.

Intervallum. si venae non aequalibus intervallis moventur *l.* 3. *c.* 6. intervalla foraminum *l.* 8. *c.* 15. ex intervallo aquam frigidam bibere *l.* 1. *c.* 2. per intervalla temporis sat est cyathos binos ternosve sumere *l.* 4. *c.* 19.

Interveniens. *v.* Laxo.

Intervenio. *v.* Affectus.

Intestinum. Stomachus intestinorum principium est &c. ima ventriculi pars paulum in dexteriorem partem conversa, in summum intestinum coartatur. Hanc juncturam πυλωρὸν Graeci vocant, quoniam portae modo in inferiores partes ea quae excreturi sumus emittit. Ab ea jejunum intestinum incipit, non ita implicitum: cui tale vocabulum est, quia numquam quod

accipit continet; sed protinus in inferiores partes transmittit. Inde tenuius intestinum est, in sinus vehementer implicitum: orbes vero ejus per membranulas singuli cum inferioribus connectuntur; qui in dexteriorem partem conversi, et e regione dexterioris coxae finiti, superiores tamen partes magis complent. Deinde id intestinum cum crassiore altero committitur, quod a dextra parte incipiens, in sinisteriorem pervium et longum est, in dexteriorem non est; ideoque coecum nominatur. At id quod pervium est, late fusum atque sinuatum, minusque quam superiora nervosum, ab utraque parte huc atque illuc volutum, magis tamen sinisteriores inferioresque partes tenens, contingit jecur atque ventriculum: deinde cum quibusdam membranulis a sinistro rene venientibus jungitur; atque hinc dextra recurvatum in imo dirigitur, qua excernit; ideoque id ibi rectum intestinum nominatur *l.* 4. *c.* 1. Intra ipsa intestina consistunt duo morbi; quorum alter in tenuiore, alter in pleniore est. Prior acutus est; insequens esse longus potest *&c.* a plerisque video nunc illum priorem *εἰλεὸν*, hunc *κολικὸν* nominari *l.* 4. *c.* 20. *v.* Χόρδαψος. si morbus majoris intestini est *l.* 2. *c.* 12. *s.* 12. si tenuius intestinum perforatum est, nihil profici posse jam retuli: latius intestinum sui potest (*fortasse legendum* laxius, *ut l.* 1. *c.* 7.) *l.* 7. *c.* 16. si utrumlibet intestinum lividum, aut pallidum, aut nigrum est, quibus illud quoque necessario accedit, ut sensu careat, medicina omnis inanis est *ibid.*

Intinctus. *v.* Lana, Oleae.

Intolerabilis. *v.* Dolor, Odor.

Intortus. *v.* Papyrus, Κιρσοκήλη.

Intra. aegrum intra domum dimovere *l.* 4. *c.* 14. interdum malum intra dolorem est *l.* 4. *c.* 13. intra carnem adhuc vitium est *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. *v.* Corruptus. neque id, *os*, esse solvendum, nisi duae partes ejus temporis intra quod quaeque ossa confervent transierint *l.* 8 *c.* 7. *v.* Desipio, Effectus, Evado, Maneo, Noceo, Subsisto.

Intremiscens. *v.* Chirurgus.

Intremo. *v.* Quotidiana.

Intrepidus. *v.* Chirurgus.

Intrinsecus. *v.* Jecur.

Intrita. intrita ex aqua calida *l.* 3. *c.* 6. intrita ex vino *l.* 3. *c.* 19. intrita bene madida *l.* 4. *c.* 6.

Intro. in tepidario sedere; deinde, ubi paululum conquieverunt, intrare et descendere in solium *l.* 1. *c.* 3. *v.* Fistula.

Introrsus. *v.* Femen.

Intubus. acris est *l.* 2. *c.* 22. stomacho aptus est *l.* 2. *c.* 24. refrigerat *l.* 2. *c.* 27. alvum adstringit *l.* 2. *c.* 30. simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33. tinctae in aceto lactucae, intubique ex eodem *l.* 4. *c.* 16.

Intueor. Hippocrates dixit, mederi oportere et communia, et propria intuentem *pro. l.* 1. *v.* Conjecto, Credo, Dirigo.

Intumescens. vena quae intumescens in varicem convertitur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 1.

Intumesco. nimis intumescere vulnus, periculosum; nihil intumescere periculosissimum est: illud indicium est magnae inflammationis; hoc emortui coporis *l.* 5. *c.* 26. *s.* 26. interdum lingua faucesque cum dolore intumescunt *l.* 4. *c.* 7. venter et crura pedesque intumescunt *l.* 4. *c.* 15. si tonsillae sinae exulceratione per inflammationem intumescunt *l.* 6. *c.* 10. indecore intumescere *l.* 7. *c.* 17. latius intumescere *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11. mature intumescere *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. *v.* Lienis, Parotis.

Intus. quaedam, *notae*, sunt quae ante febres, quaedam quae inter eas, quid aut intus sit, aut venturum sit, ostendunt *l.* 2. *c.* 7. si intus plaga est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 3. ubi materia quae intus est, laedit *l.* 2. *c.* 11. *et passim.*

Invado. si quando ulcera oris cancer invasit *&c. l.* 6. *c.* 15. *v.* Tabes.

Invenio. id apud Erasistratum quoque invenio *l.* 3. *c.* 4. nec post rationem medicinam esse inventam, sed post inventam medicinam rationem esse quaesitam *pro. l.* 1.

Inventor. De frictione adeo multa Asclepiades, tamquam inventor ejus, posuit in eo volumine quod Communium Auxiliorum inscripsit, ut *&c. l.* 2. *c.* 14.

Invetero. si malum inveteravit, non nisi magna mole discutitur *l.* 3. *c.* 21. si res inveteraverit, post febrem experiri balneum et vinum, *oportet l.* 3. *c.* 13.

Invicem, *et* in vicem. alternis diebus invicem modo aqua, modo vinum bibendum est *l.* 1. *c.* 10. hic vinum sorbere morbus ipse non patitur: in vicem ejus cremor ptisanae sorbendus est *l.* 4. *c.* 13.

Invigilo. *v.* Dormio.

Inviolatus. ipsa tunica inviolata servanda est *l.* 7. *c.* 6.

Invisibilis. *v.* Foramen.

Invitus. *v.* Deprimo. invitissimus. *v.* Deterreo.

Itaque. Itaque ista quoque rerum naturae contemplatio *&c. pro*. *l*. 1. facilius itaque illi detractionem cjusmodi sustinent *l*. 2. *c*. 10. *et passim*.

Item. aqua frigida infusa, praeterquam capiti, etiam stomacho prodest; item articulis *&c*. item rubicundis nimis hominibus *&c*. *l*. 1. *c*. 9. ex potionibus quaecumque ex frumento facta est, itemque lac, mulsum *&c*. valentissimi generis est *l*. 2. *c*. 18. *et passim*.

Iter. Duo itinera incipiunt: alterum asperam arteriam nominant; alterum stomachum *l*. 4. *c*. 1. *v*. Auris, Nares. In masculis iter urinae spatiosius et compressius a cervice hujus, *vesicae*, descendit ad colem: in feminis brevius et laxius super vulvae cervicem se ostendit *l*. 4. *c*. 1. *v*. Femina. calculus iter cum vi promitur facit, nisi invenit *l*. 7. *c*. 26. *s*. 2. exiguum iter *l*. 7. *c*. 25. *s*. 1. *v*. Alia, Corpusculum. ℑ Proprie quaedam ad eum pertinent, qui ambulando fatigatur. Hunc reficit in ipso quoque itinere frequens frictio; post iter primum sedile, deinde unctio *l*. 1. *c*. 3.

Iterum. saepe id quod jam sanum videbatur, iterum exulceratur *l*. 5. *c*. 28. *s*. 4. convenit caput . . prius fovere, deinde tondere, et iterum fovere *l*. 3. *c*. 18. ut recens ejus, *venae*, coitus resolvatur, iterumque sanguinem fundat *l*. 2. *c*. 10. sanguis mittendus est; et si nihilo minus ex ore processit, iterum, tertioque *l*.4.*c*.11.

Jubeo. abunde est jubere spiritum continere, ut tumor, quantus maximus esse potest, se ostendat *l*. 7. *c*. 14.

Jucunde. *v*. Asclepiades.

Jucundus. *v*. Contingo, Disciplina.

Judaeus. est Judaei compositio *l*.5. *c*.22. *s*.4.

Judico. antiqui primam ultimamque aetatem sustinere non posse hoc auxilii genus, *sanguinis missionem*, judicabant; persuaserantque sibi mulierem gravidam quae ita curata esset, abortum esse facturam *l*. 2. *c*. 10. *v*. Κρίσιμος.

Jugale. os, quod transversum a genis tendens ab inferioribus ossibus sustinetur. Jugale appellari potest ab eadem similitudine, a qua id Graeci ζυγῶδης appellant *l*. 8. *c*. 1.

Juglans. juglandes alienae stomacho sunt *l*. 2. *c*. 25. si cerussam aliquis ebibit, juglandes ex vino maxime prosunt *l*. 5. *c*. 28. *s*. 12.

Jugulatus. *v*. Gladiator.

Jugulo. in ipso impetu ejus, *febris*, sanguinem mittere, hominem jugulare est *l*. 2. *c*. 10. id quoque genus acutum est, et nisi succurritur, celeriter jugulat *l*. 3. *c*.20. *v*. Quartana, Τεινεσμὸς.

Jugulum. os excrescit *&c*. quod protinus altera verticis parte intumescens, sustinet jugulum. Id autem ipsum recurvum, ac neque inter durissima ossa numerandum, altero capite in eo quod posui, altero in exiguo sinu pectoralis ossis insidit, paulumque brachii motu movetur, et cum lato osse scapularum nervis, et cartilagine connectitur *l*. 8. *c*. 1. jugulum, si transversum fractum est, nonnumquam per se rursus recte coit; et nisi movetur, sanari sine vinctura potest: nonnunquam vero, maximeque ubi motum est, elabitur *l*. 8. *c*. 8. *v*. Consentio.

Jumentum. *v*. Animal.

Junctura. *v*. Patella, Πυλωρὸς.

Junctus. *v*. Dirimo.

Juncus. juncus quadratus aperit *l*. 5. *c*. 4. discutit *l*. 5. *c*. 11. junci quadrati et rotundi semen; illum κύπειρον, hunc σχοῖνον Graeci vocant *l*. 5. *c*. 21.

Jungo. si quamvis non accessiones, febres tamen junguntur *&c*. *l*. 3. *c*. 5. si, *fragmenta*, non adversa, sed obliqua junguntur *&c*. *l*. 8. *c*. 10. *s*. 1. diducta ossa numquam rursus inter se junguntur *l*. 8. *c*. 11. saepe exulceratio digitorum, nisi magna cura prospeximus, in unum eos jungit *l*. 5. *c*. 28. *s*. 12. *v*. Maturitas, Membrum, Sutura, Vesica.

Junior. sanguinem mitti junioribus, vetus est *l*. 2. *c*. 10. *v*. Morior.

Jurulentus. *v*. Alo. aliena stomacho sunt omnia jurulenta *l*. 2. *c*. 25. inflant omnia jurulenta *l*. 2. *c*. 6. quidquid jurulentum est, facile intus corrumpitur *l*. 2. *c*. 28. non uti cibis variis, minimeque jurulentis *l*. 1. *c*. 6.

Jus. jus in quo porrus cum pullo gallinaceo coctus sit *l*. 4. *c*. 13. jure pulli gallinacci ventrem resolvere *l*. 3. *c*. 16. sorbere oportet jus anserinum, vel ovillum, vel vitulinum, et vomere *l*. 5. *c*. 27. *s*. 3. ℑ jure, *more adverbii*. Id Asclepiades jure ut vanum repudiavit *l*. 3. *c*. 4. *v*. Democritus, Miror.

Justus. *v*. Modus, Maturitas. justa magnitudo *v*. Deus.

Juvans. *v*. Pertinacia.

Juvenilis. *v*. Corpus.

Juvenis. juvenis imbecillus *l*. 2. *c*. 10. juve-

LA

movent *l.* 6. *c.* 6. *s.* 14. lacrima multa et calida *ibid.* *s.* 1. lacrimae salsae calidaeque *ibid.* lacrima arboris. *v.* Μωροσυκος.
Lacrimo. mali morbi signum est, sine voluntate lacrimare *l.* 2. *c.* 4.
Lactans. alvum movent lac, lactantia omnia *l.* 2. *c.* 29.
Lacteus. *v.* Animal, Infans.
Lactuca. boni suci est *l.* 2. *c.* 20. acris est *l.* 5. *c.* 22. stomacho apta est *l.* 2. *c.* 24. refrigerat *l.* 2. *c.* 27. alvum movet *l.* 2. *c.* 29. lactuca, maximeque aestiva, cujus cauliculus jam lacte repletus est, somno apta est *l.* 2. *c.* 32. ℑ Lactuca marina. *v.* Purgo. lac lactucae marinae, quae τιθύμαλλος a Graecis nominatur, exedit *l.* 5. *c.* 7. adurit *l.* 5. *c.* 8. prodest lactucae marinae, quae grandis juxta mare nascitur, semen cum lacte potui datum *l.* 3. *c.* 21.
Lacus. *v.* Aqua, Piscis.
Ladanum. urinam movet *l.* 3. *c.* 21. evocat et educit *l.* 5. *c.* 12. adjicit vim quamdam ad continendum ladanum cum oleo mixtum *l.* 6. *c.* 1. id superadjuvandum aliquibus ex leniter reprimentibus: quale est..ladanum cum myrteo et vino *l.* 6. *c.* 2.
Laedens. intus laedentia acria *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8.
Laedo. abstinendum est ab omnibus frigidis: neque enim res ulla magis jecur laedit *l.* 4. *c.* 15. si jejuno caput laeditur, assumendus, *cibus*, etiam medio die est *l.* 1. *c.* 4. cum quid extrinsecus laesit, ut in vulneribus *l.* 5. *c.* 26. *s.* 1. *v.* Collocatus, Concoctio, Ictus, Nodus, Vinctura, Vulnus.
Laesus. ne laesa abdominis membrana inflammationes moveat *l.* 7. *c.* 19. *v.* Acies.
Laetitia. *v.* Admoneo.
Laevis. *v.* Abdomen, Arteria aspera, Calculus, Calvaria, Fistula, Pus. laevior. *v.* Fibula. laevissimus. *v.* Paxillus.
Laevitas. ex torminibus interdum intestinorum laevitas oritur; qua continere nihil possunt, et quidquid assumptum est, imperfectum protinus reddunt *l.* 4. *c.* 23. intestinorum laevitas facilius a teneris aetatibus depellitur *l.* 2. *c.* 8. periculosior est, si frequens dejectio est &c. *ibid.*
Laevo. laevant id quod exasperatum est, spodium &c. *l.* 5. *c.* 13. scabros angulos, *oculorum*, laevant et mel et vinum *l.* 6. *c.* 6. *s.* 31. *v.* Gargarizatio. ubi totum os ejectum est, circumradendae laevandaeque orae sunt *l.* 8. *c.* 3. *v.* Fragmentum.
Laevor. interiorum laevor *pro.* *l.* 1.
Laganum. Lenes sunt sorbitio, pulticula, laganum *l.* 2. *c.* 22. *v.* Firmo.

Λαγώφθαλμος. nonnumquam nimium sub hac curatione excisa cute evenit, ut oculus non contegatur &c. λαγωφθάλμους Graeci appellant. In quo si nimium palpebrae deest, nulla id restituere curatio potest: si exiguum, mederi licet *l.* 7. *c.* 7. *s.* 9.
Lamina. *v.* Διοκλεῖος κυαθίσκος, Μηνιγγοφύλαξ.
Lana. lana mollis *l.* 6. *c.* 7. *s.* 1. lana mollis bene carpta *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. lana sucida ex aceto, vel vino, cui oleum adjectum sit, simul et reprimit, et mollit *l.* 2. *c.* 33. ex horum aliquo, *aqua frigida, vino, aceto*, madens lana sucida simul et reprimit, et refrigerat *ibid.* lana sucida oleo atque aceto madens *l.* 8. *c.* 3. lana sucida mollis *l.* 8. *c.* 9. lana sucida in aceto et rosa tincta *l.* 7. *c.* 29. lana sulphurata *l.* 4. *c.* 12. lanae sulphuratae supervacuus usus est; lota melius circumdatur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 30. *v.* Hapsus.
Languens. *v.* Καρδιακός.
Langueo. dari potest alica elota, si firmus est stomachus, ex aqua mulsa; si ille languet, ex posca *l.* 3. *c.* 6.
Languidus. frigidae languidaeque aures *l.* 2. *c.* 6. *v.* Auster.
Languor. plurimi falluntur, dum se primo die protinus sublaturos languorem aut exercitatione, aut balneo, aut coacta dejectione, aut vomitu, aut sudationibus, aut vino sperant *l.* 3. *c.* 2. corporis languor *l.* 1. *c.* 1.
Lanio. spicula, *sagittae*, magis laniant si retro, quam si contra trahuntur *l.* 7. *c.* 5. *s.* 2. quae, *inflammatio*, major fit, si ab illo ipso telo dum redit, corpus laniatur *ibid.* *s.* 1.
Lanugo. *v.* Λεύκη.
Lanula. alumen scissile.. involutum lanula *l.* 6. *c.* 8. *v.* Caruncula.
Lapathum. mali suci est *l.* 2. *c.* 21. alienum stomacho est *l.* 2. *c.* 25. alvum movet *l.* 2. *c.* 29.
Lapillus. in iis, *tuberculis*, quae renituntur, aut lapillis quaedam similia, aut &c. reperiuntur *l.* 7. *c.* 6.
Lapis. lapis haematites, et phrygius, et asius, et scissilis exedunt *l.* 5. *c.* 1. lapis haematites purgat *l.* 5. *c.* 5. lapis haematites elotus *l.* 6. *c.* 6. *s.* 21. pyrites lapis, aut molaris discutit *l.* 5. *c.* 6. lapis qui carnem exedit, quem σαρκοφάγον Graeci vocant *l.* 4. *c.* 31.
Lapsana. aliena stomacho est *l.* 2. *c.* 25. urinam movet *l.* 2. *c.* 31.
Largus. bene largus canalis *l.* 1. *c.* 4.

Lascivia. v. Exhilaro.
Laser. recte datur castoreum, et cum hoc piper, vel laser *l.* 4. *c.* 6. laseris quam optimi paulum devorare opus est *l.* 4. *c.* 10. *v.* Lino.
Lassitudo. lassitudo citra fatigationem. *v.* Exercitatio. Aqua inter cutem minime terribilis est.. si corpus sine lassitudine est *l.* 2. *c.* 8. pejus est.. si totum corpus lassitudinem sentit *l.* 2. *c.* 2. *v.* Ambulatio, Labor, Profluvium.
Lasso. fatigato quotidianum cubile tutissimum est: insolitum contra, lassat *l.* 1. *c.* 3. *v.* *adnotat. nostram*.
Late. *v.* Procedo. minus late. *v.* Officio. latius *v.* Abscedo, Aperio, Incido, Suffundo. latissime. *v.* Steatoma.
Latens. *v.* Conjectura, Lenio, Nota.
Lateo. nonnunquam ea, *vena*, latet, neque facile reperitur *l.* 2. *c.* 10.
Latescens. *v.* Ὁμοπλάται.
Latesco. *v.* Costa.
Latitudo. latitudo plagae *l.* 7. *c.* 25. *s.* 1. id, *ferramentum*, tale esse debet, ut fere tertiam digiti partem latitudo mucronis impleat *l.* 7. *c.* 15. *v.* Mitella, Pitacium.
Latro. *v.* Exceptus.
Latrocinans. mortui demum praecordia et viscus omne in conspectum latrocinantis medici dari *pro*. *l.* 1.
Latus. in latus aut dextrum, aut sinistrum, ut ipsi visum est, cubat *l.* 2. *c.* 3. vertebrae ab utroque latere processus duos exigunt *l.* 8. *c.* 1. alterutrum latus. *v.* Manus. ℑ *latus pectoris*. Aquilo dolores lateris et pectoris excitat *l.* 2. *c.* 1. lateris acutus dolor *l.* 2. *c.* 7. stomachus lateribus cingitur; atque in his quoque vehementes dolores esse consuerunt.. sed interdum malum intra dolorem est, isque modo tarde, modo celeriter solvitur; interdum ad perniciem quoque procedit; oriturque acutus morbus, qui πλευριτικὸς a Graecis nominatur *l.* 4. *c.* 13.
Latus. lata capita vix medicinae patent *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. tumor latus *l.* 5. *c.* 28. *s.* 10. latius vitium ad suppurationem spectans *ibid*. *s.* 11. *v.* Fascia, Ferula, Linteum, Telum. habenula paulo latior *l.* 7. *c.* 20.
Lavatio. calida lavatio senibus et pueris aptissima est *l.* 1. *c.* 3. aestate frigida lavatio aptissima est *ibid*.
Laudo. laudanda, si qua sunt, ipsius opera, et ante oculos ejus ponenda *l.* 3. *c.* 18. *v.* Percipio.
Lavo. lavari debet, et in balneo sudare *l.* 1. *c.* 3. lavari saepe *l.* 6. *c.* 6. *s.* 29. tuto lavari *l.* 2. *c.* 17.
Laureus. *v.* Oleum.
Laurus. simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33. aqua in qua laurus decocta sit *l.* 4. *c.* 2. imponendum castoreum.. aut lauri baccae cum rosa et aceto *l.* 3. *c.* 20.
Laxe, laxius *v.* Teneo, Deligo.
Laxo. laxatur aliquid eo dempto quod interpositum, ut id laxaretur, effecerat *l.* 2. *c.* 14. si parum palpebra descendet, laxanda sutura *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. sinum laxare *l.* 7. *c.* 19.
Laxus. numero fasciarum id agendum est, ut laxae quoque aeque contineant *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. diutius is in lecto detineatur; ne si motum adhuc nervis laxioribus femur fuerit, rursus erumpat *l.* 8. *c.* 20. *v.* Vinctura.
Lectica. *v.* Gestatio.
Lectio. *v.* Exerceo. leni lectione uti *l.* 4. *c.* 13. lectione uti vehementi *l.* 4. *c.* 10.
Lectulus. lectulo opus est *l.* 5. *c.* 28. *s.* 4. *v.* Contineo.
Lectus. lectus per aestatem terra, hieme durum cubile extenuat corpus *l.* 1. *c.* 3. suspensi lecti motus *l.* 3. *c.* 18. *v.* Gestatio, Concutio, Conquiesco. lectus cultior. *v.* Exhilaro. transversus lectus. *v.* Colloco.
Lectus, *delectus*. quemadmodum venae legendae, quidque lectis his faciendum sit, cum venero ad crurum varices dicam *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15.
Lego. clare legere *l.* 1. *c.* 8. scribere, legere, voce contendere huic opus non est, utique post coenam *l.* 1. *c.* 4. *v.* Emendo.
Lego, *delego*. qualia tempora cibo leguntur, talia potioni quoque, ubi sine illo datur, deligantur *l.* 3. *c.* 6. ubi tenues conditaeque venae sunt, ideoque legi non possunt &c. nihil melius est quam quod in Gallia quoque Comata fit, ubi venas in temporibus et in superiore capitis parte legunt &c. *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. *v.* Myrtus. in veste floccos legere. *v.* Indicium.
Legumen. omnia legumina generis valentissimi sunt *l.* 1. *c.* 18. ex leguminibus valentior faba, vel lenticula, quam pisum *ibid.* inflant omnia fere legumina *l.* 2. *c.* 26.
Λειεντερία. Laevitas intestinorum, quae λειεντερία vocatur *l.* 2. *c.* 1.
Λημνίσκος. implicitum in longitudinem linamentum; λημνίσκον Graeci vocant *l.* 7. *c.* 28.
Lenio. cataplasmata toto ventri imponere,

ut dolorem leniant *l.* 4. *c.* 19. quo gravior quaeque inflammatio est, eo magis leniri medicamentum debet, adjecto vel albo ovi, vel muliebri lacte. Ac si neque medicus, neque medicamentum praesto est, saepius utrumlibet horum in oculos penicillo ad id ipsum facto infusum id malum lenit *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. vinum bibendum .. ut leniantur intus latentia acria *ibid*. lac potui dandum, ut acria quae laeserunt leniantur *ibid*. *s.* 10. Καρκινώδη commode his leniuntur: galbani *&c.* *l.* 5. *c.* 18. *s.* 23. articulorum vitia .. maxime torminibus leniuntur, et quocumque modo venter fluit *l.* 2. *c.* 8. metum lenire. *v.* Medicus.

Lenis. *v.* Ambulatio, Amylum, Cibus, Defrutum, Lac, Passum, Pruna, Ptisana, Sorbitio, Vinum. lenior. *v.* Frictio. lenissima. *v.* Gestatio.

Leniter. *v.* Ambulo, Deligo, Diduco, Fio, Mollio, Perfrico, Permulceo, Pertracto, Perungo, Reprimo.

Lente. lente ambulandum est *l.* 1. *c.* 3. lentius ducenda habena *l.* 8. *c.* 3. membra lentius intendenda *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1.

Lens. papaveris lacrimae ad lentis magnitudinem *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1.

Lenticula. *v.* Legumen. simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33. purgat *l.* 5. *c.* 5. exedit *l.* 5. *c.* 7. crustas resolvit *l.* 5. *c.* 10. cutem purgat *l.* 5. *c.* 16. calefacit cataplasma ex farina lenticulae *l.* 2. *c.* 33. ex prioribus est lenticulae cum melle farina *l.* 5. *c.* 27. *s.* 13. lenticula cui vel beta, vel intubus, vel ambubeja, vel plantago adjecta sit; magisque etiam si illa ante fricta est, alvum adstringit *l.* 2. *c.* 30. *v.* Eluo, Gargarizo. ℑ lenticula, *vitium cutis*. lenticulae vulgo notae sunt; quamvis rarior ea species est, quam semion Graeci vocant; cum sit ea lenticula rubicundior et inaequalior *l.* 6. *c.* 5.

Lentiscus. simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33. rodit *l.* 5. *c.* 6. in omnibus vesicae doloribus idoneae potiones sunt quae ex odoribus fiunt..idemque etiam decocta lentiscus praestat *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. lentisci folia *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2. *v.* Resina.

Lentus. *v.* Ambulatio, Febris, Mora.

Leoninus. *v.* Adeps.

Λεπὶς. *v.* Squama aeris.

Leporinus. *v.* Coagulum.

Lepus. ex venatione maxime lepus urinam movet *l.* 2. *c.* 31.

Lethargicus. quidam hos quoque iisdem quibus lethargicos excitare conantur; quod admodum supervacuum est *l.* 3. *c.* 23.

Λήθαργος. Alter quoque morbus est aliter phrenetico contrarius. In eo difficilior somnus, prompta ad omnem audaciam mens est: in hoc marcor, et inexpugnabilis paene dormiendi necessitas: Λήθαργον Graeci nominant. Ex eo quidam excitare nituntur admotis iis per quae sternumenta excitantur *&c.* Tharrias quidam accessionis id malum esse dixit, levarique cum ea decessit: itaque, eos qui subinde excitant, sine usu male habere.. Si vero continens ei somnus est *&c.* *v.* Excito.

Levamentum. paulum in eo levamenti est *l.* 2. *c.* 7.

Λεύκη, leuce. Λεύκη habet quiddam simile alpho, sed magis albida est, et altius descendit; in eaque albi pili sunt et lanugini similes *l.* 5. *c.* 28. *s.* 19. leuce quem occupavit, non facile dimittit *ibid*.

Λευκὸς. *v.* Emplastrum.

Λευκοφλεγματία. *v.* Ὕδρωψ. vitium cui λευκοφλεγματία nomen est. *l.* 3. *c.* 21.

Levis. *v.* Cibus, Febricula, Ingenium, Momentum, Mutatio, Plaga, Vinum. levior. *v.* Aqua, Febris, Indicium, Nox, Praesidium. levissimus. *medicamentis*, quam levissimis opus est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34.

Leviter. *v.* Attingo, Exulcero. levius. oportet levius aqua calida fovere *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1.

Levo. oportet contecto oculo mediam palpebrae cutem.. apprehendere digitis, ac sic levare *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. *v.* Affixus. ℑ *sublevo, minuo*. satius est primum levare aegrum, deinde perpurgare, quam omni vi effusa fortasse praecipitare *l.* 2. *c.* 10. oportet ipsam inflammationem levare super sucida lana ex aceto imposita *l.* 8. *c.* 11. id in praesentia levat *l.* 4. *c.* 6. id dolorem levat; et cum levavit, protinus submovendum est *l.* 6. *c.* 9. si bene se purgaverit, ex magna parte morbum levabit *l.* 3. *c.* 18. *v.* Frictio. foeniculum et anethum inflationes levant *l.* 2. *c.* 26. *v.* Ἀνώδινος.

Lex. Sanus homo.. nullis obligare se legibus debet *l.* 1. *c.* 1. ne his quidem athletarum exemplo vel certa esse lex, vel immodicus labor debet *l.* 1. *c.* 2. *v.* Arbitrium.

Libenter. *v.* Amplector.

Liber. *v.* Emendo.

Liber. utrumque membrum in diversas partes extendere, donec spatium inter ossa liberum sit *l.* 8. *c.* 16. aqua inter cutem

facilius in servis, quam in liberis tollitur: quia cum desideret famem, sitim, mille alia taedia, longamque patientiam, promptius iis succurritur qui facile coguntur, quam quibus inutilis libertas est *l.* 3. *c.* 21.

Liberalis. *v.* Intermissio, Potio, Vnctio. liberalius alimentum *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7.

Liberaliter, liberalius. *v.* Arbitrium, Bibo.

Liberatus. quod ut sustinere aliquis possit, tamen, etiam febre liberatus, vix refectioni valebit *l.* 3. *c.* 15. *v.* Piper.

Libero. sanguinis detractio vel liberat, vel occidit *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. rubore et tumore in praecordiis orto, scire licet fauces liberari *l.* 4. *c.* 7. dolor efficit, ut potior medicina sit, quae maturius liberet *l.* 5. *c.* 28. *s.* 8. *v.* Articulus, Mulier, Struma, Prehendo.

Libertas. *v.* Liber.

Libet. post febrem oportebit.. vino uti quanto libebit *l.* 3. *c.* 15. *v.* Fluor.

Libido. vitare libidinem *l.* 1. *c.* 10. intemperantia libidinis *v.* Facio.

Libra. gummi libra *l.* 6. *c.* 6. *s.* 17.

Licet, *quamvis*. vinum austerum, licet etiam asperum sit, stomacho aptum est *l.* 2. *c.* 24.

Licet. *autumno*, cibo jam paulo pleniore uti licet *l.* 1. *c.* 3. quasi quaeratur quid medico liceat, non quid aegro salutare sit *l.* 2. *c.* 16. *v.* Ago, Curo, Opitulor, Praesagio, Scio. si per stomachum licet *l.* 3. *c.* 21. si per vires licebit *l.* 4. *c.* 13. magno malo vix sine ferro mederi licet *l.* 7. *c.* 3.

Lienis. Lienis sinistra, *parte positus*, non septo, sed intestino innexus est, natura mollis et rarus, longitudinis crassitudinisque modicae; isque paulum a costarum regione in uterum excedens maxima parte sub his conditur *l.* 4 *c.* 1. Lienis ubi affectus est, intumescit, simulque cum eo pars sinistra, eaque dura est et prementi renititur; venterque intentus est; aliquis etiam in cruribus tumor est *l.* 4. *c.* 16. aqua a ferrario fabro.. vel praecipue lienem coercet. Quod animadversum est in iis animalibus, quae apud hos fabros educata exiguos lienes habent *ibid.* lienis dolor *l.* 2. *c.* 1. quibus saepe ex naribus fluit sanguis, his aut lienis tumet, aut &c. *l.* 2. *c.* 7. quibus magni lienes sunt, his gingivae malae sunt, et os olet, aut sanguis aliqua parte prorumpit &c. *ibid.* Lienis bubulus. *v.* Esus.

Lienosus. Lienosis bono tormina sunt *l.* 2. *c.* 8.

Ligneus. *v.* Spatha.

Lignum. *v.* Frango.

Ligustrum. simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33. mandere ligustrum oportet, sucumque eum ore continere *l.* 6. *c.* 13.

Lilium. discutit *l.* 5. *c.* 11. lilii radix contrita *l.* 6. *c.* 18. *s.* 6. *v.* Adusta.

Limo. dens acutior limandus est *l.* 6. *c.* 12. *v.* Fragmentum.

Limosus. *v.* Rivus.

Limus. *v.* Piscis.

Linamentum. in aeneam, *cucurbitulam*, linamentum ardens conjicitur &c. *l.* 2. *c.* 11. extinctum ex lucerna linamentum *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. exiguum linamentum *l.* 7. *c.* 7. *s.* 3. linamentum molle *l.* 7. *c.* 30. *s.* 1. linamentum involutum et oblongum *l.* 6. *c.* 8. *s.* 1. linamentum in modum collyrii compositum *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. implicata linamenta, et molli pellicula cincta circumsutaque *l.* 8. *c.* 5. *v.* Λημνίσκος. arida linamenta *l.* 8. *c.* 25. siccis linamentis vulnus implendum est.. si parum sic sanguis conquiescit, saepius linamenta mutanda sunt; et si sicca parum valent, aceto madefacienda sunt *l.* 5. *c.* 26. *s.* 21. tincta in melle linamenta *ibid.* *s.* 29. ex aqua frigida linamentum *ibid.* *s.* 36.

Linea. linea lunata.. recta.. transversa. *v.* Immitto, Incido.

Lingua. Lingua quibusdam cum subjecta carne a primo natali die juncta est, qui ob id ne loqui quidem possunt. Horum extrema lingua vulsella prehendenda est; sub eaque membrana incidenda &c. Et plerique quidem, cum consanuerunt, loquuntur. Ego autem cognovi qui, succisa lingua, cum abunde super dentes eam promeret, non tamen loquendi facultatem consecutus est *l.* 7. *c.* 12. *s.* 4. Sub lingua quoque interdum aliquid abscedit; quod fere consistit in tunica, doloresque magnos movet *ibid.* *s.* 5. Lingua resoluta *l.* 4. *c.* 4. madens lingua *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. sicca et scabra *l.* 3. *c.* 10. non scabra, sed arida *ibid.* ℑ exigua in arteria sub ipsis faucibus lingua est; quae cum spiramus, attollitur; cum cibum potionemque assumimus, arteriam claudit *l.* 4. *c.* 1.

Lingua canina. *v.* Adusta.

Lino. oportet lasere linguam ipsam linere *l.* 4. *c.* 4.

Linteolum. linteolum duplex madens vino et oleo superinjiciendum &c. *l.* 8. *c.* 7. *v.* Vinculum. linteolum triplex. *v.* Oppono.

Linteum. super has, *fascias*, injiciendum latiore linteo ceratum est, quod eas contineat *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1.

MA

Macula. *v.* Creber.
Madefacio. caput attonsum habere, idque irino, vel cyprino calido madefacere *l.* 4. *c.* 6.
Madefactus. cum inaruit, *penicillum*, iterum madefaciendum est *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. *malagma*, linteo ante in aqua frigida madefacto illinitur *l.* 5. *c.* 18. *s.* 4. *v.* Frictio.
Madens. simul et reprimunt, et refrigerant.. aqua frigida, maximeque pluvialis, vinum, acetum, et horum aliquo madens vel panis, vel spongia &c. *l.* 2. *c.* 33. *v.* Frumentum, Homo.
Madeo. vomitus prodest ei cui.. madent oculi *l.* 1. *c.* 3. *v.* Siccesco. ulcus madet, neque alitur *l.* 8. *c.* 4. *v.* Spongia.
Madesco. aquam calidam bibere, *debet*, ut superiores ejus partes madescant *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2.
Madidus. *v.* Intrita.
Magis. vere magis carne utendum, magis oleribus *l.* 1. *c.* 3. adstringunt alvum panis ex siligine, vel ex simila; magis si sine fermento est; magis etiam si tostus est; intenditurque vis ejus etiam si bis coquitur: pulticula &c. *l.* 2. *c.* 30. neque ignorare hunc oportet quae sit aegri natura, humidum magis, an magis siccum corpus ejus sit *pro*. *l.* 1. ambulare, sed magis modice oportet *l.* 3. *c.* 21. cum omnis longus tumor ad suppurationem fere spectet, magis eo tendit is qui in praecordiis, quam qui in ventre est *l.* 2. *c.* 7. *v.* Eo.
Magisterium. post quae nullo novo magisterio, sed jam supra posito vulnus erit implendum, et ad sanitatem perducendum *l.* 5. *c.* 27. *s.* 2.
Magnopere. triduo primo magnopere abstinere oportet *l.* 3. *c.* 13. *v.* Necessarius. tumor, si retentus est spiritus, non magnopere increscit *l.* 7. *c.* 18.
Magnitudo. tumoris aliquid est, pro venarum magnitudine ac modo *l.* 7. *c.* 18. justa magnitudo. *v.* Dens. magnitudo doloris *l.* 7. *c.* 4. *s.* 2. vis pro magnitudine, *vitii*, adhibenda est *l.* 5. *c.* 28. *s.* 1. nimia magnitudo *v.* Piscis. oportet laser quam optimum ad piperis magnitudinem devorare *l.* 4. *c.* 19. ex quibus quod ervi magnitudinem habeat satis est devorasse *l.* 5. *c.* 25. *s.* 1. catapotia ad nostrae fabae magnitudinem *ibid*. *s.* 4.
Magnus. neque vitae alia spes in magnis malis est, quam &c. *l* 2. *c.* 5. *v.* Articulus, Cura, Difficultas, Diligentia, Dolor, Febris, Inflammatio, Moles, Negotium, Periculum, Praesidium, Vulnus. magnae res. *v.* Fiducia.
Major. *v.* Articulus, Avis, Cura, Dolor, Inflammatio, Intestinum, Membrum, Negotium, Periculum, Vis, Vitium. majo- jores medici *v.* Existo.
Malae. malae cum toto osse quod superiores dentes exigit, immobiles sunt *l.* 8. *c.* 1.
Malagma. *v.* Emplastrum. malagmata contusa abunde mollescunt *l.* 5. *c.* 17. *s.* 2. malagmata fere non sunt refrigerandi, sed calefaciendi causa reperta. Est tamen quod refrigerare possit ad calidas podagras aptum. Habet &c. *l.* 5. *c.* 18. *s.* 1. si materia extrahenda est &c. *s.* 2. si jecur dolet *s.* 3. si lienis torquet *s.* 4. commune jecinori et lieni Lysias composuit ex his &c. *s.* 5. ad laterum dolores compositio est Apollophanis *s.* 6. ad idem Andreae *s.* 7. id quod ad Polyarchum auctorem refertur *s.* 8. Nilei *s.* 9. id quod Moschi esse dicitur *s.* 10. fertur etiam ad digerenda quae coeunt, sub Auctore Medio *s.* 11. ad eadem Panthemus utebatur, calcis &c. *s.* 12. ad strumam multa malagmata invenio. Andreas auctor est, ut haec misceantur &c. *s.* 13. expeditius ad idem fit, quod habet &c. *s.* 15. Arabis cujusdam est ad strumam &c. *s.* 16. est etiam proficiens in struma &c. quod ex his constat &c. *s.* 17. Protarchus ad *παρωτίδας* &c. *s.* 18. adversus panum.. miscetur ochra &c *s.* 19. discutit omne tuberculum id quod habet &c. *s.* 20. supprimit omne quod abscedit, id in quo est &c. *s.* 21. si satis sanguis subit, recte imponitur &c. *s.* 22. *καρκινώδη* commode his leniuntur &c. *s.* 23. si facie contusa livor subcruentus est, haec compositio nocte et die imposita tollit *s.* 24. sunt etiam quaedam malagmata, quae *στομωτικὰ* Graeci vocant &c. *s.* 25. Niconis quoque est, quod resolvit &c. *s.* 26. ad ossa autem Aristogenis fit ex his &c. *s.* 27. maximeque nervis et articulis malagma convenit. Igitur Euthiclei est &c. *s.* 28 ad eosdem *ibid*. Sosagorae *s.* 29. Chrysippi *s.* 30. Ctesiphontis *s.* 31. ad articulos *s.* 32. Eadem podagrae praesidio sunt. Sed ad eam fit Aristonis quoque &c. *s.* 33. Theoxenus ad pedum dolores &c. *s.* 34. Numenius podagram ceterosque articulos induratos hoc molliebat &c. *s.* 35. si quando in articulis callus increvit, Decius docuit imponere &c. *s.* 36.
Male. ubi male est *l.* 4. *c.* 15. si juvenis imbecillus est, aut si mulier quae gravida

Manus . in manu prima palmae pars ex pluribus minutisque ossibus constat, quorum numerus incertus est . Sed oblonga omnia et triangula, structura quadam inter se connectuntur, cum invicem alterius angulus alterius planities sit : eoque fit ex his unius ossis paulum in interiora concavi species . Verum ex manu duo exigui processus in sinum radii conjiciuntur . Tum ex altera parte recta quinque ossa ad digitos tendentia palmam explent *l.* 8. *c.* 1. Manus in omnes quatuor partes prolabitur . Si in posteriorem partem excidit, porrigi digiti non possunt : si in priorem, non inclinantur : si in alterutrum latus, manus in contrarium, id est aut ad pollicem, aut ad minimum digitum convertitur *l.* 8. *c* 17. manu plana *l.* 8. *c.* 8. prona *l.* 8. *c.* 17. supina *ibid.* diligenter temperata *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. frictione utendum *&c.* sic, ut aut puériles, aut muliebres manus sint, quo mollior earum tactus sit *l.* 3 *c.* 21. perfricari manibus puerilibus potius, quam virilibus debet *l.* 3. *c.* 27. *s.* 3. manus auxilium *l.* 7. *c.* 30. *s.* 1. *v.* Chirurgus, Consurgo, Curatio, Curo, Exerceo, Foveo, Natatio, Pertracto, Praesto, Proficio .

Marceo . si marcet animus *l.* 2. *c.* 2.

Marcor . marcor, et inexpugnabilis paene dormiendi necessitas *l.* 3. *c.* 20.

Mare *v.* Nato, Ventus .

Marinus . *v.* Aqua, Bellua, Lactuca, Pastinaca .

Maritimus . *v.* Locus .

Marmor . marmor coctum *l.* 5. *c.* 22. *s.* 6.

Marrubium . exedit *l.* 5. *c.* 7. marrubii sucus cum melle incoctus *l.* 3. *c.* 22.

Mas . hoc commune esse maribus et feminis potest *l.* 7. *c* 28.

Masculus . *v.* Iter urinae, Tus .

Mater . *v.* Evenio .

Materia, *ciborum et potionum.* media materia . . imbecillissima . . valentior . . valentissima . . validissima *l.* 2. *c.* 18. infirmissima *l.* 3. *c.* 18. levissima *l.* 3. *c* 6. quam levissima *ibid* nova materia *v.* Frictio . supervacua materia . *v.* Medicus . utendum est materiae genere pro viribus *l.* 2. *c.* 18. ad concoctionem materiae genus et modus pertinent *l.* 3. *c.* 6. ℑ *materia medicamentorum* . cum facultatum materia non ita multiplex sit, innumerabilia mixturarum genera sunt *l.* 5. *c.* 17. *s.* 1. ℑ *materia quae in corpore est.* si materia integra est . . si vel copia sui male habet, vel corrupta est *l.* 2. *c.* 10. cocurbitulam accommodare oportet, quae quidquid illuc malae corruptaeque materiae coiit extrahat *l.* 7. *c.* 2. *v.* Concurro, Demo . noxia materia . *v.* Depello . plenior materia . *v.* Talus . Materia superans . *v.* Digero . materiae cursus . *v.* Averto . impetus materiae . *v.* Evoco .

Mature, maturius . si mens homini consistit, si nulla febris accessit, scire licet mature vulnus sanum fore *l.* 5. *c.* 26. *s.* 26. in hoc maturius, quam in aliis morbis, ducere in balneum opus est *l.* 3. *c.* 7. *s.* 1. *v.* Desino, Dissimulo, Indulgeo, Libero, Recipio, Solvo, Supprimo .

Maturesco . quod per haec discussum non est, necesse est maturescat *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11. tunica quiddam quod difficulter maturescit comprehensum est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 2. *v.* Struma . tarde maturescere . *v.* Φύγεθλον . spatio maturescere . *v.* Vrina . *furunculus*, maturescit per se, atque erumpit . Sed dolor efficit, ut potior medicina sit, quae maturius liberet *l.* 5. *c.* 28. *s.* 8.

Maturitas . ipsius quoque suffusionis quaedam maturitas est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14. κηρίον ubi maturescit, habet foramina *&c.* nec tamen ad justam maturitatem pervenit *l.* 5. *c.* 28. *s.* 13. cetera etiam subcruda aperiri possunt, inter nervos ultima exspectanda maturitas est, quae cutem extenuet, eique pus jungat, quo propius reperiatur *l.* 7. *c.* 2. *v.* Averto .

Maturo . maturari, *parotidem*, et quam primum aperiri commodius est *l.* 6. *c.* 16. eos qui quasi carcinoma habent curare periculosum est : nam mortem quoque ea res maturat *l.* 7. *c.* 7. *s.* 7.

Maturus . *v.* Curatio, Papaver, Suppuratio . matura senectus . *v.* Ignavia . maturior mors . *v.* Signum . prope maturus partus *l.* 7. *c.* 29.

Matutinus . *v.* Exercitatio, Frigus, Tempus.

Maxilla . maxilla est molle os, eaque una est : cujus et media, et ima pars mentum est : a quo utrimque procedit ad tempora ; solaque ea movetur *l.* 8. *c.* 1. ipsius maxillae partes extremae quasi bicornes sunt . Alter processus *&c.* Alter brevior et rotundior, et in eo sinu qui juxta foramina auris est, cardinis modo fit ; ibique huc et illuc se inclinans maxillae facultatem motus praestat *ibid* . in aliis quidem ossibus, *fractis*, ex toto saepe fragmentum a fragmento recedit : maxillae vero semper aliqua parte, etiam vexata ossa inter se cohaerent *l.* 8. *c.* 7. Maxilla

in utramque partem propellitur; sed modo altera parte, modo utraque. Si altera, in contrariam partem ipsa mentumque inclinatur: dentes paribus non respondent; sed sub iis qui secant canini sunt. At si utraque, totum mentum inclinatur; inferioresque dentes longius quam superiores excedunt; intentique super musculi apparent *l*. 7. c. 12.

Maxillaris. *v*. Dens.

Maxime. maxime pertinere ad rem concoctio videtur *pro*. *l*. 1. opus est gestari, maximeque navigare *l*. 4. *c*. 19. *et passim*.

Maximus. *v*. Foramen, Medicus, Tormentum. maxima pars. *v*. Venenum. quam maximus. *v*. Conclave, Remissio.

Medeor. vulneribus tantummodo ferro et medicamentis mederi. *v*. Homerus. ex tribus medicinae partibus ut difficillima, sic etiam clarissima est ea quae morbis medetur *pro*. *l*. 1. si levior is casus est, possunt etiam sine scalpello imposita eadem mederi *l*. 7. *c*. 1. magno malo vix sine ferro mederi licet *l*. 7. *c*. 3. medendi causa caput radendum *l*. 3. *c*. 20. aliter acutis morbis medendum; aliter vetustis; aliter increscentibus; aliter subsistentibus; aliter jam ad sanitatem inclinatis *pro*. *l*. 1. *v*. Abstinentia, Animal, Asclepiades, Medicina, Praecipio, Scientia.

Medicamentum. medicamentum utrumque est, *vinum et aqua*, cum invicem assumitur *l*. 1. *c*. 4. optimum medicamentum est opportune cibus datus *l*. 3. *c*. 4. valens medicamentum.. valentius *l*. 4. c. 12. quod jure valentissimis medicamentis adnumerari potest *l*. 4. c. 26. medicamentum fortuitum. *v*. Absumo. pulcherrimum. *v*. Scorpio. medicamentum ejus, *furunculi*, proprium galbanum est *ibid*. *s*. 8. lenia medicamenta quae quasi blandiantur *ibid*. *s*. 2. lenissima *l*. 6. *c*. 6. *s*. 8. acria medicamenta *l*. 6. *c*. 6. *s*. 26. medicamenta quae sic exedant, ne erodant: σηπτὰ Graeci vocant *l*. 7. c. 21. medicamenta crustam inducentia *l*. 5. *c*. 26. *s*. 21. medicamenta adurentia *l*. 5. *c*. 28. *s*. 7. excedentia medicamenta.. implentia *l*. 5. c. 26. *s*. 36. asperiora *l*. 2. *c*. 13. medicamenta peregrina &c. *v*. Curo. malis medicamentis corpus affectum *l*. 3. *c*. 22. omnia fere medicamenta stomachum laedunt, malique suci sunt *pro*. *l*. 5.

Medicatus. *v*. Fons.

Medicina. sanitatem aegris, *corporibus*, medicina promittit &c. apud Graecos aliquanto magis, quam in ceteris nationibus, exculta est: ac ne apud hos quidem a prima origine, sed paucis ante nos saeculis *pro*. *l*. 1. in tres partes medicina diducta est: ut una esset quae victu; altera quae medicamentis; tertia quae manu mederetur. Primam διαιτητικήν, secundam φαρμακευτικήν, tertiam χειρουργικήν Graeci nominarunt *ibid*. in duas partes ea quoque quae victu curat medicina divisa est, aliis rationalem artem, aliis usum tantum sibi vindicantibus *ibid*. illud ante omnia scire oportet, quod omnes medicinae partes ita innexae sunt, ut ex toto separari non possint, sed ab eo nomen trahant, a quo plurimum petunt *pro*. *l*. 5. illa moderatius subjiciam: conjecturalem artem esse medicinam, rationemque conjecturae talem esse, ut cum saepius aliquando responderit, interdum tamen fallat *l*. 2. c. 6. est haec ars conjecturalis; neque respondet ei plerumque non solum conjectura, sed etiam experientia *pro*. *l*. 1. *v*. Discerno. Multiplex ista medicina neque olim, neque apud alias gentes necessaria, vix aliquos ex nobis ad senectutis principia perducit *pro*. *l*. 1. *v*. Differo. potior medicina. *v*. Maturesco. temeraria medicina. *v*. Fallo, Interimo. rationalem puto medicinam esse debere: instrui vero ab evidentibus causis; obscuris omnibus, non a cogitatione artificis, sed ab ipsa arte rejectis *ibid*. medicinae summa. *v*. Explico. si levi medicina contenti sumus.. si paulo valentiori.. si leni *l*. 2. *c* 12. *s*. 2. valentior medicina *l*. 7. c. 7. *s*. 15. medicinae locum facere *v*. Emissus. si aut mens laesa est, aut nervorum facta resolutio, medicinae locus non est *l*. 2. *c*. 8. quos lienis male habet, si tormina prehenderunt &c. vix ulla medicina periculo subtrahit *ibid*. medicina inanis. *v*. Intestinum.

Medicinalis. *v*. Ars.

Medicus. quid compressum corpus resolvat, quid solutum teneat, si a ratione tractum est, rationalis est medicus; si, ut ei qui se rationalem negat, confiteri necesse est, ab experientia, empiricus *pro*. *l*. 1. *v*. Cognitio. cetera quae antiqui medici praeceperunt, stomachum omnia infestant *l*. 1. *c*. 3. quidam medici saeculi nostri.. contendunt &c. *pro*. *l*. 1. idoneus medicus *v*. Artifex. ingeniosissimus. *v*. Cassius. ut nobilissimi medici neque genus mali, neque remedium invenerint *pro*. *l*. 1. Evelpides aetate no-

stra maximus fuit ocularius medicus *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. quem, *Dioclem Car stium*, inter priscos maximosque medicos fuisse jam posui *l.* 7. *c.* 5. *s.* 3. recentiores medici *pro. l.* 2. boni medici.. imperiti. *v.* Nota. neque hercules ista curatio nova est, qua nunc quidam traditos sibi aegros, qui sub cautioribus medicis trahebantur, interdum contrariis remediis sanant *l.* 3. *c.* 9. periti medici est, non protinus ut venit apprehendere manu brachium. sed primum residere hilari vultu, percontarique quemadmodum se habeat; et si quis ejus metus est, eum probabili sermone lenire; tum deinde ejus corpori manum admovere *l.* 3. *c.* 6. prudens medicus *v.* Caedes, Disco. non ignobilis medicus, Chrysippi discipulus, apud Antigonum regem *l.* 3. *c.* 21. Ob quae concipio.. cum par scientia sit, utiliorem tamen medicum esse amicum, quam extraneum *pro. l.* 1. majores medici. *v.* Existo. aliquanto major medicus. *v.* Elinguis. maximi medici. *v.* Ratiocinatio. Id ejus, *medici*, officium est, ut aegrum, neque supervacua materia oneret, neque [imbecillitatem] fame perdat *l.* 3. *c.* 4. *v.* Asclepiades.

Mediocris. *v.* Cibus, Differentia, Dolor, Inflammatio, Profluvium, Resolutio nervorum, Suppuratio. non mediocris. *v.* Professor.

Mediocriter. *v.* Adjuvo, Firmus, Peritus.

Mediterraneus. *v.* Locus, Ventus.

Medius. *v.* Aetas, Digitus, Habenula, Nox. medio die. *v.* Jejunus. fascia, aut mollis habena media in longitudinem incisa, *i. e. qua media est l.* 8. *c.* 7. ℑ medium. ex malo cotoneo medium *l.* 4. *c.* 15. medium sanescit, extremis procedentibus *l.* 5. *c.* 28. *s.* 4. incidenda ad medium vena est *l.* 2. *c.* 10. omnia ista, *tubercula*, per medium oportet incidere *l.* 7. *c.* 6.

Medius. *v.* Malagma.

Medulla. sensu caret *l.* 4. *c.* 1. calefacit *l.* 2. *c.* 33. medulla vel cervina, vel vitulina, vel bubula *l.* 5. *c.* 19. *s.* 10. ℑ medulla, quae in spina est percussa, nervi resolvuntur, aut distenduntur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 17. *v.* Vertebra.

Medullosus. *v.* Humerus.

Meges. *v.* Professor, Genu, Struma.

Mel. valentissimi generis est *l.* 2. *c.* 18. acre est, et quidem quo melius est, eo magis *l.* 2. *c.* 22. alienum stomacho est *l.* 2. *c.* 25. facile intus corrumpitur *l.* 5. *c.* 28. alvum movet *l.* 2. *c.* 29. mel coctum alvum adstringit *l.* 2. *c.* 30. mel excdit *l.* 5. *c.* 7. discutit *l.* 5. *c.* 11. mel crudum purgat *l.* 5. *c.* 5. mel despumatum. *v.* Nutrio. mel optimum *l.* 6. *c.* 6. mel quam acerrimum *l.* 6. *c.* 6. *s.* 34. mel quam amarissimum *l.* 6. *c.* 5. mel album. *v.* Μελίκηρα.

Melampsithium. melampsithii cyathus *l.* 5. *c.* 25. *s.* 16.

Μελαγχολία. bilis atra, quam μελαγχολίαν appellant *l.* 2. *c.* 1.

Μέλας, melas. μέλας.. niger est, et umbrae similis &c. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 19. hi, quos melanas vocari dixi, curantur &c. *ibid.*

Μελίκηρα, melicera. est quaedam sanies quae vel ἰχὼρ, vel μελίκηρα nominatur. ἰχὼρ tenuis &c. Melicera crassior est, et glutinosior, subalbida melliquc albo subsimilis.. melicera mala est multa et percrassa: melior quae et tenuior, et minus copiosa est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 20.

Μελικηρὶς, meliceris. In hoc, *capite*, multa variaque tubercula oriuntur: γάγγλια, μελικηρίδας, ἀθερώματα nominant *l.* 7. *c.* 6. meliceridi subest liquidior humor *ibid.*

Melinum. simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33.

Melior. *v.* Dispenso, Vigilo, Adduco. ℑ Melior. *v.* Ambulatio, Aqua, Dies, Dispenso, Nota, Vigilo. aliquanto melior. *v.* Callus.

Melius. *v.* Adduco, Aestimo, Concoquo, Consulo, Erado. melius curari. *v.* Hilaritas. in melius. *v.* Nota.

Meliusculus. qui meliusculus esse coepit, adjicere debet exercitationes &c. *l.* 3. *c.* 22.

Membrana. *v.* Calvaria, Emitto. membrana quae continet cerebrum. *v.* Pervenio. laevis membrana. *v.* Abdomen. valida membrana. *v.* Septum. membrana ori vulvae opposita *l.* 7. *c.* 28. membrana mobilis ac sui coloris.. membrana immobilis, nigra &c. *l.* 8. *c.* 4.

Membranula. crassius intestinum cum quibusdam membranulis a sinistro rene venientibus jungitur *l.* 4. *c.* 1. multae deinde membranulae venas et arterias, eosque nervos comprehendunt; atque inter duas quoque tunicas superioribus partibus leves parvulaeque sunt *l.* 7. *c.* 18. *v.* Cingo, Deduco.

Membrum. membrum adhuc tenerum.. membrum valentius. *v.* Intendo. tenerum membrum.. validius *l.* 8. *c.* 20. majus membrum *l.* 8. *c.* 15. membra longa, quae per articulum longa testa junguntur *l.* 8. *c.* 16. *v.* Frictio, Agito, Debilito, Deligo, Inhorresco. extremae membrorum partes. *v.* Quotidiana. prominentia membra. *v.* Gan-

graena. brevius membrum et indecorum. v. Dirigo. membrum resolutum. v. Alo, Habitus. prodest etiam torpentis membri summam cutem exasperasse vel urticis caesam, vel imposito sinapi *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. humanum membrum. v. Erumpo.

Μεμιγμένον. v. Collyrium.

Memini. Ego sic restitutum esse neminem memini *l.* 7. *c.* 7. *s.* 6. si febris quievit, diu meminisse ejus diei convenit; eoque vitare frigus *&c.* *l.* 3. *c.* 16. v. Edisco, Recito, Prodo.

Memoria. primus ex omnibus memoria dignis. v. Hippocrates. sed haec quidem alioquin memoria magni professoris uti interponeremus effecit *l.* 8. *c.* 4. v. Explico, Insisto, Prodo.

Menemachus. Menemachi, *compositio* *l.* 6. *c.* 9.

Μενιγγοφύλαξ. donec fiat aditus per quem membranae custos immittatur: μενιγγοφύλακα Graeci vocant *l.* 8. *c.* 3.

Menophilus. est Menophili, *medicamentum* *l.* 6. *c.* 7. *s.* 2.

Mens. si pigrior mens est *l.* 3. *c.* 2. si mens laesa est *l.* 2. *c.* 8. qui mentis suae non est *l.* 2. *c.* 6. v. Alienatio, Attonitus, Audacia, Robur, Adduco, Compono, Concupisco, Consto, Erectus, Fallo. mentem hebetare. v. Calor. si mens redit. v. Peregrinatio.

Mensa. Secunda mensa bono stomacho nihil nocet; in imbecillo coacessit *l.* 1. *c.* 2.

Mensis. bis in mense. v. Consulo. quod interdum tertio mense, interdum non ante sextum.. fit *l.* 7. *c.* 27. septimo mense. v. Pueritia.

Menstrua. v. Articulus, Femina, Fero, Mulier. J menstruorum initium. v. Comitialis. J primis menstruis. v. Coitus.

Mensura. cum eo humore passum pari mensura misceatur *l.* 5. *c.* 25. *s.* 4.

Menta. urinam movet *l.* 2. *c.* 31. potio ex menta, nucibusque graecis, et amylo *l.* 4. *c.* 10. mentae coliculus *l.* 6. *c.* 11. mentae sucus *l.* 6. *c.* 18.

Mentastrum. agrestium experimento cognitum est, cum dens dolet, herbam mentastrum cum suis radicibus evelli debere, et in pelvem conjici, supraque aquam infundi, collocarique juxta sedentem hominem undique veste contectum, supraque aquam infundi; tum in pelvem candentes silices demitti sic, ut aqua tegantur, hominemque eum hiante ore vaporem excipere *&c.* *l.* 6. *c.* 9. v. Cerastes.

Mentio. mentio facienda est cholerae *l.* 4. *c.* 18. Gorgias omenti mentionem omisit.. Heron omenti mentionem habuit *l.* 7. *c.* 14.

Mentum. v. Maxilla.

Meracius. hieme plus esse convenit; minus, sed meracius bibere *l.* 1. *c.* 3.

Meraculus. v. Vinum.

Mrracius. v. Potio, Vinum.

Merens. v. Patrocinium.

Meridianus. v. Calor, Sol, Somnus, Tempus.

Meridies. id si vires patiuntur, ante meridiem tota hora, post meridiem semihora fieri oportet *l.* 3. *c.* 21.

Meridior. longis diebus meridiari potius ante cibum; sin minus, post eum *l.* 1. *c.* 2.

Mersus. v. Deprimo.

Merula. alvum adstringit *l.* 2. *c.* 30.

Merus. v. Vinum.

Metallicus. v. Emplastrum.

Μέθοδος. horum, *communium*, observationem medicinam esse: quam ita finiunt, ut quasi viam quamdam, quam μέθοδον Graeci nominant, eorumque quae in morbis communia sunt, contemplatricem esse contendant *pro.* *l.* 1.

Metior. commodum est lino quotidie ventrem metiri.. neque alienum est metiri et potionem ejus, et urinam *l.* 3. *c.* 21.

Metrodorus. Metrodorum, Epicuri discipulum, ferunt, cum hoc morbo tentaretur, nec aequo animo necessariam sitim sustineret, bibere solitum, deinde evomere *l.* 3. *c.* 21.

Metuens. v. Causa.

Metuo. admovenda partibus iis pro quibus metuimus, sicca et calida fomenta *l.* 3. *c.* 11. si in continua febre puero venter nihil reddit *&c.* metuenda nervorum distentio est *l.* 2. *c.* 7.

Metus. proxime abstinentiam sumendus est cibus exiguus *&c.* donec omnis causae metus finiatur *l.* 3. *c.* 2. metus gravis. v. Homo prudens. metus major *l.* 4. *c.* 11. inflammationis metus *l.* 7. *c.* 7. *s.* 5. novus metus. v. Terreo. metus suppurationis *l.* 8. *c.* 9. cancri metus *l.* 7. *c.* 27. metus mortis *l.* 8. *c.* 25. metus ex anguibus. v. Progredior. aquae metus. v. Ὑδροφόβος, Affero, Consolor, Delirium, Fateor. ubi sublatus est praesens metus, ad ea redeundum est quae supra praecepta sunt *l.* 4. *c.* 12.

Meus. v. Opus.

Miculas. urina quasdam quasi miculas repraesentat *l.* 2. *c.* 5.

Mihi. Quo victu sit utendum iis qui hoc morbo tentantur, jam mihi dictum est *l.* 4. *c.* 21.

dest, ut etiam noceat *l.* 2. *c.* 10. utendum vel sanguinis missione, vel &c. *l.* 3. *c.* 23.
Missus. sanguis missus. *v.* Dolor.
Misy. sanguinem supprimit *l.* 5. *c.* 1. purgat *l.* 5. *c.* 5. rodit *l.* 5. *c.* 6. exedit *l.* 5. *c.* 7. adurit *l.* 5. *c.* 8. crustas inducit misy, et id quoque magis coctum *l.* 5. *c.* 9. misy crudum *l.* 6. *c.* 19. *s.* 7.
Mitella. Deligari brachium debet paulum pollice ad pectus inclinato; siquidem is maxime brachii naturalis habitus est: idque involutum mitella commodissime excipitur; quae latitudine ipsi brachio, perangustis capitibus collo injicitur *l.* 8. *c.* 10. *s.* 3.
Mitis. *v.* Pomum. mitior ictus. *v.* Credibilis. mitiora signa *l.* 2. *c.* 6. mitiora ulcera. *v.* Efficio.
Mitius. *v.* Acia, Monstro. mitissime. distentio nervorum, vel cancer sequitur, vel certe, ut mitissime agatur, pus *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1.
Mithridates. *v.* Antidotum.
Mitto. sanguinem incisa vena mitti, novum non est: sed nullum paene morbum esse, in quo non mittatur, novum est. Item mitti junioribus, et feminis uterum non gerentibus, vetus est: in pueris vero idem experiri, et in senioribus, et in gravidis quoque mulieribus, vetus non est *l.* 2. *c.* 10. si juvenis imbecillus est, aut si mulier quae gravida non est, parum valet, male sanguis mittitur &c. At firmus puer, et robustus senex, et gravida mulier. valens, tuto curatur *ibid.* *v.* Emorior, Judico. Mitti is, *debet*, si totius corporis causa fit, ex brachio; si partis alicujus, ex ea ipsa, vel certe quam proxima: quia non ubique mitti potest, sed in temporibus, in brachiis, juxta talos *ibid.* videtur tamen usus ipse docuisse, si caput fractum est, ex brachio potius sanguinem esse mittendum; si quod in humero vitium est, ex altero brachio *ibid.* sanguis mittendus est, et si nihilo minus ex ore processit, iterum tertioque, et quotidie paulum aliquid *l.* 4. *c.* 11. sanguis mittendus est, sed paulatim, quotidieque pluribus diebus *l.* 3. *c.* 21. ut aliquando etiam primo die sanguinem mittere necesse est, sic numquam utile post diem quartum *l.* 2. *c.* 10. si graves dolores sunt, commodius secundo die; si tamen res urget, etiam primo sanguis mittendus est *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. sanguinem ex fronte, vel naribus mittere expedit *ibid.* *s.* 35. in balneum mittere *l.* 5. *c.* 27. *s.* 2.
Mixtura. cum facultatum materia non ita multiplex sit, innumerabilia mixturarum genera sunt *l.* 5. *c.* 17. *s.* 1. multa multorumque auctorum collyria ad id apta sunt, novisque etiamnum mixturis temperari possunt *l.* 6. *c.* 6. *s.* 2. quaedam mixturae medicamentorum sunt, quibus aridis, neque coactis utimur sic, ut inspergamus *l.* 25. *c.* 12. *s.* 1.
Mixtus. cum omnia medicamenta proprias facultates habeant, ac saepe simplicia opitulentur, saepe mixta &c. *pro.* *l.* 5. cyatho lactis cyathus aquae mixtus *l.* 4. *c.* 19. sal bene contritus cum cerato mixtus *l.* 4. *c.* 14. ungenda, *lingua*, mixtis inter se rosa et melle *l.* 3. *c.* 10. *v.* Sputum, Vinum.
Mobilis. *v.* Membrana.
Mobilitas. ex quo facilis cervici mobilitas est *l.* 8. *c.* 1.
Moderate. *v.* Exprimo. moderatius. *v.* Medicina.
Moderatio. habita eadem moderatione, quae hic quoque necessaria est, ne &c. *l.* 3. *c.* 18. est autem ea moderatio, quam is, *Asclepiades*, secutus videtur aptissima *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. *v.* Desidero. magna cum moderatione *l.* 7. *c.* 7. *s.* 6. summa moderatio. *v.* Prudentia.
Moderatus. sequitur pituitae cursus nonnumquam copiosior et acrior, nonnumquam utraque parte moderatior *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1.
Moderor. cum praesertim etiam pro modo terroris moderari liceat *l.* 3. *c.* 2. quod ad sitim somnumque pertinet, moderandum est; ut interdiu vigilet; noctu, si fieri potest, conquiescat: ac neque potet, neque nimium siti crucietur *l.* 3. *c.* 4.
Modice. modice crassus. *v.* Sanguis. modice crassa. *v.* Sanies. uti vino modice, *oportet* *l.* 8. *c.* 11. *v.* Assumo, Deligo. ambulare, sed magis modice oportet *l.* 3. *c.* 21.
Modicus. *v.* Calor, Cibus, Dolor, Exercicatio, Febris, Inflammatio, Potio, Sitis, Tumor.
Modiolus. Modiolus ferramentum concavum, teres est, imis oris serratum; per quod medium clavus, ipse quoque interiore orbe cinctus, demittitur *l.* 8. *c.* 3.
Modo. is, *dolor*, modo tarde, modo celeriter solvitur *l.* 4. *c.* 13. *v.* Attollo. modo ingens calor, modo inflatio hunc, *stomachum*, modo inflammatio, modo exulceratio afficit *l.* 4. *c.* 12. ℨ modo. quae modo in vivis cognosci possunt *pro.* *l.* 1. *sub fin.* *v.* Insisto.
Modus. utendum est materiae genere pro viribus; modusque omnium pro genere sumendus *l.* 2. *c.* 18. ad concoctionem materiae ge-

nus et modus pertinet *l.* 3. *c.* 6. quod modo par est *v.* Conditus. ab exiguo cibo incipere debet, quotidie adjicere, donec ad justum modum perveniat *l.* 3. *c.* 22. mel cum exiguo modo resinae terebinthinae *l.* 6. *c.* 8. *s.* 1. myrrhae et uvae taminiae par modus *l.* 5. *c.* 27. *s.* 9. major vini modus *l.* 8. *c.* 4. major quam pro modo vulneris inflammatio *l.* 5. *c.* 28. *s.* 3. pro modo vulneris. *v.* Fluo. pro modo terroris. *v.* Moderor. eadem omnium, *abscessuum*, curatio est; tantum modo distat *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11. idem medicamentum eodem modo qui supra positus est mollitum *l.* 8. *c.* 4. quaedam, *auxilia*, non uno modo tantum, sed etiam duobus inter se non contrariis adjuvant *l.* 2. *c.* 9. cognosci potest ex modo puris *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. myrmecia magnitudine vix umquam lupini modum excedunt *l.* 5. *c.* 28. *s.* 14. linamentum in modum collyrii compositum *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. diversarum rerum in modo causa est *l.* 2. *c.* 14. lineae modo. *v.* Findo. portae modo. *v.* Πυλωρὸς. ungulae bubulae modo. *v.* Pulmo. sine modo fusa alvus *l.* 2. *c.* 7. urina super potionum modum.. profluens *l.* 4. *c.* 27. *s.* 2. venter et praecordia ultra modum, *aqua*, repleta *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2.

Moestus. *v.* Demissus.

Molaris. *v.* Lapis.

Moles. hactenus non magna mole pugnatur *l.* 3. *c.* 22. si malum inveteravit, non nisi magna mole discutitur *l.* 3. *c.* 21.

Molestia. *v.* Labra.

Molestus. *v.* Tussis. molestius. molestius est, si stomachus bile vitiosus est *l.* 4. *c.* 12. molestissimus. *v.* Frigus.

Molior. Dejectionem antiqui variis medicamentis, crebraque alvi ductione in omnibus paene morbis moliebantur *l.* 2. *c.* 12. *s.* 1. antiqui medicamentis quibusdam datis concoctionem moliebantur; eo quod cruditatem maxime horrebant *l.* 3. *c.* 4. id ipsum moliri cibo, quam medicamento melius est *l.* 3. *c.* 21. magis tamen ad rem pertinet vim totius corporis moliri *l.* 3. *c.* 2.

Mollesco. clavum subinde radere commodissimum est: nam sine ulla vi sic mollescit *l.* 5. *c.* 28. *s.* 14. *v.* Malagma.

Mollis, *v.* Acia, Alvus, Caseus, Ceratum, Cibus, Corpus, Cubile, Cutis, Ovum, Praecordia, Venter, Vnctio, *alia*. molliora corpora *l.* 2. *c.* 1. mollior tactus. *v.* Manus.

Mollities. interiora quibus major mollities et lux ipsa nova sit *&c.* *pro.* *l.* 1.

Mollio. molliunt aes combustum, terra eretria *l.* 5. *c.* 15. simul et reprimunt, et molliunt lana sucida *&c.* *l.* 2. *c.* 33. Hippocrates dixit, frictione, si vehemens sit, durari corpus; si lenis molliri *l.* 2. *c.* 14. ventrem mollire. *v.* Cibus. inducendus hapsus lanae mollis tepido oleo repletus, qui.. nervos leniter molliat *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. fere eo modo dempta materia, superioribus partibus levatis, morbum ipsum mollit *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. *v.* Febris. si durities manet, mollire commode videtur solanum in lac demissum *&c.* *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1.

Molliter. oportet cubare molliter *l.* 4. *c.* 17.

Mollitus. mollita et extenuata cutis *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2. cartilagine mollitum. *v.* Os pectoris.

Μόλυβδος. *v.* Plumbum.

Momentum. *medicamentum*, aliquibus adjectis majus momentum habet *l.* 4. *c.* 26. neque tamen ulli morbo minori momento succurritur *l.* 4. *c.* 18. ℑ *de exigua parte temporis*. eodem momento et cutis incidenda, et os detegendum, et os omni vitio liberandum est *l.* 8. *c.* 2. omnia paene uno momento fiant *l.* 8. *c.* 12. *v.* Alieno, Restituo.

Monstro. cetera, quae modo in vivis cognosci possunt, in ipsis curationibus vulneratorum aliquanto tardius; sed aliquanto mitius usus ipse monstrabit *pro.* *l.* 1.

Monumentum. *v.* Opus.

Mora. lenta in balneo mora *l.* 1. *c.* 3. balneum rarum esse debet, neque longa in eo mora *l.* 4. *c.* 27. *s.* 2. longior in balneo mora *ibid.* major in extendendo, *membro*, mora est, ubi recurvato articulo curatio adhibita est, quam in recurvando eo quod rectum continuerimus *l.* 5. *c.* 26. *s.* 28. *v.* Fluor. quo minor ipsas curationes exsequentibus mora sit *pro.* *l.* 5. omnis mora vitanda erit *l.* 8. *c.* 9. ℑ *obex*. is canalis et inferiore parte foramina habere debet *&c.* et a planta moram, quae simul et sustineat eam, et delabi non patiatur: et a lateribus cava, per quae loris datis, morae quaedam crus femurque ut collocatum est detineant *l.* 8. *c.* 10. *s.* 5. *v.* Fistula, Fustis.

Morbus. Morbos in duas species Graeci diviserunt; aliosque ex his acutos, alios longos esse dixerunt: ideoque, quoniam non semper eodem modo respondebant, eosdem alii inter acutos, alii inter longos retulerunt. Ex quo plura eorum genera esse manifestum est. Quidam enim breves acutique sunt; qui

cito vel tollunt hominem, vel ipsi cito finiuntur: quidam longi, sub quibus neque sanitas in propinquo, neque exitium est: tertiumque genus eorum est, qui modo acuti, modo longi sunt; idque non in febribus tantummodo, in quibus frequentissimum est, sed in aliis quoque fit. Atque etiam praeter hos, quartum est, quod neque acutum dici potest, quia non perimit; neque utique longum, quia, si occurritur, facile sanatur *l.* 3. *c.* 1. longus morbus cum penitus insedit, quod ad difficultatem pertinet, acuto par est. Et acutus quidem, quo vetustior est; longus autem, quo recentior, eo facilius curatur *pro. l.*3. in acutis morbis cito mutetur, quod nihil prodest; in longis, quos tempus ut facit, sic etiam solvit, non statim condemnetur, si quid non statim profuit; minus vero removeatur, si quid paulum saltem juvat; quia profectus tempore expletur *ibid. v.* Ignosco. compressorum et fluentium morborum diversa genera sunt. *pro. l.* 1. *v.* Medeor. morbi pueriles. *v.* Infantia. calor ubi subitus insuetis est, obnoxium morbis pestilentibus corpus efficit *l.* 1. *c.* 9. vulgare maxime morbi genus est, *febris, l.* 3. *c.* 3. *Cervix,* gravibus admodum morbis obnoxia est. Neque tamen alius importunior acutiorque est, quam is &c. *l.* 4. *c.* 6. morbus longissimus, minimeque annuus. *v.* Coxa. subiti et gravissimi morbi *v.* Corripio. magnis morbis venientibus *l.* 6. *c.* 7. *s.* 8. in recenti morbo *l.* 2. *c.* 6. notissimus morbus. *v.* Comitialis. aeque notus morbus. *v.* Arquatus. ignotus paene in Italia morbus, frequentissimus in quibusdam regionibus. *v.* Ε'λεφαντίασις. frequens ubique morbus. *v.* Resolutio nervorum. Rarius, sed aliquando morbus quoque ipse novus est *pro. l.* 1. morbi genus aliquod ignotum. *v.* Cogito. varia et periculosa genera morborum *l.* 4. *c.* 11.

Mordeo. *v.* Sutura, Telum.

Morior. non quod non omni tempore, in omni tempestatum genere, omnis aetatis, omnis habitus homines, per omnia genera morborum et aegrotent et moriantur; sed quod frequentius tamen quaedam eveniant; ideoque utile sit scire unumquemque quid, et quando maxime caveat *pro. l.* 2. ex suppurationibus quas pulmonum morbi concitarunt, fere senes moriuntur: ex ceteris juniores *l.* 2. *c.* 8. ex ejusmodi casibus, ut tardius quam ex capitis, sic tamen intra triduum homo moritur *l.* 8. *c.* 14. ex eo, *auris dolore*, juniores intra septimum diem moriuntur; seniores tardius *l.* 2. *c.* 7. subito mori. *v.* Concurrens, Error, Obesus.

Moror. *v.* Excutio.

Mors. quos ita mors sequitur, si id malum non est febre discussum *l.* 2. *c.* 8. corde percusso.. matura mors sequitur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 8. vel serior mors, vel maturior *v.* Signum. Signum futurae mortis. *v.* Nota. mortis dies. *v.* Maneo. quibus celerrime mors supervenit *l.* 8. *c.* 13. mortis index. *v.* Finio. si in morbo vetere jam triduo talis est, in propinquo mors est *l.* 2. *c.* 6. *v.* Indicium, Maturo, Metus, Periculum, Praecipito.

Morsus. Dixi de iis vulneribus quae maxime per tela inferuntur. Sequitur ut de iis dicam quae morsu fiunt, interdum hominis, interdum simiae, saepe canis, nonnumquam ferorum animalium, aut serpentium. Omnis autem fere morsus habet quoddam virus *l.* 5. *c.* 27. *s.* 1. serpentium morsus non nimium distantem curationem desiderant: quamvis in ea multum antiqui auctores variarunt, ut in singula genera anguium singula medendi genera praeciperent, aliique alia *ibid. s.* 3.

Mortalis. *v.* Nemo.

Mortarium. in mortario teruntur, *medicamenta l.* 5. *c.* 24. *s.* 2.

Mortiferus. ex jecinore si pus cruentum exit, mortiferum est *l.* 2. *c.* 8. *v.* Distentio, Inflammatio, Musculus, Tormina, Vrina.

Mortuus. *v.* Discens, Caro, Infans.

Morum, *pomum*. somno aptum est *l.* 2. *c.* 32. stomacho aptum est *l.* 2. *c.* 24. mora alvum movent *l.* 2. *c.* 29. medicamentum quod ex moris fit: quorum sucus eodem modo quo punici mali, ad mellis crassitudinem coquitur *l.* 6. *c.* 11.

Morus. *v.* Lumbricus. cum Graeci morum συκαμῖνον appellent, mori multa lacrima est *l.* 3. *c.* 18.

Μωροσύκος. lacrima arboris in Aegypto nascentis, quam ibi μωροσύκον appellant *l.* 3. *c.* 18.

Mos. boni mores, quos neque desidia, neque luxuria vitiarant *pro. l.* 1. more magnorum virorum. *v.* Fiducia. quarumdam gentium more. *v.* Circumcisus.

Moschus. *v.* Malagma.

Motio. *v.* Maneo.

Motus. motus, ut in dolore pestifer, sic alias saluberrimus corpori est *l.* 8. *c.* 11. corporis vehemens motus *l.* 3. *c.* 4. vitandus motus vehementior corporis *l.* 8. *c.* 9.

NA

Naturalis. *v.* Actio, Color, Aestuans, Figura, Habitus, Natatio, Pilus, Pars, Sinus, Sudatio.

Naturaliter. venae naturaliter ordinatae *l.* 3. *c.* 6. oportet considerare .. quantulo detracto futurum sit, ut, *palpebra*, naturaliter se habeat *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. *v.* Ἀτροφία, Digero, Oculus, Profluo. non naturaliter. *v.* Vlcus.

Navigatio. utilis navigatio est *l.* 4. *c.* 12. necessaria navigatio *ibid*. opus est, si vires patiuntur, longa navigatione *l.* 3. c. 22. *v.* Evoco.

Navigo. oportet navigare *l.* 1. *c.* 10. opus est gestari, maximeque navigare *l.* 4. *c.* 19. *v.* Nausea,

Navis. *v.* Gestatio, Gesto.

Nausea. *v.* Vomitus. qui navigavit, et nausea pressus est, si multam bilem evomuit vel abstinere a cibo debet, vel paulum aliquid assumere; si pituitam acidam effudit &c. *l.* 1. *c.* 3. si sine vomitu nausea fuit &c. *ibid*. *v.* Stomachus.

Ne. protinus ei demenda materia est, ne si subsederit, corpus affligat *l.* 2. *c.* 10. *v.* Cum. ne, neve. servanda illa sunt, ne ante diem tertium, *alvus*, ducatur, ne ulla cruditate substante, ne in corpore infirmo .. neve in eo cui satis alvus quotidie reddit *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. ℑ ne nisi. cum accessit id quoque, ne nisi recta cervice spiritus trahatur &c. *l.* 4. *c.* 8. ne nimis. eaque, *terebra*, ne nimis incalescat, subinde in aquam frigidam demittenda est *l.* 8. *c.* 3. ne non, ne nihil. duo pericula circumstant; si nimium fuerit excisum, ne contegi oculus non possit: si parum, ne nihil actum sit *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. ℑ ne, an. considerandum est febres ne solae sint, an alia quoque his mala accedant *l.* 3. *c.* 10. ℑ ne quidem, *aliquibus vocibus interjectis*. ne inter initia quidem ab istis quaestionibus deductam esse medicinam, sed ab experimentis *pro*. *l.* 1. si ne sic quidem finitus dolor est &c. *l.* 4. *c.* 29. *et passim*.

Nebulosus. *v.* Dies.

Nec. nec potest vehementi malo, nisi aeque vehemens auxilium succurrere *l.* 2. *c.* 11. quod in iis verum est, quibus alvus facile, nec tuto resolvitur *l.* 1. *c.* 3. si tota, *costa*, fracta non est, nec sanguis exspuitur, nec febricula sequitur, nec quidquam suppurat, nisi admodum raro *l.* 8. *c.* 9. possit, nec ne superesse. *v.* Mulier. nec opinans. *v.* Deprimo.

Necessario. quibus ut aqua quoque diutius bibatur, necessario accedit *l.* 7. c. 7. *s.* 14. *v.* Maturo.

Necessarius. exercitationes et frictiones huic quoque morbo necessariae sunt; et cum his sol, ignis, balneum, vomitus *l.* 4. *c.* 23. ut imbecillitas etiam protinus facere necessarium, *cibum*, possit *l.* 5. c. 26. *s.* 25. magnopere necessarium est *l.* 3. *c.* 8. quatenus scire curanti necessarium est *l.* 4. c. 2. calida aqua eatenus necessaria est, ut &c. *l.* 5. c. 26. *s.* 30. quo magis necessaria pars erit quae tractabitur, eo quoque majori periculo subjecta est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. *v.* Animadversio, Antidotum, Causa, Concoctio, Curatio, Festinatio, Medicina, Moderatio, Notitia, Observatio, Opera, Purgatio, Quies, Securitas, Silentium, Vnctio, Vsus. ℑ *more substantivi*, cum diu necessaria defuerunt *l.* 3. c. 22. sed id quidem saepius inter supervacua, quam inter necessaria est *l.* 7. c. 25. *s.* 3. ℑ non necessarius. non necessaria, *curatio*, est etiam in iis quibus non multa, sed acris pituita est: siquidem manu nihil adjuvantur; medicamentis et victus ratione quae crassiorem pituitam reddit, ad sanitatem perveniunt *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. ℑ necessarii, *cognati*, *affines*, *amici*, *familiares*. *v.* Homo prudens.

Necesse. articulum quam minime vincire opus est: sed si juxta hunc os fractum est, necesse est *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. si necesse est *l.* 3. c. 5. nisi si necesse est, ad vinum festinare non oportet *l.* 3. c. 19. non quoties libet desidere, sed quoties necesse est *l.* 4. *c.* 23. minus quam necesse est. *v.* Chirurgus. necesse habere. *v.* Fractura.

Necessitas. civiles aliquae necessitates *v.* Ordo. quae, *quies*, non semper contingere potest agendi necessitatem habentibus *l.* 1. *c.* 3. potest incidere laboris necessitas. *l.* 2. *c.* 3. ubi usus necessitas incidit *l.* 5. c. 27. *s.* 13. si necessitas urget *l.* 3. c. 5. quibus, *catapotiis*, uti, nisi nimia necessitas urget, alienum est *l.* 5. *c.* 25. *s.* 1. laboris necessitas. *v.* Vita. inexpugnabilis paene dormiendi necessitas *l.* 3. c. 20. si somni necessitas non fuit, quia modice magis aliquis ambulavit &c. *l.* 1. c. 3. *v.* Succurro.

Neco. medicamenta danda sunt super ipsos pediculos, quae necare eos, et prohibere ne similes nascantur possint *l.* 6. c. 6. *s.* 15.

re reperiri *l.* 3. *c.* 4. nihil spei superest *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. medicamenta nihil adjuvant. *v.* Deus. nihil magis, *prodest*, quam ambulatio &c. *l.* 4. *c.* 8. nihil plus adversus surditatem, quam biliosa alvus potest *l.* 2. *c.* 8. nihil omnino. *v.* Causa. si priora contigerunt, nihil praeterea necessarium est *l.* 7. *c.* 2. potui nihil practerquam puram aquam, *offerre* *l.* 4. *c.* 20. ℑ *Animadvertenda constructio est*, si cutis integra est, et os laesum esse ex dolore colligimus, nihil aliud quam quiescendum *l.* 8. *c.* 8. *s.* 2. *v.* Scorpio.

Nihilum. si nihilo magis malum constitit &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34. si nihilo minus horror perruperit &c. *l.* 3. *c.* 12. si nihilo minus, *quartana*, remanet, aliud ex toto sequendum est curationis genus *l.* 3. *c.* 15. *et passim*.

Nileus. *v.* Collyrium, Malagma.

Nimis. nimis otiosa vita utilis non est *l.* 1. *c.* 3. frictione utendum est; parcius tamen in iis qui nimis hilares, quam in iis qui nimis tristes sunt *l.* 3. *c.* 18. ℑ *cum aliis particulis*. *v.* Celeriter. ℑ *cum verbis*. si super glandem notae revertunt, nimis apprehensum est *l.* 7. *c.* 23. *s.* 3. *v.* Intumesco, Concubitus.

Nimium. *v.* Procedo, Supercresco ℑ *cum adiectivis*. somnus nimium vel brevis vel longus extenuat *l.* 1. *c.* 3. *v.* Piscis. ℑ *cum aliis particulis*. fascia, non nimium tamen vehementer adstringere, *malagma* *l.* 3. *c.* 21. qui neque nimium, neque parum hamos ducit *l.* 7. *c.* 30. *s.* 3.

Nimius. sanguine suppresso, si nimius erumpit *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. si non nimius humor subest *l.* 7. *c.* 18. *v.* Abstinentia, Abundantia, Calor, Cursus, Destillatio, Festinatio, Frictio, Frigus, Imbecillitas, Inflammatio, Labor, Necessitas, Otium, Satietas, Sitis, Tristitia, Tumor, Voluptas, Vomitus. ℑ nimium, *absolute*. si nimium palpebrae deest, nulla id restituere curatio potest *l.* 7. *c.* 7. *s.* 9. *v.* Expedit.

Nisi. primo die nullus humor dari debet, nisi subito sic venae conciderunt, ut cibus quoque dari debeat *l.* 3 *c.* 6. post haec indicia notum est longum morbum fieri; sed et necesse est, nisi occidit *l.* 2. *c.* 5. *et passim*. ℑ nisi si. qui non facile sanescunt, nisi si multa signa bonae valetudinis subsecuta sunt *l.* 2. *c.* 8. *v.* Necesse.

Nisus. *tumor*, si sub aliquo pondere is homo nisus est, crescit *l.* 7. *c.* 18.

Nitens. *v.* Color.

Nitor. donec dejectio conquiescat, contra fame, siti, vomitu niti *l.* 4. *c.* 26. quo fit, ut homo in anteriorem partem subinde nitatur *l.* 8. *c.* 9. *s.* 2. *v.* Avis, Dens.

Nitrum. calefacit *l.* 2. *c.* 33. rodit *l.* 5. *c.* 6. exedit *l.* 5. *c.* 7. evocat et educit *l.* 5. *c.* 12. mollit *l.* 5. *c.* 15. nitrum coctum *l.* 6. *c.* 18. *s.* 6. frictum..et cum melle mixtum *l.* 4. *c.* 8. nitrum rubrum *l.* 5. *c.* 28. *s.* 18. quam ruberrimum *l.* 5. *c.* 22. *s.* 4. ignem non expertum *l.* 5. *c.* 19. *s.* 19.

Nix. *v.* Aqua.

Nobilis. *v.* Antidotum, Collyrium, Emplastra, Medicus.

Nocens. *v* Populus.

Nocenter. magis nocenter adolescit, *abscessus* *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11. *sed vide quae ad eum locum adnotavi*.

Nocco. quod contra consuetudinem est nocet, seu molle, seu durum est *l.* 1. *c.* 3. quod copia nocet *v.* Frictio. utilia haec genera sunt, quoties humor intus nocet, isque digerendus est *l.* 2. *c.* 17. his omnibus commune est digerere id quod vel praecordia onerat, vel fauces strangulat, vel in aliquo membro nocet *ibid*. omnes acuti morbi, qui modo.. non infirmitate, sed onere nocent *ibid*. dari debet vinum austerum.. si venter, profluit calidum; si sudores nocent vomitusve sunt, frigidum *l.* 3. *c.* 6. *v.* Gero, Ictus, Lacrima, Pomum, Purgatio, Venenum. vitia oculorum intra ipsos nocent *l.* 6. *c.* 7. *s.* 1. non tam facile nocere *v.* Inanis. Vltima, *ἀναστόμωσις*, minime nocet; prima, *διάβρωσις*, gravissime *l.* 4. *c.* 11. aqua nisi emittitur quae contra naturam ibi substitit, et jecinori et ceteris interioribus partibus nocet *l.* 3. *c.* 21. *v* Phalangium.

Noctu. si febris interdiu levior est, noctu increscit *l.* 2. *c.* 7. *v.* Autumnus, Gestatio.

Nocturnus. *v.* Imago, Tempus, Vigilia.

Nodus. extrema pars fasciae inferioribus assuenda est: nam nodus vulnus laedit, nisi tamen longe est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 24. *v.* Linum.

Νόθος. *v.* Costa.

Nolens. nolentium vomitus. *v.* Stomachus.

Nolo. *v.* Fluo.

Nomen. sub quo nomine nunc significo eam partem quae capillo tegitur *l.* 4. *c.* 2. generale nomen trahit latius vitium ad suppurationem spectans *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11. commune nomen. *v.* Hernia. apud Graecos nomen, prout species est *l.* 4. *c.* 7. sanies et pus quasdam species graecis no-

minibus distinctas habent *l.* 5. *c.* 26. *s.* 20. minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus utuntur *l.* 4. *c.* 6. sunt quaedam verrucis similia, quorum diversa nomina, ut vitia sunt *l.* 5. *c.* 28. *s.* 14. *v.* Clavus, Ἐπινυκτὶς, Λευκοφλεγματία. magnum nomen. *v.* Democritus. nomen trahere ab aliquo. *v.* Medicina. ℑ nomen, *causa*, *ratio*. *v.* Decipio, Lacrima.

Nominatim. fere, nisi ubi nominatim, ut postea fiat id, praecipitur, moto sudore leniter corpus perungendum &c. *l.* 2. *c.* 17.

Nomino. qui se ἐμπειρικοὺς ab experientia nominant *pro*. *l.* 1. tertia est, longeque periculosissima, *tabis*, species, quam Graeci φθίσιν nominarunt *l.* 3. *c.* 22. boni suci sunt omnis venatio, omnes aves quae ex media materia sunt; ex majoribus quoque eae quas supra nominavi *l.* 2. *c.* 20.

Non. non aeque fame in iis quos φαγέδαινα urgebit, atque in iis quos θερίωμα adhuc habebunt, utendum erit *l.* 5. *c.* 28. *s.* 3. non ante diem quartum &c. *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. non enim quidlibet antiquiores viros aegris inculcasse &c. *pro*. *l.* 1. ita non ex toto res condemnanda est *l.* 1. *c.* 3. non ideo tamen id agendum, ut aegri vires convellantur, existimo *l.* 3. *c.* 4. puris non ita multum.. cum pisciculo, vel levi carne sumere *l.* 4. *c.* 5. non quidquid autem intentionem animi et prudentiam exigit, protinus ejiciendum est *l.* 2. *c.* 10. non plus quam vulgaria. *v.* Circumspicio, Comprobatus. non protinus ut venit, *medicus* &c. *l.* 3. *c.* 6. illud et in hac, *aure*, et in naribus ignorare non oportet, non quidem cartilaginem ipsam glutinari, circa tamen callum increscere &c. *l.* 8. *c.* 6. non quod.. sed quod *pro*. *l.* 2. *v.* Fallo. non quo non subsit aliqua vitiosa sanies, sed quoniam ibi, ut in latiore sede diffusa sit *l.* 8. *c.* 3. non quo.. sed ut *l.* 8. *c.* 13. non utique. *v.* Commodus, Hortor.

Nondum. in piscibus media aetas, quae nondum summam magnitudinem implevit, minus alimenti praestat *l.* 2. *c.* 18. si adhuc subcruda sunt quae vomuntur, nondum vino maturum tempus est *l.* 4. *c.* 18. *et passim*.

Nonnullus. si reposita ossa sunt, nulla spes est; non repositis tamen nonnullum periculum est *l.* 8. *c.* 25. in harum febrium remissionibus nonnulli tres, aut quatuor sorbitionis cyathos, etiamnum manente febre, dant *l.* 3. *c.* 11.

Nonnumquam. quae medendi causa reperta sunt, nonnumquam in pejus alicui convertunt *l.* 1. *c.* 6. nonnumquam etiam febres sine ulla remissione corpus tenent *l.* 3. *c.* 9. solet evenire nonnumquam, sive tempestatum vitio, sive corporis, ut pluribus diebus neque dolor, neque inflammatio, minimeque pituitae cursus finiatur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. nonnumquam.. multo saepius. *v.* Nota.

Nonus. *v.* Dies.

Nos. *v.* Consolor. ante nos. *v.* Medicina. apud nos. *v.* Affligo. exsequentibus nobis morborum curationes *l.* 2. *c.* 18. *v.* Professio.

Nosco. pertinet ad rem omnium, *ciborum et potionum*, proprietates nosse &c. *l.* 2. *c.* 18. quae omnia ideo noscenda sunt, quoniam aliud alii vel corpori, vel valetudini convenit *l.* 2. *c.* 19. ante omnia norit quisque naturam sui corporis *l.* 1. *c.* 3. illud quoque nosse oportet, quod ex labore sudanti frigida potio perniciosissima est *ibid*.

Noster. requiritur ex quibus principiis nostra corpora sint *pro*. *l.* 1. *v.* Oculus, Opinio, Saeculum, Vocabulum. ℑ noster, *more substant*. nostri anginam vocant *l.* 7. *s.* 7. neque credendum utique nostris est *l.* 1. *c.* 8.

Nota. Ante adversam valetudinem quaedam notae oriuntur, quarum omnium commune est, aliter se corpus habere, atque consuevit; neque in pejus tantum, sed etiam in melius *l.* 2. *c.* 2. eo transibo, ut quas aliquis in singulis morborum generibus habere possit notas, indicem *l.* 2. *c.* 7. *v.* Consolor. notae inflammationis sunt quatuor, rubor et tumor, cum calore et dolore *l.* 3. *c.* 10. satis est tum ex toto a cibo, a vino, ab omni motu corporis abstinere, cum vehementes notae terruerunt *l.* 3. *c.* 2. Nonnumquam fracta in his, *humeris*, *brachiis* &c. ossa in suis sedibus permanent: multo saepius excidunt, aliudque super aliud effertur: idque in primis considerari debet; et sunt notae certae *l.* 8. *c.* 10. Democritus ne finitae quidem vitae satis certas notas esse proposuit, quibus medici credidissent: adeo illud non reliquit, ut certa aliqua signa futurae mortis essent *l.* 2. *c.* 6. in die pari et gravior febris esse potest, et certa futuri nota *l.* 3. *c.* 4. certior nota. *v.* Exploro. haec cum sine febre quoque vel latentium, vel futurarum rerum notas habeant, multo certiora sunt, ubi febris quoque accessit *l.* 2. *c.* 7. neque tamen ignorare oportet in acutis morbis fallaces magis notas esse et salutis et mor-

OB

se in observatione experimentorum credunt *pro*. *l.* 1. *v.* Μέθοδος. quasdam observationes desiderant et novae res, et corporum genera, et aetates, et tempora anni *l.* 1. *c.* 3. est etiam observatio necessaria, qua quis in pestilentia utatur adhuc integer, cum tamen securus esse non possit *l.* 1. *c.* 10. observatio major necessaria est. *v.* Infirmitas. tanto magis omnis observatio necessaria est. *v.* Infirmitas. esse ejus, *rei*, etiam plures causae possunt; estque in ea quaedam paulo subtilior observatio adhibenda *l.* 1. *c.* 3. *suffusio*, inter initia nonnumquam certis observationibus discutitur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 35.

Obsessus. *v.* Ἄφθαι.

Obsideo. sin totum id ramex obsederit &c. *l.* 7. *c.* 22. *v.* Vaco.

Obsisto. *v.* Cancer.

Obsto. potui, nisi quid obstat, gelida aqua praestanda est *l.* 4 *c.* 12.

Obtectus. supra maxillas ceratum esse debet, lana obtectum *l.* 6. *c.* 9.

Obtego. obtegendum caput *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. os obtegendum *l.* 3. *c.* 22.

Obtundo. si cerebrum membranave ejus vulnus accepit.. quorumdam sensus obtunduntur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 14. vocem obtundere. *v.* Gravedo.

Obtusus. si in febre aures obtusae sunt, si sanguis e naribus fluxit, aut venter resolutus est, illud malum desinit ex toto *l.* 2. *c.* 8.

Obversor. quos, *capitis dolores*, sequitur, ut quaedam ante oculos tamquam imagines obversentur *l.* 2. *c.* 7.

Obvius. *v.* Effero.

Obvolutus. *v.* Fascia.

Occasio. si, *febris*, non decrescit, sed crescere desiit, tunc quoque, quamvis pejor, sola tamen occasio non omittenda est *l.* 2. *c.* 10. hac occasione usus medicus unctae manus indicem digitum primum debet inserere &c. et per easdem occasiones alios, donec tota esse intus manus possit *l.* 7. *c.* 29. *v.* Praebeo.

Occido. si omnia membra vehementer resoluta sunt, sanguinis detractio vel liberat, vel occidit *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. adusta, *carcinomata*, protinus concitata sunt, et increverunt, donec occiderent *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2. *v.* Colubra, Profluo.

Occipitium. *v.* Sutura. ultimum est.. ferro candenti in occipitio, et infra quoque qua summa vertebra cum capite committitur, duobus locis adurere, ut per ea frequens humor evadat *l.* 3. *c.* 23.

Occisus. *v.* Homo prudens.

Occupatus. ulceribus cancro occupatis *l.* 8. *c.* 2. ulceribus longa vetustate occupatis *ibid.*

Occupo. si Austri pluviaeque hiemem occuparunt &c. *l.* 2. *c.* 1. ἡμιτριταῖος, ex octo et quadraginta horis fere sex et triginta per accessionem occupat *l.* 3. *c.* 3. ubi febris aliquem occupavit &c. *l.* 3. *c.* 3. id genus saepius viros, quam feminas occupat *l.* 3. *c.* 23. *v.* Cancer, Lumbricus. ¶ *prohibeo*. si sanguis fertur, spongia subinde in aceto tincta cohibendus est, occupandusque objectis linamentis *l.* 3. *c.* 4.

Occurro. inter initia occurrere. *v.* Phthisis. si occurritur, facile sanatur. *v.* Morbus. *l.* 3. *c.* 1. ἀτροφία, nisi occurritur, tollit *l.* 3. *c.* 22. catapotium occurrit dolori per quietem *l.* 5. *c.* 25. *s.* 3. *v.* Concoctio, Dissimulo, Origo.

Ochra. exedit *l.* 5. *c.* 7. ochra attice carnem alit, et ulcus implet *l.* 5. *c.* 14.

Ocimum. acre est *l.* 2. *c.* 22. alvum movet *l.* 2. *c.* 29. urinam movet *l.* 2. *c.* 31. simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33.

Octavus. *v.* Dies.

Octo. *pastillum*, cerato miscere sic, ut illius, *aceti*, octo partes, hujus nona sit *l.* 5. *c.* 20. *s.* 1.

Ocularius. *v.* Clyster, Medicus.

Oculata. *v.* Piscis.

Oculus. variis et ingentibus casibus oculi nostri patent: qui cum magnam partem ad vitae simul et usum et dulcedinem conferant, summa cura tuendi sunt *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. paucis ipsius oculi natura indicanda est. Is igitur summas habet duas tunicas. *v.* Κερατοειδής, Χοριοειδής. Hae duae tunicae cum interiora oculi cingant, rursus sub his coeunt; extenuataeque et in unum coactae per foramen quod inter ossa est, ad membranam cerebri perveniunt, eique inhaerescunt. Sub his autem, qua parte pupilla est, locus vacuus est; deinde infra rursus tenuissima tunica, quam Herophilus ἀραχνοειδῆ nominavit. Ea media subsidit, eoque cavo continet quiddam, quod a vitri similitudine ὑαλοειδὲς a Graecis nominatur. Sub his, *tunicis*, gutta humoris est ovi albo similis; a qua videndi facultas proficiscitur: κρυσταλλοειδής a Graecis nominatur *l.* 7. *c.* 7. *s.* 13. oculus neque exiguus, neque concavus curationi, *suffusionis*, satis opportunus est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14. lippientes oculi *l.* 7. *c.* 7.

s. 1. oculi sicci *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. oculi graves, et aut persicci, aut subhumidi *l.* 3. *c.* 6. scabri *l.* 6 *c.* 6. *s.* 31 facti tumidiores. *l.* 2. *c.* 6. *v.* Μυδρίασις, Πρόπτωσις, ξηροφθαλμία, Υ῾πόχυσις. oculorum caligo, et rubor *l.* 2. *c.* 8. imbecillitas oculorum est, ex qua quidam interdiu satis, noctu nihil vident *l.* 6. *c.* 6. *s.* 38. resolutio oculorum *ibid.* *s.* 36. evenit etiam ut oculi vel singuli, vel ambo minores fiant, quam esse naturaliter debent *ibid.* *s.* 14. *v.* Dolor, Inflammatio, Perturbatio, Caligo, Emitto, Exulcero, Irrigo, Madeo, Obcaeco.

Odor. bonus odor. *v.* Hortus. sanguis mali odoris *l.* 6. *c.* 4. periculum ostendit.. si quod excernitur est pejoris odoris, quam ex consuetudine *l.* 2. *c.* 4. foedus *l.* 5. *c.* 28. *s.* 3. odor intolerabilis *ibid.* stercoris odor *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. putris sanies, pessimique odoris *l.* 4. *c.* 22. sensus odoris. *v.* Nares. ℑ odores, *aromata.* potiones quae ex odoribus fiunt, id est spica nardi, croco, cinnamo *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. *v.* Malagma.

Odoratus. *v.* Vinum.

O῎ζαινα. si ea ulcera circa os sunt, pluresque crustas et odorem foedum habent; quod genus Graeci ὄζαιναν appellant; sciri quidem debet vix ei malo posse succurri: nihilo minus tamen haec tentari possunt *&c.* *l.* 6. *c.* 8. *s.* 1. id vitium, quod ὄζαινα a Graecis vocatur, si medicamentis non cederet, quemadmodum manu curandum esset, apud magnos chirurgos non reperi: credo quia res raro ad sanitatem satis proficit, cum aliquod in ipsa curatione tormentum habeat. Apud quosdam tamen positum est vel fictilem fistulam, vel enodem scriptorium calamum in narem esse conjiciendum, donec sursum ad os perveniat: tum per id tenue ferramentum candens dandum esse ad ipsum os *&c.* *l.* 7. *c.* 11.

Oenanthe. urinam movet *l.* 2. *c.* 31. purgat *l.* 5. *c.* 5. adurit *l.* 5. *c.* 8.

Oesypum. Oesypum recens *l.* 6. *c.* 18. *s.* 7.

Offendo. si acetum offendit, pura rosa utendum est *l.* 3. *c.* 10. si, *antidotum*, amaritudine offendit, mel adjiciendum est *l.* 5. *c.* 27. *s.* 2. si id, *mel*, stomachum offendit, supervacuum est *l.* 3. *c.* 6. ubi offensum corpus est, vitiosa pars maxime sentit *l.* 1. *c.* 9. *v.* Auris, Ejicio, Fatigatus, Finis, Vinctura. si tamen ea res nimium offendit; quod humore sequente fieri potest *&c.* *l.* 6. *c.* 6.

Offensa. si quid offensae in coena sensit, vomere debet *l.* 1. *c.* 6. *v.* Infirmitas, Surculus.

Offero. alimentum offerre. *v.* Corpus. offerre potui mulsum *l.* 4. *c.* 20. offerre naribus rutam *l.* 4. *c.* 18.

Officio. unguis.. nonnumquam ad pupillam pervenit, eique officit *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. *suffusio*, acu concidenda, et in plures partes dissipanda est; quae singulae et facilius conduntur, et minus late officiunt *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14.

Officium. *v.* Asclepiades, Medicus, Exercitatio.

Offusus. *v.* Insania.

Olea. simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33.

Oleae. oleae quae ex his duobus, *passo*, *defruto*, in alterutro servatae sunt, boni suci sunt *l.* 2. *c.* 20. oleae albae ex dura muria, eaedem aceto intinctae, vel nigrae quae in arbore bene maturuerunt, stomacho aptae sunt *l.* 2. *c.* 24. oleae vel albae, vel permaturae alvum adstringunt *l.* 2. *c.* 30. *v.* Inflatio.

Oleo. os olet. *v.* Lienis.

Oleum. mali suci est *l.* 2. *c.* 21. alienum stomacho est *l.* 2. *c.* 25. concoquit et movet pus *l.* 5. *c.* 3 mollit *l* 5. *c.* 15. oleum acerbum simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33. calefacit oleum, magisque si vetus est *ibid.* oleum tepidum *l.* 4. *c.* 22. calidum *l.* 6. *c.* 7. *s.* 7. oleum cicinum *l.* 5. *c.* 24. *s.* 3. irinum *l.* 6. *c.* 7. *s.* 8. laureum *ibid.* oleum ex amaris nucibus *l.* 5. *c.* 6. melinum *l.* 2. *c.* 33. myrteum *l.* 6. *c.* 8. *s.* 1. syriacum *l.* 4. *c.* 6. oleum album. *v.* E᾿λαιῶδες.

Olfacio. si capitis dolores sunt.. olfacere vel serpillum, vel anethum non alienum est *l.* 3. *c.* 10.

Olim. *v.* Medicina.

Olla. *v.* Vva.

Olus. *v.* Caulis. quodcumque olus ex oleo garove estur, alienum stomacho est *l.* 2. *c.* 25. olera facile intus corrumpuntur *l.* 2. *c.* 28. non uti cibis variis *&c.* oleribusve iis qui celeriter descendunt *l.* 1. *c.* 6. dandum frigidum olus, aut pomum ex iis quae stomacho conveniunt *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. minuta olera alvum adstringunt *l.* 2. *c.* 30.

Omentum. contegit universa haec omentum; ex inferiore parte laeve et strictum; ex superiore mollius: cui adeps quoque innascitur *l.* 4. *c.* 1. *v.* E᾿πιπλοκήλη. fuerunt etiam qui omentum forfice praeciderent: quod in parvulo non est necessa-

rium ; si majus est, potest profusionem sanguinis facere ; siquidem omentum quoque venis quibusdam, etiam majoribus illigatum est *l.* 7. *c.* 21. *s.* 1.

Omissus. *v.* Arbitrium, Consequor.

Omitto. ea, *tertia medicinae pars*, non quidem medicamenta atque victus rationem omittit, sed manu tamen plurimum praestat *pro. l.* 7. ut neque saepe ea medicina tentetur, et tamen semel vel summum bis non omittitur *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. *v.* Alias, Occasio.

Omnino. cutis haud omnino adducta. *v.* Curtus. longe optimum est, febrem omnino non esse *l.* 2. *c.* 8. nihil omnino. *v.* Causa.

Omnis. omne auxilium corporis aut demit aliquam materiam, aut adjicit, aut evocat, aut reprimit, aut refrigerat, aut calefacit, simulque aut durat, aut mollit. Quaedam non uno modo tantum, sed etiam duobus inter se non contrariis adjuvant *l.* 2. *c.* 9. *v.* Morior. scire oportet, omne animal quadrupes domi natum, omnem grandem feram, omnem grandem avem, omnes belluas marinas generis valentissimi esse *l.* 2. *c.* 18. omnis avis, omnis venatio *l.* 2. *c.* 24. omnis pueritia *l.* 2. *c.* 1. ℨ *substantivi forma*. ante omnia norit quisque naturam sui corporis *l.* 1. *c.* 3. cetera omnia quasi sanis facienda sunt *l.* 4. *c.* 5. per omnia femur humero, crus brachio simile est *l.* 8. *c.* 1. ℨ omnis *pro totus*. nihil concoqui, sed crudam materiam, sicut assumpta est, in corpus omne diduci *pro. l.* 1.

Ὠμοπλάται. a cervice duo lata ossa ad scapulas tendunt: nostri scutula operta; ὀμοπλάτας Graeci nominant. Ea summis verticibus sinuata, ab his triangula, paulatimque latescentia ad spinam tendunt; et quo latiora quoque parte sunt, eo hebetiora. Atque ipsa quoque in imo cartilaginosa, posteriore parte velut innatant; quoniam nisi in summo nulli ossi inhaerescunt. Ibi vero validis musculis nervisque constricta sunt *l.* 8. *c.* 1.

Onager. valentissimi generis est *l.* 2. *c.* 18.

Onero. cibum adjicere oportet, sed paulatim; ne si corpus insuetum subita multitudine oneraverit, concoctionem impediat *l.* 3. *c.* 22. *v.* Nutrio. his omnibus, *fomentis*, commune est digerere id quod vel praecordia onerat &c. *l.* 2. *c.* 17. adhibenda frictio est: si haec quoque vehemens onerat, intra quietem, et unctionem, et cibum subsistendum est *l.* 3. *c.* 15. *v.* Cervical, Coercitio, Decumbo, Medicus.

Onus. ea, *cataplasmata*, plus pondere nocent, quo vesicam urgendo vulnus irritant, quam calore proficiunt *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. *v.* Noceo.

Opera. *v.* Laudo. necessaria opera scalpelli est *l.* 7. *c.* 2. dare operam oportet, ut in ipsam exercitationem tempus febris incurrat *l.* 3. *c.* 15. de qua, *lenticula*, per se scribere alio loco visum operae pretium non est *l.* 6. *c.* 5. minus operae est, si &c. *l.* 7. *c.* 4. *s.* 1.

Operio. caput tondere, *debet*, idque irino unguento calido perungere, et operire *l.* 6. *c.* 7. *s.* 1. bene operiri. *v.* Autumnus. quae, *caruncula*, ubi eum locum implevit, postea recte oculus operitur *l.* 7. *c.* 7. *s.* 9. *v.* Petro.

Opertus. *v.* Ὠμοπλάται.

Opes. *v.* Gestatio.

Ὀφίασις. *v.* Area.

Opinor. nec opinans. *v.* Projicio.

Opinio. cujus rei non est certa notitia, ejus opinio certum reperire remedium non potest *pro. l.* 1. subjiciendum est quae proxima vero videri possint. Ea neque addicta alterutri opinioni sunt, neque ab utraque nimium abhorrentia *ibid. v.* Evidentia, Specillum. est etiam non vana opinio &c. *l.* 4. *c.* 8.

Ὠπισθότονος. eum, *cervicis morbum*, qui quodam rigore nervorum caput scapulis adnectit.. Graeci ὀπισθότονον appellant *l.* 4. *c.* 6.

Opitulor. ex his, *curationibus*, quaedam communes sunt, quaedam propriae: communes quae pluribus morbis opitulantur; propriae, quae singulis *l.* 2. *c.* 9. *v.* Sal, ea, *ulcera*, trahere, donec id vitium cui per haec opitulamur, conquiescat *l.* 4. *c.* 29. non tam facile iis opitulari est, qui venenum vel in cibo, vel in potione sumpserunt *l.* 5. *c.* 27. *s.* 11.

Opobalsamum *l.* 5. *c.* 23. *s.* 3.

Opoponax *l.* 5. *c.* 23. *s.* 3.

Oportet. oportet in primis conquiescere *l.* 4. *c.* 22. illud quoque nosse oportet, quod ex labore sudanti frigida potio perniciosissima sit *l.* 1. *c.* 3. alterum illud ignorari non oportet, quod non omnibus aegris eadem remedia conveniunt *l.* 3. *c.* 1. ipsum corpus aridum et durius, *est*, quam naturaliter oportet *l.* 5. *c.* 28. *s.* 1. medicus aliquid oportet inveniat, quod non utique fortasse, sed saepius tamen etiam respondeat *pro. l.* 1. *et passim*.

Oppono. si quod, *os*, ab aliqua parte emi-

cui os amarum est *l.* 1. *c.* 3. os siccum *l.* 3. *c.* 4. hiante ore. *v.* Mentastrum. spumante ore. Suspendium. ℑ os, *facies*. *v.* Excrucio. ℑ os, *venae*, *v.* Αἱμοῤῥοῖς, Ἀναστόμωσις.

Os, ossis. Crassissimum os in capite id est, quod post aurem est *l.* 8. *c.* 1. *v.* Brachium, Calvaria, Calx, Coxa, Cubitus, Crus, Digitus, Gingiva, Jugale, Jugulum, Malae, Manus, Maxilla, Nares, Ὠμοπλάται, Palma, Patella, Pecten, Pectorale, Sura, Talus, Tibia. os pectoris. Costae committuntur cum osse pectoris. Quod valens et durum a faucibus incipit, ab utroque latere lunatum, et a praecordiis jam ipsum quoque cartilagine mollitum, terminatur *l.* 8. *c.* 1. Pectorale os. *v.* Jugulum. os calcis *l.* 8. *c.* 1. cetera pedis ossa ad eorum quae in manu sunt similitudinem structa sunt: planta palmae, digiti digitis, ungues unguibus respondent *ibid*. os pubis, *i. e. pecten l.* 7. *c.* 26. *s.* 4. os rarum. *v.* Dens. sunt plura ossa fere immobilia vel dura, vel cartilaginosa, quae vel franguntur, vel forantur, vel colliduntur, vel finduntur; ut malae, pectus, latum os scapularum, costae, spina, coxarum os, tali, calx, manus, planta *l.* 8. *c.* 8. *s.* 2. *v.* Dies, Injuria, Findo, Frango, Fractus, Squama, Testa, Abrumpo, Coeo, Concurro, Conferveo, Dehisco, Dirigo, Dirimo, Emineo, Glutino, Insido, Perrumpo, Praecido, Prolabor, Rado, Recedo, Remaneo, Repono, Revertor, comminuo. *v.* Brachium.

Ostendo. postea usus ostendit, nihil ex his esse perpetuum *l.* 2. *c.* 10. facilius omnium interiorum morbi curationesque in notitiam venient, si prius eorum sedes breviter ostendero *l.* 4. *c.* 1. *v.* Fateor, Jubeo, Sputum. si suppuratio se ostendit &c. *l.* 6. *c.* 6. *s.* 9. si nusquam caput se ostendet *l.* 8. *c.* 9. *v.* Deterreo.

Ostrea. stomacho apta sunt *l.* 2. *c.* 24. facile intus corrumpuntur *l.* 2. *c.* 28. alvum movent *l.* 2. *c.* 29.

Ὄσχεος. *v.* Testiculus.

Otiosus. *v.* Vita.

Otium. *v.* Labor.

Ovillus. *v.* Sevum, Stercus. ovillum lac. *v.* Induco.

Οὐρητὴρ. a renibus singulae venae colore albae ad vesicam feruntur: οὐρητῆρας Graeci vocant *l.* 4. *c.* 1.

Ovum. ovum durum valentissimae materiae est; molle vel sorbile imbecillissimae *l.* 2. *c.* 18. ovum sorbile boni suci est *l.* 2. *c.* 20. ova sorbilia crassiorem pituitam faciunt *l.* 2. *c.* 23. molle ovum stomacho aptum est *l.* 2. *c.* 24. ova dura, maximeque si assa sunt, alvum adstringunt *l.* 2. *c.* 30. ovi et album et vitellus. *v.* Defundo. columbina ova coquenda sunt, et ubi induruerunt purganda &c. *l.* 6. *c.* 18. *s.* 7.

PA

Paene. Sanguinem incisa vena mitti, novum non est; sed nullum paene morbum esse, in quo non mittatur, novum est *l.* 2. *c.* 10. atque haec quidem paene perpetua sunt &c. *l.* 1. *c.* 3. cupiditas tussiendi est, et paene nihil in tussi exscreatur *l.* 2. *c.* 7. *et passim*.

Palatum. commodum est palatum ungere felle taurino, vel eo medicamento quod ex moris fit.. Vltimum est incidere satis altis plagis sub ipsis maxillis supra collum, et in palato circa uvam *l.* 4. *c.* 7.

Palla. super pallam dare, et vestimento tegere *l.* 4. *c.* 31.

Palleo. facies pallet *l.* 4. *c.* 7. palpebrae pallent *l.* 2. *c.* 6. ubi color pallet *l.* 7. *c.* 7. *s.* 7. *v.* Cutis, Vena, Venula.

Pallidus. *v.* Alvus, Color, Cutis, Pituita, Pus, Sanies, Sputum, Vlcus, Vrina. os pallidum. *v.* Injuria.

Pallor. Stomachum infirmum indicant pallor, macies &c. *l.* 1. *c.* 8. *v.* Color, Decoloro.

Palma. *v* Manus. in palma ossa interdum suis sedibus promoventur *l.* 8. *c.* 18.

Palma, *arbor*. *v.* Nucleus.

Palmula. *v.* Fructus. palmulae boni suci sunt *l.* 2. *c.* 20. stomacho aptae sunt *l.* 2. *c.* 24. contritae palmulae simul et reprimunt, et molliunt *l.* 2. *c.* 33. si quis hoc, *stomacho*, parum valet, palmulas, pomaque, et similia melius primo cibo assumit *l.* 1. *c.* 2.

Palpebra. *v.* Ἀγκυλοβλέφαρος, Attollo, Χαλάζια, Carbunculus, Κριθὴ, Ἐκτρόπιον, Erado, Λαγώφθαλμος, Pilus.

Palumbus. alvum adstringit, magisque si in posca decoctus est *l.* 2. *c.* 30. sanguis, *palumbi*, nostros quoque oculos ab externo casu commodissime tuetur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 39. stercus palumbi adurit *l.* 5. *c.* 8.

Palus. *v.* Aqua.

Panaces. aperit *l.* 5. *c.* 4. mollit *l.* 5. *c.* 15. panacis radix *l.* 5. *c.* 25. *s.* 3. *v.* Cantharides, Cerastes, Chelydrus.

Panicum. mali suci est *l.* 2. *c.* 18. cataplasma ex panici farina calefacit *l.* 2. *c.* 33. *v.* Pulticula.

Panificium. scire oportet . . quae ex frumentis panificia fiunt, generis valentissimi esse *l.* 2. *c.* 18. *v.* Frumentum.

Panis. plus alimenti est in pane, quam in ullo alio: firmius est triticum, quam milium; id ipsum, quam hordeum; et ex tritico firmissima siligo, deinde simila, deinde cui nihil demptum est, quod αὐτόπυρον Graeci vocant; infirmior est ex polline; infirmissimus cibarius panis *l.* 2. *c.* 18. *v.* Frumentum. panis sine fermento stomacho aptus est *l.* 2. *c.* 24. panis fermentatus, idemque vel ex milio, vel ex hordeo stomacho alienus est *l.* 2. *c.* 25. panis fermentatus, et quisquis alius quam qui ex tritico est, facile intus corrumpitur *l.* 2. *c.* 28. panis sine fermento minime intus vitiatur *ibid.* panis fermentatus, magisque si cibarius vel hordeaceus est, alvum movet *l.* 2. *c.* 29. panis tostus *l.* 3. *c.* 6. panis ex siligine, vel ex simila; magis si sine fermento est; magis etiam si tostus est, alvum adstringit *l.* 2. *c.* 30. intenditurque vis ejus etiam si bis coquitur *ibid.* cibus cum pane hesterno *l.* 1. *c.* 3. panis ex lacte *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. panis ex posca frigida *l.* 4. *c.* 12. non alienum est superimponere, *oculis*, candidi panis interiorem partem ex vino subactam *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. hieme multo pane uti *l.* 1. *c.* 3.

Panniculus. super ventrem mulieris duplici panniculo injecto &c. *l.* 7. *c.* 29. *v.* Fomentum, Vinculum.

Pannus. superimposito duplici triplicive panno. *v.* Adstringo. panni ex vino et rosa *l.* 8. *c.* 9. *v.* Involvo, Madeo, Objicio.

Panus. *v.* Φύγεθλον.

Panthemus. *v.* Malagma.

Papaver, somno aptum est *l.* 2. *c.* 32. papaveris cortex *l.* 4. *c.* 31. papaveris cortices fricti *l.* 6. *c.* 7. *s.* 1. papaveris folia simul et reprimunt, et refrigerant *l.* 2. *c.* 33. papaveris lacrima fricta *l.* 6. *c.* 6. *s.* 5. album papaver *l.* 4. *c.* 17. nigrum papaver *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. silvestre papaver. *v.* Manipulus.

Papula. papularum duo genera sunt. Alterum in quo per minimas pusulas cutis exasperatur, et rubet, leviterque roditur, medium habet pauxillo laevius, tarde serpit: idque vitium maxime rotundum incipit, eademque ratione in orbem procedit. Altera est, quam ἀγρίαν Graeci appellant: in qua similiter quidem, sed magis cutis exasperatur, exulceraturque, ac vehementius et roditur, et rubet, et interdum etiam pilos remittit. Quae minus rotunda est, difficilius sanescit: nisi sublata est, in impetiginem vertitur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 18. *v.* Defrico.

Papyrus. satis est vel papyrum intortum, vel aliquid ex penicillo in modum collyrii compositum eo, *medicamento*, illinere *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12.

Par. *v.* Adigo, Conditum, Dies, Morbus.

Πάραλυσις. *v.* Resolutio nervorum.

Παρασυνάγχη. levius est, ubi tumor tantummodo et rubor est, cetera non sequuntur: id παρασυνάγχην appellant *l.* 4. *c.* 7.

Parce. ex quibus quaedam per se esse, quaedam adjicere vel sorbitioni, vel potioni licet: sic tamen ut parce assumantur *l.* 4. *c.* 15. parcius. *v.* Ago.

Parens. haec pars, cum sit vetustissima, magis tamen ab illo omnis medicinae parente Hippocrate, quam a prioribus exculta est *pro.* *l.* 7. *v.* Fabula.

Pareo. si mollita sic et extenuata cutis ducenti paruit &c. *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2.

Paries. *v.* Ambulatio.

Pario. quae neque peperit, neque &c. *l.* 2. *c.* 8.

Pars. longe saepius aliud, *membrum*, perfricandum est, cum aliud dolet; maximeque cum a summis, aut a mediis partibus corporis evocare materiam volumus; ideoque extremas partes perfricamus *l.* 2. *c.* 14. inferiores partes vehementer perfricare *l.* 4. *c.* 2. pila similibusve superiores partes dimovendae *l.* 3. *c.* 27. *s.* 3. ima ventriculi pars *l.* 4. *c.* 1. ultima parte. *v.* Nares. dextra parte. *v.* Jecur. sinistra parte. *v.* Lienis. utraque parte. *v.* Praecordia. in alterutram partem . . in neutram partem. *v.* Inclino. anterior. *v.* Nitor. citerior . . ulterior. *v.* Diduco. dexterior pars . . sinisterior. *v.* Vinculum. prior . . posterior . . interior . . exterior. *v.* Elabor. prior pars est, quae a pectore est; posterior, quae ab scapulis; interior, quae ad latus tendit; posterior, quae ab eo recedit: quod ad omnes articulos pertinere in ulterioribus patebit *l.* 8. *c.* 1. ex aliqua parte. *v.* Scrutor. alia parte profluens, *sanguis*, alia emittitur *l.* 2. *c.* 10. altera pars . . altera. *v.* Intactus. ut cetera pars corporis tuta sit &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34. collyrio uti non debemus quod unam partem curet, reliquas omittat *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. magna pars. *v.* Imbecil-

lus. magnam partem. v. Oculus. ex magna parte. v. Asclepiades. majore parte. v. Costa. maxima pars olerum acris est *l*. 2. *c*. 21. ex omni parte. v. Dens. exigua parte. v. Findo. ut pars hujus, *anisi*, minima sit *l*. 3. *c*. 24. a diversa parte. v. Admoveo. duae partes, tres partes. v. Medicina. duae partes temporis. v. Conferveo. sex partes. v. Denarius. ad tertiam partem. v. Amurca. resinae terebinthinae pars quarta *l*. 6. *c*. 18. *s*. 2. quinta pars turis *l*. 5. *c*. 28. *s*. 4. commodius est, *pastillum*, cum cerato miscere sic, ut illius octo partes, hujus nona sit *l*. 5. *c*. 20. *s*. 1. partes naturales *l*. 7. *c*. 18. partes obscoenae *l*. 6. *c*. 18. *s*. 1.

Particula. in qua, *spatha*, capitulum est rotundum et leniter cavum, ut recipere particulam aliquam humeri possit *l*. 7. *c*. 15.

Παρθένιος. v. Herba.

Parotis. sub ipsis auribus oriri parotides solent, modo in secunda valetudine, ibi inflammatione orta; modo post longas febres illuc impetu morbi converso *l*. 6. *c*. 16.

Partim. durioribus, *corporibus*, instare possunt febres partim acutae, partim longae *l*. 2. *c*. 1.

Partus. v. Pecten. ℑ *pro fetus*. si jam prope maturus partus intus emortuus est &c. *l*. 7. *c*. 29. v. Mulier.

Παρουλὶς solent etiam interdum juxta dentes in gingivis tubercula quaedam oriri dolentia: παρουλίδας Graeci appellant *l*. 6. *c*. 13.

Parum. si quis stomacho parum valet. v. Assumo. post quae quidquid medicamentorum ingeritur, parum proficit *l*. 5. *c*. 26. *s*. 31. v. Bibo, Concoquo, Contineo, Descendo, Emacresco, Fluo, Praefero, Revolvo parum artis. v. Ars. ℑ *cum adverbiis*. v. Bene, Commode. parum tuto. v. Habeo. ℑ *cum adjectivis*. parum pinguis. v. Pus. parum tutus. si vires sinunt, sanguinem mittere optimum est.. si id parum tutum est &c *l*. 3. *c*. 7. *s*. 1.

Parvulum, *more adverbii positum*. v. Intendo.

Parvus. v. Cicatrix, Curtus. parvulus. parvulus puer *l*. 7. *c*. 20. parvulae rimae. v. Specillum. si parvulum est quod nocet &c. si majus est &c. *l*. 7. *c*. 19. omnia ista, *tubercula*, ex parvulo incipiunt *l*. 7. *c*. 6.

Passum: valentissimi generis est *l* 2. *c*. 18. quod ex sicciore uva est, eo valentius est *ibid*. boni suci est *l*. 2. *c*. 20. lene est *l*. 2. *c*. 22. alienum stomacho est *l*. 2. *c*. 25. facile intus corrumpitur *l*. 2. *c*. 28. alvum adstringit *l*. 2. *c*. 30. passum quam dulcissimum. v. Fervesco.

Pastillus. pastilli, quos τροχίσκους Graeci vocant &c. *l*. 5. *c*. 17. *s*. 2 v. Emplastrum. Pastilli diversas facultates habent: sunt enim ad recentia vulnera glutinanda sanandaque apti: qualis est, qui habet &c. *l*. 5. *c*. 20. alius ad idem *ibid*. *s*. 1. sed longe Polyidae celeberrimus est; σφραγὶς autem nominatur &c. *ibid*. *s*. 2 ad ulcera sordida &c. *ibid* *s*. 3. Andronis est ad uvam inflammatam &c *ibid* *s*. 4. proprie etiam ad ani fissa &c. *ibid*. *s*. 5. expellere ex vesica cum urina calculum videtur haec compositio *ibid*. *s*. 6.

Pastinaca. ex oleribus valentiora rapa &c. quam pastinaca &c. *l*. 2. *c*. 18. stomacho apta est *l*. 2. *c*. 24. inflant omnes radices, excepto sisere et pastinaca *l*. 2. *c*. 26. urinam movet, magisque agrestis *l*. 2. *c*. 31.

Pastinaca. plani piscis, quam pastinacam nostri, τρυγόνα Graeci vocant, aculeus torretur &c. *l*. 6. *c*. 9.

Patefacio. si caro increvit, necessarium est transversa linea patefacere &c. *l*. 7. *c*. 28. si nondum satis cutis patefacta est, latius aperienda est, donec &c. *l*. 8. *c*. 4. parum patefacere. v. Revolvo.

Patefactus. v. Ἀναστόμωσις.

Patefio. oportet carnem subsecare, donec os integrum patefiat *l*. 8. *c*. 2. v. Ῥωγάς.

Patella. quae commissura osse parvo, molli, cartilaginoso tegitur: patellam vocant. Haec super innatans, neque ulli ossi inhaerens, sed carne et nervis deligata, pauloque magis ad femur tendens, inter omnes crurum flexus hanc juncturam tuetur *l*. 8. *c*. 1. v. Genu.

Patens. v. Foramen. patentior fistula. v. Habeo.

Pateo. plaga facienda est, qua cervix aperiatur; donec urinae iter pateat *l*. 7. *c*. 26. *s* 2. si angustius vulnus est, quam ut intestina commode refundantur, incidendum est, donec satis pateat *l*. 7. *c*. 16. foramina facienda sunt, si in angusto noxa est, duo: si latius patet, tria *l*. 8. *c*. 4. omnis dolor qui sursum procedit, minus medicinae patet *l*. 2. *c*. 8. lata capita vix medicinae patent *l*. 7. *c*. 7 *s* 15. v. Adolescentia. tempus patere. v. Ignosco. ℑ pateo, *appareo*, ubi satis teneri calculum patet &c. *l*. 7. *c*. 26. *s*. 2 saepe etiam causas apparere.. neque ex his patere medicinam *pro*. *l*. 1. ex his, *venis*, eae quae in ipso

utrumque penicillo detergere *ibid.* compositum aliquid ex arido penicillo *l.* 8. *c.* 5. demittendum linamentum, aut aliquid ex penicillo, quod summum lino sit devinctum, ut facile educatur *l.* 8. *c.* 9. ex penicillo tenuia quaedam *l.* 7. *c.* 4. *s.* 4. exigua penicilla *l.* 7. *c.* 7. *s.* 6.

Penitus. Descendo, Penetro.

Πεπλιμένος. *v.* Ceratum.

Per. *transitum significat.* facies suturam habet maximam; quae a tempore incipiens per medios oculos naresque transversa pervenit ad alterum tempus *l.* 8. *c.* 1. si cerebrum membranave ejus vulnus accepit, sanguis per nares, quibusdam etiam per aures exit *l.* 5. *c.* 26. *s.* 14. ℑ *pro in.* in siccitatibus acutae febres &c. oriuntur: per imbres, longae febres &c. *l.* 2. *c.* 1. per omnia femur humero, crus brachio simile est *l.* 8. *c.* 1. ℑ *pro opera sive personae, sive rei, pro modo, pro instrumento quo aliquid fit.* per hos maxime viros salutaris ista nobis professio increvit *pro.* *l.* 1. quod per ignem divisum est, minus celeriter coit *l.* 7. *c.* 15. occurrit dolori per quietem hujusmodi catapotium *l.* 5. *c.* 25. *s.* 3. per calorem cibos concoqui *pro.* *l.* 1. neque nervi musculique in suum locum veniunt, nisi per vim aliquis intendit *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. *aurem,* mixto vino per oricularium clysterem eluere *l.* 6. *c.* 7. *s.* 3. costum, et casia, et cinnamomum recte per potionem assumuntur *l.* 5. *c.* 27. *s.* 7. ℑ per easdem occasiones *l.* 7. *c.* 20. per misericordiam *v.* Disco. ℑ *pro propter.* si per stomachum licet *l.* 3. *c.* 21. si per vires licebit *l.* 4. *c.* 13. ℑ *refertur ad temporis spatium.* per plures dies *l.* 1. *c.* 3. per triduum *l.* 5. *c.* 27. *s.* 2. nonnumquam per duos menses durat, *lippitudo l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. ℑ *ad tempus anni.* in hoc casu per hiemem locis maritimis; per aestatem mediterraneis opus est *l.* 4. *c.* 11. per se. *v.* Moveo.

Perangustus. *v.* Mitella, Versor.

Perasper. *v.* Θύμιον.

Percandidus. *v.* Emplastrum.

Percipio. eumdem hominem posse omnia ista praestare concipio, atque ubi se diviserunt, eum laudo qui quamplurimum percipit ℑ *intelligo, comprehendo.* *v.* Adversus, Evenio, Poeta.

Percolatus. *v.* Ptisana.

Percolo. ficus pinguis vel in mulso; vel in aceto et melle, *coquitur;* ex quibus cum decocta est, is humor percolatur *l.* 6. *c.* 9.

Percontor. *v.* Medicus.

Percoquo. *v.* Aqua.

Percrassus. *v.* Melicera.

Percurro. si percurrit corpus frigus aut calor *l.* 3. *c.* 2.

Percussus. corde percusso *l.* 5. *c.* 26. *s.* 8.

Percutio. considerandum est lapide, an ligno, an ferro, an alio telo, *os calvariae,* percussum sit, et hoc ipso laevi an aspero; mediocri an vastiore; vehementer an leviter. *v.* Cerastes, Servo.

Περδίκιον. *v.* Herba.

Perdo. *v.* Desum. fame perdere. *v.* Medicus. partum perdere. *v.* Mulier.

Perducens. inungendum medicamentis ad cicatricem perducentibus *l.* 7. *c.* 7. *s.* 10.

Perduco. ne ii quidem qui sub alio sunt, si ex toto sibi temperare non possunt, ad salutem perducuntur *l.* 3. *c.* 21. ad sanitatem perduci. *v.* Aqua inter cutem. ad maturitatem perducere. *v.* Averto. ad novam cicatricem perducere. *v.* Digitus. ad senectutis principia perducit. *v.* Medicina.

Peregrinans. *v.* Discedo.

Peregrinatio. mutandum subinde peregrinationibus coelum *l.* 3. *c.* 27. *s.* 2. illa communia sunt: insanientes vehementer exerceri debere &c. mutare regiones, et si mens redit, annua peregrinatione esse jactandos *l.* 3. *c.* 18. *v.* Tussis.

Peregrinor. oportet peregrinari *l.* 1. *c.* 10.

Peregrinus. peregrina medicamenta *l.* 2. *c.* 33. *et l.* 5. *c.* 26. *s.* 26. *v.* Serpens.

Perflatus. *v.* Conclave, Fenestra. perflatus aestivus. *v.* Habito.

Perflo. si autumnus quoque aeque siccus iisdem Aquilonibus perflatur &c. *l.* 2. *c.* 1. *v.* Dies.

Perforatus. aures perforatae *l.* 7. *c.* 8. vertebrae mediae perforatae *l.* 8. *c.* 1.

Perforo. nonnumquam venter ictu aliquo perforatur *l.* 7. *c.* 16. hos, *clavos in albo oculi,* ad imam radicem acu perforare commodissimum est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 12.

Perfricatus. lavari debet, leniter ante ex oleo perfricatus *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8.

Perfricare. cui caput infirmum est, is si bene concoxit, id leniter perfricare mane manibus suis debet *l.* 1. *c.* 4. id aliquandiu perfricare *ibid.* oleo leniter diuque in lectulo perfricari manibus puerilibus potius, quam virilibus debet *l.* 3. *c.* 27. *s.* 3. sine balneo, loco calido leniter perfricari, *debet l.* 4. *c.* 31. caput ad cutem tondeatur, assidueque vehementer perfricetur *l.* 6. *c.* 8. neque audiendi sunt, qui nu-

mero finiunt, quoties aliquis perfricandus sit. Id enim ex viribus hominis colligendum est: et si is perinfirmus est, potest satis esse quinquagies; si robustior, potest ducenties [esse faciendum;] inter utrumque deinde, prout vires sunt *l.* 2. *c.* 14. opus erit.. frequenti balneo, ubi totum quidem corpus perfricandum est, praecipue tamen caput ex irino *l.* 6. *c.* 6. *s.* 34. *convenit*.. ungi, perfricari, si potest, maxime per se ipsum, saepius eodem die, et ante cibum, et post cum *l.* 3. *c.* 22. ipse se suppresso spiritu perfricare *ibid.* perfricare fauces. *v.* Exulcero.

Perfrigidus. *v.* Potio.

Perfringo. sive totum, *os*, perfractum est, et ex alio ex toto recessit, sive circumpositae calvariae inhaeret &c. *l.* 8. *c.* 4. si tota costa perfracta est, casus asperior est *l.* 8. *c.* 9.

Perfundo. calida aqua per caput se totum perfundere debet, tum tepida, deinde frigida *l.* 1. *c.* 4. oportet caput perfundere aqua calida marina, vel certe salsa, aut in qua laurus decocta sit *l.* 4. *c.* 2. Excitat validissime aqua frigida infusa. Post remissionem itaque perunctum oleo multo corpus, tribus aut quatuor amphoris totum per caput perfundendum est *l* 3. *c.* 20. perfundendum oleo corpus et caput *l.* 1. *c.* 3. *v.* Horror.

Perfusio. admovere oportet naribus extinctum ex lucerna linamentum, quod mulierem excitet. Idemque aquae frigidae perfusio efficit *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. frigidis utatur perfusionibus *l.* 4. *c.* 23. in hoc affectu salutares sunt perfusiones, natationesque quam frigidissimae *l.* 4. *c.* 28. perfusio corporis multa prodest ex aqua, si hiems est, calida; si aestas, tepida *l.* 4. *c.* 15.

Periclitor. quos, *medicos*, eo nihil tentasse judico, quia nemo in splendida persona periclitari conjectura sua voluerit; ne occidisse, nisi servasset, videretur: veri tamen simile est, potuisse aliquod cogitari, detracta tali verecundia: et fortasse responsurum fuisse id quod aliquis esset expertus *pro.* *l.* 1. *v.* Continenter, Pueritia. vulnus quod nimis adstrictum est, cancro periclitatur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 24. abortu periclitari. *v.* Femina. duobus vitiis periclitari. *v.* Cicatrix. ubi febris aliquem occupavit, scire licet, non periclitari, si &c. *l.* 2. *c.* 3.

Periculose. id, *catapotium*, in febre periculose datur *l.* 5. *c.* 25. *s.* 5. *v.* Adhibeo, Fio, Fundo. diutius saepe et periculosius tabes eos male habet, quos invasit *l.* 3. *c.* 22.

Periculosus. *v.* Festinatio, Voluptas, Imbecillitas, Spatium. periculosior, periculosissimus. periculosior, *hieme*, aestas est, autumnus longe periculosissimus *l.* 2. *c.* 1. *v.* Intumesco.

Periculum. quaedam pericula incidere consuerunt *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. plura et genera, et tempora periculi. *v.* Fallo. alterum periculum. *v.* Locus. duplex periculum *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. duo pericula circumstant *ibid.* *s.* 8. varia pericula. *v.* Praesagio. neque ideo nullum ejus rei periculum est *l.* 7. *c.* 12. *s.* 1. si reposita ossa sunt, spes nulla est; non repositis tamen nonnullum periculum est *l.* 8. *c.* 25. *v.* Erumpo. cum aliquo periculo. *v.* Vrina viridis. omnis sacer ignis, ut minimum periculum habet ex iis quae serpunt, sic prope difficillime tollitur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 4. si quando suppuratio descendit in crura &c. periculi minus est *l.* 2. *c.* 8. Asclepiades.. in nullo die, quia par imparve esset, iis, *aegris*, vel majus vel minus periculum esse dixit *l.* 3. *c.* 4. id modo minus, modo plus periculi habet *l.* 4. *c.* 11. id genus morbi plus periculi, quam doloris habet *l.* 4. *c.* 14. gravis morbi periculum est, ubi supinus aeger jacet &c. *l.* 2. *c.* 4. graviora pericula. *v.* Expono. Ἐρυσίπελας interdum periculum magnum affert *l.* 5. *c.* 26. *s.* 33. majus periculum. *v.* Dens, Revolvo. per autumnum propter coeli varietatem maximum periculum est *l.* 1. *c.* 3. ex imbecillitate summum periculum est *l.* 3. *c.* 4. si pus est lividum et pallidum, si nihil aeger exscreat nisi pituitam spumantem, periculum certum est *l.* 2. *c.* 8. praeceps periculum *l.* 2. *c.* 11. hic vero et ingens periculum est, et eo majus, quo majus membrum est &c. *l.* 8. *c.* 25. si a coxis, et ab inferioribus partibus dolor in pectus transit, suppurationis eo loco periculum est *l.* 2. *c.* 7. abortus periculum. *v.* Mulier. si tota costa perfracta est.. saepe vitae periculum sequitur *l.* 8. *c.* 9. dejectionibus si febris accessit &c. etiam mortis periculum subest *l.* 2. *c.* 8. unci acumen in ipsum os vulvae delabitur; sequiturque nervorum distentio, et ingens periculum mortis *l.* 7. *c.* 29. venenorum pericula *l.* 5. *c.* 23. *s.* 3.

Perimo. *v.* Morbus.

Perinde. perinde ac. *v.* Trucido. perinde atque. *v.* Ago.

ligant, aut venter perturbatur *l.* 1. c. 3. in hoc morbo, *insania*, prodest fere quidquid animum vehementer perturbat *l.* 3. c. 18.

Pervago. aeque magnum malum est, ubi torpor atque prurigo pervagantur, modo per totum corpus, modo in parte *l.* 2. *c.* 8.

Pervello. resina subinde tempora pervellere *l.* 4. c. 2.

Pervenio. *v.* Abdomen, Costa. medicamentis et victus ratione ad sanitatem perveniunt *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. *v* Erado. vix ad sanitatem perveniunt, quibus ulla parte aut pulmo, aut jecinoris crassum, aut membrana quae continet cerebrum.. aut septum transversum vulneratum est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 3. ad ultimam senectutem pervenire. *v.* Blandior. supra idem medicamentum injicere, donec ad cicatricem plaga perveniat *l* 7. c. 28. ab exiguo cibo incipere debet: quotidie adjicere, donec ad justum modum perveniat *l.* 3. *c.* 22. *v.* Maturitas. si intus aliqua, *fistula*, procedet, quo ferrum tuto pervenire non poterit, collyrium demittendum erit *l.* 7. *c.* 4. *s.* 4. perventum esse. *v.* Renisus.

Pervertor. si labra, et nares, oculique, et palpebrae, et supercilia, aliquave ex his pervertuntur, in propinquo mors est *l.* 2. *c.* 6. os cum motu quodam pervertitur *l.* 4. *c.* 3.

Pervetus. *v.* Vinum.

Perviride. *v* Emplastrum.

Pervius. *v.* Intestinum crassius, Telum, Vertebra.

Perungo. necessarium est.. caput tondere, oleoque et aceto perungere *l.* 3. *c.* 23. utilius est, cerato liquido cervicem perungere *l.* 4. c. 6. oportet adipe quam vetustissima scapulas perungere *ibid.* ea ipsa pars sine oleo, nitro ex aqua perungenda est *l.* 3. *c.* 27. *s.* 2. his, *medicamentis*, in sole vitiligo perungitur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 19 moto sudore leniter corpus perungendum *l.* 2. *c.* 17.

Pes *v* Os. pes ultimus *l.* 8. *c.* 20. ima pars pedis *l.* 8. *c.* 22. simus pes *ibid.*

Pessimus. cum eo tempore, *vespere*, pessimi sint qui aegrotant, verendum est &c. *l.* 3. *c.* 5. *v.* Arundo, Coelum, Plaga, Sputum, Suppuratio, Tempestas, Vrina.

Πεσσὸς alia quoque utilia sunt, ut ea quae feminis subjiciuntur: πεσσοὺς Graeci vocant *l* 5. *c.* 21.

Pestifer. *v.* Alvus, Κεφαλαία, Motus, Serpens, Sudor. vis pestifera. *v.* Prehendo. 𝔍 *absolute*. sanguinem in febre vomuisse pestiferum est *l.* 2. *c.* 4.

Pestilens. *v.* Morbus.

Pestilentia. magis vero gravibus locis ista servanda sunt, in quibus etiam pestilentiam faciunt *l.* 1. *c.* 2. *v.* Animadversio, Auster.

Pestis. *v.* Vivus.

Petiolus. quod fere quidem in omni domestica, *carne*, fit, praecipue tamen.. in petiolis capitulisque haedorum, et vitulorum, et agnorum *l.* 2. *c.* 22. *v.* Agnus.

Petitus. profusio sanguinis vel fortuita, vel etiam petita *l.* 2. *c.* 8.

Peto. ab iisdem auxilium petendum est, id est balneo ac vino *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. *v.* Consilium, Medicina. cum illa, *causa*, incerta, incomprehensibilis sit, a certis potius et exploratis petendum esse praesidium *pro.* *l.* 1. in hoc casu petendum, non a medicamentis solum, sed etiam a victus ratione praesidium est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34. *v.* Coelum. utrimque petere. *v.* Curtus.

Petro. post Hippocratem fuit Petro quidam, qui febricitantem hominem ubi acceperat, multis vestimentis operiebat, ut simul calorem ingentem sitimque excitaret: deinde ubi paulum remitti coeperat febris, aquam frigidam potui dabat; ac si moverat sudorem, explicuisse se aegrum judicabat: si non moverat, plus etiam aquae frigidae ingerebat, et vomere cogebat *l.* 3. *c.* 9.

Petroselinum *l.* 5. *c.* 23. *s.* 1. *et* 3.

Peucedanum *l.* 5. *c.* 18. *s.* 29.

Phalangium. ubi phalangium nocuit.. saepe homo demittendus in solium est, dandusque ei myrrhae et uvae taminiae par modus &c. *l.* 5. *c.* 27. *s.* 9.

Philocrates. *v.* Emplastrum.

Philon. *v.* Collyrium.

Philotas. Philotae compositio *l.* 5. c. 19. *s.* 7.

Philotimus, *chirurgus* *l.* 8. *c.* 20.

Philoxenus, *chirurgus* *pro.* *l.* 7.

Phoenicopterus. *v.* Avis.

Phreneticus. ex phreneticis alii hilares, alii tristes sunt; alii facilius continentur, et intra verba desipiunt, alii consurgunt, et violenter quaedam manu faciunt; atque ex his ipsis alii nihil nisi impetu peccant, alii etiam artes adhibent, summamque speciem sanitatis in captandis malorum operum occasionibus praebent: sed exitu deprehenduntur *l.* 3. *c.* 18. cum febris remisit, frictione utendum est: parcius tamen in iis qui nimis hilares, quam in iis qui nimis tristes sunt *l.* 3. *c.* 18. *v.* Insania, Insaniens.

que ignoro multis placuisse, linamentum in modum collyrii compositum tinctum melle demitti *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. neque alia ratio extrahendi, *sagittam*, est, ubi ab ea parte qua venit evelli magis placuit *l.* 7. *c.* 5. *s.* 2.

Plaga. *v.* Coerceo. ℑ *vulnus*. glutinant vulnus myrrha *&c.* si levis plaga est, etiam aranea *l.* 5. *c.* 2. exigua plaga. *v.* Gratia. magna plaga *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11. exigua plaga *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11. *Lindenius legit* ima plaga. *v.* *adnot.* si ex acuto telo plaga est, ea transversa commodior est; si ex retuso et gravi, nullum in figura discrimen est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 28. excidi, *cutis*, ita debet, ut plaga ad similitudinem myrtei folii fiat *l.* 7. *c.* 2. id agendum est, ut et quam minimae et quam paucissimae plagae sint *ibid.* incidi juxta anum cutis plaga lunata usque ad cervicem vesicae debet, cornibus ad coxam spectantibus paulum: deinde ea parte qua resima plaga est, etiamnum sub cute altera transversa plaga facienda est qua cervix aperiatur; donec urinae iter pateat sic, ut plaga paulo major, quam calculus sit *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. *v.* Servo. pessima in orbem plaga est; tutissima quae lineae modo recta est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 5. immittendae scalpello duae lineae sunt, ut exciso medio interior membrana utrimque recentem plagam habeat; quia quod vetus est sutura non coit. Loco patefacto, si qua parte membrana non novam plagam sed veterem habet, tenuis excidenda habena est quae tantum oras exulceret *l.* 7. *c.* 17. *s.* 1.

Planta. *v.* Pes. plantae ossa iisdem modis quibus in manu prodeunt, iisdemque conduntur *l.* 8. *c.* 23. media planta *l.* 8. *c.* 23. planta ima *l.* 8. *c.* 20.

Plantago. simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33. corpus contrita plantago et illita optime tueri videtur *l.* 3. *c.* 25. *v.* Lenticula. medicamentum est, plantaginis sucus *l.* 3. *c.* 22.

Plane. plane plurimum interest, quantae qualesque inter eas, *accessiones*, remissiones sint *l.* 3. *c.* 5. *v.* Gangraena.

Planus. *v.* Ambulatio, Calculus, Phyma, Piscis. planissimus. *v.* Suppuratio.

Plenus. plenior. *v.* Abundo, Alimentum, Calculus, Cibus, Corpus, Homo, Vena, Victus, Somnus, Vinum. plenior musculus. *v.* Curiosius. autumno cibo jam paulo pleniore uti licet *l.* 1. *c.* 3. plenissimus. quae pericula plenissimi cujusque, *infantis*, sunt *l.* 2. *c.* 1. taedii plena mala. *v.* Anus. ℑ *absolute*. vomitus utilis est plenis et biliosis omnibus, si *&c.* *l.* 1. *c.* 3.

Plerique. id genus plerique medici ἡμιτριταῖον appellant *l.* 3. *c.* 3. plerique ex antiquis, *cibum*, tarde dabant *l.* 3. *c.* 4. *v.* Ago, Praetereo. ℑ plerumque. exercitationis plerumque finis esse debet sudor *l.* 1. *c.* 2. plerumque vero alvus potius ducenda est *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2.

Πλευριτικὸς. *v.* Latus.

Plistonicus. Praxagorae discipulus *pro.* *l.* 1.

Ploro. si in continua febre puero venter nihil reddit.. ploratque is assidue, metuenda nervorum distentio est *l.* 2. *c.* 7.

Plumbeus. *v.* Glans.

Plumbum. plumbum combustum sanguinem supprimit *l.* 5. *c.* 1. album plumbum *l.* 5. *c.* 26. *s.* 36. plumbum elotum *ibid.* plumbum elotum et combustum *l.* 6. *c.* 6. *s.* 5. *v.* *adnot.* molliunt.. cicutae semen, plumbi recrementum; σκωρίαν μολύβδου Graeci vocant *l.* 5. *c.* 15.

Plurimus. sudor plurimus sequitur *l.* 6. *c.* 9. plurima in dando cibo discrimina sunt *pro.* *l.* 1. plurimi ex laborantibus reperiuntur, quos superiores venae exerceant *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. *v.* Fallor. valentissimum voco in quo plurimum alimenti est *l.* 2. *c.* 18. ℑ plurimum, *adverbii more*. *v.* Interest, Praesto, Profectus.

Plus. plus alere. *v.* Concoquo. plus assumere. *v.* Conditus. plus praestare. *v.* Histrio. alia sunt in quibus medicamenta, alia in quibus plus manus proficit *l.* 5. *c.* 26. *s.* 1. per quae cum caro producatur, plus tamen, ut alias quoque dixi, victus ratio eo confert *l.* 7. *c.* 3. si mali plus est. *v.* Phthisis. plus minusve praecidere *l.* 7. *c.* 12. *s.* 3 ℑ *sequente quam*. plus alimenti est in pane, quam in ullo alio *l.* 2. *c.* 18. nihil plus adversus surditatem, quam biliosa alvus potest *l.* 2. *c.* 8. *v.* Circumspicio. ℑ plures. *v.* Accessio, Fragmentum, Morbus, Remedium. pluribus opitulari licet *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. per plures dies. *v.* Vomitus. in pluribus ad initium cibi dies quartus aptissimus esse consuevit *l.* 3. *c.* 4. ℑ plura, *absolute*. *v.* Struma.

Pluvia. si Austri pluviaeque hiemem occuparunt *&c.* *l.* 2. *c.* 1.

Pluvius, pluvialis. *v.* Aqua, Dies, Locus. pluviatilis. quibus, *medicamentis*, aqua pluviatilis adjicitur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 6.

Podagra. *v.* Articulus, Malagma.
Podagricus. *v.* Equito.
Podalirius. *v.* Aesculapius.
Poeta. quales, *imagines*, insanientem Ajacem vel Orestem percepisse poetae ferunt *l.* 3. *c.* 18.
Polenta. *vinum*, subinde et liberaliter dandum est, adjecta polenta *l.* 3. *c.* 19. polenta vino aspersa *l.* 4. *c.* 18.
Polium. *v.* Cerastes.
Pollen. *v.* Panis, Piper. vulpini jecinoris sicci et aridi pollen *l.* 4. *c.* 8.
Pollex. *v.* Digitus.
Polliceor. corpus quoque quod aequaliter molle et calidum est &c. securitatem pollicetur *l.* 2. *c.* 3.
Polyarchus. *v.* Malagma.
Πολύγονον. *v.* Herba.
Polyidas. *v.* Pastillus.
Polypus. *v.* Piscis. ℑ polypus est caruncula modo alba, modo subrubra, quae narium ossi inhaeret; ac modo ad labra tendens narem implet, modo retro per id foramen quo spiritus a naribus ad fauces descendit, adeo increscit, uti post uvam conspici possit &c. fereque mollis est, raro dura; eaque magis spiritum impedit, naresque dilatat; quae fere καρκινώδης est *l.* 6. *c.* 8. *s.* 2. polypum qui in naribus nascitur, ferro praecipue curari jam alias posui. Ergo hunc ferramento acuto, in modum spathae facto, resolvere ab osse oportet: adhibita diligentia, ne infra cartilago laedatur; in qua difficilis curatio est *l.* 7. *c.* 10.
Pomum. *v.* Fructus. ex his ipsis, *pomis*, firmiora quae sucosa, quam quae fragilia sunt *l.* 2. *c.* 18. ex pomis quodcumque neque acidum neque acerbum est, boni suci est *l.* 2. *c.* 20. pomum quodcumque acidum vel acerbum est, mali suci est *l.* 2. *c.* 2. poma nocere quidam putant, quae immodice toto die plerumque sic assumuntur, ne quid ex densiore cibo remittatur: ita non haec, sed consummatio omnium nocet. Ex quibus in nullo tamen minus quam in his noxae est &c. *l.* 1. *c.* 3.
Pondus. modici ponderis panem ex vino esse *l.* 1. *c.* 6. sevi, resinae, cerae par pondus *l.* 5. *c.* 18. *s.* 29. fit ex sinapi, cui sevi hircini a renibus quarta pars ponderis adjicitur *l.* 4. *c.* 16. ℑ *nota* p. *pro pondo i. e. libra l.* 5. *c.* 19. *s.* 7. ℑ *pro pondere, passim*. *v.* Denarius. si sub aliquo pondere is homo nisus est &c. *l.* 7. *c.* 18. qui graviora pondera auribus gesserunt *l.* 7. *c.* 8. *v.* Ἐντεροκήλη.
Pono. ante oculos ponere. *v.* Laudo. Haec viscera proxime, sed infra tamen posita dextra sinistraque sunt *l.* 4. *c.* 1. is, *ventriculus*, inter jecur et lienem positus est *ibid.* ℑ *expono, propono, scribo*. causae requiruntur. Meges tres has posuit *l.* 7. *c.* 14. *v.* Serapion. ponam ea quae prompta, et iis morbis de quibus proxime dicturus sum, apta, corpus erodunt *l.* 2. *c.* 33. quoties autem baccam, aut nucem, aut simile aliquid posuero &c. *l.* 5. *c* 19. *s.* 12. lenibus medicamentis, iisdemque quae alibi posui, ulcera ad sanitatem perducenda *l.* 7. *c.* 30. *s.* 3. ponendum autem hoc esse credidi. *v.* Desum. ℑ *pro appono*. Ponendi vero aegro varii cibi, sicut Asclepiades praecepit, tum demum sunt, ubi fastidio urgetur, neque satis vires sufficiunt; ut paulum ex singulis degustando, famem vitet *l.* 3. *c.* 6.
Ponticus. *v.* Radix.
Poples. ipse poplites suos attrahit *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. ipsum jubet manibus ad suos poplites datis, eos quam maxime possit attrahere *ibid.* perfricare coxas et poplites oportet *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1.
Populus. *v.* Cibus. neque esse crudele, sicut plerique proponunt, hominum nocentium, et horum quoque paucorum, suppliciis remedia populis innocentibus saeculorum omnium quaeri *pro*. *l.* 1.
Populus, *arbor*. ex populo alba cortex radicis in hunc usum in vino mixto recte coquitur *l.* 6. *c.* 9.
Porrectus. gravis morbi periculum est, ubi supinus aeger jacet, porrectis manibus et cruribus *l.* 2. *c.* 4.
Porrigo. si manus in posteriorem partem prolapsa est, digiti porrigi non possunt *l.* 8. *c.* 17. fasciis, si medium aut imum os fractum est, brevioribus opus est; si summum longioribus: ut ab eo sub altera quoque ala per pectus et scapulas porrigantur *l.* 8. *c.* 10. *s.* 2. ℑ *differo, produco*. neque vitae alia spes in magnis malis est, quam ut impetum morbi trahendo aliquis effugiat, porrigaturque in id tempus quod curationi locum praestet *l.* 2. *c.* 5. spatia inter accessiones porriguntur *l.* 3. *c.* 2. porrigitur febris inter horas viginti quatuor, et triginta sex *l.* 3. *c.* 8.
Porrigo. Porrigo est, ubi inter pilos quaedam quasi squamulae surgunt, eaeque a cute resolvuntur; et interdum madent, multo saepius siccae sunt. Idque evenit modo sine ulcere, modo exulcerato loco: huic

quoque modo malo odore, modo nullo accedente. Fereque id in capillo fit, rarius in barba, aliquando etiam in supercilio: ac neque sine aliquo vitio corporis nascitur, neque ex toto inutile est &c. Commodius est ergo subinde pectendo repurgare, quam ex toto prohibere *l.* 6. *c.* 2.

Porrum, porrus. porrum mali suci est *l.* 2. *c.* 21. somno aptum est *l.* 2. *c.* 32. sanguinem supprimit *l.* 5. *c.* 1. purgat *l.* 5. *c.* 5. jus in quo porrus cum pullo gallinaceo incoctus sit *l.* 4. *c.* 13. *v.* Sorbitio.

Porta. *v.* Κοιλιακὸς, Intestinum, Servo.

Porticus. *v.* Ambulatio.

Portio. sat est binos ternosve cyathos, *humoris*, assumere, et cibum pro portione hujus *l.* 4. *c.* 19. alumen aequa portione cum ture contritum &c. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 6. faecis combustae quam maxima portio *l.* 5. *c.* 18. *s.* 23. hyoscyami suci dimidio minor quam unius ex superioribus portio *l.* 6. *c.* 7. *s.* 2. pares portiones myrobalani, crocomagmatis &c. *l.* 6. *c.* 5.

Portulaca. boni suci est *l.* 2. *c.* 20. alvum movet *l.* 2. *c.* 29. simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33. oportet portulacam vel coctam, vel ex dura muria edisse *l.* 4. *c.* 22. quidam contrito semini portulacae mel adjiciunt &c. eoque inungunt *l.* 6. *c.* 6. *s.* 38.

Portus. *v.* Gestatio.

Posca. dandus panis ex posca frigida *l.* 4. *c.* 12. caput radendum, deinde posca fovendum est, in qua laurus, aut ruta decocta sit *l.* 3. *c.* 20.

Posco. *v.* Homerus.

Positus. qui considerarint, etiamnum spiritu remanente, ea quae natura ante clausisset, eorumque positum, colorem &c. *v.* Scrutor, Discens. quorumdam, *vulnerum*, ipsae sedes indices sunt; quas alio loco demonstravimus, cum positus interiorum partium ostendimus *l.* 5. *c.* 26. *s.* 7.

Possum. potest primo die primus cibus dandus esse, potest secundo, potest tertio, potest non nisi quarto, aut quinto &c. *l.* 3. *c.* 4. non minus posse.. plurimum posse. *v.* Ars, Natura. quam maxime possit. *v.* Poples. id membrum quod deficit, si potest, per se, sin minus, per alium moveatur *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. qualis esse potest. *v.* Recipio. quae sola esse potest *v.* Venio. ut primum fieri potest. *v.* Primum. venter solvendus est, si non potest aliter, per nigrum veratrum *l.* 4. *c.* 15. si quis sibi temperare non potuerit, quo minus pleniore victu utatur, vomere, *debet* *l.* 4. *c.* 5. *v.* Curtus, Eripio, Indulgeo, Patior, *et verba alia; sed maxime Fio*.

Post. post fatigationem cibum sumere *l.* 1. *c.* 3. sin lucubrandum est, non post cibum id facere, sed post concoctionem *l.* 1. *c.* 2. post alvi longam resolutionem, tormina; post haec, intestinorum laevitas oritur; post nimias destillationes, tabes; post lateris dolorem, vitia pulmonum; post haec, insania; post magnos fervores corporis, nervorum rigor aut distentio *l.* 2. *c.* 7. ℑ post, *adverbii more*. quoties medicamentum injicitur, et ante et post os eluendum est vel cremore lenticulae &c. *l.* 6. *c.* 15.

Postea. postea usus ostendit, nihil ex his esse perpetuum *l.* 2. *c.* 10. si postea febris accessit *l.* 3. *c.* 15.

Posteaquam. posteaquam, *tertia medicinae pars*, diducta ab aliis habere professores suos coepit, in Aegypto quoque increvit, Philoxeno maxime auctore *pro*. *l.* 7.

Postmodum. *v.* Difficultas.

Posteri. *v.* Ingenium.

Posterior. *v.* Dies, Pars, Tempus.

Postulo. ex his colligi potest, utrum id quoque quod alia parte dependens, alia inhaerebit, si alienatum adhuc non est, suturam, an fibulam postulet *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. in oculis, quae manum postulant, et ipsa diversa sunt, et aliter aliterque curantur *l.* 7. *c.* 7. *s.* 1. dilatis iis quae praecipue scalpellum postulant *l.* 5. *c.* 26. *s.* 1.

Potens. *v.* Vsus. potentior. *v.* Dies.

Potentia. interior potentia. *v.* Suffusio. potentia oculi. *v.* Ὑπόχυσις. summa potentia. *v.* Dies.

Potio. exigua potio *l.* 1. *c.* 3. modica *l.* 7. *c.* 27. liberalis *l.* 7. *c.* 4. potio magis liberalis, quam cibus *l.* 5. *c.* 28. *s.* 4. potio esse debet magis liberalis et ante cibum, et post hunc, et cum hoc, ultra quam sitis coget *l.* 3. *c.* 6. magna potio *l.* 1. *c.* 8. multa *l.* 1. *c.* 3. potio non ultra danda, quam ut vitam sustineat *l.* 3. *c.* 21. potio diluta.. quam dilutissima *l.* 1. *c.* 3. firmior ex frumento potio est, quo firmius est ipsum frumentum *l.* 2. *c.* 18. calida *l.* 4. *c.* 22. potio sine vino aquae calidae *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. egelida et frigidae propior *l.* 4. *c.* 25. frigida *l.* 1. *c.* 8. *v.* Potissimum. quam frigidissima *l.* 4. *c.* 26. potio aquae frigidae *l.* 1. *c.* 2. aquae bene frigidae potio *l.* 4. *c.* 22. potio aquae mulsae *l.* 3. *c.* 18. potio meri vini *l.* 5.

c. 27. s. 3. vini non perfrigidi potio *l.* 1. c. 3. opus est . . potiones meracas assumere *ibid.* potio absinthii, vel hyssopi, aut rutae *l.* 4. c. 12. potio ex menta, nucibusque graecis, et amylo *l.* 4. c. 10. potiones quae ex odoribus fiunt *l.* 4. c. 27. s. 1. frequentes potiones *l.* 1. c. 3. subinde potiones cibo immixtae. *ibid.* potionis quam minimum *l.* 4. c. 9. potio optima est, quae urinam movet *l.* 3. c. 21. post multas potiones quae aliquantum sitim excesserunt, nihil edendum est *l.* 1. c. 2. medicamentorum potiones. v. Concedo.

Potior. v. Efficio.

Potissimum. si frigidae potiones ventrem ejus non turbant, his potissimum utendum est *l.* 1. c. 6. alvum adstringit aqua dura, id est ea quae tarde putescit; ideoque pluvia potissimum *l.* 2. c. 30.

Potius. Plerumque alvus potius ducenda est *l.* 2. c. 12. s. 2. potius ungi, quam lavari *l.* 1. c. 4. neque ex oculo, neque ex palpebra quidquam abscindatur, ac si necesse est, ex palpebra potius *l.* 7. c. 7. s. 6.

Poto. si multum ante morbum aliquis potavit *l.* 2. c. 12. s. 2. v. Moderor.

Potus. potui aptissimum est vinum frigidum, vel certe bene calidum, meracum *l.* 4. c. 12. v. Offero, Praesto.

Praxagoras. v. Exerceo.

Praebeo. v. Phreneticus.

Praecedens. antequam dico quibus praecedentibus morborum timor subsit &c. *pro. l.* 2.

Praecedo. neque solum interest, quales dies sint, sed etiam quales ante praecesserint *l.* 2. c. 1. v. Provideo.

Praeceps. Conspectus, Curatio, Periculum. ii quoque in praecipiti sunt, in quibus usque ad grandes intusque conditas venas in alis vel poplitibus mucro descedit *l.* 5. c. 26. s. 3. v. Alvus.

Praeceptum. perpetua praecepta. v. Ars, Differo. ex praecepto Megetis *l.* 5. c. 28. s. 12. artis praecepta. v. Explanatio.

Praecido. femur, si ossa inter se recesserunt, fere praecidi necesse est *l.* 8. c. 10. s. 7. si medicamenta vincuntur . . scalpello quidquid corruptum est, sic, ut etiam aliquid integri trahat, praecidi debet *l.* 6. c. 18. s. 3. v. Fractura, Forfex, Gangraena, Musculus. nervi praecisi. v. Debilitas.

Praecipio. quod ita praecipio, ut tamen fatear *l.* 1. c. 3. v. Eo, *particula*. id videndum est, quod quidam solum praecipiunt, adstrictum corpus sit, an profluat *l.* 3. c. 6. neque dubitari potest, quin latius quidem, et dilucidius, ubi et quomodo frictione utendum esset, Asclepiades praeceperit; nihil tamen repererit, quod non a vetustissimo auctore Hippocrate paucis verbis comprehensum sit &c. *l.* 2. c. 14. serpentium morsus non nimium distantem curationem desiderant: quamvis in ea multum antiqui variarunt; ut in singula genera anguium singula medendi genera praeciperent; aliique alia *l.* 5. c. 27. s. 3. Asclepiades . . praecepit, ut primo die a cibo, potione, somno abstineretur *l.* 3. c. 18. v. Diligens, Quartana.

Praecipito. v. Levo, Traho. in exitium se praecipitare. v. Custodio. ℑ *neutrorum more.* aurium inflammationes doloresque interdum etiam ad dementiam mortemque praecipitant *l.* 6. c. 7. s. 1.

Praecipue. Asclepiades . . febre ipsa praecipue se ad remedium ejus uti professus est *l.* 3. c. 4. cavendum praecipue frigus *l.* 4. c. 6. *et passim.*

Praecipuus. v. Ars, Dolor. praecipuus usus. v. Cucurbitula. scientia praecipua. v. Psyllus.

Praeclusus. v. Intercido.

Praecordia. ubi febris aliquem occupavit. scire licet non periclitari . . si praecordia ejus sine ullo sensu doloris aequaliter mollia in utraque parte sunt. Quod si paulo tumidiora sunt, sed tamen digitis cedunt et non dolent, haec valetudo, ut spatium aliquod habebit, sic tuta erit *l.* 2. c. 3. mali morbi testimonium est, habere praecordia inflammata, dolentia, dura, tumida, intenta; magisque si haec dextra parte, quam sinistra sunt: periculosissimum tamen est, si venae quoque ibi vehementer agitantur *l.* 2. c. 4. periculosum est etiam, post arquatum morbum febrem oriri; utique si praecordia dextra parte dura manserunt. Ac dolentibus his, nulla acuta febris leviter terrere nos debet *ibid.* suppuratio fit, si praecordia dura, dolentia ante vicesimum diem hominem non sustulerunt, neque sanguis e naribus fluxit, maximeque in adolescentibus; utique si inter principia aut oculorum caligo, aut capitis dolores fuerunt: sed tum in superioribus partibus fit abscessus. At si praecordia tumorem mollem habent, neque habere intra sexaginta dies desinunt, haeretque per omne id tempus febris; tum in superioribus partibus fit abscessus: ac si inter ipsa viscera non fit, circa aures

erumpit. Cumque omnis longus tumor ad suppurationem fere spectet, magis eo tendit is qui in praecordiis, quam is qui in ventre est *l.* 2. *c.* 7. dextra parte sub praecordiis vehemens dolor est &c. praecordia dura sunt, et tument *l.* 4. *c.* 15. *v.* Gravitas, Exhaurio, Vomitus. si calor et in fronte est, et ex imis praecordiis oritur *l.* 3. *c.* 6. *Vide quae de diversa hujus vocis significatione habet Morgagnus Epist.* 4. *et ex eo Forcellinus in Lexico.*

Praedives. *v.* Haereditas.

Praedulcis. omnia praedulcia stomacho aliena sunt *l.* 2. *c.* 25.

Praefatus. pauca de omnibus praefatus *l.* 3. *c.* 1.

Praefero. ego utique si satis virium est, validiora; si parum, imbecilliora auxilia praefero *l.* 3. *c.* 24.

Praefrango. *v.* Surculus.

Praefrigidus. *v.* Aqua.

Praegnans. *v.* Mulier.

Praeparatus. *v.* Penicillum.

Praeparo. ubi ultima experiri statutum est, ante aliquot diebus victu corpus praeparandum est *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2.

Praepositus. *v.* Sedes.

Praesagio. cum recentiores quoque medici, quamvis quaedam in curationibus mutarint, haec tamen illum, *Hippocratem*, optime praesagisse fateantur *pro.* *l.* 2. sunt quaedam proprietates hominum, sine quarum notitia nihil in futurum praesagiri potest *l.* 2. *c.* 2. conjectura praesagire *l.* 7. *c.* 6. si felix curatio non fuit varia pericula oriuntur: quae praesagire protinus licet; si continua vigilia est; si spiritus difficultas &c. *l.* 7 *c.* 26. *s.* 5.

Praescribo. imponi super vulnus eadem debent, quae in putri ulcere praescripta sunt *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34.

Praesens. *v.* Metus, Praesidium. praesentissimum auxilium *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2.

Praesentia. ea quae ex peregrinis medicamentis maxime constant &c. in praesentia differam *l.* 2. *c.* 33. *v.* Levo.

Praesertim. cum praesertim etiam pro modo terroris moderari liceat *l.* 3. *c.* 2. cum praesertim intus nonnumquam etiam duae manus dari debeant *l.* 7. *c.* 29.

Praeses. *v.* Vivus.

Praesidium. haec, *cibus et potio*, non omnium tantum morborum, sed etiam secundae valetudinis communia praesidia sunt *l.* 2. *c.* 18. *v.* Caveo, Peto. ipsa febris, quod maxime mirum videri potest, saepe praesidio est *l.* 2. *c.* 8. *v.* Consequor. cum eo, ut sciamus, hic ut nullum periculum, ita levius praesidium esse *l.* 2. *c.* 11. magnum praesidium. *v.* Fames. praesens in aliquo antidoto praesidium est *l.* 5. *c.* 27. *s.* 3. adversus fistulas quoque, si altius penetrant &c. majus in manu, quam in medicamentis praesidium est *l.* 7. *c.* 4. *s.* 1. unicum praesidium. *v.* Evoco. si bene vitari frigus potest, tuta illa praesidia sunt; si metus ejus est, supervacua sunt *l.* 4. *c.* 9. nihil interest, an satis tutum praesidium sit, quod unicum est *l.* 7. *c.* 33.

Praesto. si neque medicus, neque medicamentum praesto est *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8.

Praesto. cibus dandus, qui mollem alvum praestet *l.* 3. *c.* 12. potui, nisi quid obstat, gelida aqua praestanda est *l.* 4. *c.* 12. *v.* Valetudo. quae res sedem brachio praestat *l.* 8. *c.* 1. *v.* Animal, Concipio, Facultas, Far, Gummi, Histrio, Porrigo, Psyllus. Tertiam esse medicinae partem quae manu curet et vulgo notum, et a me propositum est. Ea non quidem medicamenta atque victus rationem omittit; sed manu tamen plurimum praestat *pro.* *l.* 1.

Praeter. frequens singultus, et praeter consuetudinem continuus *l.* 2. *c.* 7. praeter sternumenta et tussim, est etiam capitis gravitas &c. *l.* 4. *c.* 8. quibusdam, praeter ea quae supra scripta sunt, adjectis *l.* 3. *c.* 23. dandi cibi et calidi, et qui non multum alunt.. praeterque eos, qui urinam movent *l.* 4. *c.* 15. ℑ praeter haec, *ut praeterea*. Praeter haec in acutis morbis serius aeger alendus est *l.* 3. *c.* 2. ℑ *ad excludendum*. vehementer omnia praeter ventrem perfricare *l.* 4. *c.* 26.

Praeterea. praeterea sunt quaedam generis ejusdem *l.* 5. *c.* 19. *s.* 7. neque alia praeterea signa mala sunt *l.* 2. *c.* 7. si priora contigerunt, nihil praeterea necessarium est *l.* 7. *c.* 2.

Praetereo. ubi accessionis tempus praeteriit, cibus dandus est *l.* 3. *c.* 5. ℑ *omitto*. quod ab Asclepiade sic temperatum, ut tamen servatum sit, video plerumque saeculo nostro praeteriri *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. quod, quamvis pleraque ejus viri praecepta secutus est Asclepiades, recte tamen praeteriit: est enim anceps *l.* 3. *c.* 14. *v.* Controversia.

Praetermissus. *v.* Fictus.

Praeterquam. aqua frigida infusa praeterquam capiti, etiam stomacho prodest *l.* 1. *c.* 9. praeterquam cum *v.* Frictio. quod genus insanientium simili victus genere curandum est: praeterquam quod in hoc

genere insaniae solo recte vinum datur *l.* 3. *c.* 18. cetera omnia quasi sanis facienda sunt, praeterquam si diutius aliquem et vehementius ista solicitare consuerunt *l.* 4. *c.* 5.

Praevalens. *v.* Homo.

Praevenio. balneo frigus praevenire debet *l.* 3. *c.* 15.

Prandeo. aestate prandere quoque commodum est *l.* 1. *c.* 3.

Prandium. *v.* Assuetus.

Praxagoras. *v.* Exerceo.

Prehendo. post longos morbos vis pestifera huc se inclinat; quae ut alias partes liberat, sic hanc jam ipsam quoque affectam prehendit *l.* 4. *c.* 29. *v.* Relaxo.

Premens. duobus digitis utrimque prementibus *l.* 8. *c.* 7.

Premo. dum premit morbus. *v.* Fenestra. nocturna vigilia premi *l.* 2. *c.* 4. *v.* Labor, Mulier, Somnus. si quid magis pressit, melior tamen curationi autumnus, quam aestas aut hiems est; atque is ipse medius jam fractis aestibus, nondum ortis frigoribus *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4.

Pressus. sine intentione, digito tantummodo bene pressum os in suam sedem revertitur *l.* 8. *c.* 18. ℑ *translate*. nausea pressus *l.* 1. *c.* 3. ab aestate etiam proxima pressi *l.* 2. *c.* 1.

Pridie. pridie abstinere a cibo debet *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. pridie, cum multum allium ederit, vomat *l.* 4. *c.* 24. *et passim*.

Primo. in aure primo simplex iter, procedendo flexuosum *&c.* *l.* 8. *c.* 1. ac primo quidem sic tenendus est, *aeger* *l.* 3. *c.* 4. primoque medendi scientia sapientiae pars habebatur *pro.* *l.* 1. primo, nunc. *v.* Exploro.

Primoris. *v.* Dens.

Primum. His cognitis, primum malagmata subjiciam *l.* 5. *c.* 18. *s.* 1. primum dicam quemadmodum sanos agere conveniat; tum ad ea transibo, quae ad morbos curationesque eorum pertinebunt *pro.* *l.* 1. ℑ cum primum satis pituita substitit, iterum ad usum balnei redire *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. ubi primum sensit aliquis, protinus oleo multo epoto vomere *l.* 3. *c.* 27. *s.* 11. illud perpetuum est, non ut primum fieri potest, hujus generis ulcera sanare; sed ea trahere *&c.* *l.* 4. *c.* 29.

Primus. *v.* Aetas, Cibus, Coitus, Curatio, Dies, Lux, Origo. primus ex omnibus. *v.* Hippocrates. primus omnium. *v.* Serapion. prima hiems. *v.* Locus. si a prima hieme Austri ad ultimum ver continuarunt *&c.* *l.* 2. *c.* 1. in ejusmodi casu primum est, si vires patiuntur, sanguinem mittere *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34. ℑ a primo. *v.* Cupiditas. ℑ in primis. oportet in primis conquiescere *l.* 4. *c.* 22. in primis illud considerandum est, num cui saepius horum aliquid eveniat *l.* 2. *c.* 2.

Principium. requiritur ex quibus principiis nostra corpora sint *pro.* *l.* 1. neque esse dubium, quin alia curatione opus sit, si ex quatuor principiis vel superans aliquid vel deficiens adversam valetudinem creat *&c.* *ibid.* stomachus intestinorum principium est *l.* 4. *c.* 1. curationum principium. *v.* Animadversio. principia cibi. *v.* Decedo. ad senectutis principia. *v.* Medicina. alios inter principia protinus usos esse cibo pleniore *&c.* *pro.* *l.* 1.

Prior. *v.* Pars. priores morbi *l.* 2. *c.* 1. priores auctores. *v.* Affirmo, Hippocrates. priora mala *l.* 3. *c.* 9. ℑ *absolute*. priora in qualibet parte corporis fiunt: hoc in prominentibus membris *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31.

Priscus. *v.* Medicus.

Pristinus. *v.* Habitus.

Prius. prius de communibus dicam *l.* 7. *c.* 19. prius, deinde. *v.* Affligo. prius, post. *v.* Foveo. prius demittere in solium, tum ungere, iterum ad solium redire *l.* 3. *c.* 6. ℑ priusquam. *v.* Induresco.

Pro. admovenda partibus iis pro quibus metuimus, sicca et calida fomenta *l.* 3. *c.* 11. sat est cyathos binos ternosve, *humoris*, assumere, et cibum pro portione hujus *l.* 4. *c.* 19. pro consuetudine *l.* 3. *c.* 2. pro corporis natura *l.* 1. *c.* 2. pro vi et mali, et corporis *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. et pro cujusque viribus et pro opibus. *v.* Gestatio. pro genere mali *l.* 3. *c.* 6. *v.* Causa, Modus. pro spatio *l.* 2. *c.* 5. ℑ *loco, vice*. pro veneno. *v.* Lac. pro valetudine, *id est pro morbo*. *v.* Alvus.

Probabilis. *v.* Medicus peritus, Ratio.

Probo. *v.* Indigeo. melius huic rei lycium est, quod idem quoque aeque probat *l.* 4. *c.* 9. quo minus probari curatio Heraclidi Tarentini potest *l.* 3. *c.* 15.

Procedens. procedentia ex talo *l.* 8. *c.* 1. *v.* Subseco. procedente curatione *l.* 7. *c.* 3. extremis procedentibus *l.* 5. *c.* 28. *s.* 4.

Procedo. ubi aetas paulum processit *l.* 2. *c.* 1. si jam aetate aliquis processit *l.* 2. *c.* 8. ubi tempus processit *l.* 8. *c.* 3. omnis dolor minus medicinae patet, qui sursum procedit *l.* 2. *c.* 8. paulo etiam longius processit, *Asclepiades* *l.* 1. *c.* 3. celerius

et latius procedit, *impetigo* *l.* 5. *c.* 28. *s.* 17. in orbem procedere. *v.* Papula. quod cum ex malo corporis habitu fiat, raro non ultra procedit *l.* 6. *c.* 16. *s.* 15. latius pateat necesse est, quod jam alte processit *l.* 8. *c.* 3. si sanguis ex faucibus interioribusve partibus processit, et metus major est, et cura major adhibenda *l.* 4. *c.* 11. *v.* Detraho. ad perniciem procedere. *v.* Latus. procedere curatio potest et ad scalpellum, et ad ustionem *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2. recte procedere curationem *l.* 7. *c.* 26. *c.* 5. exercitatione et labore opus est; habita tamen ratione, ne febrem ista, si nimium processerint, excitent *l.* 4. *c.* 16. in diversas curandi vias procedere. *v.* Exerceo.

Processus. processus singulorum et recessus, et sive quid inseritur alteri, sive quid partem alterius in se recipit *pro.* *l.* 1.

Procido. si anus ipse, vel os vulvae procidit &c. *l.* 6. *c.* 18. *s.* 10. si una parte maxilla procidit &c. *l.* 8. *c.* 12. *v.* Vertex. in alterutrum latus procidere. *v.* Manus. oculus si foras jam ruptus procidit, sine auxilio est *l.* 6. *c.* 6. *c.* 1. *v.* Πρόπτωσις.

Prodeo. spongiam calidam admovere, ut relaxentur illa, *scissa*, et foras prodeant *l.* 7. *c.* 30. *s.* 1. retento ab ipso spiritu, quo magis venae prodeant *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. *v.* Autumnus, Condo.

Prodo. recognitis omnibus quae medici prodiderunt &c. *l.* 6. *c.* 6. *s.* 39. *v.* Fama. memoriae prodere. *v.* Explico.

Producens. cibis utendum est carnem producentibus *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7.

Produco. procedente deinde tempore emolliendum id emplastrum, adjecto cerato ex rosa facto; quo facilius carnem producat *l.* 8. *c.* 4. *v.* Confero. ℑ paulum primum calculus attrahitur; quo facto attollendus uncus extremus est, uti intus magis maneat, faciliusque illum producat *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2.

Profectus. in ea parte, *medicinae*, quae manus curat, evidens est omnem profectum, ut aliquid ab aliis adjuvetur, hinc tamen plurimum trahere *pro.* *l.* 7. In iis quoque in quibus medicamentis maxime nitimur, quamvis profectus evidentior est, tamen sanitatem et per haec frustra quaeri, et sine his reddi saepe manifestum est *ibid.* profectus tempore expletur *l.* 3. *c.* 2.

Professio. per hos quidem maxime viros salutaris ista nobis professio increvit *pro.* *l.* 1. quem, *Serapionem*, Apollonius, et Glaucias.. secuti, ex ipsa professione se ἐμπειρικοὺς appellaverunt *ibid.*

Professor. multos ex sapientiae professoribus peritos ejus, *medicinae*, fuisse accepimus; clarissimos vero ex iis Pythagoram et Empedoclem, et Democritum *pro.* *l.* 1. Romae quoque non mediocres professores, maximeque nuper Tryphon pater, et Evelpistus, et, ut ex scriptis ejus intelligi potest, horum eruditissimus Meges, quibusdam in melius mutatis, aliquantum huic professioni adjecerunt *pro.* *l.* 7. magnus professor. *v.* Memoria.

Professus. *v.* Serapion.

Proficio. multum admodum proficere. *v.* Victus. plurimum proficere *l.* 6. *c.* 6. *s.* 24. maxime proficere *l.* 6. *c.* 18. *s.* 6. optime proficere *l.* 7. *c.* 14. praecipue proficere *l.* 3. *c.* 20. res raro ad sanitatem satis proficit *l.* 7. *c.* 11. quidam usi sunt medicamentis adurentibus; quidam ferro adusserunt, *carcinomata;* quidam scalpello exciderunt, neque ulla umquam medicina profecit *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2. *v.* Vindico.

Proficiscor. *v.* Κρισταλλοειδής. quod a Tharria profectum, servatum esse a pluribus video. *l.* 3. *c.* 21.

Profiteor. qui rationalem medicinam profitentur *pro.* *l.* 1. Asclepiades febre ipsa praecipue se ad remedium ejus uti professus est *l.* 3. *c.* 4.

Profluens. pus multum profluens ossis fracti nota est *l.* 7. *c.* 12. *c.* 1.

Profluo. interdum ex ore sanguis profluit, interdum aquae simile quiddam, in qua recens caro lota est *l.* 4. *c.* 11. neque terreri convenit, si plus ex muliebri corpore sanguinis profluit *l.* 7. *c.* 26. *s.* 4. alter metus excipit, ne tantum sanguinis profluat, ut occidat *ibid.* *s.* 5 si jam pus profluit &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 28. nec spumae profluunt *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. si corpus profluet *l.* 3. *c.* 6. si venter profluit *ibid.* sic fit, ut urina naturaliter profluat *l.* 7. *c.* 26. *s.* 1.

Profluvium. si, *corpus*, profluvio laborat, continendum *pro.* *l.* 1. si sanguis, aut calor abundat, proximum est, ut aliqua parte profluvium sanguinis fiat *l.* 2. *c.* 7. non esse inutile sanguinis mediocre profluvium: idque per urinam redditum ipsam quoque lassitudinem solvere *l.* 4. *c.* 11. ne in eo quidem terribile esse, qui ex superiore loco decidit; si tamen in ejus urina nihil novavit *ibid.* in quibusdam parum tuto supprimitur, qui sanguinis profluvio

imbecilliores non fiunt: habent enim purgationem hanc, non morbum *l.* 6. *c.* 18. *s.* 9.
Profusio. dolores capitis quibus oculorum caligo et rubor cum quadam frontis prurigine accedit, sanguinis profusione vel fortuita, vel etiam petita summoventur *l.* 2. *c.* 8. Varix ortus, vel per ora venarum subita profusio sanguinis, vel tormina, insaniam tollunt *l.* 2. *c.* 8. quicumque dolorem ingentem circa tempora et frontem habebit, is alterutra ratione eum finiet: magisque si juvenis erit, per sanguinis profusionem; si senior, per suppurationem *l.* 2. *c.* 7. *v.* Exhaurio, Servo. ℑ profusio alvi. interdum ejusmodi casum, quae tutissima inter haec est, profusio alvi sequitur *l.* 2. *c.* 7. repentina profusio alvi. *v.* Aliquandiu. est etiam circa naturalia vitium, nimia profusio seminis, quod sine venere, sine nocturnis imaginibus sic fertur, ut interposito spatio tabe hominem consumat *l.* 4. *c.* 28.
Profusus. e terra profusus calidus vapor. *v.* Sudor. profusis menstruis. *v.* Mulier.
Progredior. *v.* Anguis. ultra progredi *v.* Bonum.
Prohibeo. concoctionem prohibere. *v.* Calor. sermonem prohibere. *v.* Labra. impetum ventris prohibere *l.* 4. *c.* 26. partum prohibere. *v.* Pecten. suppurationem *l.* 8. *c.* 6. sudorem *l.* 3. *c.* 19. somnum ex toto prohibere *l.* 6. *c.* 7. *s.* 1. si id aliquae causae prohibent *l.* 6. *c.* 7. *c.* 1. nisi magnopere aliqua res prohibet *l.* 3. *c.* 8. nisi imbecillitas prohibet *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34. ne quid ibi concreti sanguinis relinquatur. Id enim.. glutinari vulnus prohibet *ibid. s.* 23. omni potione prohibendus aeger est *l.* 3. *c.* 11. *v.* Evoco, Blandior.
Projectus *v.* Calx, *os*.
Projicio. *v.* Deprimo.
Prolabor. modo cum distentione nervorum prolabitur aliquis, modo sine illa *l.* 3. *c.* 23. si vitio locorum aliqua prolabitur, et obmutescit *l.* 5. *c.* 25. *s.* 3. *v.* Articulus, Manus, Talus. ultra prolabi. *v.* Τένοντες. ℑ *translate*. si quando quis in eam, *venerem*, prolapsus est &c. *l.* 3. *c.* 2. *s.* 3.
Prolapsus. si per haec restitutus oculus in sedem suam non est, eodemque modo prolapsus permanet, scire oportet lumen esse amissum *l.* 6. *c.* 6. *s.* 9. *v.* Calculus, Caro.
Prominens. prominens os *l.* 8. *c.* 17. *v.* Jecur. prominentia cubiti. *v.* Ferula.
Prominentia. Meges (quoniam is, *scalpellus*, infirmus est, potestque in aliquam prominentiam incidere &c. *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2.
Promineo. sunt etiam circa umbilicum plura vitia.. Commune omnibus est, umbilicum indecore prominere *l.* 7. *c.* 14. *oculus prolapsus*, quatenus foede prominebit, excidendum erit *l.* 6. *c.* 6. *s.* 9. ut simul cum carne, si quid ex calculo prominebat, excideret *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2.
Promitto. Themisonis aemuli, si perpetua quae promittunt habent, magis etiam quam ulli rationales sunt *pro. l.* 1. *v.* Agricultura.
Promo. facile consumitur.. is cui protinus in recenti morbo bilis atra vel infra, vel supra se ostendit, cuive alterutro modo se prompsit &c. *l.* 7. *c.* 19. ut is, *testiculus*, plagae ipsi jungatur, digitoque inde promatur *l.* 7. *c.* 19. *v.* Iter, Lingua.
Promoveo. ad usus quoque suos id membrum promovere *l.* 8. *c.* 11. *v.* Femur, Palma. alvus acribus ducitur, quo magis ora promoveantur *l.* 7. *c.* 7. *s.* 3. exiguus calculus ad plagam urina postea promovetur, et excidit *l.* 7. *c.* 7. *s.* 3. leniter digiti intus objiciendi, ne violenter promovendo convulnerent *ibid s.* 2.
Prompte. *v.* Facio. promptius. *v.* Cogo, Finio.
Promptus. *v.* Audacia, Chirurgus. hoc quidem promptum est *l.* 7. *c.* 2. promptior. *v.* Curatio. promptiores cancri *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. somnus in promptu est *l.* 4. *c.* 3. ℑ *absolute*. herbae aliaque prompta in auxilium vulnerum morborumque *pro. l.* 1. ponam ea quae prompta, et iis morbis de quibus protinus dicturus sum, apta, corpus erodunt *l.* 2. *c.* 33.
Pronus. *calculus*, si oblongus est, ut pronus exeat *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. *v.* Vertebra. in pronum. *v.* Insisto.
Prope. prope maturus partus *l.* 7. *c.* 29. quibus si finitum malum non fuerit, prope est, ut perpetuum sit *l.* 3. *c.* 23. *v.* Elido, Strangulo. prope difficillime tolli. v. Ignis sacer.
Propello. *calculus*, si exiguus est, digitis ab altera parte propelli, ab altera protrahi potest *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. *v.* Maxilla, Πρόπτωσις.
Propero. ad ustionem properare. *v.* Vinco. neque tamen ante properandum est: nam si crudum incisum est, inflammationi multum accedit *l.* 7. *c.* 30. *s.* 1. *v.* Chirurgus.
Propinquus. intus emortuo corpori, *infantis*, manus, injecta habitum ejus sentit: nam aut in caput, aut in pedes conversum jacet; fere tamen sic, ut vel manus ejus, vel pes in propinquo sit *l.* 7. *c.* 29.

v. Morbus. si in morbo vetere jam triduo talis est, in propinquo mors est *l.* 2. *c.* 6.

Propior. adolescentiae propior. Chirurgus. potio egelida et frigidae propior *l.* 4. *c.* 25. sin, quod vero propius est, vix ulla perpetua praecepta medicinalis ars recipit *&c.* *pro. l.* 1. quo propior. *v.* Affectus, Fractura.

Propius. propius petere. *v.* Telum.

Propolis. concoquit et movet pus *l.* 5. *c.* 3. aperit *l.* 5. *c.* 4. evocat et educit *l.* 5. *c.* 12.

Propono. cum facultates medicamentorum proposuerim, genera in quibus noxa corpori est, proponam *l.* 5. *c.* 26. qui rationalem medicinam profitentur, haec necessaria esse proponunt *&c.* *pro. l.* 1. ipsius loci natura paucis proponenda est *l.* 7. *c.* 18. *et passim*.

Propositum. vitae propositum *l.* 5. *c.* 26. *s.* 6. medici propositum *l.* 7. *c.* 29. ut ad propositum meum redeam *pro. l.* 1.

Propositus. his propositis, primum dicam, quemadmodum sanos agere conveniat *&c.* *pro. l.* 1. *in fine*.

Proprie. quae poma proprie nominantur *l.* 2. *c.* 18. proprie quaedam ad feminas pertinent *l.* 7. *c.* 28. *et passim*.

Proprietas. morborum in iisdem hominibus aliae atque aliae proprietates sunt *pro. l.* 1. *v.* Pertineo, Praesagio. *carcinoma*, interdum nullam habet proprietatem *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2.

Proprius. curationes quaedam communes sunt, quaedam propriae: communes, quae pluribus morbis opitulantur; propriae, quae singulis *l.* 2. *c.* 9. *v.* Animal. est etiam proprium aliquid et loci, et temporis *pro l.* 1. *v.* Animadversio.

Propter. propter civiles aliquas occupationes *l.* 1. *c.* 1. propter dulcedinem. *v.* Conditum. propter coeli varietatem. *v.* Autumnus. propter infirmitatem *l.* 3. *c.* 5. propter raritatem *l.* 7. *c.* 14.

Πρόπτωσις. Nonnumquam ingens inflammatio tanto impetu erumpit, ut oculos sua sede propellat: πρόπτωσιν id, quoniam oculi procidunt, Graeci appellant *l.* 6. *c.* 6. *s.* 9.

Propugnaculum. hoc genus curationis efficit, ut *&c.* plusque in osse propugnaculi cerebrum habeat, quam habiturum fuit eo exciso *l.* 4. *c.* 4.

Prorogo. *v.* Consequor.

Prorumpens. *v.* Averto.

Prorumpo. omnis calor, ut sanguis prorumpat, efficit *l.* 2. *c.* 1. sanguis ut ex naribus, sic ex ore aliquando prorumpit *l.* 4. *c.* 11. spiritus ea cum humore quasi bullante prorumpit *l.* 7. *c.* 4. *s.* 2. sudor.. ex toto thorace, et cervicibus, atque etiam capite prorumpit *l.* 3. *c.* 19. urina supprimitur, interdum etiam sine voluntate prorumpit *l.* 8. *c.* 14. ea parte tumor est, in quam os prorumpit *l.* 8. *c.* 11. *v.* Talus.

Prospicio. post sanguinis missionem, si non redit et motus et mens, nihil spei superest: si redit, sanitas quoque prospicitur *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. ℑ *caveo, provideo*. oportet prōspicere, ne simul his omnibus admotis vitium contrarium per immodicas inflationes oriatur *l.* 4. *c.* 23. curiose prospiciendum est, ne tempus remissionis decipiat *l.* 3. *c.* 11. videndum ne sanguis in scrotum descendat, neve concretus aliquo loco maneat. Quae ita fient, si venis vinciendo medicus prospexerit *l.* 7. *c.* 19. *v.* Servo.

Prostratus. prostratum contra consuetudinem corpus in ventrem *l.* 2. *c.* 7.

Prosum. capiti nihil aeque prodest, atque aqua frigida *l.* 1. *c.* 4. prosunt etiam quaecumque urinam movent: sed nihil magis quam ambulatio lenta paene usque ad lassitudinem *&c.* *l.* 4. *c.* 8. in his quoque ea maxime prosunt, quae per dejectiones excernuntur *l.* 2. *c.* 8. interdum qui sanguinem ipsum suppressit, satis ad valetudinem profuit *l.* 4. *c.* 11. corruptae miscuisse novam materiam prodest *l.* 4. *c.* 18. sic bibendum erit, ut sciamus in hoc morbo sitim prodesse *l.* 4. *c.* 11. illud scire oportet, omne ejusmodi medicamentum quod potui datur, non semper aegris prodesse, semper sanis nocere *l.* 2. *c.* 13. si id parum profuit, scalpello utendum est *l.* 4. *c.* 2. *v.* Adversus, Assidue, Compono, Frigus, Impero, Morbus, Sedeo.

Protarchus. *v.* Malagma.

Protego. vitari etiam gravedines destillationesque possunt, si quam minime, qui his opportunus est, loca aquasque mutat, si caput in sole protegit, ne incendatur, neve subitum ex repentino nubilo frigus id moveat *l.* 1. *c.* 5.

Protinus. protinus in utero matris *l.* 7. *c.* 28. a primo natali die protinus *l.* 7. *c.* 8. protinus inter initia *l.* 3. *c.* 2. idque in imbecillioribus protinus ab ipsa curatione faciendum est *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. ex his intelligi potest, non quidquid boni succi est, stomacho protinus convenire; neque quidquid stomacho convenit, protinus boni succi esse *l.* 2. *c.* 25. *et passim*.

Pullus. pullus cohortalis *l.* 2. *c.* 18. gallinaceus *l.* 5. *c.* 27. *s.* 3. hirundininus *l.* 4. *c.* 7.

Pulmo. spongiosus, ideoque spiritus capax, et a tergo spinae ipsi junctus, in duas fibras ungulae bubulae modo dividitur *l.* 4. *c.* 1. *v.* Exscreo, Περιπνευμονικὸς. pulmo vulpinus *l.* 4. *c.* 8.

Pulso. pulsandus leniter inflatis vesicis bubulis is locus est *l.* 3. *c* 27. *s.* 2. *v.* Auctor.

Pulsus. venarum imbecilli exiguique pulsus *l.* 3. *c.* 19.

Pultarius. *v.* Caliculus.

Pulticula. alica, oryza, ptisana, et ex iisdem facta sorbitio, aut pulticula, et aqua quoque madens panis, imbecillissimis adnumerari potest *l.* 2. *c.* 18. pulticula vel ex alica, vel ex panico, vel ex milio; itemque ex iisdem sorbitio, et magis si haec ante fricta sunt, alvum adstringunt *l.* 2. *c.* 30. pulticula cum qua paulum ex favo vetere coctum sit *l.* 4. *c.* 26. atheromati subest quasi tenuis pulticula *l.* 7. *c.* 6.

Pulvinus. juxta parietem homo sedeat, subjecto inter parietem et caput ejus scorteo pulvino; eoque caput per ministrum urgeatur *l.* 8. *c.* 12. *v.* Mandragora.

Pulvis. vitandus. . pulvis, et quidquid sternumentum movet *l.* 8. *c.* 9. oportet spiritu retento currere, sed minime in pulvere *l.* 4. *c.* 12. contritae rosae pulvis *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. pulvis ex lapide molari contrito *l* 5. *c.* 28. *s.* 2. delinendus homo est vel gypso, vel argenti spuma, vel cimolia creta, vel etiam horum pulvere respergendus. Idem praestat pulvis ex contritis aridis myrti vel rubi foliis, aut ex austeri et boni vini arida faece . . quae si desunt, satis utilis est quilibet ex via pulvis inspersus *l.* 3. *c* 19. pulvis ex contrita testa, ex qua faber ferrarius tingere candens ferrum solitus est *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2.

Pumex. purgat *l.* 5. *c.* 5. evocat et educit *l.* 5. *c.* 12.

Punctio. assiduae punctiones sentiuntur *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. sentiuntur intus aliquae punctiones *l.* 5. *c.* 28. *c.* 11. punctionis sensum repraesentare *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1.

Punctum. circa locum quaedam quasi puncta sentiuntur *l.* 5. *c* 28. *s.* 1.

Pungo. incidi cutis debet, aut acu pungi *l.* 5. *c.* 28. *s.* 19.

Punicus. *v.* Malum.

Pupilla. *v.* Ὑαλοειδὲς, Μυδρίασις. J *pupilla pro oculus*. exulcerationis timor in palpebris pupillisve est, ubi &c. *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1.

Purgatio. sunt valetudinis genera, quibus purgatio ex lacte convenit *l.* 2. *c.* 12. *s.* 1. Asclepiades aquam quoque salsam purgationis causa bibere cogebat *l.* 3. *c.* 24. Idem purgationes quoque eodem volumine expulit. Et sunt eae perniciosae, si nimis valentibus medicamentis fiunt *l.* 1. *c.* 3. purgationes quoque, ut interdum necessariae sunt, sic, ubi frequentes sunt, periculum afferunt. Assuescit enim non ali corpus; cum omnibus morbis obnoxia maxime infirmitas sit *ibid*. per album veratrum, vomitumque purgatio *l.* 3. *c.* 18. neque vomitu stomachum, neque purgatione alvum solicitet *pro*. *l.* 1. J *de ulcere*. pure effuso . . purgationis causa paulum mellis infundendum *l.* 7. *c.* 2. J *pro menstrua*. si purgatio nimia mulieri nocet &c. si maligna purgatio est &c. *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1.

Purgatus. purgato, *vulnere*, sequitur ut impleatur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 30. purgatus ita testiculus &c. *l.* 7. *c.* 19.

Purgo. ducere alvum, vel nigro veratro purgare *l.* 3. *c.* 23. vomitu pectus purgare *l.* 3. c. 7. *s.* 1. antiqui dabant . . lactucae marinae lac, cujus gutta pani adjecta abunde purgat *l.* 2. *c.* 12. *s.* 1. lacte purgari *l.* 4. *c.* 31. alvus lacte purganda est *l.* 4. *c.* 27. *s.* 2. si bene se purgaverit, magna ex parte morbum levabit *l.* 3. *c.* 18. qui saepe vel sponte, vel casu purgatus est *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. purgatur corpus, *dejectione* *l.* 4. *c.* 26. illud perpetuum est in omnibus morbis, ubi ab inferiore parte aliquis purgandus est, ventrem ejus ante solvendum esse; ubi a superiore, comprimendum *l.* 3. *c.* 18. J quae menstruis non purgatur. *v.* Mulier. purgare aurem. *v.* Exspumo. tardius vesica purgatur *l.* 7. *c* 27. tabes subit, si in lateris dolore orta suppuratio intra quadraginta dies purgari non potuit *l.* 2. *c.* 7. purgant aerugo, auripigmentum &c. *l.* 5. *c.* 5. cutem purgat mel &c. *l.* 5. *c.* 16. inflammatione finita, vulnus purgandum est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 29. ulcus scalpello purgandum est *l.* 6. *c.* 19.

Purpura. purpurae stomacho aptae sunt *l.* 2. *c.* 28. alvum adstringunt *l.* 2 *c.* 30.

Purpureus. *v.* Viola.

Purulentus. ulcus iis quoque purgari potest, quibus purulenta curantur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 33. *v.* Auris, Humor, Nares, Naturalia, Sputum. purulenta urina. *v.* Detraho.

Purus. solet purus sanguis profluere *l.* 4. *c.* 22. purum corpus puro corpori junctum *l.* 5.

c. 28. s. 12. pura aqua *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. *v.* Aer, Pus, Vrina. parum pura membrana *l.* 8. *c.* 4. pura membrana *ibid.*

Pus. pus crassissimum albidissimumque est; glutinosius et sanguine et sanie.. exit ex ulcere jam ad sanitatem spectante *l.* 5. *c.* 26. *s.* 20. Pus inter haec optimum est. Sed id quoque pejus est multum, tenue, dilutum; magisque si ab initio tale est: itemque si colore sero simile, si pallidum, si lividum, si foeculentum est. Praeter haec si male olet; nisi tamen locus hunc odorem excitat. Melius est, quo minus est, quo crassius, quo albidius: itemque si laeve est, si nihil olet, si aequale est. Modo tamen convenire et magnitudini vulneris, et tempori debet: nam plus ex majore, plus nondum solutis inflammationibus fertur *ibid.* *v.* Ἐλαιώδες. pus purum et album *l.* 7. *c.* 2. album et crassum *l.* 5. *c.* 26. *s.* 28. cruentum *ibid.* laeve, album, et unius coloris *l.* 2. *c.* 8. *v.* Concoquo, Vomica. medicamenta quae puri movendo sunt *l.* 8. c. 10. *s.* 7.

Pusula, *et* pustula. tunc, *vere*, lippitudines, pustulae oriuntur *l.* 2. c. 1. *Ita Codd. omnes, omnesque Editiones. Alibi quoque plerique libri habent* pustula; *Vat.* VIII. *ubique* pusula; *etiam Med.* 1. *sed lib.* 3. *cap.* 22. per assiduas pustulas &c. Pusulae maxime vernis temporibus oriuntur. Earum plura genera sunt. Nam modo circa totum corpus partemve aspritudo fit, similis iis pusulis quae ex urtica, vel ex sudore nascuntur: ἐξανθήματα Graeci vocant: eaeque modo rubent, modo colorem cutis non excedunt. Nonnumquam plures, similes varis oriuntur; nonnumquam majores, [pusulae] lividae, aut pallidae, aut nigrae, aut aliter naturali colore mutato *l.* 5. c. 28. *s.* 15. pusulae minutae.. majus pusularum genus *ibid.* pusulae oriuntur quaedam humidiores, quaedam sicciores *ibid.* *s.* 16. *v.* Ἐπινυκτὶς, Φλύζακιον, Φλύκταινα. cutis plerumque subnigris pusulis impletur *l.* 5. c. 26. *s.* 31. huic praeter tabem illud quoque accedere solet, ut per assiduas pusulas, aut ulcera cutis exasperetur *l.* 3. c. 22.

Pusulosus. ulcus in locum pusulosum.. transit *l.* 5. *c.* 28. *s.* 31.

Puta, *adverbii modo, pro scilicet.* saepe etiam causas apparere, ut puta, lippitudinis, vulneris &c. *pro.* *l.* 1. ubi aures, in viro puta, perforatae sunt, et offendunt &c. *l.* 7. *c.* 8.

Putesco. *v.* Aqua.

Puteus. *v.* Aqua.

Puto. indicanda quaedam puto communiter ad omnia ossa pertinentia *l.* 8. *c.* 7. oportet itaque, ubi aliquid non respondet, non tanti putare auctorem, quanti aegrum *l.* 3. *c.* 1. *v.* Desum.

Putresco. carnis in eo loco paulum est, ideoque non multum, quod putresceret, fuit *l.* 5. c. 26. *s.* 34. idque vehementius etiam putrescendo intenditur, ubi ulcus humidum est *ibid.* *s.* 31.

Putris. *v.* Caro, Sanies, Vlcus.

Πυλωρὸς. *v.* Intestinum.

Pyrethrum. aperit *l.* 5. *c.* 5. adurit *l.* 5. *c.* 8.

Pyrites. *v.* Lapis.

Pythagoras. *v.* Professor.

Pythagoricus. Verum in his quidem antiquos tunc celebres admodum Pythagorici numeri fefellerunt *l.* 3. *c.* 4.

Pyxidicula. quod gummi hoc, *collyrium*, non habet, liquidum in pyxidicula servatur *l.* 6. c. 6. *s.* 5.

Pyxinum. *v.* Collyrium.

QVA

Qua. qua dolor est, ea scalpello cutis crebro incidatur *l.* 7. c. 1. *v.* Calvaria, Contingo, Fluo, *et passim alia.*

Quaecumque. qua rubet corpus si tumor quoque accessit, quaecumque is est, id optimum auxilium est *l.* 7. c. 1.

Quadragesimus. *v.* Aetas, Dies.

Quadraginta. quadraginta dies; *v.* Purgo.

Quadrans. resinae terebinthinae quadrans *l.* 5. c. 25. *s.* 8. *v.* Sumo.

Quadratus. *v.* Calculus, Corpus, Juncus, Panniculus. in quadratum. *v.* Curtus.

Quadrupes. *v.* Animal. inter domesticas vero quadrupedes levissima suilla est, gravissima bubula *l.* 18. *c.* 1.

Quaero. ante omnia quaeritur, primis diebus aeger qua ratione continendus sit *l.* 3. c. 4. *v.* Delectatio. somnum quaerere. *v.* Frictio.

Quaestio. obscurarum causarum, et naturalium actionum quaestionem ideo supervacuam esse contendunt, quoniam non comprehensibilis natura sit *pro.* *l.* 1. *v.* Experimentum.

Quaestus. *v.* Amplector.

Qualis. refert qualis morbus sit, quale corpus, quale coelum *l.* 3. c. 4. ubi quidam morbi, qualis comitialis, qualis insania est, sine febre, quamvis diu manent *l.* 2.

ex toto quiescere opus est *l.* 3. *c.* 16. venae quiescunt *l.* 3. *c.* 6. ubi dolor et febricula quierunt *l.* 4. *c.* 20. ubi cum dolore inflammatio quievit *l.* 8. *c.* 20. febris quae ante alteram accessionem ex toto quievit *l.* 2. *c.* 3. si neque tussis, neque febricula quiescit *l.* 3. *c.* 22. si tardius horror quiescit *l.* 3. *c.* 12. *v.* Articulus. sitim quieturam. *v.* Doceo.

Quietus. *v.* Cogitatio, Tempus.

Quilibet. quilibet cibus. *v.* Studeo, Imperitus, Pulvis. quaelibet herba ex refrigerantibus *l.* 3. *c.* 10. quodlibet lac *l.* 5. *c.* 27. *s.* 12. quorum quidlibet ex aceto impositum dolorem minuit *l.* 3. *c.* 10. cuilibet mutare eas, *compositiones*, cognitis facultatibus, facile est *l.* 5. *c.* 17. *s.* 1. ℑ quilibet alius. *v.* Animus. qui vel capitis vel arteriae dolores habere consuerunt, vel quoslibet alios oris affectus *l.* 1. *c.* 5.

Quin. *v.* Controversia, Dubium, Praecipio. ℑ quin etiam. quin etiam in iisdem hominibus aliae atque aliae proprietates sunt *pro. l.* 1. quin etiam quotidie ter quaterve opus est uti frictione vehementi *l.* 3. *c.* 21. *et passim*.

Quindecim. *v.* Nucleus, Piper.

Quini. *v.* Dens, Gutta.

Quinquagies. *v.* Perfrico.

Quinquaginta. lapidis, quem pyriten vocant, p. X. VIII. cum quinquaginta amaris nucibus miscetur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 15.

Quinque. *v.* Costa, Dies.

Quinquefolium impositum calefacit *l.* 2. *c.* 33. oportet jejunium sorbere vini cyathum cui contrita quinquefolii radix sit adjecta *l.* 4. *c.* 22.

Quintus. *v.* Dies, Pars. Quintusdecimus. post quintumdecimum diem *l.* 1. *c.* 3. Quintus et vicesimus. *v.* Comitialis. Quintus et tricesimus. *v.* Annus.

Quis. cum eo tamen, ne quis qui valere, et senescere volet, hoc quotidianum habeat *l.* 1. *c.* 3. danda opera est, ne qua cruditas in quotidianam id malum vertat *l.* 3. *c.* 14.

Quisquam. raro quisquam non aliquam partem corporis imbecillam habet *l.* 1. *c.* 3. vix quisquam. *v.* Dissimulo. vix quidquam ex his in autumnum non incidit *l.* 3. *c.* 1. cujusquam. *v.* Derogo. nullo quidquam agitante, nisi quod acceperat *pro. l.* 1. id cum idoneos auctores ex populo habeat, neque habere quidquam periculi possit.. inserendum huic operi meo credidi *l.* 4. *c.* 7. ℑ postea semper, antequam quidquam aliud, aquam bibere *l.* 4. *c.* 2.

Quisque. ante omnia norit quisque naturam sui corporis *l.* 1. *c.* 3. eo melior quaeque aqua est, quo celerius et calefit, et frigescit *l.* 2. *c.* 18. quo majus quodque animal, eo robustior ex eo cibus est *ibid*. et pro viribus cujusque, et pro opibus *v.* Gestatio. id fecisse quia non ab obscuris.. sed ab experimentis, prout cuique cesserant, medendi vias traxerint *pro. l.* 1. alterum quemque diem. *v.* Intermitto. quartum quemque diem. *v.* Efficax. per nationes quasque. *v.* Expono. primo quoque tempore *l.* 8. *c.* 12.

Quisquis. quisquis febre liberatus est, simulatque ea uno die non accessit, eo qui proximus est, post tempus accessionis, tuto lavari potest *l.* 2. *c.* 17. *v.* Psyllus. ex his intelligi potest, non quidquid boni suci est, protinus stomacho convenire; neque quidquid stomacho convenit, protinus boni suci esse *l.* 2. *c.* 25.

Quo. ubi, quo, *fistula*, maxime ferat, specillo exploratum est *&c.* *l.* 7. *c.* 4. *s.* 1. quo cutis inducta non fuerit, id linamentis erit contegendum *l.* 7. *c.* 33. *v.* Confugio, Pervenio, Tendo. ℑ *pro quod*. non quo perniciosior ibi sit, *fistula*, sed quo alteri periculo locum faciat *l.* 7. *c.* 7. *s.* 3. ℑ quo minus. quo minus etiam curatio probari Heraclidis Tarentini potest *l.* 3. *c.* 15. *v.* Blandior, Tempero, Succurro. ℑ *cum comparativis*. mulsum, quo plus mellis habet; defrutum, quo magis incoctum; passum, quo ex sicciore uva est, eo valentius est *l.* 2. *c.* 18. quo minus cito, *ista*, affecerint, eo tardius solventur *l.* 7. *c.* 7. *v.* Affectus, Fractura. ℑ *pro ut*. quo magis corpus nutriatur *&c.* *l.* 3. *c.* 6. quo minus corpus insudet *&c.* *l.* 3. *c.* 19. quo facilius. *v.* Interpono.

Quod. prima in eo dissensio est, quod alii sibi experimentorum tantummodo notitiam necessariam esse contendunt; alii *&c. pro. l.* 1. His communia sunt, quod propter angustias per quas spiritus evadit, sibilum edit *&c.* *l.* 4. *c.* 8. illud quoque nosse oportet, quod ex labore sudanti frigida potio perniciosissima est *l.* 1. *c.* 3. ℑ *pro quia*. cujus ea ratio est, quod, *jugulum*, per se non movetur, sed cum humeri motu consentit *l.* 8. *c.* 8. non quod.. sed quod *pro. l.* 2. ℑ *pro ut*. sub quibus perveniri ad sanitatem potest: cum eo tamen, quod non ignoremus, orto cancro saepe affici stomachum *l.* 7. *c.* 27.

RA

Raritas. sunt circa umbilicum plura vitia; de quibus propter raritatem inter auctores parum constat *l.* 7. *c.* 14.
Raro. id raro fit *l.* 3. *c.* 3. raro, sed aliquando tamen evenit, ut os quidem totum integrum maneat *&c. l.* 8. *c.* 4. *v.* Delirium. rarius, sed aliquando morbus quoque ipse novus est *pro. l.* 1. non nisi raro. *v.* Concedo. admodum raro. *v.* Costa. raro non ultra procedit *l.* 6. *c.* 6. *s.* 15.
Rarus. *v.* Balneum, Concubitus. rarior. *v.* Lenticula. rarissimus. *v.* Venus. ℑ *laxus, mollis. v.* Costa, Lienis. ℑ *hebes.* os rarum cui dens inhaeret *l.* 7. *c.* 12. *s.* 1. *Confer cum Gingiva.*
Rasus *v.* Aerugo. raso capite *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15.
Ratio. ratione ipsi medicinae opus est, etsi non inter obscuras causas, neque inter naturales actiones, tamen saepe *pro l.* 1. *v.* Insisto. Subtilis medicinae ratio. *v.* Gens. si rationes sequi velit, omnium videri possunt non improbabiles *pro l.* 1. sine ratione *v.* Consurgo. quod cum fecissent sine ulla probabili ratione *l.* 3. *c.* 4. vana ratio *ibid.* supervacua ratio *pro l.* 1. *v.* Temeritas. nihil rationis. *v.* Respicio. ℑ *causa, ordo, propositum.* requirunt etiam quae ratio somni, quae vigiliae sit *pro. l.* 1. *v.* Compertus. ratione aetatis et corporis *l.* 1. *c.* 1. dierum ratio. *v.* Muto. ponderum ratio. *v.* Misceo. vel corporis, vel loci, vel studii ratio *l.* 1. *c.* 2. habenda virium ratio est *l.* 2. *c.* 17. quod ad somnum pertinet, commodissima haec ratio est *l.* 3. *c.* 20. pastilli hacc ratio est *l.* 5. *c.* 17. *s.* 2. ratio curationis ejusmodi est *l.* 7. *c.* 9. tertianarum quartanarumque.. expeditior ratio est *l.* 3. *c.* 5. de cibo facilior cum aegris ratio est *l.* 3. *c.* 6 in quibus, *cruribus*, orti varices non difficili ratione tolluntur *l.* 7. *c.* 31. ratione certa. *v.* Colloco. eadem omnia ratione curantur *l.* 4. *c.* 6. similes omnia quae posita sunt, rationes habere *pro. l.* 1 *v.* Dissimilis. *pestilentia*, variis rationibus nocet *l.* 2. *c.* 1. *v.* Victus.
Ratiocinatio. etiam sapientiae studiosos maximos medicos esse, si ratiocinatio hoc faceret: nunc illis verba superesse, deesse medendi scientiam *pro. l.* 1.
Rationalis. *v.* Ars, Medicina, Medicus, Serapion, Cogito.
Raucitas. si sicca aestas Aquilones habuit, autumno vero imbres Austrique sunt, tota hieme quae proxima est, tussis, destillatio, raucitas, in quibusdam etiam tabes oritur *l.* 2. *c.* 1.
Recedo. cum latum scapularum os ab humero recedit; et in brachio radius a cubito *&c. l.* 8. *c.* 11. ubi ossa per vim paulum inter se recesserunt *l.* 8. *c.* 20. si calculus aut ibi non fuit, aut recessit retro *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. cum ex toto recessit accessio *l.* 2. *c.* 17. si a dentibus gingivae recedunt, eaedem antherae succurrunt *l.* 6. *c.* 13. *v.* Artifex, Conquiro, Digitus, Fragmentum.
Recens. pertinet etiam ad rem *&c.* recenti re protinus adhiberi medicinam *l.* 7. *c.* 29. omnia recentia, quam salsa plus alimenti praestant *l.* 2. *c.* 18. *v.* Adeps, Capax, Caro, Cicatrix, Coitus, Dolor, Febris, Fistula, Malum, Plaga, Suffusio, Vitium, Vulnus. ℑ recentior. *v.* Fraudo, Medicus.
Receptaculum. *v.* Ventriculus.
Receptus. id, *ferramentum*, receptum inter duos digitos *&c. l.* 7. *c.* 26. *s.* 2.
Recessus. *v.* Processus.
Recidiva. *v.* Κρισυμὸς.
Recido. ubi esse in tuto videtur, verendum tamen est, ne in eamdem imbecillitatem cito recidat *l.* 3. *c.* 19.
Recipio. lumen recipere *l.* 6. *c.* 6. *s.* 37. mature vires suas recipere *l.* 4. *c.* 32. imponenda adustis, *gingivis*, lenticula est, donec sanitatem, qualis esse potest, recipiant *l.* 6. *c.* 15. curationem, ubi id quod est non recipit, potest recipere id quod futurum est *l.* 3. *c.* 9. curationem non difficillimam recipere *l.* 5. *c.* 28. *s.* 19. vix ullam curationem recipere *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. ulcera cicatricem vix recipiunt *l.* 4. *c.* 16. quartum, *impetiginis*, genus est quod curationem omnino non recipit *l.* 5. *c.* 28. *s.* 17. vaporem calidum ore recipere *l.* 4. *c.* 9. se recipere *l* 3. *c.* 15. in se recipere. *v.* Processus. id leniter per ipsas manus recipiendum est *l.* 4. *c.* 29. retro telum recipere *l.* 7. *c.* 5. *s.* 1. ut sine difficultate telum recipiatur *ibid. s.* 4. alterum genus insaniae est, quod spatium longius recipit *l.* 3 *c.* 18. proxima cutis quae vitium receptura est, tumidior et durior est *l.* 5. *c.* 28. *s.* 4. *v.* Aer, Anus, Controversia, Discrimen, Stomachus, Testa.
Recito. recitare, si qua meminerunt, cogendi sunt *l.* 3. *c.* 18.
Recognitus. *v.* Submoveo.
Recondo. id, *genu*, quod in posteriorem par-

tem excidit, eodem modo rotundo aliquo super poplitem imposito, adductoque eo crure reconditur *l.* 8. *c.* 21. si quod parvulum fragmentum ossis eminet, id si retusum est, in suam sedem dandum: si acutum, ante acumen ejus; si longius est, praecidendum; si brevius, limandum, et utrumscalpro laevandum: tum ipsum recondendum est *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. si quidquid laesum est extra est, neque intus reconditum &c. *l.* 6. *c.* 18. *s.* 7.

Recrementum. *v.* Plumbum.

Recta, *adverb.* *v.* Inflexus.

Recte. sanguis recte mittitur. *v.* Vva. Molestius est, si stomachus bile vitiosus est. His recte alvus ducitur *l.* 4. *c.* 12. *v.* Abstineo, Bibo, Cedo, Concurro, Conjicio, Emendo, Fio, Fraudo, Jaceo, Jugulum, Procedo, Respergo, Succurro, Tento.

Rectus. *v.* Ambulatio, Auris, Dens, Digitus, Fistula, Insisto, Intestinum, Manus, Nervus, Plaga, Τέτανος, Varix.

Recursus. facilis ad bonam valetudinem recursus *l.* 4. *c.* 7.

Recurvo. *cubitus*, si in priorem partem prolapsus est, extentum brachium est, neque recurvatur.. si in exteriorem interioremve, brachium porrectum est, sed paulum in eam partem a qua os recessit recurvatum *l.* 8. *c.* 16. Major in extendendo, *membro*, mora est, ubi recurvato articulo curatio adhibita est; quam in recurvando eo quod rectum continuerimus *l.* 5. *c.* 26. *s.* 28. *v.* Costa, Fistula, Intestinum. inflatae venae quasi recurvantur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2.

Recurvus. *v.* Jugulum.

Redditus. balneum, nisi jam certa fiducia redditae sanitatis est, alienum est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34. *v.* Cupiditas.

Reddo. ex quo casu quamvis vita redditur, tamen id fere membrum debilitatur *l.* 2. *c.* 4. *v.* Defendo, Fraudo. Mithridatis antidotum; quod quotidie sumendo rex ille dicitur adversus venenorum pericula tutum corpus suum reddidisse *l.* 5. *c.* 23. *s.* 3. ℑ *emitto, excerno*. venter ei qui a periculo tutus est, reddit mollia, figurata &c. modo convenientia iis quae assumuntur *l.* 2. *c.* 3. si venter suppressus parum reddit *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. nonnumquam stomachus quoque affectus primum rufam bilem per os reddit, deinde viridem &c. *l.* 7. *c.* 18. ℑ *efficio*. Aquilo corpus spissat, et mobilius atque expeditius reddit *l.* 2. *c.* 1. *v.* Labor.

Redeo. si antequam vesica purgata est, orae se glutinarunt, dolorque et inflammatio redierunt &c. *l.* 7. *c.* 27. ut vinum in stomacho retineatur, exque eo toti corpori calor, venisque vis redeat *l.* 3. *c.* 19. levato accessionis impetu, protinus mens redit *l.* 3. *c.* 18. cum horum, *columbae, palumbi, hirundinis*, acies extrinsecus laesa interposito tempore in antiquum statum redeat *l.* 6. *c.* 6. *s.* 39. *v.* Consurgo. eoque fit, ut is, *pilus*, eo unde vi abductus est redeat *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. si subinde redit, *suffusio*, acu concidenda est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14. membrum.. cum vi quadam ad consuetudinem suam redeat *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. iterum ad usum balnei redire *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. ad vinum redire *l.* 4. *c.* 5. interdum quaedam, *febres*, longiore circuitu redeunt *l.* 3. *c.* 3. si non redit et motus et mens, nihil spei superest *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. *v.* Defendo, Suspendium.

Redigo. *v.* Curtus.

Redormio. *v.* Surgo.

Reduco. ad cibum reducere. *v.* Epulans. nec protinus exercendum id membrum, sed paulatim ad antiquos usus reducendum est *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. ℑ *retro trahere*. si ex inflammatione coles intumuit, reducique summa cutis, aut rursus induci non potest *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2. satis est.. ex duobus ministris alteri imperari, ut caput lati scapularum ossis leniter reducat, alteri ut brachium extendat *l.* 8. *c.* 15. *v.* Salvus.

Reductus. cruribus paulum reductis *l.* 3. *c.* 3. ad spinam reducta praecordia *l.* 5. *c.* 26. *s.* 10.

Referens. humor glutinosus.. crassitudinem mellis aut visci referens *l.* 5. *c.* 28. *s.* 13.

Refero. eosdem, *morbos*, alii inter acutos, alii inter longos retulerunt *l.* 3. *c.* 1. *malagma*, quod ad Polyarchum auctorem refertur *l.* 5. *c.* 18. *s.* 8. ubi frigere coepit, *ferramentum*, ad ignem refertur *l.* 2. *c.* 17. ℑ *repraesento*. humor exit.. qui referre vel pus, vel saniem videtur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 6. ℑ *dico, propono, scribo*. post eos de quibus retuli, nulli clari viri medicinam exercuerunt *pro.* *l.* 1. si tenuius intestinum perforatum est, nihil profici posse jam retuli *l.* 7. *c.* 16.

Refert. refert qualis morbus sit, quale corpus, quale coelum, quae aetas, quod tempus anni *l.* 3. *c.* 4.

Refectio. longo morbo vitiata corpora, etiamsi illo vocant, refectionem tamen non accipiunt *l.* 3. *c.* 22. quod ut sustinere aliquis possit, tamen, etiam febre liberatus, vix

refectioni valebit *l.* 3. *c.* 15. si in refectione manserit tussis &c. *l.* 4. *c.* 13.

Reficio. oportet.. paulatim se cibo reficere *l.* 4. *c.* 18. nonnulli ea, *febre*, bene finita, reficiunt stomachum cibo frigido et levi *l.* 3. *c.* 11. ut quo modo se quisque aeger refecerit, eo sanus utatur *l.* 4. *c.* 12. multi ex profusione sanguinis intermorientes ante ullam curationem vino reficiendi sunt: quod alioqui inimicissimum vulneri est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 25. ea medicina non minus grata fuit iis quos Hippocratis successores non refecerant, quam nunc est iis &c. *l.* 3 *c.* 9. *v.* Aestuans, Aestuo, Iter, Labor.

Refrigerans. videre oportet refrigerantia magis, an calefacientia leniant *l.* 4. *c.* 2.

Refrigero. refrigerat in jejuno et balneum, et somnus, nisi nimis longus est; omnia acida; aqua quam frigidissima, oleum, si aqua miscetur *l.* 1. *c.* 3. refrigerant olera quorum crudi caules assumuntur, ut intubus, et lactuca: item coriandrum, cucumis, elixa cucurbita, beta, mora, cerasa, mala austera, pira fragilia, caro elixa, praecipueque acetum, sive caro ex eo, sive potio assumitur *l.* 2. c. 27. *v.* Homo, Repleo, Reprimo.

Refrigesco. utendum calidis cataplasmatis.. quae quia refrigescunt, imponere noctu malagmata commodius est *l.* 4. *c.* 29.

Refugio. oculi lumen refugiunt, quaeque in iis alba esse debent, rubescunt, atque in iisdem venulae pallent *l.* 2. *c.* 6.

Refundo. *v.* Pateo.

Regero. *debet*, caput aqua frigida perfundere.. eamque, ne quid oculis aliisve partibus noceat, defluentem subinde manibus ad hoc regerere *l.* 1. *c.* 4.

Regestus. ne, *alvus ducatur*, in ipso accessionis impetu, quia quod tum infusum est alvo continetur, regestumque in caput, multo gravius periculum efficit *l.* 2. c. 12. *s.* 2.

Regio. Italia frigidioresque regiones. *v.* Salubritas. mediterraneae regiones. *v.* Ventus. graves regiones. *v.* Discedo. ℑ *translate*. Lienis paulum a costarum regione in uterum excedens *l.* 4. *c.* 1. supra cubiti alterius regionem *l.* 8. *c.* 10. *s.* 3. infra regionem pupillae *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14.

Regius. *v.* Arquatus.

Regula. sinus umbilici tum vacuus a quibusdam duabus regulis exceptus est *l.* 7. *c.* 14. *v.* Objicio.

Rejectus. Asclepiades aquam quoque salsam, et quidem per biduum, purgationis causa bibere cogebat, iis quae urinam movent rejectis *l.* 3. *c.* 24. *v.* Medicina.

Relatus. *v.* Denarius.

Relaxatus. corpus et aestate, et subinde meridianis caloribus relaxatum *l.* 2. *c.* 1. *v.* Cedo, Digestio.

Relaxo. prodest jejuno prehendere per multas partes cutem, et attrahere, ut relaxetur *l.* 3. *c.* 22. *v.* Evoco, Pilus.

Relevo. ubi aliquis relevatus est &c. *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. quidam aquis calidis usi, relevatique sunt *ibid.* *s.* 37.

Relictus. in medio tantum relicto exiguo urinae itinere *l.* 7. *c.* 25. *s.* 1. *v.* Talus.

Relinquo. pro sedibus et pro casibus qui inciderunt, aut major aut minor usus ejus membri relinquitur *l.* 8. *c.* 11. potius ex sana parte aliquid excidatur, quam ex aegra relinquatur *l.* 7. *c.* 33. *v.* Arbitrium, Curtus, Provideo, Spatium, Suffusio, Vestigium ℑ *pro trado*. *v.* Nota.

Reliquiae. *v.* Excipio, Gestatio, Inhaereo.

Reliquus. reliquum corpus *l.* 2. *c.* 7. reliqua membra *l.* 8. c. 10. *s.* 7. reliquo tempore *l.* 3. *c.* 16. ℑ *reliquum, absolute*. si nihil reliqua proficiunt, sanguis mittendus est *l.* 3. c. 22. in reliquis variae sententiae sunt *l.* 7. *c.* 14.

Remaneo. si longae febres sine dolore, sine manifesta causa remanent *l.* 2. *c.* 7. lentae morborum reliquiae remanent. *v.* Gestatio. si vetustior dolor remanet *l.* 4. *c.* 13. si juxta stercus est, et intus remanet *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. nonnumquam fracta in his ossa in suis sedibus remanent; multo saepius excidunt *l.* 8. c. 10. *s.* 1. sive extra remansit, *cubitus*, sive intus revertit *l.* 8. *c.* 16.

Remanens. *v.* Suspicio.

Remedium. quaedam remedia increscentibus morbis, plura inclinatis conveniunt: eaque quae increscentibus apta sunt, ubi acutus increscens urget, in remissionibus potius experienda sunt *l.* 3. *c.* 2. remedium est magni et recentis doloris sanguis missus *l.* 4. *c.* 13. unicum remedium *l.* 5. c. 27. *s.* 2. remedio sunt cucurbitulae *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. sunt quaedam remedia propria adversus quaedam venena *l.* 5. c. 27. *s.* 12. diversa, ut vitia ejus, *stomachi*, sic etiam remedia sunt *l.* 4. *c.* 12. contraria remedia. *v.* Medicus. Asclepiades febre ipsa praecipue se ad remedium ejus uti professus est *l.* 3. *c.* 4. si sanguis tantum fluit, expeditius et remedium et finis est *l.* 4. *c.* 11. *v.* Adhibeo, Cedo, Locus, Submoveo.

Remissio. febris et remissionis ratio *l.* 3. *c.* 6. plane plurimum interest, quantae qualesque inter eas, *accessiones*, remissiones sint *l.* 3. *c.* 5. remissio vera *l.* 3. *c.* 8. remissio, quae maxima in febre continua potest esse *l.* 3. *c.* 4. remissio, quanta maxima inveniri poterit *l.* 3. *c.* 20. tempora remissionum modo liberalia, modo vix ulla sunt *l.* 3. *c.* 3. sine ulla remissione. *v.* Febris.

Remissus. Nonnumquam in ipso morbo dierum ratio mutatur; fitque gravior, qui remissior esse consueverat *l.* 3. *c.* 4. *v.* Exercitatio. fere remissius matutinum tempus aegris est *l.* 3. *c.* 5.

Remittens. tumorem subesse discimus, si tumor est numquam ex toto se remittens, sed interdum levior &c. *l.* 7. *c.* 14.

Remitto. aliae, *quotidianae*, vix quidquam aut nihil remittunt *l.* 3. *c.* 3. si febres quotidie quidem increscunt, sed sine integritate tamen remittunt *l.* 3. *c.* 5. si tertiana quae ex toto intermittit, aut quartana est *l.* 3. *c.* 14. *v.* Donum, Papula, Pomum, Squama. ℑ *passive*. febres quae circumitum certum habent, et ex toto remittuntur *l.* 3. *c.* 12. ℑ frigida potio etiam cum sudor se remisit, itinere fatigatis inutilis est *l.* 1. *c.* 3. ubi dolor et inflammatio se remiserunt *l.* 4. *c.* 31.

Remotus. vino tantum remoto *l.* 3. *c* 19.

Removeo. calida aqua eatenus necessaria est, ut sanies removeatur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 30. omnia acria atque acida removenda *l.* 4. *c.* 12. removendi terrores. *v.* Affero. si qua, *fragmenta*, labant, et ex facili removeri possunt, forcipe ad id facto colligenda sunt *l.* 8. *c.* 4. *v.* Juvo.

Renascor. frustra aquam emitti, quae vitiato illo, *jecinore*, subinde renascatur *l.* 3. *c.* 21. *v.* Digitus, Verruca.

Renes. renes lumbis sub imis costis inhaerent, a parte earum rotundi, ab altera resimi; qui et venosi sunt, et ventriculos habent, et tunica superconteguntur *l.* 4. *c.* 1. renum dolores *l.* 2. *c.* 1. si sanguis aut pus in urina est, vel vesica vel renes exulcerati sunt. Si haec crassa caruncnlas quasdam exiguas quasi capillos habet &c. utique in renibus vitium est *l.* 2. *c.* 7. renes ubi affecti sunt, diu male habent *l.* 4. *c.* 17. auxilio his exulceratis sunt, si adhuc ulcera purganda sunt, cucumeris semina &c. *ibid.*

Renisus. cartilago ubi subsit, ipsa sedes docet, perventumque esse ad eam ex renisu patet *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12.

Renitens. quaedam ex his, *tuberculis*, dura ac renitentia sunt *l.* 7. *c.* 6.

Renitor. fere ganglia renituntur *l.* 7. *c.* 6. *tumor*, renititur sicut uter repletus, et arte adstrictus *l.* 7. *c.* 18. id prementi magis renititur. *ibid.*

Renovo. quo medicamento quidam etiam ulcera, de quibus proxime dixi, renovant *l.* 6. *c.* 18. *s.* 8. tenuis cicatrix inducitur, deinde iterum rumpitur, ulcusque renovatur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 5.

Repello. si in alterutrum latus procidit, *os*, manibus in contrarium repellendum est *l.* 8. *c.* 17. si omentum descendit &c. quod parvulum est, super inguen in uterum vel digito, vel averso specillo repellendum est *l.* 7. *c.* 21. si clunes os vulvae urgere coeperunt, retro repellendae sunt *l.* 7. *c.* 29. ℑ *translate.* linamenta super non fulcienda, sed leviter tantum imponenda sunt; supraque, ea quae inflammationem repellant *l.* 7. *c.* 19.

Repente. si in priorem partem cubitus prolapsus est &c. rotundum aliquid a lacerti parte ponendum est; et super id repente cubitus ad humerum impellendus est *l.* 8. *c.* 16. *v.* Excito.

Repentinus. *v.* Aliquandiu, Alvus. repentini casus. *v.* Strangulo. repentinum nubilum. *v.* Protego.

Reperio. Ammonius Alexandrinus, multique alii celebres viri, singuli quaedam repererunt *pro.* *l.* 7. plurima in dando cibo discrimina reperiuntur *pro.* *l.* 1. in iis, *tuberculis*, quae renituntur, aut capillis quaedam similia, aut concreti confertique pili reperiuntur *l.* 7. *c.* 6. nonnumquam etiam ea, *vena*, latet, neque facile reperitur *l.* 2. *c.* 10. Quod si jam incidat mali genus aliquod ignotum.. *medicum*, protinus visurum, cui morbo id proximum sit, et per ejus similitudinem opem reperturum *pro.* *l.* 1. Reperti in Graecia sunt, qui &c. *v.* Enitor, Fraudo, Glorior, Machinamentum, Opinio, Nemo, Praecipio, Respicio.

Repertor. *v.* Ammonius.

Repertus. *v.* Dissero, Negotium, Via.

Repetens. *v.* Crucio.

Repeto. ii morbi qui in articulis nervisque modo urgent, modo quiescunt, tunc maxime, *vere*, et inchoantur, et repetunt, *l.* 2. *c.* 1. si ne rupta quidem vomica.. febris quievit, aut quamvis quieverit, tamen repetit &c. *l.* 2. *c.* 8. *v.* Confirmo.

Repleo. utilis, *est*, vomitus plenis et bi-

liosis omnibus, si vel nimium se repleruut, vel parum concoxerunt *l.* 1. *c.* 3. cui fauces sanguine et interdiu et noctu replentur *&c. l.* 2. *c.* 7. is sinus carne replebitur *l.* 8. *c.* 2. incipit . . caro increscere; eaque id quod inter ossa vacuum est replet *l.* 8. *c.* 4. cum jam venter et praecordia ultra modum repleta, satisque refrigerata sunt, vomere debet *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2.

Repletus. repletis ulceribus *l.* 5. *c.* 26. *s.* 30. *v.* Corpus, Hapsus, Inanis, Vter.

Replico. si, *infans*, transversus est, neque dirigi potuit, uncus alae injiciendus, paulatimque attrahendus est. Sub quo fere cervix replicatur, retroque caput ad reliquum corpus spectat *l.* 7. *c.* 29.

Repono. *v.* Articulus, Contineo. quidquid suo loco motum est, ante inflammationem reponendum est *l.* 8. *c.* 11. reponendi ratio una est *&c. l.* 8. *c.* 16. magnum periculum femori est, ne vel difficulter reponatur, vel repositum rursus excidat *l.* 8. *c.* 20. *manus*, reponi non difficillime potest *l.* 8. *c.* 17. reliqua quidem membra lentius intendenda, et ossa in suas sedes reponenda sunt: in his vero *&c. l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. sin os fractum est, id quoque digitis in suam sedem reponendum est *l.* 8. *c.* 5. talus in omnes partes prolabitur *&c.* reponitur is quoque per manus, prius in diversa pede et crure diductis *l.* 8. *c.* 22. Hippocrates nihil tuto reponi posse, praeter digitos et plantas et manus dixit, *scilicet ubi ossa cum vulnere exciderunt l.* 8. *c.* 25. ubi utrolibet modo curatum est, intus reponendum est *l.* 6. *c.* 18. *s.* 10. ℑ *reservare ad usum*. pira quae reponuntur tarentina atque signina stomacho apta sunt *l.* 2. *c.* 24.

Repositus. reposito humero *l.* 8. *c.* 15. reposito osse *l.* 8. *c.* 12.

Repraesento. id, θύμιον, summum colorem floris thymi repraesentat *l.* 5. *c.* 28. *s.* 14. ossa fracta si suis sedibus excidunt, mota resonant, punctionisque sensum repraesentant *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. positum et ordinem, *interiorum partium*, nosse debent: quae cadavera melius, quam vivus et vulneratus homo, repraesentant *pro. l.* 1. *v.* Calx, os.

Reprehendo. *v.* Ejicio.

Repressus. ubi jam repressus videbitur humor *&c. l.* 7. *c.* 3.

Reprimens. lenia medicamenta, et modice reprimentia *l.* 6. *c.* 6. *s.* 2.

Reprimo. leniter simul et reprimunt, et molliunt lana sucida *&c. l.* 2. *c.* 33. simul et reprimunt, et refrigerant herba muralis *&c. ibid.* sine frigore reprimunt cocta mala cotonea *&c. ibid.* fere quae vehementer et reprimunt, et refrigerant, durant *ibid.* si caro supercrevit, modice reprimit siccum linamentum; vehementius squama aeris *l.* 5. *c.* 26. *s.* 30. imponetur aliquod medicamentum ex iis quae leniter reprimunt *l.* 8. *c.* 5. resoluta cutis . . emplastro circumdatur, quod valenter inflammationem reprimat *l.* 7. *c.* 25. *s.* 1. ulcera supercrescentia collyrio quod μεμιγμένον vocatur, optime reprimuntur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 18. *v.* Cataplasma, Cicatrix, Fomentum, Gargarizatio. pituitam reprimere. *v.* Absorbeo.

Repudio. id Asclepiades jure ut vanum repudiavit *l.* 3. *c.* 4.

Repugnans. *v.* Vindico.

Repugno. *v.* Assentior, Evidentia, Septenarius.

Repulsus. *v.* Immoror.

Repurgatus. repurgatum ulcus sic, ut cetera, nutriendum est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 33.

Repurgo. commodius est subinde pectendo repurgare, quam id ex toto prohibere *l.* 6. *c.* 2.

Requies. si ne tunc quidem ulla requies aegris est *&c. l.* 3. *c.* 5. exigua requies est *l.* 4. *c.* 22.

Requiro. requirunt etiam quare venae nostrae modo submittant se, modo attollant *&c. pro. l.* 1. abditas causas vocant, in quibus requiritur ex quibus principiis nostra corpora sint *ibid.* ℑ *posco*. vehemens febris . . sanguinis detractionem requirit *l.* 2. *c.* 10. saepe interiore parte humorem non requirente, os et fauces requirere *l.* 3. *c.* 4. cum ea, *ossa*, fracta, fissa, forata, collisa sunt, quasdam proprias in singulis, quasdam communes in pluribus curationes requirunt *l.* 8. *c.* 3. minor impetus minus acrem curationem requirit *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. illo neminem decipi decet, ut propriam viscera curationem requirant *l.* 5. *c.* 28. *s.* 24. ubi usus requirit *&c. l.* 6. *c.* 7. *s.* 1.

Res. res interdum cogit emoliri manu urinam *l.* 7. *c.* 26. *s.* 1. ea res et levis est, et refrigerando pituitam coerceet, et non exarescit *&c. l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. res eadem magis alit jurulenta, quam assa; magis assa, quam elixa *l.* 2. *c.* 18. quae res sedem brachio praestat *l.* 8. *c.* 1. alia res alia vel valentior est, vel infirmior *l.* 1. *c.* 18. aliae res boni suci sunt; aliae mali

&c. *l.* 2. *c.* 19. magnae res. *v.* Fiducia. parvas res attollere. *v.* Histrio. novae res *l.* 1. *c.* 3. recenti re *l.* 6. *c.* 6. *s.* 37. cum jam vetus res est *l.* 8. *c.* 25. confessio promptae rei. *v.* Obligo. in difficili rem esse. *v.* Homo prudens. multae res. *v.* Inscius. mille res. *v.* Conspectus. cibus a salsamentis, oleribus, similibusve rebus melius incipit *l.* 1. *c.* 2. res inter se multum differentes. *v.* Differo. diversae res. *v.* Modus. latentes res. *v.* Conjectura. rerum natura. *v.* Existo. rerum ratio. *v.* Compertus. *v. etiam* Auctor, Cedo, Controversia, Desidero, Exspecto, Fallo, Fides, Jaceo, Invetero, Patior, Prohibeo, Vrgeo. ℑ *alicubi vox* res *omittitur*. cujus repertor Ammonius, *i. e. cujus rei l.* 7. *c.* 26. *s.* 3. neque hujus ullus modus est, *i. e. hujus rei l.* 5. *c.* 17. *s.* 1.

Reservo. partum reservare. *v.* Tormina. quae omnia, per medicamenta quoque rupta suppuratione, sequuntur: sed quia magno malo vix sine ferro mederi licet, in hunc locum reservata sunt *l.* 7. *c.* 3.

Resido. gravis morbi periculum est ubi, *aeger*, residere vult in ipso acuti morbi impetu *l.* 2. *c.* 4. *v.* Adversus, Medicus peritus. ℑ *translate*. ubi resedit inflatio &c. *l.* 4. *c.* 12. *v.* Arteria aspera, Facies.

Resimus. *v.* Ferula, Lamina, Plaga, Renes.

Resina. concoquit et movet pus *l.* 5. *c.* 3. aperiunt.. resina terebinthina et pinea *l.* 5. *c.* 4. purgant.. resina, et pinea, et terebinthina liquida *l.* 5. *c.* 5. resina terebinthina humida rodit *l.* 5. *c.* 6. resina arida *l.* 5. *c.* 18. *s.* 2. resina pinea arida *l.* 5. *c.* 19. *s.* 20. resina colophoniaca *ibid*. *s.* 11. resina ex lentisco liquida *l.* 5. *c.* 18. *s.* 24. resina quam glutinosissima, maximeque terebinthina *l.* 6. *c.* 7. *s.* 9.

Resinatus. *v.* Vinum.

Resisto. ubi in balneum venit, paulisper resistere, *debet*, experirique num tempora adstringantur *l.* 2. *c.* 17. *v.* Credibilis.

Resolvo. oportet vulnus deligare, et quotidie resolvere *l.* 8. *c.* 4. necessarium est saepius vulnus resolvere, atque nutrire *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. tertio quoque die nodus resolvendus est *l.* 7. *c.* 4. *s.* 4. interdum etiam nervi ac membranulae resolvuntur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. *v.* Coitus, Dens, Polypus, Porrigo, Steatoma. *membranulas*, scalpello resolvere *l.* 7. *c.* 20. quid adstrictum corpus resolvat &c. *v.* Medicus. quod in iis verum est, quibus alvus facile, nec tuto resolvitur *l.* 1. *c.* 3. alvus quoque ducta saepe superiores partes resolvit *l.* 4. *c.* 6. aestas adjicit febres &c. et quidquid sudore hominem resolvit *l.* 2. *c.* 1. frequentissimum ejus, *stomachi*, vitium est, quo resolvitur *l.* 4. *c.* 12. ℑ medulla, quae in spina est percussa, nervi resolvuntur, aut distenduntur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 17. manus resolvuntur *l.* 8. *c.* 14. femina resolvuntur *ibid*. si lingua resoluta est *l.* 4. *c.* 4. quacumque parte corporis membrum aliquod resolutum est, si non movetur, et emacrescit, in pristinum habitum non revertitur; eoque minus quo vetustius id vitium est, et quo magis in corpore senili est *l.* 2. *c.* 8. *v.* Resolutio. ℑ *Intereo*, *Extinguo*. si tempus autumni est; quo fere, qui cetera parte anni traxerunt, resolvuntur *l.* 2. *c.* 8.

Resolutio. alvi resolutio. *v.* Post. membrorum resolutio *l.* 3. *c.* 24. maxillarum quaedam resolutio *l.* 4. *c.* 15. oris resolutio etiam alvo cita finitur *l.* 2. *c.* 8. ℑ *Resolutio nervorum*. Resolutio nervorum frequens ubique morbus est: sed interdum tota corpora, interdum partes infestat. Veteres auctores illud ἀποπληξίαν, hoc παράλυσιν nominaverunt: nunc utrumque παράλυσιν appellari video. Solent autem qui per omnia membra vehementer resoluti sunt, celeriter rapi &c. In partibus vero numquam acutus, saepe longus, fere insanabilis morbus est. Si omnia membra vehementer resoluta sunt, sanguinis detractio vel liberat, vel occidit &c. Post sanguinis missionem, si non redit et motus et mens, nihil spei superest: si redit, sanitas quoque prospicitur. At ubi pars resoluta est, pro vi et mali et corporis, vel sanguis mittendus, vel alvus ducenda. Cetera eadem in utroque casu facienda sunt &c. *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. oculorum resolutio, quam παράλυσιν Graeci nominant *l.* 6. *c.* 6. *s.* 36. Omni resolutioni nervorum ad medicinam non idonea tempora sunt hiems et autumnus: aliquid sperari potest vere et aestate. Isque morbus mediocris vix sanatur, vehemens sanari non potest *l.* 2. *c.* 8.

Resolutus. membrum aliquod resolutum ipsius frictione confirmatur *l.* 2. *c.* 14. *v.* Alo. oculi quasi resoluti. *v.* Moveo.

Respergo. polline etiam piperis recte respergitur, *palatum l.* 4. *c.* 7. delinendus homo est vel gypso, vel argenti spuma, vel cimolia creta, vel etiam subinde horum pulvere respergendus *l.* 3. *c.* 19. ea mem-

brana acri aceto respergenda est *l.* 8. *c.* 4. *v.* Rado.

Respersus. *v.* Spumo.

Respicio. adeo apparet, quacumque ratione ad numerum respexerimus, nihil rationis sub illo quidem auctore reperiri *l.* 3. c. 4.

Respondeo. nihil, aut tarde respondere *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. *v.* Ignobilis. ℑ *convenire, congruere*. saepe evenit, ut quotidie plures accessiones remissionesque sint, sic tamen, ut unaquaeque alicui priori respondeat *l.* 3. *c.* 3. id enim fecisse, quia non ab obscuris causis &c. sed ab experimentis, prout cuique responderant, medendi vias traxerint *pro.* *l.* 1. *v.* Nota, Noto, Os. quod si in pure quoque, aquaque quae inter cutem est ita respondet, quanto magis necesse est in sanguine respondeat? *l.* 2. c. 10. Credo.. plura esse tentata; quae in personis varie responderunt *l.* 5. *c.* 28. *s.* 7. id saepe commode respondere experimenta testantur *l.* 4. *c.* 11. ubi aliquid non respondet. *v.* Puto, Medicina. bene respondere.. non respondere. *v.* Femina. non semper eodem modo respondere. *v.* Morbus.

Respuo. *v.* Concupisco.

Restituo. per plures dies idem facere oportet, donec ex toto sanitas restituatur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. aliud curationis genus vix umquam sanitatem restituit; saepe mortem tantum differt, vitam interim infestat *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. si quis temere habitus adhuc integris viribus vivit, admota curatione momento restituitur *l.* 3. *c.* 2. qui secundis aliquando frustra curatus fuit, contrariis saepe restituitur *pro.* *l.* 1. *v.* Curatio, Imbecillus, Ratio. quoties aliquid stomachus, aut venter effudit, toties per haec vires restituere, *oportet* *l.* 4. *c.* 18. cibis assumptis iisdem quos proxime posui, stomachus restituendus *l.* 4. *c.* 12. si per haec restitutus oculus in sedem suam non est &c. *l.* 6. *c.* 6. *s.* 9. Hippocrates, Diocles &c. clari admodum auctores, ex toto se restituisse, *femur*, memoriae prodiderunt *l.* 8. *c.* 20. id quod in latus elapsum est, digitis restitui, *debet* *l.* 8. *c.* 19.

Restitutus. Tussis fere propter faucium exulcerationem molesta est.. Itaque illis restitutis ipsa finitur *l.* 4. *c.* 10.

Resto. *v.* Vivus.

Resupinatus. id, *coxarum os*, ab exteriore parte gibbum; ad spinam resupinatum &c. *l.* 8. *c.* 1. eam, *urinam*, quidam promptius recti, quidam resupinati.. reddunt *l.* 2. *c.* 7.

Resupino. resupinandus homo est *l.* 7. *c.* 16. resupinandum corpus *l.* 7. *c.* 14.

Resupinus. resupinus collocandus sic, ut caput humile sit, coxae paulum excitentur *l.* 7. c. 26. *s.* 5. oportet resupinam mulierem transverso lecto sic collocare, ut feminibus ejus ipsius ilia comprimantur *l.* 7. *c.* 29. *v.* Aversus, Teneo.

Resurgo. *v.* Struma.

Retentus. retento diutius spiritu *l.* 7. *c.* 17. *v.* Curro, Exerceo. alius rursus metus subest, ne nimis valenter ibi retenta materia magnam inflammationem postea moveat *l.* 5. *c.* 26. *s.* 21.

Retineo. ex eo fieri, ut neque retineatur cibus, neque si quis retentus est, concoquatur *l.* 7. *c.* 27. quod si redditur quidquid receptum est, multum taedio demit; si retentum est, morbum auget *l.* 3. *c.* 21.

Retraho. *v.* Convivium.

Retro. aequaliter retro maxilla agenda est *l.* 8. *c.* 12. jugulum retro dandum *l.* 8. c. 8. *v.* Bonum, Cogo, Compello, Recedo, Recipio, Replico, Revolvo, Sagitta.

Retusus, id ipsum, *os*, nonnumquam retusa habet capita, nonnumquam acuta *l.* 8. *c.* 7. retusa ossa *l.* 8. *c.* 8. *v.* Ferramentum, Hamus, Hamulus, Telum. ℑ retusum, *forma substantivi*. *v.* Committo.

Revello. *v.* Telum.

Revertens. *v.* Femina.

Reverto. si cupiditas cibi reverterit *l.* 8. *c.* 4. si quando alias dolor reverterit, eadem erunt facienda *l.* 7. c. 20. *v.* Cubitus. hae, *accessiones*, et ante quam proximae revertuntur, et postea desinunt *l.* 3. c. 2. quotidianae aliae tempore eodem postridie revertuntur, aliae vel celerius, vel tardius *l.* 3. *c.* 3. malae febres eae quae quotidie eodem tempore revertantur *l.* 2. *c.* 4. febris quae subito sine ratione, sine bonis signis finita est, fere revertitur *l.* 2. *c.* 7. etiamsi casus idem non reverterit *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. is dolor modo decedit, modo revertitur *l.* 4. c. 8. facilius id, *os*, in hoc casu, quam in priore revertitur *l.* 8. *c.* 15. *v.* Consuetudo, Cubitus, Excisus, Femur, Intentio, Ordo, Quartana, Scabies. paulatim ad exercitationes revertendum est *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. adjiciendum et exercitationibus est, et cibis, donec corpus in pristinum habitum revertatur *l.* 3. c. 21. *s.* 1 si discussus ex toto dolor est, etiam ad vinum reverti *l.* 4. *c.* 2. *v.* Resolvo.

Revivisco. *v.* Fama.

Revoco. commodissimum est, cucurbitulam

admovere a diversa parte, ut illuc sanguinis cursus revocetur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 21.

Revolvo. qui metu fistulae parum patefaciunt, majore periculo eodem revolvuntur *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. uncus injicitur calculo sic, ut eum concussum quoque teneat, ne is retro revolvatur *ibid.* *s.* 3.

Regius. *v.* Arquatus.

Rheticus. *v.* Vinum.

Rex. *v.* Antigonus, Ptolemaeus. Mithridates rex. *v.* Antidotum.

Ρ῾αγάδιον. *v.* Scindo.

Ρ῾άπτουσα. praeterea est, quam ῥάπτουσαν a glutinando vocant *l.* 5. *c.* 28. *s.* 6.

Ρ῾ῆξις. *l.* 3. *c.* 11. *v.* *adnotationem.*

Ρ῾ιζάγρα. *v.* Dens.

Rhinion. *v.* Collyrium.

Ρ῾υὰς. Duplex periculum est; ne vel ex ungue aliquid relinquatur, quod exulceratum vix ullam curationem recipiat; vel ex angulo caruncula quoque abscindatur, quae, si vehementius unguis ducitur, sequitur; ideoque decipit. Abscissa, patefit foramen, per quod postea semper humor destillat: ῥυάδα Graeci vocant *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4.

Ρ῾υπῶδες. *v.* Emplastrum. rhypodes rosa diluendum est *l.* 6. *c.* 18. *s.* 7.

Rhus. rhus, quem syriacum vocant *l.* 6. *c.* 11.

Rideo. *v.* Demissus.

Rigesco. *v.* Inutilis.

Rigo. *v.* Emitto.

Rigor. maxillarum rigor, atque cervicis *l.* 8. *c.* 4. rigor nervorum. *v.* Frigus. Ἐμπροσθότονος, Ὀπισθότονος, Τέτανος.

Rima. *v.* Labra. J *rima calvariae.* potest sutura eo nomine fallere, quia aeque aspera est, ut aliquis hanc esse, etiamsi rima est, existimet eo loco quo subesse hanc verisimile est *l.* 8. *c.* 4. quin etiam ubi ictus fuit vehementior, quamvis specillo nihil invenitur, tamen aperire commodius est. Ac si ne tum quidem rima manifesta est, inducendum super os atramentum scriptorium est &c. *ibid.* si rima longius patet &c. *ibid.* *v.* Callus, Hio. parvulae rimae. *v.* Specillum. J *rima a scalpro.* juxta rimam quam fecimus, foramina facienda sunt &c. *l.* 8. *c.* 4.

Risus. neque ignorare oportet leviorem esse morbum cum risu, quam serio insanientium *l.* 3. *c.* 18.

Rivus. *v.* Piscis.

Robur. si puer est qui laborat, neque tantum robur ejus est, ut sanguis mitti possit, cucurbitulis ei utendum est *l.* 3. *c.* 7. *s.* 1. *v.* Cogitatio. fere minus roboris illi aetatibus, *puerilibus, et senilibus*, subest *l.* 2. *c.* 10. cum ibi valentissimi nervi musculique sint, si suum robur habent, vix admittere, *os*; si non habent, repositum non continere *l.* 8. *c.* 20. mentis robur *l.* 7. *c.* 29.

Robustus. hominibus.. robustis apta validissima, *materia*, est *l.* 2. *c.* 18. robustus annis *l.* 7. *c.* 14. *v.* Corpus, Juvenis, Nervus, Senex, Vir. J robustior, *absolute.* *v.* Infirmus.

Rodens. *v.* Sensus.

Rodo. rodunt alumen liquidum &c *l.* 5. *c.* 6. *v.* Papula. id, *mel*, si rodet, rosa temperabitur *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5.

Roma. *v.* Professor.

Rosa. *v.* Verbena. discutit *l.* 5. *c.* 11. reprimit aqua in qua rosa decocta sit *l.* 5. *c.* 22. *s.* 9. folia rosae recentia *l.* 6. *c.* 6. *s.* 9. rosae folia arida *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2. rosae sucus *l.* 6. *c.* 6. *s.* 5. contritae rosae pulvis *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. J rosa, *pro oleo rosaceo.* sudorem prohibere. Id praestat acerbum oleum, vel rosa *l.* 3. *c.* 19. ungere rosa et aceto *l.* 4. *c.* 2. butyrum cum rosa.. emplastrum rosa liquatum *l.* 4. *c.* 25. ceratum ex rosa *l.* 5. *c.* 28.

Rosio. rosio major *l.* 5. *c.* 28. *s.* 17. spumans bilis alvo cum rosione redditur *l.* 7 *c.* 23.

Rostrum. Sus.

Rotundus. rotundum aliquid a lacerti parte ponendum est *l.* 8. *c.* 16. *v* Alumen, Calculus, Juncus, Piper. rotundior, rotundissimus. *v.* Femen.

Rubens *v.* Sanguis.

Rubeo. corpus rubet *l.* 2. *c.* 10. rubet facies *l.* 2. *c.* 8. malae rubent *l.* 2. *c* 7. *v.* Papula, Pusula, Sanguis.

Ruber. Aes, Color. rubrum.. quam rubcrrimum. *v.* Nitrum.

Rubesco. *v.* Refugio.

Rubicundus. aqua frigida infusa prodest.. rubicundis nimis hominibus, si dolore vacant *l.* 1. *c.* 9. album aut rubicundum esse [vulnus], commodissimum est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 27. rubicundior. *v.* Impetigo, Lenticula.

Rubor. oculorum caligo et rubor *l.* 2. *c.* 8. quibus sine febre aliqua parte dolor aut prurigo cum rubore et calore est, ibi aliquid suppurat *l.* 2. *c.* 7. levius est, ubi dolor et rubor tantummodo est, cetera non sequuntur *ibid.* rubore et tumore in praecordiis orto, scire licet fauces liberari *ibid.* rubor earum, *macularum*, paulatim in

atrum colorem convertitur *l.* 3. *c.* 25. *v.* Ambio, Color, Nota.

Rubus. simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33. aqua gargarizandum in qua simul rubus et lenticula decocta sit *l.* 6. *c.* 14. rubi cacumina in aqua decocta, et ex oleo atque aceto assumpta *l.* 4. *c.* 26. *v.* Pulvis.

Ructo. qui crudum sine praecordiorum dolore ructat *l.* 1. *c.* 2.

Ructus. *v.* Coacesco. amari ructus. *v.* Vomitus.

Rudicula. *v.* Misceo.

Rudis. rudis ars. *v.* Aesculapius.

Ruens. si profusionem timemus; quod ex sede vulneris, et ex magnitudine ejus, et ex impetu ruentis sanguinis intelligi potest; siccis linamentis vulnus implendum est &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 21.

Rufus. *v.* Bilis, Sputum.

Ruga. sinus super pubem sine ullis rugis extentus *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2.

Rugosus. *v.* Fermentatus.

Ruina. *v.* Bonum.

Rumpo. interdum vel ex ictu aliquo, vel retento diutius spiritu, vel sub gravi fasce, interior abdominis membrana, superiore cute integra, rumpitur. Quod feminis quoque ex utero evenire consuevit: fitque praecipue circa ilia *l.* 7. *c.* 17. sub his oculus plerumque rumpitur *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. in aure interdum rumpitur cartilago *l.* 8. *c.* 6. ubi aliquis ingredi ac moveri coepit, rumpitur illa sutura *l.* 7. *c.* 4. *s.* 3. *v.* Cicatrix. si pure substante non rumpuntur hi tumores, incidendi sunt *l.* 6. *c.* 10. cetera eadem incisa suppuratione facienda sunt, quae, ubi per medicamenta rupta est, facienda esse proposui *l.* 7. *c.* 2.

Ruptus. auctores medici sunt vel exesa parte aliqua sanguinem exire, vel rupta *l.* 4. *c.* 11. nervis qui continent ruptis *l.* 8 *c.* 14. intus ruptum oculum febricula juvat *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1.

Rursum, *et* Rursus. neque tamen ex ea, *tunica*, rursum relinquendum est, ne postea sinuetur, et sedem eidem malo praestet *l.* 7. *c.* 19. tum rursum membrum deligandum, adjiciendaque prioribus quinta fascia est *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. saepe in hoc genere valetudinis jam minui febris videtur, et rursus intenditur *l.* 3. *c.* 11.

Rus. modo ruri esse, modo in urbe *l.* 1. *c.* 1.

Rusticus. *v.* Adjuvo, Struma.

Ruta. mali suci est *l.* 2. *c.* 21. acris est *l.* 2. *c.* 22. urinam movet *l.* 2. *c.* 31. sensus excitat *l.* 2. *c.* 32. purgat *l.* 5. *c.* 6. mollit *l.* 5. *c.* 15. potio rutae *l.* 4. *c.* 12. fovere inferiores partes aqua decocta ex verbenis comprimentibus: ex iisdem aliqua cataplasmata imo ventri inguinibusque circumdare; praecipueque ex aceto rutam *l.* 4. *c.* 28. ruta silvatica *l.* 5. *c.* 27. *s.* 5. rutae semen aperit *l.* 5. *c.* 4. rutae silvestris semen *l.* 5. *c.* 25. *s.* 3.

SA

Saccus. *v.* Sal.

Sacer. *v.* Ignis.

Saeculum. paucis ante nos saeculis *pro.* *l.* 1. quidam medici saeculi nostri *ibid.*

Saepe. saepe dies unus aut alter totum dolorem hac ratione discutit *l.* 4. *c.* 2. ex his neutrum semper fieri oportet; sed saepius alterutrum *l.* 1. *c.* 2. nonnumquam fracta in his ossa in suis sedibus permanent; multo saepius excidunt, aliudque super aliud effertur *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. minus saepe in muliere, quam in viro; minus saepe in puero vel sene, quam in juvene manus dimovendae sunt *l.* 2. *c.* 14. non minus saepe auxilio egere. *v.* Femina. femur in omnes quatuor partes promovetur: saepissime in interiorem &c. *l.* 8. *c.* 20.

Sagapenum. sagapeni, acaciae suci &c. *l.* 5. *c.* 23. *s.* 3.

Sagitta. nihil tam facile in corpus quam sagitta conditur, eademque altissime insidit. Haec autem eveniunt, et quia magna vi fertur illa, et quia ipsa in angusto est. Saepius itaque ab altera parte, quam ex qua venit, recipienda est; praecipueque, quia fere spiculis cingitur: quae magis laniant si retro, quam si contra trahuntur &c. Vbi apparuit mucro, si arundo inhaeret, propellenda est donec ab altera parte apprehendi et extrahi possit: si jam illa decidit, solumque intus ferrum est, mucro vel digitis apprehendi, vel forcipe, atque ita educi debet &c. si spicula apparuerunt, eaque brevia et tenuia sunt, forcipe ibi comminui debent, vacuumque ab his telum educi: si ea majora valentioraque sunt, fissis scriptoriis calamis contegenda, ac, ne quid lacerent, sic evellenda sunt *l.* 7. *c.* 5. *s.* 2.

Sal. calefacit *l.* 2. *c.* 33. rodit *l.* 5. *c.* 6. excedit *l.* 5. *c.* 7. adurit *l.* 5. *c.* 8. evocat et educit *l.* 5 *c.* 12. sal ex aceto coctus *l.* 6. *c.* 15. frictus *ibid.* tostus *l.* 5. *c.* 27. *s.* 5. sal bene contritus, cum cerato mixtus.

v. Evoco. fomenta calida sunt milium, sal, arena: quodlibet eorum calefactum, et in linteum conjectum *&c.* sal sacco linteo excipitur; demittiturque in aquam bene calidam; tum super id membrum quod fovendum est, collocatur. Juxtaque ignem ferramenta duo sunt, capitibus paulo latioribus: alterumque ex his demittitur in eum salem, et aqua super leviter aspergitur; ubi frigere coepit ad ignem refertur, et idem in altero fit; deinde invicem in utroque: inter quae descendit salsus et calidus sucus, qui contractis aliquo morbo nervis opitulatur *l.* 2. c. 17. *v.* Contractus. sal fossilis combustus *l.* 6, *c.* 13. sal ammoniacus *l.* 6. *c.* 6. *s.* 39.

Salamandra. exedit *l.* 5. *c.* 7. adurit *l.* 5. *c.* 8.

Salio. *v.* Piscis.

Saliva. salivae plenum os *l.* 2. c. 2. *v.* Devoro. jejuna saliva. *v.* Defrico. frequens saliva. *v.* Vomitus. salsa. *v.* Gravedo. colubrae saliva. *v.* Noxa.

Salix. folia salicis in aceto cocta *l.* 6. *c.* 18. *s.* 10.

Salsamentum. omne salsamentum mali suci est *l.* 2. *c.* 21. salsamentum calefacit *l.* 2. *c.* 27. alvum movet *l.* 2. c. 29. omnia salsamenta minime intus vitiantur *l.* 2. *c.* 28. *v.* Piscis. cibus a salsamentis, oleribus, similibusve rebus melius incipit *l.* 1. *c.* 2. edenda sunt salsamenta *l.* 4 c. 16. salsamenta semper aliena sunt *l.* 7. *c.* 27.

Salsus. *v.* Caro, Cibus, Lacrima, Saliva. salsus et calidus sucus. *v.* Sal. ℑ *absolute*. omnia salsa calefaciunt *l.* 1. c. 3. mali suci sunt *l.* 5. c. 21. acria sunt *l.* 2. *c.* 22. pituitam extenuant *l.* 2. *c.* 23. aliena stomacho sunt *l.* 2. c. 25. alvum movent *l.* 2. *c.* 29. *v.* Recens.

Saltem. in crure aeque ad rem pertinet, alterum saltem os integrum manere *l.* 8. *c.* 18. *s.* 5. *v.* Juvo.

Saltus. interdum a saltu calcis os a talo dehiscit *l.* 8. c. 11.

Saluber, *et* Salubris. *v.* Cibus, Diffundo, Locus, Mutatio. salubrior. *v.* Ventus. saluberrimus. *v.* Dies, Motus, Ver.

Salubritas. *v.* Italia.

Salus. si vomica in jecinore est, et ex ea fertur pus purum et album, salus facilis est *l.* 2. c. 8. *v.* Delirium, Nota. humana salus. *v.* Vivus.

Salutaris. in hoc affectu salutares sunt vehementes frictiones *&c.* *l.* 4. *c.* 28. quasi quaeratur quid medico liceat, non quid aegro salutare sit *l.* 2. *c.* 16. cum eadem saepe salutaria, saepe vana sint, potest dubitari secunda valetudo medicinae, an corporis beneficio contigerit *pro*. *l.* 7. *v.* Consisto, Deterreo, Inspectio, Mutatio, Professio, Sternumentum, Signum.

Salvus. salvus futurus. *v.* Sputum. perpetuum est.. cibum quam maxime semper ab accessione futura reducere; et hoc salvo, dare quam integerrimo corpore *l.* 3. *c.* 5. salvo nodo *l.* 7. *c.* 4. *s.* 4.

Samius. *v.* Α'στὴρ.

Sampsuchus. sampsuchus cyprius discutit *l.* 5. c. 11.

Sanabilis. vitii ejus plures species sunt; quaedam sanabiles, quaedam quae curationem non admittunt *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14. *v.* Adjuvo. sanabilior. *v.* Tendo.

Sandaracha. rodit *l.* 5. *c.* 6. exedit *l.* 5. *c.* 7. adurit *l.* 5. *c.* 8.

Sanescens. *v.* Exaspero, Sanguis.

Sanesco. omnibus sic affectis somnus et difficilis, et praecipue necessarius est: sub hoc enim plerique sanescunt *l.* 3. c. 18. nec tamen magno negotio cutis sanescit, etiamsi frustra secta est *l.* 8. *c.* 4. facilius sanescit puer vel adolescens, quam senior; valens, quam infirmus; neque nimis tenuis, neque nimis plenus, quam si alterum ex his est; integri habitus, quam corrupti; exercitatus, quam iners; sobrius et temperans, quam vino venerique deditus *l.* 5. c. 26. *s.* 6. exulcerandum est uno loco sub mento, altero in gutture.. sic, ne sanescere ulcera sinamus, nisi tussis finita fuerit *l.* 3. c. 22. facillime sanescere *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. ex toto sanescere *l.* 7. c. 10. Solet in adolescentibus is morbus ex vomica fistulave oriri: qui non facile sanescunt, nisi si multa signa bonae valetudinis subsecuta sunt *l.* 2. c. 8. difficilius sanescere. *v.* Papula. si homo ex improviso concidit, cujuscumque is aetatis est, vix sanescit *l.* 2. c. 8. sanescere ossa. *v.* Dies.

Sanguinalis. *v* Herba.

Sanguis. exit sanguis ex vulnere recenti, aut jam sanescente *l.* 5 c. 26. *s.* 20. malus est autem sanguis nimium aut tenuis, aut crassus, colore vel lividus, vel niger, aut pituita mixtus, aut varius; optimus calidus, rubens, modice crassus, non glutinosus *l.* 5. *c.* 26. *s.* 20. si is niger et crassus est, vitiosus est.. si rubet et pellucet, integer est *l.* 2. *c.* 10. solet interdum etiam putris sanies descendere: solet purus sanguis profluere *l.* 4. *c.* 22. sanguis liquidus et mali

odoris *l.* 6. *c.* 4. pulmone icto, sanguis ex ore spumans, ex plaga rubens fertur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 9. *v.* Exscreo. neque natura sanguinis est, ut utique caleat; sed ex iis quae in homine sunt, hic celerrime vel calescit, vel refrigescit *l.* 4. *c.* 6. *v.* Abundo, Columba, Cursus, Defluo, Eatenus, Edo, Effluo, Effusus, Erumpo, Evoco, Excerno, Exspuo, Extundo, Fero, Fluo, Fundo, Hirundo, Mitto, Palumbus, Profluo, Profluvium, Profusio, Prorumpo, Spuo, Transfundo, Vomitus, Vomo. ℑ sanguis, *pro menstrua*. super tabem si mulieri suppressa quoque menstrua sunt &c. subitoque sanguis erupit, levari morbus solet &c. sed iisdem, nisi redit sanguis, vomica crumpit, quae quo cruentior, eo melior est *l.* 2. *c.* 8.

Sanguisuga. si sanguisuga epota est, acetum cum sale bibendum est *l.* 5. *c.* 27. *s.* 12.

Sanies. sanies est tenuior hoc, *sanguine*, varie crassa, et glutinosa, et colorata &c. exit sanguis ex vulnere recenti, aut jam sanescente; sanies [est] inter utrumque tempus *l.* 5. *c.* 26. *s.* 20. est quaedam sanies quae vel ἰχὼρ, vel μελίκηρα nominatur &c. sanies mala est multa, nimis tenuis, livida, aut pallida, aut nigra, aut glutinosa, aut mali odoris, aut quae et ipsum ulcus, et junctam ei cutem erodit: melior est non multa, modice crassa, subrubicunda, aut subalbida *ibid.* foedi odoris sanies *l.* 7. *c.* 29. putris sanies, pessimique odoris *l.* 4. *c.* 22. sanies tenuis, malique odoris, non coacta, at aquae similis in qua recens caro lota esse videatur *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2. vitiosa sanies *l.* 8. *c.* 3.

Sanitas. *v.* Do, Morbus, Pervenio, Proficio, Recipio, Specto, Tendo, Venio. paulo vehementius deligandum est; quia callus eo loco non ad sanitatem tantummodo, sed etiam ad tumorem increscit *l.* 8. *c.* 5. a tertio die fovendum id aqua calida est; tantoque magis, quanto propius esse sanitati debet *ibid.* eo difficilior sanitas est, quo minus saepe sub his malis illi, *abscessus*, subsequuntur *l.* 2. *c.* 8. raro ad sanitatem perduci. *v.* Aqua inter cutem. vix etiamsi recte cessit curatio, veram sanitatem reddit *l.* 8. *c.* 2. pars sanitatis est, vomitum esse suppressum *l.* 4. *c.* 18.

Sano. coxa si sine torpore est &c. facile et mature sanatur *l.* 2. *c.* 8. minime facile sanantur virgines, aut eae mulieres quibus super tabem menstrua suppressa sunt *ibid.* neque enim sanat emissus humor, sed medicinae locum facit *l.* 3. *c.* 21. *v.* Resolutio nervorum, Varicula.

Sanus. *v.* Color, Corpus, Gero, Reficio, Quartana. cetera omnia quasi sanis facienda sunt *l.* 4. *c.* 5. *v.* Ago. non quod.. sed quod scilicet non nisi quam sanissimo, *cibus*, dari debeat *l.* 3. *c.* 4. super eminentem carnem exedentia medicamenta conjicienda sunt; super concavam implentia; donec utrumque ulcus sanae cuti acquetur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 36. ubi ad os ventum est, diducenda ab eo sana caro &c. *l.* 7. *c.* 33. *v.* Concido, Excido. ne adurentia, *medicamenta*, vicinum et sanum locum laedant *l.* 6. *c.* 15. *v.* Sinuo. fieri sanum. *v.* Alo, Mature.

Sapientia. *v.* Professor, Scientia, Studiosus, Studium.

Sapio. *v.* Phrenesis.

Sarcio. *v.* Curtus.

Σαρκοκήλη. aliquando caro quoque inter tunicas increscit: σαρκοκήλην Graeci vocant *l.* 7. *c.* 18.

Σαρκοφάγος. *v.* Lapis.

Sarmentum. *v.* Cinis.

Sat. sat est binos ternosve cyathos, *humoris*, assumere *l.* 4. *c.* 19.

Satietas. numquam utilis est nimia satietas *l.* 1. *c.* 2. *v.* Fames. post multam satietatem *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. *v.* Ago. neque convenit juxta inediam protinus satietatem esse *l.* 2. *c.* 16. adhibendi lenes et glutinosi cibi, sed citra satietatem *l.* 4. *c.* 12. aqua frigida ad satietatem data *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. *v.* Bibo.

Satio. ad superius victus genus reverti, *oportet*, cum eo, ut magis satietur *l.* 3. *c.* 24. *v.* Deprimo.

Satis. id interdum uno die fieri satis est *l.* 3. *c.* 2. satis materiae detractum est *l.* 2. *c.* 10. quibus adjicitur unguenti irini, quantum satis est ad ea mollienda atque cogenda *l.* 5. *c.* 18. *s.* 7. *v.* Adjuvo, Commode, Diu, *et passim alia*. ℑ satius. satius est id bis, aut ter fieri *l.* 5. *c.* 18. *s.* 4. *v.* Auxilium.

Satureia. mali suci est *l.* 2. *c.* 21. aliena stomacho est *l.* 2. *c.* 25. urinam movet *l.* 2. *c.* 31. sensus excitat *l.* 2. *c.* 32.

Saxatilis. *v.* Piscis.

Saxum. *v.* Piscis. saxum calcis *l.* 6. *c.* 18. *s.* 9.

Scaber. Dens, Lingua, Oculus, Vnguis.

Scabies. Scabies est aspritudo cutis rubicunda; ex qua pusulae oriuntur, quaedam humidiores, quaedam sicciores. Exit ex

quibusdam sanies; fitque ex his continuata exulceratio pruriens; serpitque in quibusdam cito. Atque in aliis quidem ex toto desinit; in aliis vero certo tempore anni revertitur. Quo asperior est, quoque prurit magis, eo difficilius tollitur. Itaque quae talis est, *ἀγρίαν* [id est feram] Graeci vocant *l.* 5. *c.* 28. *s.* 16.

Scabo. feminae, *calculosae*, oras naturalium suorum manibus admotis scabere crebro coguntur *l.* 2. *c.* 7.

Scala. *v.* Consisto.

Scalpellus. scalpello sanguinem mittere *l.* 2. *c.* 11. si nervum scalpellus attingit, sequitur nervorum distentio *l.* 2. *c.* 10. si timide scalpellus demittitur, summam cutem lacerat, neque venam incidit *ibid.* *v.* Adhibeo, Admoveo, Circumcido, Curatio, Digitus, Divido, Erado, Excido, Immitto, Mucro, Opera, Postulo, Praecido, Purgo, Rado, Resolvo, Subseco, Vinctura, Vtor.

Scalper. excisorius scalper ab altero foramine ad alterum malleolo adactus id quod inter utrumque est excidit *l.* 8. *c.* 3. idem excisorius scalper in osse corrupto planus summam quamque testam laevet *ibid.* scalper utrimque ad rimam agendus sic, ut lunatum sinum faciat *l.* 8. *c.* 4.

Scammonia. rodit *l.* 5. *c.* 6. *v.* Castoreum.

Scamnum. *v.* Valenter.

Scandianus. *v.* Malum.

Scapulae. *v.* *Ω'μοπλάται*. vertex lati scapularum ossis. *v.* Humerus.

Scelus. *v.* Vivus.

Scientia. primo medendi scientia sapientiae pars habebatur *pro.* *l.* 1. *v.* Comprehendo. natandi scientia. *v.* Avis. scientia praecipua. *v.* Psyllus.

Scilicet. cui malo solet etiam illud accedere, ut palpebra cum albo oculi cohaerescat; scilicet cum in utroque fuit ulcus negligenter curatum *l.* 7. *c.* 7. *s.* 6. nostri, ut scilicet nullis discriminibus satis cognitis, haec quoque sub eodem nomine quo priora habent *l.* 7. *c.* 18. more scilicet magnorum virorum *l.* 8. *c.* 4.

Scilla. scilla cocta. *v.* Delingo. scilla cocta et mixta cum calce callum exest *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. scilla contrita, bulbique contriti cum ture recte imponuntur *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1.

Scilliticus. *v.* Acetum.

Scindo. in eo, *ano*, saepe, et quidem pluribus locis cutis scinditur: *ῥαγάδια* Graeci vocant *l.* 6. *c.* 18. *s.* 7.

Scissum. si qua scissa in eo, *ano*, vetustate induruerunt, jamque callum habent &c. *l.* 7. *c.* 30. *s.* 1.

Scissura. ea medicamenta quae in recentibus scissuris posita sunt hic idonea sunt *l.* 6. *c.* 18. *s.* 9.

Scio. ut sani sciant, quomodo his, *cibo et potione*, utantur *l.* 2. *c.* 18. necessarium est notas subjicere, per quas quid intus ictum sit, scire possimus *l.* 5. *c.* 26. *s.* 7. protinus inter initia scire facile est, quis acutus morbus, quis longus sit *l.* 3. *c.* 2. medicus scire debet. *v.* Curatio. ante sciri volo. *v.* Denarius. scire oportet, omnia legumina &c. generis valentissimi esse *l.* 2. *c.* 18. ☞ scire licet. scire licet, inter ea quoque quae ars adhibet, naturam plurimum posse *l.* 2. *c.* 8. scire licet, integrum corpus esse, cum quotidie mane urina alba, deinde rufa est *l.* 1. *c.* 2. scire licet, optimum cibo tempus esse febre finita *l.* 3. *c.* 5. *et sic passim.*

Scobis. scobis eboris purgat *l.* 5. *c.* 5. finis vitii est, ubi scobis nigra esse desiit *l.* 8. *c.* 2.

Σκωρία. *v.* Plumbum.

Scorpio. scorpio sibi ipse pulcherrimum medicamentum est. Quidam contritum cum vino bibunt: quidam eodem modo contritum super vulnus imponunt: quidam super prunam eo imposito, vulnus suffumigant, undique veste circumdata, ne is fumus dilabatur; tum carbonem ejus super vulnus deligant &c. Cognovi tamen medicos, qui ab scorpione ictis nihil aliud quam sanguinem miserunt *l.* 2. *c.* 57. *s.* 5.

Scorteus. *v.* Pulvinus.

Scribo. scribere, legere, voce contendere huic opus non est *l.* 1. *c.* 4. vitari etiam gravedines, destillationesque possunt, si quam minime, qui his opportunus est, loca, aquasque mutat.. si post coenam neque legit, neque scribit *l.* 1. *c.* 5. eadem servari debent quae proxime scripta sunt *l.* 6. *c.* 18. *s.* 8. de qua, *lenticula*, per se scribere alio loco operae pretium visum non est *l.* 6. *c.* 5. *v.* Deterreo.

Scriptum. *v.* Professor.

Scripulum. *v.* Ο'βολός.

Scrotum. *v.* Testiculus.

Scrutor. necessarium esse incidere corpora mortuorum, eorumque viscera atque intestina scrutari; longeque optime fecisse Herophilum et Erasistratum, qui nocentes homines, a regibus ex carcere acceptos, vivos inciderint, considerarintque, etiamnum spiritu remanente, ea quae natura ante clausisset *pro.* *l.* 1. rerum naturam

scrutari. v. Exsisto. quod in plurimis contentionibus deprehendere licet sine ambitione verum scrutantibus *pro*. *l.* 1.
Scutulum. v. Ο'μοπλάται.
Se. v. *Pronomen* Sui.
Secedo. tenuibus ferramentis adurere.. inter frontem et verticem vehementer sic, ut squama ab osse secedat *l.* 7. c. 7. *s.* 15.
Secans. v. Sutura.
Seco. primo rectus scalpellus quam levissima manu tenendus est.. tum inclinandus mucro est, ut transversas membranas secet *l.* 7. *c.* 19. v. Excido. qui festinant, adstringere cutem lino debent, quo celerius secent *l.* 7. *c.* 4. steatomatis tunica quoque secanda est, ut effundatur quidquid intus coiit *l.* 7. c. 6. pure effuso, in alis et inguinibus raro secandum est *l.* 7. *c.* 2. si multa intestina prolapsa sunt, secari supervacuum est *l.* 7. *c.* 20. v. Frustra, Sutura.
Sectio. eum, *calculum*, si fieri potest, oportet expellere vel oriculario specillo, vel ferramento quo in sectione calculus protrahitur *l.* 7. c. 26. *s.* 1.
Sectus. quidam secti. v. Decedo.
Secundum, *adverb. pro post.* secundum cibum curis abstinendum *l.* 3. c. 27. *s.* 3.
Secundus. curatio prima est, supra praecordia imponere, quae reprimant, cataplasmata: secunda, sudorem prohibere *l.* 3. *c.* 19. utilis detracto sanguinis est: si quid hanc prohibet, prima est abstinentia; secunda per album veratrum vomitumque purgatio *l.* 3. *c.* 18. potest primo die primus cibus dandus esse, potest secundo *l.* 3. c. 4. ℑ *absolute.* quidquid est, si vires patiuntur, sanguis mittendus est.. secundum est ducere alvum *l.* 4. c. 7. ℑ *favens*, *propitius*, *prosper.* si longus tempus secundum est, quam integerrimo, *cibus*, dandus est; si breve, etiam antequam ex toto integer fiat *l.* 3. *c.* 4. continuata quoque febris habet tempora, quibus, etsi non remittit, non tamen crescit: estque hoc, ut non optimum, sic tamen secundum remediis tempus *l.* 3. c. 18. ℑ secundae. secundas vocant, quod velamentum infantis intus fuit *l.* 7. *c.* 29.
Securitas. necessaria sunt quies, animi securitas &c. *l.* 4. *c.* 11. v. Polliceor. securitas totius vitae. v. Annus.
Securus. securus est in iis aliquis quae saepe sine periculo evasit *l.* 3. *c.* 2. v. Ago, Observatio. potest aliquis securior esse iis temporibus quibus dolor se remisit *l.* 4. c. 31.
Sed. oportet.. quiescere interdum, sed frequentius se exercere *l.* 1. *c.* 1. sumere cibum, sed assueto leviorem *l.* 1. *c.* 3. antidota raro, sed praecipue interdum necessaria sunt *l.* 5. *c.* 23. sed est tamen medicinae fides &c. *l.* 2. c. 6. ℑ *in transitione.* Sed cum proposuerim signa quae in omni adversa valetudine communia sunt, eo quoque transibo, ut &c. *l.* 1. c. 7. Sed inter haec quidem, proposito metu, spes tamen superest *l.* 2. c. 6.
Sedeo. in tepidario sedere *l.* 1. *c.* 3. qui toto die vel in vehiculo, vel in spectaculis sedit *ibid.* invicem modo sedere, modo ingredi *l.* 4. c. 31. vehiculo sedisse, vel etiam magis equo prodest *l.* 4. c. 26. medicus paulo altius sedeat *l.* 7. c. 7. *s.* 14.
Sedes. Hactenus reperiuntur ea genera morborum, quae in totis corporibus ita sunt, ut iis certae sedes assignari non possint *l.* 4. *c.* 1. haec evenire in qualibet parte corporis possunt: reliqua certas sedes habent *l.* 7. c. 6. praepositis iis quae in qualibet parte corporis fiunt, ad ea quae proprias sedes habent transibo *pro.* *l.* 7. moventur ea, *ossa*, sedibus suis duobus modis *l.* 8. c. 11. si fistula et recens, et simplex est, ac neque sinuosa, neque cava sede &c. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. solida sedes *l.* 8. *c.* 3. ubi ea, *manus*, in suam sedem collocata est &c. *l.* 8. *c.* 7. v. Assuesco, Compello, Compertus, Nota, Peregrinans, Praesio, Restituto, Telum.
Sedile. alvum adstringit *l.* 1. c. 3. reficit post iter, primum sedile, deinde unctio *ibid.* adverso sedili *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14. altum sedile.. humilius. v. Colloco.
Sedulitas. v. Amplector.
Selibra. v. Sumo.
Semel. acidae res et austerae et semel die assumptae extenuant corpus *l.* 1. c. 3. *cibus*, si jejuno caput laeditur, assumendus etiam medio die est; ; si non laeditur, semel potius *l.* 1. *c.* 4. si febris semel tantum accessit *l.* 3. c. 5. *os*, quod pingue est semel iterumve satis est admoto ferramento adurere *l.* 8. c. 2. v. Bis.
Semen. v. Profusio. oportet.. nihil ex iis assumere quae contrahere semen videntur *l.* 4. *c.* 28. quo fit, ut interdum sine voluntate semen emittat *l.* 8. *c.* 13. v. Allium, Apium, Balsamum, Brassica, Coriandrum, Cucumis, Daucum, Eruca, Foeniculum, Foenum graecum, Hyoscyamum, Nasturtium, Papaver, Piper, Ruta, Sertula campana, Trifolium, Vrtica.

contunditur cum corticibus seminibusque suis punicum malum &c. *l.* 4. *c.* 26. peucedani, uvae taminiae sine seminibus pares potiones conteruntur &c. *l.* 6. *c.* 9.

Semicirculatus. *v.* Ferramentum.

Semicirculus. *v.* Vncus.

Semihora. *v.* Hora.

Semis. *In Mss. fere per notam* s. *exprimitur.* sevi bubuli p. 11. s. *l.* 5. *c.* 18. *s.* 12.

Semper. in aurem infundere medicamentum oportet, quod semper ante tepefieri convenit *l.* 6. *c.* 7. *s.* 1. unum illud est, quod semper, quod ubique servandum est &c. *l.* 3. *c.* 4. quod semper eodem modo servandum esse jam dixi *l.* 7. *c.* 17. *s.* 1. non semper eodem modo. *v.* Morbus. Protinus inter initia scire facile est, quis acutus morbus, quis longus sit, non in iis solis in quibus semper ita se habet; sed in iis quoque in quibus variat *l.* 3. *c.* 2. ex his neutrum semper fieri oportet; sed saepius alterutrum *l.* 1. *c.* 2.

Senectus. longis morbis senectus.. magis patet *l.* 2. *c.* 1. *v.* Confectus. matura senectus. *v.* Ignavia, Statura. senectutis frigus. *v.* Aetas. senectutis principia. *v.* Medicina. ultima senectus. *v.* Blandior.

Senesco. cum eo, ne quis qui valere et senescere volet, hoc quotidianum habeat *l.* 1. *c.* 3. *v.* Aegroto.

Senex. senes aetate et autumni prima parte tutissimi sunt *l.* 2. *c.* 1. omnem laborem facilius vel puer vel senex, quam insuetus homo sustinet *l.* 1. *c.* 3. robustus senex *l.* 2. *c.* 10. senior. *v.* Insanio, Sanesco. seniora corpora *l.* 3. *c.* 28. *s.* 4.

Senilis. *v.* Aetas, Corpus.

Sensus. sensus doloris *l.* 5. *c.* 28. *s.* 1. lassitudinis sensus *l.* 2. *c.* 7. gravitatis cujusdam sensus *ibid.* venientis accessionis sensus *l.* 2. *c.* 8. sensus alicujus quasi frigoris *ibid.* sensus aliquis fulgoris *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14. sensus odoris. *v.* Nares. punctionis sensus. *v.* Repraesento. sensus in vulnere rodentium *l.* 7. *c.* 3. tardior sensus *l.* 3. *c.* 2. cutis rugosa et sine sensu *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. *v.* Careo, Excito, Explico, Intercido, Labo, Obtundo.

Sententia. ea neque addicta alterutri opinioni sunt, neque ab utraque nimium abhorrentia; media quodammodo inter diversas sententias *pro.* *l.* 1. variae sententiae *l.* 7. *c.* 14.

Sentio. qui gravium morborum initia sic sentiunt, ut adhuc febre vacent *l.* 2. *c.* 15. Protinus timeri debet.. si totum corpus lassitudinem sentit *l.* 2. *c.* 2. ubi primum dolorem aliquis sensit, abstinere et continere se debet *l.* 6. *c.* 7. *s.* 1. gravitatem corporis sentire *pro.* *l.* 1. medicinam sentire *l.* 3. *c.* 21. tenuibus ferramentis adurere contra tempora quidem timide, ne subjecti musculi sentiant *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. *v.* Offendo, Perturbatio. nihil melius est, quam protinus adurere. Neque id grave est: nam non sentit; quoniam ea caro mortua est *l.* 5. *c.* 28. *s.* 1. non naturaliter sentire. *v.* Vlcus. gravitas in eo, *capite*, sentitur *l.* 4. *c.* 5. testiculus ea parte neque visu, neque tactu sentitur *l.* 7. *c.* 18. ℑ *existimo*, *opinor*. nihil istas cogitationes ad medicinam pertinere, eo quoque disci, quod qui diversa de his senserint, ad eamdem tamen sanitatem homines perduxerint *pro.* *l.* 1.

Separatim. ubi facta sunt quae separatim fieri debuerunt, in unum omnia miscentur *l.* 5. *c.* 17. *s.* 2. quaedam de iis quoque, *quae in cruribus sunt*, separatim dicenda sunt *l.* 8. *c.* 20. *v.* Contero, Liquo.

Separo. vitiosus sinus ab integro corpore digito separatur *l.* 7. *s.* 13. ab ea, *tunica*, venae digito, vel scalpelli manubriolo separantur *l.* 7. *c.* 22. *v.* Hippocrates, Innecto.

Sepia. sepiarum atramentum alvum movet *l.* 2. *c.* 29.

Σηπτὰ. *v.* Emplastrum, Medicamentum.

Septem. *v.* Vertebra.

Septemtrionalis. *v.* Ventus.

Septenarius. antiqui.. cum octavum, *diem*, primi naturam habere contenderent, ut ab eo secundus septenarius inciperet, ipsi sibi repugnabant *l.* 3. *c.* 4.

Septimus. *v.* Annus, Dies. septimus mensis. *v.* Pueritia.

Septum. sub corde atque pulmone transversum ex valida membrana septum est, quod a praecordiis uterum diducit; idque nervosum *l.* 4. *c.* 1. *v.* Violo. ℑ in eo, *osse*, quod desedit, juxta rimam quam fecimus, foramina addenda sunt, si in angusto noxa est, duo; si latius patet, tria; septaque eorum excidenda *l.* 8. *c.* 4.

Sequens. humore sequente. *v.* Offendo.

Sequor. ut concoctio omnibus vitiis occurrit, sic rursus aliis frigus, aliis calor: quae sequi quisque pro natura corporis sui debet *l.* 1. *c.* 9. neque ignorare hunc oportet.. quod is vitae genus sit secutus, laboriosum an quietum &c. *pro.* *l.* 1. saepe evenit, ut sanguinem pus sequatur *l.* 4.

Sexagesimus . *v.* Dies .
Sexaginta . cucumeris semina sexaginta *l.* 4. *c.* 17. *v.* Dies .
Sextans . *v.* Denarius .
Sextus . *v.* Dies , Mensis .
Sexus . *v.* Vena .
Si . si assidua fatigatio urget , invicem modo aqua , modo vinum bibendum est *l.* 1. *c.* 3. aqua inter cutem minime terribilis est quae nullo antecedente morbo coepit ; deinde , quae longo morbo supervenit : utique si firma viscera sunt ; si spiritus facilis ; si nullus dolor ; si sine calore corpus , aequaliterque in extremis partibus macrum est ; si nulla tussis , nulla sitis ; si . . si . . si . . si . . si . . si . . si . . *l.* 2. *c.* 8. si neque sanguis ante missus est, neque mens constat ; neque somnus accedit &c. *l.* 3. *c.* 18. si tamen per vires licebit *l.* 4. *c.* 13. si vero pituita stomachus impletur *l.* 4. *c.* 12. *v.* Minus .
Sibi . *v. pronomen* Sui .
Sibilus . *v.* Evado .
Sic . sic in duas partes ea quoque quae victu curat medicina divisa est; aliis rationalem artem, aliis usum tantum sibi vindicantibus *pro* . *l.* 1. ℑ sic , quemadmodum. neque intendi nervos , neque ossa tractari satis expedit : ipsique homini permittendum est , ut sic ea collocata habeat , quemadmodum minime laedunt *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. ℑ sic , ne . sic enim fore , ne septimo die febris accedat *l.* 3 *c.* 14. ℑ sic , ut . sic autem fascia deliganda est , ut et contineat, neque adstringat *l.* 5. *c.* 26. *s.* 26. ℑ non sic , ut . humerus fractus non sic , ut membrum aliud , intenditur *l.* 8. *c.* 10. *s.* 2.
Siccesco . animadvertimus quibusdam numquam siccescere oculos , sed semper humore tenui madere *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. mel purgat , rosa reprimit , simulque siccescere non sinit *l.* 3. *c.* 10.
Siccitas . in siccitatibus acutae febres , lippitudines &c. oriuntur *l.* 2. *c.* 1.
Sicco . siccat , *corpus* , immodica exercitatio &c. *l.* 1. *c.* 3. *v.* Homo . illinendum medicamentum est quod siccet *l.* 8. *c.* 10. plenioribus quoque cibis uti licebit ex media materia ; sed tamen non nisi alvum, corpusque siccantibus *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34. si per talia auxilia venter non siccatur &c. *l.* 3. *c.* 21.
Siccus . *v.* Aestas , Cataplasma , Coelum , Corpus , Fistula , Fomentum , Homo , Linamentum , Lingua , Locus , Oculus , Os , oris , Pituita , Pusula , Sudatio , Sudor , Tussis , Ver , Ulcus . ℑ siccior . *v.* Defrutum , Fistula , Pusula . ℑ siccissimus . is , *cibus* , esse debet cum pane hesterno . . et carne assa , cibisque omnibus quam siccissimis *l.* 1. *c.* 3.
Sicut . interdum non febris , non cibus , non somnus subsequitur , sicut assuevit *pro.* *l.* 1. tum deinde ulcus , sicut cetera adusta , curandum est *l.* 5. *c.* 28. *s.* 1. *et passim* .
Significo . neque quaerendum esse quid venas moveat , sed quid quaeque motus genera significent *pro* . *l.* 1. *v.* Nomen . nihil significare . *v.* Vox .
Signinus . *v.* Pirum , Vinum .
Signum . certum signum inutilis balnei *l.* 2. *c.* 17. *v.* Casus , Solus . mali morbi signum est , nimis celeriter emacrescere *l.* 2. *c.* 4. Instantis autem adversae valetudinis signa complura sunt *pro* . *l* 2. bona signa sunt somnum capere ; facile spirare &c. mala sunt vigilia , spiritus gravitas &c. *l.* 7. *c.* 3. et mitiora signa , et asperiora *l.* 2. *c.* 8. si circa septimum diem , *sputum* , tale esse coepit , proximum est , ut is circa quartumdecimum decedat , nisi alia signa meliora pejorave accesserint: quae quo leviora graviorave subsecuta sunt , eo vel seriorem mortem , vel maturiorem denuntiant *l.* 2. *c.* 6. *v.* Comunis . signa futurae mortis . *v.* Nota .
Silanus . *v.* Gestatio .
Silis , *secundo casu* *l.* 5. *c.* 23. *s.* 1.
Silentium . necessaria sunt quies . . silentium *l.* 4. *c.* 11. habendum silentium *l.* 8. *c.* 7.
Silex . *v.* Mentastrum .
Siligo . *v.* Triticum .
Silvaticus . *v.* Ruta .
Silvestris. *v.* Cucumis , Papaver, Pirum, Ruta.
Simia . *v.* Morsus .
Simila . *v.* Triticum .
Similis . similis figura acino *l.* 7. *c.* 7. *s.* 11. *v.* Ambitus , Aspritudo , Casus , Color , Femur , Ratio .
Similiter . frictiones gestationesque similiter adhibere *l.* 3. *c.* 22. vulnus deligare , et quotidie resolvere ; similiterque usque ad diem quintum *l.* 8. *c.* 4.
Similitudo . *v.* Area , Κριϑή , Plaga , Reperio , Φύγεϑλον . in hoc casu quaedam similitudo est femori et humero , tibiae et cubito , pedi et manui *l.* 8. *c.* 20.
Simplex . *v.* Auris , Calvaria , Cibus , Confessio , Facultas , Fistula , Fractura , Nares , Submoveo , Sutura , Varix . ℑ simplicior . *v.* Quartana . ℑ simplicissima curatio *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2.

Simul. quae res cum in labris quoque et naribus fieri possit, eamdem etiam curationem habeat, simul exponenda est *l.* 7. *c.* 8. *v.* Devincio, Reprimo, Serpo. si duo, *capitula*, triave sunt, imum quodque primum curandum est: si plura, non omnia simul *l.* 7. *c.* 30. *s.* 3. ℑ *pro statim ac*. quae vel sanari non possint, vel aliter nutriri debeant, dicendum erit simul ad species singulas venero *l.* 7. *c.* 19. ℑ simul atque. quae simul atque de quoque dicam, erunt proponenda *l.* 8. *c.* 11.

Simus. *v.* Pes.

Sin. sin autem ea ulcera circa os sunt *&c.* *l.* 6. *c.* 8. quod in femore humerove sic fiet, si ossa forte recte concurrerint: sin aliter se habebunt *&c.* *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. *v.* Meridior.

Sinapi. mali suci est *l.* 2. *c.* 22. urinam movet *l.* 2. *c.* 31. habent hanc facultatem, *corpus erodendi*, semina erucae, nasturtii; praecipue tamen omnium sinapi *l.* 2. *c.* 33.

Sincerus. *v.* Sputum, Vomitus.

Sine. sine auxilio *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. sine causa *l.* 2. *c.* 7. sine custodia sui *l.* 2. *c.* 2. sine dolore *l.* 2. *c.* 8. exiguum aliquid, et ipsum siccum sine carne, sine potione sumere *l.* 1. *c.* 3. *v.* Modus, Profusio, Tormentum, Voluntas, *et passim ejusmodi alia.*

Singulus. multi alii celebres viri singuli quaedam repererunt *pro*. *l.* 7. accessiones modo singulae singulis diebus fiunt, modo binae pluresve concurrunt *l.* 3. *c.* 3. singuli cyathi vini singulis interpositis horis, *dandi l.* 4. *c.* 12. *et passim*. ℑ singulorum. resinae liquidae, sandarachae, piperis, singulorum p. X. XII. *l.* 5. *c.* 18. *s.* 30. *et passim*. *Vox* singulorum *in Mss. sic fere contracta est* singul. *vel sic* singl. *vel sic* sing. *Idem autem valet, quod* pares portiones; *ut sect.* 8. *hujus cap.* amomi, cerae, resinae liquidae pares portiones. *Vulgo utuntur voce* ana; *quae est ex graeca* ἀνὰ. *Haec apud Dioscoridem, et Galenum saepe occurrit. Vide Rhodii Lexicon Scribonianum in voce* Singulorum.

Singultio. vesica vulnerata.. aut bilem vomunt, aut singultiunt *l.* 5. *c.* 26. *s.* 19.

Singultus. singultus sternumento finitur *l.* 2. *c.* 8. frequens singultus *l.* 3. *c.* 24. frequens singultus, et praeter consuetudinem continuus, jecur inflammatum esse significat *l.* 2. *c.* 7. si in tenuiore intestino morbus est, vomitus, singultus.. mala sunt *l.* 2. *c.* 8. mali morbi signum est.. post vomitum singultum esse *l.* 2. *c.* 6. *v.* Strangulo.

Sinister, sinisterior. *v.* Pars.

Sino. si vires sinunt *l.* 3. *c.* 7. *s.* 1. *v.* Sanesco. si id imbecillitas non sinit *l.* 3. *c.* 22.

Sinopicus. *v.* Minium.

Sinuatus. *crassius intestinum*, late fusum atque sinuatum *l.* 4. *c.* 1.

Sinuo. *v.* Femen. danda opera, ut imus sinus exitum habeat, ne quis humor intus subsidat, qui proxima et adhuc sana rodendo sinuet *l.* 7. *c.* 2. neque tamen ex ea, *tunica*, rursum relinquendum est, ne postea sinuetur, et sedem eidem malo praestet *l.* 7. *c.* 19.

Sinuosus. *v.* Sedes.

Sinus. *v.* Cardo. sinus humeri *l.* 8. *c.* 1. imus sinus. *v.* Sinuo. lunatus sinus. *v.* Scalper. sinus exiguus. *v.* Jugulum. juxta ea, *foramina*, duo parvuli quasi sinus sunt *l.* 8. *c.* 1. *v.* Βρογχοκήλη, Testiculus.

Sipho. *v.* Bibo.

Si quando. Si quando etiam suppuratio descendit in crura *&c.* *l.* 2. *c.* 8. *v.* Reverto.

Siquidem. oportet.. quiescere interdum; sed frequentius se exercere: siquidem ignavia corpus hebetat, labor firmat *l.* 1. *c.* 1. cetera eadem in utroque casu facienda sunt: siquidem vitare praecipue convenit frigus *&c.* *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. *et passim*.

Si quis. Si quis stomacho laborat, legere clare debet *l.* 1. *c.* 8. si qua intemperantia subest, tutior est in potione, quam in esca *l.* 1. *c.* 2. si quod etiam os adustum est, a parte sana recedit *l.* 8. *c.* 3. si quid ei vitio demptum est, tamen non ex toto sanus color redditur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 19.

Siser. mali suci est *l.* 2. *c.* 21. stomacho aptum est *l.* 2. *c.* 24. urinam movet *l.* 2. *c.* 31. simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33. *v.* Pastinaca.

Sitiens. id triticum jejuno et sitienti datur *l.* 4. *c.* 26.

Sitio. qui propter ardorem aliquem noctu sitire consuerunt *l.* 1. *c.* 8. celerius eum desinere sitire, qui non bibit *l.* 3. *c.* 6.

Sitis. sitis modica *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. crebra sitis *l.* 2. *c.* 8. longa sitis *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. magna sitis *ibid.* sitis ingens *l.* 5. *c.* 26. *s.* 12. sitis vehemens *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. *v.* Affligo, Crucio, Desidero, Doceo, Finio, Impero, Incendo, Potio, Prosum, Pugno, Vexo, Vrgeo.

Situs. Cor, Costa, Humerus, Vesica.

Sive. ex tempestatibus optimae aequales sunt, sive calidae, sive frigidae *l.* 2. *c.* 1. cale-

facit ex qualibet farina cataplasma, sive tritici, sive farris, sive hordei, sive ervi *l.* 2. *c.* 33.
Σμίλιον. *v.* Collyrium.
Sobrius. *v.* Sanesco.
Sol. extenuat corpus.. inurens sol *l.* 1. *c.* 3. *v.* Ardor. exercitationes et frictiones necessariae sunt; et cum his sol *l.* 4. *c.* 23. *v.* Abstineo, Admoveo, Concito, Contraho, Incendo, Protego, Velo, Vito, Vnctio, Vngo. hibernus sol. *v.* Habito. meridianus sol. *v.* Caveo. sol aperiens. *v.* Nubilus.
Solanum. solanum, quam στρύχνον Graeci vocant, simul et reprimit, et refrigerat *l.* 2. *c.* 33. oportet.. imponere simul reprimentia et refrigerantia; maximeque cerussam solani suco.. exceptam *l.* 5. *c.* 26. *s.* 33. solani folia contrita suillae adipi miscenda sunt *ibid.*
Solaris. *v.* Herba.
Soleo. Solet etiam prodesse post varium cibum, frequentesque dilutas potiones vomitus *l.* 1. *c.* 3. si plus justo quis assumere solitus est, abstinere uno die debet *l.* 3. *c.* 22. *et passim.*
Solicito. abstinendum a negotiis, omnibusque rebus quae solicitare animum possunt *l.* 3. *c.* 22. ille solicitari debet, cui haec nova sunt, aut qui ista numquam sine custodia sui tuta habuit *l.* 2. *c.* 2. cetera omnia quasi sanis facienda sunt, praeterquam si diutius aliquem et vehementius ista solicitare consuerunt *l.* 4. *c.* 5. neque vomitu stomachum, neque purgatione alvum solicitet *pro.* *l.* 1.
Solicitudo. cruditates cavendae sunt. Cum quibus fugere oportet.. solicitudines, negotia omnia *l.* 3. *c.* 23. saepe eas, *venas*, concitat et sol.. et metus, et ira, et quilibet alius animi affectus: adeo ut, cum primum medicus venit, solicitudo aegri dubitantis quomodo illi se habere videatur, eas moveat *l.* 3. *c.* 6. *v.* Causa.
Soliditas. albo finiri ex nigritie vitium, soliditate quadam ex carie manifestum est *l.* 8. *c.* 2.
Solido. hoc genus curationis efficit, ut qua parte fracta ossa tamen inhaerent, solidentur *l.* 8. *c.* 4. non quidem cartilaginem ipsam glutinari, sed circa tamen carnem increscere, solidarique eum locum *l.* 8. *c.* 6.
Solidus. *v.* Calvaria, Difficultas, Glutinatio, Piscis, Sedes.
Solitus. ora venarum sanguinem solita fundere *l.* 2. *c.* 7. ℑ solito, *absolute*, subita loquacitas orta est, et haec ipsa solito audacior *l.* 2. *c.* 7.
Solium. ipse demittendus est in solium aquae calidae, cui oleum quoque adjectum sit *l.* 7. *c.* 20. prius demittere in solium, tum ungere, iterum ad solium redire *l.* 3. *c.* 6. *v.* Descendo.
Solum. Quod ad solum pertinet, frumentum quodque valentius est collinum, quam campestre &c. *l.* 2. *c.* 18. *v.* Vinum.
Solum, *adverb.* neque solum haec consideranda sunt, sed etiam morbi genus quod sit *l.* 2. *c.* 10. quaedam, *curationes*, non aegros solum, sed sanos quoque sustinent *l.* 2. *c.* 9.
Solvo. quotiescumque solvitur membrum, calida aqua fovendum est *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1. solvendi fibulas tempus, inflammatione finita, et purgato vulnere est *l.* 7. *c.* 22. ℑ *translate*. membra solvuntur *l.* 4. *c.* 7. si sine inflammatione dolor est, nihil imponendum: hunc enim statim ipsa febris solvet *l.* 3. *c.* 10. donec inflammatio finiatur; quae vel nono die, vel septimo fere solvitur *l.* 8. *c.* 7. si venter adstrictus est, solvendus est *l.* 3. *c.* 15. *v.* Afficio, Calor, Humerus, Latus, Morbus.
Solus. non quo non interdum id incidat; sed quo saepius fallat, solaque abstinentia sine ullo periculo medeatur *l.* 3. *c.* 2. Neque vero iis solis quos capitis imbecillitas torquet, usus aquae frigidae prodest; sed iis etiam quos assiduae lippitudines &c. male habent *l.* 1. *c.* 5. insanientes.. non oportere esse vel solos, vel inter ignotos *l.* 3. *c.* 18. *v.* Conceptio, Curtus, Moveo, Occasio, Sanitas.
Solutus. vesica soluta atque liberior *l.* 4. *c.* 1. ℑ *translate*. solutis jam febribus *l.* 7. *c.* 3. nondum solutis inflammationibus *l.* 5. *c.* 26. *s.* 20.
Somnium. tumultuosa somnia *l.* 2. *c.* 2. *v.* Somnus.
Somnus. somno aptum est papaver, lactuca, maximeque aestiva, cujus cauliculus jam lacte repletus est, morum, porrum *l.* 2. *c.* 32. implet corpus.. somnus plenus, et non nimis longus *l.* 1. *c.* 3. extenuat corpus.. somnus nimium vel brevis vel longus *ibid.* gravis morbi periculum est, ubi.. *aeger*, nocturna vigilia premitur, etiamsi interdiu somnus accedit; ex quo tamen pejor est qui inter quartam horam et noctem est, quam qui a matutino tempore ad quartam. Pessimum tamen omnium est, si somnus neque noctu, neque interdiu ac-

cedit. Aeque vero signum malum est, etiam somno ultra debitum urgeri; pejusque, quo magis sopor interdiu noctuque continuat *l.* 2. *c.* 4. breves somni, et iidem per somnia tumultuosi *l.* 8. *c.* 4. somnus incertus *l.* 3. *c.* 2. continens somnus *l.* 3. *c.* 20. somnus in promptu est *l.* 4. *c.* 3. cum somnus . . urget *pro*. *l.* 1. si gravior somnus pressit *l.* 2. *c.* 2. *v.* Sanesco. difficilior somnus *l.* 3. *c.* 20. si satis somni accedet *l.* 8. *c.* 4. acuto morbo facile consumitur is cui somnus dolorem auget *l.* 2. *c.* 6. somno indulgere *l.* 3. *c.* 22. somnum quaerere. *v.* Frictio. cum intentio febris somnum impediat *l.* 3. *c.* 18. somnum facere . . somnum moliri *ibid*. *v.* Abstineo, Arcesso, Calor, Capio, Catapotium, Continuatus, Interpello, Prohibeo. ℑ a somno. *v.* Distentio. ex somno. *v.* Timeo.

Sono. ubi intestinum prolapsum est, tumor neque durus, neque mollis est . . sonat interdum *l.* 7. *c.* 14. Auris, Gravedo.

Sonus. creber intus ex motu spiritus sonus est *l.* 3. *c.* 21. pulmone icto . . spiritus cum sono fertur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 9. sonus ventris. *v.* Inflatio. externus sonus. *v.* Auris.

Sopitus. *v.* Expergiscor.

Sopor. neque spumae profluunt, neque nervi distenduntur: sopor tantum est *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. *v.* Somnus.

Soporo. protinus timeri debet . . si saepius exspergiscitur aliquis quam assuevit, deinde interum soporatur *l* 2. *c.* 2.

Sorbeo. sorbere oportet jus anserinum, vel vitulinum *l.* 5. *c.* 27. *s.* 3. oportet jejunum sorbere vini cyathum *&c.* *l.* 4. *c.* 22. oportet . . interdum interposito cibo singulos vini cyathos sorbere *l.* 4. *c.* 19. *v.* Invicem.

Sorbilis. *v.* Ovum.

Sorbitio. lenis est *l.* 2. *c.* 22. aliena stomacho est *l.* 2. *c.* 25. *v.* Frumentum. cibus sit quam maxime tenuis et lenis, praecipueque sorbitio, eaque ex ptisana potissimum *l.* 4. *c.* 13. is, *cibus*, febricitantibus humidus est aptissimus, aut humori certe quam proximus: utique ex materia quam lenissima, maximeque sorbitio; eaque, si magnae febres fuerint, quam tenuissima esse debet *l.* 3. *c.* 6. cibus lenis, ut sorbitio ex ptisana, vel ex alica, vel ex amylo, lacte adjecto *l.* 3. *c.* 22. sorbitio ptisanae, vel alicae, vel oryzae, cum qua recens adeps cocta sit *l.* 4. *c.* 14. sorbitiones quibus laser sit adjectum, aut in quibus porrum incoctum tabuerit *l.* 4. *c.* 10. *v.* Pulticula, Vivo.

Sorbum. stomacho aptum est *l.* 2. *c.* 24. alvum adstringunt . . sorba, magisque ea quae torminalia vocantur *l.* 4. *c.* 30.

Sordes. ubi gravius aliquis audire coepit . . in primis aurem ipsam considerare oportet: apparebit enim aut crusta, qualis super ulcera innascitur, aut sordium coitus . . si sordes, eaeque molles sunt, specillo eximendae sunt: at si durae sunt *&c.* *l.* 6. *c.* 7. *s.* 7. ℑ sordes ex gymnasio discutiunt *l.* 5. *c.* 11. molliunt *l.* 5. *c.* 15.

Sordidus. *v.* Naturalia, Vlcus, Vulnus. sordidior. *v.* Fistula.

Sors. *v.* Homo prudens, Ventus.

Sory. soreos, *secundo casu* *l.* 6. *c.* 9.

Sosagoras. *v.* Malagma.

Sostratus, *chirurgus pro*. *l.* 7. *c.* 4. *s.* 3. *et c.* 14. *ejusdem libri*.

Sparus. *v.* Piscis.

Σπασμὸς. *v.* Frigus, Κυνικὸς.

Spatha. spatha lignea, quae et crassitudinem duorum digitorum habet, et longitudine ab ala usque ad digitos pervenit: in qua summa capitulum est rotundum et leniter cavum, ut recipere particulam aliquam ex capite humeri possit. In ea bina foramina tribus locis sunt inter se spatio distantibus; in quae lora mollia conjiciuntur. Eaque spatha fascia involuta, quo minus tactu laedat, ad alam brachio dirigitur sic, ut caput ejus summae alae subjiciatur: deinde loris suis ad brachium deligatur *&c.* *l.* 8. *c.* 15.

Spatiosus. *v.* Conclave. Spatiosior. cutis spatiosior *l.* 7. *c.* 26. *s.* 1.

Spatium. *refertur ad locum*. *v.* Spatha. interposito digiti spatio ℑ *ad temporis intervallum*. spatio ipso materia et exhausta est, et corpus corrupit *l.* 2. *c.* 16. uno die fluere alvum saepe pro valetudine est; atque etiam pluribus *&c.* Verum spatium periculosum est *l.* 4. *c.* 26. *v.* Crucio, Emacresco, Ferula, Incito, Porrigo. breve spatium. *v.* Ignosco. spatium inter haec satis illis, *medicamentis*, magnum ad extrahendam saniem relinquatur *l.* 8. *c.* 4.

Species. ut exsequentibus nobis morborum curationes, liceat species rerum quae assumendae erunt subjicere *l.* 2. *c.* 18. ex iis avibus quae in media specie sunt, valentiores eae quae pedibus, quam quae volatu magis nituntur *ibid*. *v.* Discrimen. duae species *v.* Morbus. species quatuor. *v.* Impetigo. plures species. *v.* Tabes.

¶ *pro forma, figura, imago*. vis corporis melius ex venis, quam ex ipsa specie aestimatur *l.* 2. *c.* 10. species sanitatis. *v.* Phreneticus. subire speciem. *v.* Homo prudens. ad speciem litterae V *l.* 7. *c.* 5. *s.* 4.

Speciosus. *v.* Bonum.

Specillum. specillum tenue in foramina demittitur *&c.* *l.* 8. *c.* 2. demitti specillum oportet, neque nimis tenue, neque acutum; ne cum in quosdam naturales sinus inciderit, opinionem fracti ossis frustra faciat: neque nimis plenum, ne parvulae rimae fallant *l.* 8. *c.* 4. ¶ asperatum specillum. *v.* Erado. ¶ aversum. aversum specillum inserendum, diducendaeque eo palpebrae sunt *l.* 7. *c.* 7 *s.* 6.

Spectaculum. *v.* Sedeo.

Specto. spectare oportet, num tempora, partesve aliae madescant *l.* 3. *c.* 6. cum omnis longus tumor ad suppurationem fere spectet *&c.* *l.* 2. *c.* 7. sic enim fore, ut is pilus in exteriorem partem postea spectet *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. in superiore palpebra sub ipsis pilis incidenda linea est, ut ab inferiore parte diducti pili sursum spectent *ibid.* facies suturam habet maximam.. a qua breves duae sub interioribus angulis, *oculorum*, deorsum spectant *l.* 8. *c.* 1. *femur*, si in interiorem partem prolapsum est, crus longius altero, et valgius est: extra enim pes ultimus spectat *l.* 8. *c.* 20. retro spectare. *v.* Replico.

Spero. quantum aut sperari, aut timeri debeat, ex quibusdam signis intelligi potest *l.* 7. *c.* 3. aliquid sperari potest vere et aestate *l.* 2. *c.* 8. *v.* Languor.

Spes. in quo omnia haec sunt, is ex toto tutus est; in quo plura ex his sunt, is in bona spe est *l.* 2. *c.* 8. *v.* Affero, Consolor. si plus humoris excernitur, quam assumitur, tum demum secundae valetudinis spes est *l.* 3. *c.* 21. non quod certa fiducia sit; sed quod dubia spes certa desperatione sit potior *l.* 7. *c.* 16. spes in iis, *vulneribus*, major est, ex quibus melioris generis quaeque proveniunt *l.* 5. *c.* 26. *s.* 20. inter haec quidem, proposito metu, spes tamen superest *l.* 2. *c.* 6. quo morbo, *aquae metu*, oppressis in angusto spes est *l.* 5. *c.* 27. *s.* 2. morbus comitialis post annum quintum et vicesimum ortus aegre curatur, multoque aegrius is qui post quadragesimum annum coepit; adeo ut in ea aetate aliquid in natura spei, vix quidquam in medicina sit *l.* 2. *c.* 8. illud attingi non oportet, ne sine effectus spe distentio oriatur nervorum *l.* 7. *c.* 8. in ea, *aqua inter cutem*, tussis spem tollit *l.* 2. *c.* 8. post sanguinis missionem, si non redit et motus et mens, nihil spei superest *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. si reposita ossa sunt, spes nulla est *l.* 8. *c.* 25. *v.* Fateor.

Sphaerion. *v.* Collyrium.

Spica. *v.* Allium, Nardum.

Spiculum. *v.* Sagitta.

Spina. Caput spina excipit. Ea constat ex vertebris quatuor et viginti *l.* 8. *c.* 1. *v.* Vertebra. ima spina in coxarum osse desidit *ibid.* ¶ si spina aliqua, *calculi*, vesicae inhaeret *&c.* *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2.

Spinosus. *v.* Calculus, Fragmentum.

Spiritus, *internus*. si spiritus in eas venas quae spiritui accommodatae sunt transfunditur *pro.* *l.* 1. si in spiritu omne vitium est *ibid.* *v.* *adnot.* 31. ¶ *pro vita*. spiritu remanente. *v.* Scrutor. miserum spiritum trahere *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. ¶ *pro aer*. cornea, *cucurbitula*, per se corpori aptatur; deinde ubi ea parte qua exiguum foramen est, ore spiritus adductus est, superque cera cavum id clausum est, aeque inhaerescit *l.* 2. *c.* 11. spiritus capax. *v.* Pulmo. *intestina ventre evoluta*, momento alienantur, externo et insueto spiritu circumdata *l.* 7. *c.* 16. ¶ *Illa ad spirandi facultatem pertinent*: spiritus facilis *l.* 2. *c.* 3. aequalis spiritus *l.* 3. *c.* 20. frigidus spiritus *l.* 2. *c.* 6. gravis tardusque spiritus. *v.* Expedio. spiritus gravior *l.* 2. *c.* 2. spiritus rarus *l.* 5. *c.* 26. *s.* 18. spiritus difficultas *l.* 4. *c.* 14. *v.* Contineo, Elido, Evado, Illido, Impedio, Traho. ¶ spiritus, *pro peditum*. *v.* Alvus.

Spiro. facile spirare *l.* 2. *c.* 8. ex facili spirare *l.* 2. *c.* 3. raro et vehementer spirare *l.* 2. *c.* 7. vehementer et crebro spirare *l.* 2. *c.* 4. *malum*, omne in difficultate spirandi consistit *l.* 4 *c.* 8. *v.* Ἆσθμα. adhuc spirante homine. *v.* Conspectus.

Spissescens. spissescens humor. *v.* Do.

Spisso. *v.* Aquilo.

Spissus. *v.* Sutura.

Splendidus. splendida persona. *v.* Periclitor.

Spodium. exedit *l.* 5. *c.* 7. *v.* Laevo. spodium elotum *l.* 6. *c.* 6. *s.* 12.

Spongia. spongia vel ex aqua frigida, vel ex vino, vel ex aceto expressa glutinat vulnus *l.* 5. *c.* 2. omni vulneri primo imponenda est spongia ex aceto expressa.. Levis plaga juvatur etiam, si ex aqua frigida spongia imponitur. Sed ea, dum madet, prodest: itaque, ut inarescat, non

est committendum *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. expedit . . spongiam concavam imponere subinde in (ex) aqua frigida expressam *l.* 4. *c.* 2. *v.* *adnot.* 6. spongia in vino et rosa tincta *l.* 7. *c.* 3. id quod sine tumore est, fovere oportet spongia, quae in aquam calidam demittatur &c. *l.* 4. *c.* 31. *v.* Admoveo , Foveo , Obcallesco .

Spongiosus . *v.* Pulmo .

Spontis , sponte . qui suae spontis est *l.* 1. *c.* 1. sponte vomere *l.* 3. *c.* 19. *v.* Ducens, Purgo .

Spuma . ex ore spumae moventur *l.* 3. *c.* 23. *v.* Sopor . ℑ spuma argenti purgat *l.* 5. *c.* 5. exedit *l.* 5. *c.* 7. discutit *l.* 5. *c.* 11. spuma argenti cocta et elota *l.* 6. *c.* 6. *s.* 16. spuma lycii *l.* 6. *c.* 7. *s.* 1. spuma nitri rodit *l.* 5. *c.* 6.

Spumans . *v.* Bilis , Exscreo , Pituita , Sputum . spumante ore . *v.* Suspendium .

Spumo . *acetum* , quamvis refrigerandi vim habet , tamen habet etiam dissipandi . Quo fit , ut terra eo respersa spumet *l.* 5. *c.* 27. *s.* 8.

Spuo . pus exspuisse in hoc morbo , *tabe* , deinde ex toto spuere desiisse , mortiferum est *l.* 2. *c.* 8.

Sputum . in pulmonis morbo , si sputo ipse levatur dolor , quamvis id purulentum est , tamen aeger facile spirat &c. potest ei secunda valetudo contingere . Neque inter initia terreri convenit , si protinus sputum mixtum est rufo quodam , et sanguine , dummodo statim edatur *l.* 2. *c.* 8. in pulmonis morbo , si sputum primis diebus non fuit , deinde a septimo die coepit , et ultra septimum mansit , periculosum est : quantoque magis mixtos , neque inter se diductos colores habet , tanto deterius . Et tamen nihil pejus est , quam sincerum id edi , sive rufum est , sive cruentum , sive album , sive glutinosum , sive pallidum , sive spumans : nigrum tamen pessimum est *ibid* . in tabe , ejus qui salvus futurus est , sputum esse debet album , aequale totum , ejusdemque coloris , sine pituita *ibid* . in tabe sputum mixtum purulentum , febris assidua &c. periculum subesse testantur *ibid* .

Squama . squama et ferri et aeris sanguinem supprimit *l.* 5. *c.* 1. squama aeris purgat *l.* 5. *c.* 5. rodit *l.* 5. *c.* 6. exedit *l.* 5. *c.* 7. adurit *l.* 5. *c.* 8. ℑ *squama ossis* . os ferramento adurendum est , vehementiusque , si jam carie vexatum est , quo crassior squama abscedat *l.* 7. *c.* 7. *s.* 7. valentior medicina est . . tenuibus ferramentis adurere : contra tempora quidem timide , ne subjecti musculi qui maxillas tenent sentiant : inter frontem vero et verticem vehementer , ut squama ab osse secedat . Efficacior etiamnum Afrorum curatio , qui verticem usque ad os adurunt , ut squamam remittat *ibid* . *s.* 15.

Squamosus . *v.* Squamula .

Squamula . Impetiginis species sunt quatuor . Minime mala est quae similitudine scabiem repraesentat &c. Distat autem ab ea , quod magis exulcerata est , et varis similes pusulas habet ; videnturque esse in ea quasi bullulae quaedam , ex quibus interposito tempore squamulae resolvuntur &c. Alterum genus pejus est , simile papulae fere , sed asperius rubicundiusque , figuras varias habens : squamulae ex summa cute decidunt &c. Tertia etiamnum deterior est : nam et crassior est , et durior , et magis tumet ; in summa cute finditur , et vehementius rodit ; ipsa quoque squamosa , sed nigra &c. Quartum genus est , quod curationem omnino non recipit , distans colore : nam subalbidum est , et recenti cicatrici simile ; squamulasque habet pallidas , quasdam subalbidas , quasdam lenticulae similes *l.* 5. *c.* 28. *s.* 17.

Stabilis . manu stabili . *v.* Chirurgus .

Στακτή . *v.* Myrrha .

Stagnum . *v.* Aura , Piscis .

Statim . si febres vagae sunt , quia verendum est , ne cibum statim subsequantur , quandocumque quis ex accessione levatus est , tunc debet assumere *l.* 3. *c.* 5. id inter initia statim factum , saepe annuam , nonnumquam perpetuam valetudinem bonam praestat *l.* 4. *c.* 31. admovenda . . sicca et calida fomenta sic , ne statim vehementissimi calores incipiant , sed paulatim increscant *l.* 3. *c.* 11. *v.* Prosum , Solvo.

Statuo . ubi ultima experiri statutum est , ante aliquot diebus victu corpus praeparandum est *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2.

Statura . longa statura , ut in juventa decora est , sic matura senectute conficitur *l.* 2. *c.* 1.

Status . ab eo statu . *v.* Abductus . ex eo statu . *v.* Detineo . in hoc statu . *v.* Fateor . in antiquum statum . *v.* Redeo .

Στεατῶμα , steatoma . In hoc , *capite* , multa variaque tubercula oriuntur : *γάγγλια*, *μελικήριδας* , *ἀθερώματα* nominant ; quibus ego *στεατώματα* quoque adjiciam , quae quamvis et in cervice , et in alis ,

et in lateribus oriri solent, per se tamen non posui; cum omnia ista mediocres differentias habeant, ac neque periculo terreant, neque diverso genere curentur *l.* 7. *c.* 6. steatomati, *subest*, pingue quiddam; idque latissime patere consuevit, resolvitque totam cutem superpositam, ut labet, cum in ceteris sit adstrictior *ibid.*

Stercus. alvus ducenda est.. si juxta stercus est, et intus remanet; aut si stercoris odorem nihil dejiciens aeger ex spiritu suo sentit *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. si superior pars, *tenuioris intestini*, affecta est, cibus; si inferior, stercus per os redditur *l.* 4. *c.* 20. intus intestina exulcerantur: ex his cruor manat; isque modo cum stercore aliquo semper liquido, modo cum quibusdam quasi mucosis excernitur *l.* 4. *c.* 22. imponendum super vulnus stercus caprinum ex aceto coactum *l.* 5. *c.* 27. *s.* 8. lacerti stercus purgat *l.* 5. *c* 5. adurunt auripigmentum.. stercus et lacerti, et palumbi, et columbae, et hirundinis *l.* 5. *c.* 8. ovillum stercus adurit *ibid.* evocat et educit stercus columbae *l.* 5. *c.* 12. ovillum stercus frictum et contritum cum melle *l.* 6. *c.* 18. *s.* 5.

Sterilis. *v.* Vulva.

Sternumentum. Sternumentum etiam inter bona indicia est *l.* 2. *c.* 3. in eodem morbo, *pulmonis*, mala signa sunt tussis, destillatio, etiam, quod alias salutare habetur, sternumentum *l.* 2. *c.* 8. *v.* Destillo, Evoco, Finio. sternumenta vel albo veratro, vel struthio in nares conjecto excitantur &c *l.* 5. *c.* 22. *s.* 8. ℑ sternumentum, *pro medicamentum ad sternumenta excitanda.* *v.* Elido.

Sterto. cui sano subitus dolor capitis ortus est, dein somnus oppressit sic, ut stertat, neque expergiscatur, intra septimum diem pereundum est *l.* 2. *c.* 8.

Stibi. mollit *l.* 5. *c.* 15. stibis cocti *l.* 6. *c.* 6. *s.* 12. stibis combusti et eloti *ibid.* *s.* 13.

Stoechas. si tussis infestabit, potio sumenda erit vel ex trixagine, vel ex ruta, vel ex (herba) stoechade *l.* 8. *c.* 9.

Stomachus, *graece* οἰσοφάγος. Deinde duo itinera incipiunt: alterum asperam arteriam nominant; alterum stomachum. Arteria exterior ad pulmonem; stomachus interior ad ventriculum fertur: illa spiritum; hic cibum recipit *l.* 4. *c.* 1. stomachus, qui intestinorum principium est, nervosus a septima spinae vertebra incipit; circa praecordia cum ventriculo committitur *ibid.* Faucibus subest stomachus; in quo plura longa vitia incidere consuerunt. Nam modo ingens calor, modo inflatio hunc, modo inflammatio afficit: interdum pituita, interdum bilis oritur: frequentissimumque ejus malum est, quo resolvitur; neque ulla re magis aut afficitur, aut corpus afficit *l.* 4. *c.* 12. Vulgatissimum pessimumque stomachi vitium est resolutio, id est cum cibi non tenax est, soletque desinere ali corpus, ac sic tabe consumi *ibid.* ℑ *pro ventriculus.* Si quis stomacho laborat, legere clare debet &c. stomachum autem infirmum indicant pallor, macies, praecordiorum dolor, nausea, et nolentium vomitus *l.* 1. *c.* 8. si ardor stomachum urget, aceto cum rosa subinde fovendus est &c. *l.* 4. *c.* 12. si cibus non continetur.. admovendae duobus infra stomachum digitis cucurbitulae, ibique duabus aut tribus horis continendae sunt. Si simul et vomitus et dolor est, imponenda supra stomachum est lana sucida, vel spongia ex aceto, vel cataplasma quod refrigeret *ibid.*

Στόμωμα. squama aeris, quod στόμωμα appellant *l.* 6. *c.* 6. *s.* 5.

Strangulo. id quoque videndum est.. adstrictum corpus sit, an profluat: quorum alterum strangulat, alterum digerit *l.* 3. *c.* 6. sanguinis detractionem requirit.. quidquid fauces difficultate spiritus strangulat &c. idque maxime fieri debet, ubi subito aliquis obmutuit, ubi angina strangulatur &c. idemque etiam dictum erit in aliis casibus repentinis qui strangulabunt *l.* 2. *c.* 10. *v.* Obesus, Singultus, Tussis, Vestimentum.

Στραγγουρία. urinae difficultas, στραγγουρίαν quam appellant *l.* 2. *c.* 1.

Strenuus. manu strenua. *v.* Chirurgus.

Strepitus. *v.* Cymbalum.

Strideo. mors denuntiatur.. ubi is qui mentis suae non est, neque id facere sanus solet, dentibus stridet *l.* 2. *c.* 6.

Stridor. oculorum quoque frequens motus.. et insolitus dentium stridor insaniae signa sunt *l.* 2. *c.* 7.

Strigilis. *v.* Tepefio.

Strigmentum. sal ammoniacus, vel quilibet alius quam optime teri debet sic, ut ei paulatim oleum adjiciatur, donec crassitudo strigmenti fiat *l.* 6. *c.* 6. *s.* 39. *v.* Alvus, Tormina.

Στρόφος. ejusdem morbi, *aquae inter cutem*, nota est, ubi circa umbilicum intestina torquentur; στρόφους Graeci nominant &c. *l.* 2. *c.* 7.

Struma. Struma est tumor, in quo subter concreta quaedam ex pure et sanguine quasi glandulae oriuntur: quae vel praecipue fatigare medicos solent; quoniam et febres movent, nec umquam facile maturescunt; et sive ferro, sive medicamentis curantur, plerumque iterum juxta cicatrices ipsas resurgunt; multoque post medicamenta saepius: quibus id quoque accedit, quod longo spatio detinent. Nascuntur maxime in cervice; sed etiam in alis, et inguinibus [lateribus]. In mammis quoque feminarum se reperisse, Meges auctor est. Propter haec et album veratrum datur &c. Quae cum medici doceant, quorumdam rusticorum experimento cognitum est, quem struma male habet, eum, si anguem edit, liberari *l.* 5. *c.* 28. *s.* 7. Ad strumam multa malagmata invenio. Credo autem, quo pejus id malum est, minusque facile discutitur, eo plura esse tentata; quae in personis varie responderunt *l.* 5. c. 18. *s.* 13.

Structura. *v.* Manus.

Struo. *v.* Os.

Struthium. *v.* Sternumentum. struthium album *l.* 6. *c.* 5.

Στρύχνος. *v.* Solanum.

Studeo. cibo quolibet utendum, dummodo concoctioni utique studeatur *l.* 3. *c.* 27. *s.* 3.

Studiosus. studiosi litterarum *l.* 3. c. 18. sapientiae studiosi. *v.* Ratiocinatio.

Studium. majore studio. *v.* Agito. studium sapientiae. *v.* Hippocrates.

Stulte. *v.* Dico.

Stultus. *v.* Sustineo. Stultius. *v.* Immo.

Stupens. *v.* Noxa.

Stupeo. *v.* Attonitus.

Styrax. concoquit et movet pus *l.* 5. c. 3. purgat *l.* 5. c. 5. rodit *l.* 5. *c.* 6. discutit *l.* 5. *c.* 11. mollit *l.* 5. *c.* 15.

Sub. sub corde atque pulmone transversum ex valida membrana septum est &c. jecur a dextra parte sub ipso septo orsum *l.* 4. c. 1. ℑ quidam medici saeculi nostri sub auctore, ut ipsi videri volunt, Themisone, contendunt &c. *pro.* *l.* 1. nonnumquam nimium sub hac curatione excisa cute evenit, ut oculus non contegatur *l.* 7. *c.* 7. *c.* 9.

Subactus. emplastrum tetrapharmacum ex aceto subactum *l.* 6. *c.* 3. farina ex aqua frigida subacta *l.* 7. *c.* 22.

Subalbidus. *v.* Ἐλαιῶδες, Impetigo, Ἰχώρ, Μελίκηρα, Sanies, Squamula, Φλυζάκιον.

Subasper. *v.* Ἄλφος.

Subausterus. *v.* Vinum.

Subcaeruleus. *v.* Creta.

Subcresco. *v.* Pilus.

Subcrudus. inflant... lac, omnisque caseus, quidquid denique subcrudum aliquis assumpsit *l.* 2. c. 26. *v.* Brassica, Maturitas.

Subcruentus. *v.* Livor.

Subdurus. *v.* Θύμιον.

Subduco. alvum subducere *l.* 3. *c* 4.

Subeo. si quod etiam os adustum est, a parte sana recedit; subitque inter integram atque emortuam partem caruncula, quae quod abscessit expellit *l.* 8. *c.* 3. ℑ *submitto*. nonnumquam incipiente febre, *venae*, subeunt et quiescunt *l.* 3. *c.* 6. *Confer cum Submitto.* *v.* Species.

Subhumidus. *v.* Oculus.

Subjectus. siccat, *corpus*, cibus exercitationi statim subjectus *l.* 1. *c.* 3. quidquid in cartilagine incidit, excitandum leniter est aut subjecto specillo, aut duobus digitis utrimque compressis *l.* 8. c. 5.

Subjicio. perfundi frigida, atque in eadem natare; canalibus ejusdem subjicere stomachum ipsum, et magis etiam a scapulis id quod contra stomachum est *l.* 4. c. 12. eas partes quae tument, subjicere soli oportet *l.* 3. c. 21. pleraque ex vulneribus oculis subjecta sunt *l.* 5. *c.* 26. *s.* 7. quo magis necessaria pars erit quae tractabitur, hoc quoque majori periculo subjecta est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. *v.* Πεσσός. ℑ *praebeo, sufficio*. Quod si scientiam hanc non subjiciat evidens causa, multo minus eam posse subjicere quae in dubio est *pro.* *l.* 1. ℑ Illa moderatius subjiciam: conjecturalem artem esse medicinam &c. *l.* 2. c. 6.

Subinde. alvum solvit motus qui post cibum est, subinde potiones cibo immixtae *l.* 1. c. 3. prodest in vetere quartana mutare subinde victus genus *l.* 3. c. 16. mutare subinde peregrinationibus coelum *l.* 3. c. 27. *s.* 2. *et passim*.

Subito. Homo subito concidit *l.* 3. *c.* 23. si ora venarum sanguinem solita fundere, subito suppressa sunt, aut aqua inter cutem, aut tabes sequitur *l.* 2. *c.* 7. *v.* Ago, Obcaeco, Obmutesco, Revertor, Terreo, Venio. subito mori. *v.* Obesus. ℑ quod de subito durius non est, melius est *l.* 5. c. 28. *s.* 11.

Subitus. subitus horror. *v.* Exsolvo. subiti morbi. *v.* Corripio. ex subita causa *l.* 4. c. 2. ex aliquo subito casu *l.* 2. *c.* 10. *v.* Dolor, Frigus, Loquacitas. subita multitudo. *v.* Onero.

super corpus eminens, durum, latum, viride *l.* 5. *c.* 28. *s.* 13.
Successor. Hippocratis successores *l.* 3. *c.* 9. *v.* Themison.
Succisus. *v.* Lingua.
Succurro. inter initia protinus succurrendum est *l.* 6. *c.* 7. *s.* 1. celeriori via succurrere. *v.* Emitto. promptius succurrere *v.* Liber. cum magna festinatione succurrere *l.* 7. *c.* 16. succurrendum semper parti maxime laboranti est *l.* 1. c. 3. necessitati succurrere *l.* 7. *c.* 2. si materia, vel copia sui male habet, vel corrupta est, nullo modo melius succurritur *l.* 8. *c.* 10. sphaerion vetustis ulceribus, et vix ad cicatricem venientibus optime succurrit *l.* 6. c. 6. *s.* 23. neque ulli morbo minori momento succurritur *l.* 4. c. 18. victus ratione succurrere *l.* 2. c. 33. imbecillitati jacentis cibo vinoque succurrere, *l.* 3. c. 19. si ea ulcera circa os sunt.. sciri quidem debet vix ei malo posse succurri &c. *l.* 6. *c.* 8. os fractum, nisi si succursum est, gravibus inflammationibus afficit *l.* 8. *c.* 4. succurri nullo modo potest. *v.* Nudo.
Sucidus. *v.* Lana.
Sucosus. *v.* Pomum.
Sucus. *v.* Acacia, Centaurium, Cucumis, Hyoscyamum, Intubus, Ligustrum, Malum punicum, Mandragora, Menta, Nux, Plantago, Radicula, Solanum. utiles in quibuscumque viribus herbae duae sunt, solanum et muralis, si simul ex utraque suco expresso caput impletur *l.* 3. c. 18.
Sudans. Illud quoque nosse oportet, quod ex labore sudanti frigida potio perniciosissima est *l.* 1. c. 3.
Sudatio. naturales sudationes. *v.* Sudor. naturales et siccae sudationes *l.* 3. c. 21. assae sudationes *l.* 3. *c.* 27. s. 3.
Sudo. si balneum non est, calido loco, vel in sole, vel ad ignem ungi, atque sudare *l.* 1. *c.* 3. mali morbi signum est multum sudare, maximeque frigido sudore *l.* 2. c. 4.
Sudor. sudor duobus modis elicitur: aut sicco calore, aut balneo. Siccus calor est et arenae calidae, et laconici, et clibani, et quarumdam naturalium sudationum, ubi e terra profusus calidus vapor aedificio includitur, sicut super Bajas in myrtetis habemus. Praeter haec sole quoque et exercitatione is movetur. Utiliaque haec genera sunt, ubi humor intus nocet, isque digerendus est.. Sed caetera infirmis possunt convenire: sol et exercitatio tantum robustioribus; qui tamen sine febre, vel inter initia morborum, vel etiam non gravibus morbis tenentur *l.* 2. *c.* 17. *v.* Balneum, Facio. alias per sudorem ad integritatem venitur, alias tantum imbecillius corpus redditur *l.* 3. c. 3. sudores necessarii sunt *l.* 4. c. 16. multus sudor *l.* 2. *c.* 7. sudor plurimus l. 6. *c.* 9. immodicus sudor *l.* 3. *c.* 19. ingens sudor *l.* 3. c. 7. *s.* 2. sudor frigidus in acuta febre pestifer est *l.* 2. *c.* 6. corde percusso.. sudores tenues malique odoris tamquam irrorato corpore oriuntur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 8. ubi stomachus percussus est.. sudores tenues oriuntur, per quos extremae partes frigescunt *ibid.* *s.* 15. *v.* Consequor, Demo, Diffundo, Evoco, Moveo, Noceo, Prohibeo, Prorumpo, Remitto, Resolvo, Vinco, Vito, Ungo.
Sufficio. *v.* Pono, Fistula.
Suffrico. quidam crassas durasque palpebras et ficulneo folio, et asperato specillo.. eradunt; versasque quotidie medicamentis suffricant *l.* 6. c. 6. *s.* 26.
Suffumigo. ea ipsa pars sine oleo, nitro ex aqua perungenda est; deinde involvenda, et subjicienda pruna lenis, et sulphur, atque ita id suffumigandum *l.* 3. *c.* 27. *s.* 2. *v.* Scorpio.
Suffundo. interdum sic ictus oculum laedit, ut sanguis in eo suffundatur *l.* 6. c. 6. s. 39. ubi post longos morbos totius corporis habitus vitiatus est, lateque se sinus suffudit, et in eo jam cutis pallet, scire licet eam jam emortuam esse, et inutilem futuram *l.* 7. *c.* 2.
Suffusio. Suffusio quoque, quam Graeci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentiae, qua cernit, se opponit. Quod si inveteravit, manu curandum est: inter initia nonnumquam certis observationibus discutitur. Sanguinem ex fronte vel naribus mittere; in temporibus venas adurere &c. expedit *l.* 6. *c* 6. *s.* 39. Suffusio cum recens incidit, medicamentis quoque saepe discutitur: sed ubi vetustior facta est, manus curationem desiderat; quae inter subtilissimas haberi potest *l.* 7. c. 7. *s.* 13. si exigua suffusio est, si immobilis, colorem vero habet marinae aquae, vel ferri nitentis, et a latere sensum aliquem fulgoris relinquit, spes superest. Si magna est, si nigra pars oculi, amissa naturali figura, in aliam vertit, si suffusioni color caeruleus est, aut auro similis, si labat, si hac atque illac movetur,

Superdeligo. spongia ex aqua frigida expressa superdeliganda est *l.* 7. *c.* 7.
Superdo. ei, *oculi angulo*, ex melle linamentum superdandum est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. cataplasma superdare *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2.
Superfluo. quae per se singula teruntur, deinde juncta iterum melle adjecto &c. tum in aeneo vase leniter coquuntur, ne superfluant *l.* 6. *c.* 18. *s.* 2.
Superhabeo. superhabendum cataplasma ex lini semine *l.* 7. *c.* 20.
Superjaceo. id quidem, *cataplasma*, interdiu superjacebit: noctu vero idem aut ceratum, aut malagma *l.* 8. *c.* 9.
Superillino. totum corpus bulbis contritis superillinendum est *l.* 3. *c.* 19.
Superimpono. noctu.. non alienum est superimponere candidi panis interiorem partem ex vino subactam *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. ad scorpionis et ad aranei ictum allium cum ruta miscetur, ex oleoque contritum superimponitur *l.* 5. *c.* 27. *s.* 6. si nihil superimponi dolor patitur, id quod sine tumore est fovere oportet spongia &c. *l.* 4. *c.* 31. cuti superimponendum emplastrum aliquod &c. *l.* 8. *c.* 5.
Superimpositus. sucida lana ex aceto superimposita *l.* 8. *c.* 11. superimposito pileo. *v.* Velo.
Superincido. cutis superinciditur: tum patefacta vena tenui et retuso ferramento candente modice premitur *l.* 7. *c.* 31.
Superincresco. Nonnumquam recte quidem ossa coierunt, superincrevit vero nimius callus *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7.
Superinfundo. silvestris papaveris cum jam ad excipiendam lacrimam maturum est, manipulus in vas demittitur, et superinfunditur aqua donec id contegat *l.* 5. *c.* 22. *s.* 4.
Superinjicio. cetera eadem facienda sunt: ut eodem modo.. panniculus, eodem lana superinjiciatur *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. quae, *linamenta*, quam paucissima superinjicienda sunt *l.* 7. *c.* 4. *s.* 4.
Superinungo. superinungi oculi debent sic, ut croci, quantum tribus digitis sumi potest, sumatur &c. *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. superinungi collyrio debet ex iis aliquo quo lippientes oculi superinunguntur *l.* 7. *c.* 7. *s.* 1. quarto, *die*, suturae tollendae, et collyrio quod inflammationes reprimit superinungendum *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8.
Superior. superior caro *l.* 7. *c.* 17. *v.* Pars. superior palpebra *l.* 7. *c.* 7. *s.* 10. superiora membra. *v.* Femur. superiora viscera. *v.* Violo.
Supernatus. *v.* Vitio.
Supero. in iis quae superant, est quod morbus demat; in iis quae desunt, non est quod morbum ipsum ferat *l.* 2. *c.* 2. vel quod deest, infirmat, vel quod superat, corrumpitur *l.* 3. *c.* 22.
Superpono. si jecur, aut lienem affectum esse manifestum est, *oportet*, ficum pinguem contusam, adjecto melle, superponere *l.* 3. *c.* 21.
Superpositus. *v.* Στεατώμα.
Supersidens. *v.* Vrina.
Supersum. sanguis mittendus est; utique si in fronte venae tument, si firmo corpore materia superest *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. seu supersunt vires, seu desunt, seu quidam alii affectus interveniunt *l.* 3. *c.* 5. *v.* Abstinentia, Emorior. si horrore sublato haec, *febris*, superest *l.* 3. *c.* 13. *v.* Serum, Spes, Vsus. Superest ut ad extremas partes corporis veniam, quae articulis inter se conseruntur *l.* 4. *c.* 29.
Supervacuus. aegrum supervacua materia onerare. *v.* Medicus. medicamentis uti, nisi in vehementibus melis, supervacuum est *l.* 4. *c.* 26. quidam hos quoque iisdem, quibus lethargicos, excitare conantur: quod admodum supervacuum est *l.* 3. *c.* 23. sed hoc quidem saepius inter supervacua, quam inter necessaria est *l.* 7. *c.* 25. *s.* 3. *v.* Auxilium, Coercitio, Curatio, Discens, Exercitatio, Praesidium.
Superveniens. *v.* Includo.
Supervenio. *Erysipelas*, non solum vulneri supervenire, sed sine hoc quoque oriri consuevit *l.* 5. *c.* 26. *s.* 33. *v.* Affectus, Aqua inter cutem, Febris. celerrime supervenire. *v.* Mors. tarde supervenire. *v.* Vomitus.
Supinus. *v.* Colloco, Cubo, Jaceo, Manus.
Supplicium. *v.* Populus.
Suppressus. sanguine suppresso *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. suppresso spiritu. *v.* Perfrico. venter suppressus. *v.* Reddo. ex toto suppressa. *v.* Alvus.
Supprimo. sanguinem supprimunt atramentum sutorium.. chalcitis &c. *l.* 5. *c.* 1. id, *acetum*, vehemens ad sanguinem supprimendum est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 21. *v.* Fluo. quod si, *sanguis*, per se non destitit, rursus, ne vis omnis intereat, supprimi debet *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. *sanguis*, parum tuto supprimitur. *v.* Habeo. quoties is, *sanguis*, suppressus est, ne quid periculi afferat, multa exercitatione digerenda materia est *l.* 6. *c.* 18. *s.* 9. pituitam suppri-

mere *l.* 4. *c.* 9. tormina snpprimere *l.* 5. *c.* 25. *s.* 4. Aquilo .. urinam supprimit *l.* 2. *c.* 1. *v.* Mulier, Vomitus, Vox.

Suppuratio. Suppuratio pluribus morbis excitatur &c. *l.* 2. *c.* 7. Ex suppurationibus eae tolerabiles sunt, quae in exteriorem partem feruntur, et acuuntur: et ex iis quae intus procedunt, eae leviores quae contra se cutem non afficiunt, eamque et sine dolore, et ejusdem coloris cujus reliquae partes sunt, sinunt esse *l.* 2. *c.* 8. ex suppurationibus eae pessimae sunt, quae intus tendunt sic, ut exteriorem quoque cutem decolorent: ex iis deinde quae in exteriorem partem prorumpunt, quae maximae, quaeque planissimae sunt *ibid.* ex iis suppurationibus quas pulmonum morbi concitarunt, fere senes moriuntur; ex ceteris juniores *ibid.* Suppurationes quae in aliqua interiori parte oriuntur, ubi natae fuerint, primum id agere oportet per ea cataplasmata quae reprimunt, ne coitus inutilis materiae fiat; deinde si haec victa sunt, per ea malagmata quae digerunt, ut dissipetur. Quod si consecuti non sumus, sequitur ut evocetur; deinde ut maturescat. Omnis tum vomicae finis est, ut rumpatur: indiciumque est pus vel alvo vel ore redditum *l.* 3. *c.* 27. *s.* 4. mediocris suppuratio *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11. matura suppuratio *ibid.* penitus condita suppuratio *ibid.* *v.* Deprehendo.

Suppuro. quibus sine febre aliqua parte dolor, aut prurigo, cum rubore et calore est, ibi aliquid suppurat *l.* 2. *c.* 7. quod suppurat, ab ea parte quam afficit, dolorem inflammationemque concitat *ibid.* *v.* Anus.

Supra. videndum est, pus supra articulum, an infra nascatur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 28. idque, *brachium*, paulo supra cubiti alterius regionem pendere oportet *l.* 8. *c.* 10. *s.* 3. ℑ *pro super*. supra maxillas ceratum, quale supra posui, esse debet *l.* 6. *c.* 9. ℑ *pro superius, ante*. fovendum aqua in qua verbenae de quibus supra dixi, decoctae sint *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. cetera eadem quae supra scripsi facienda sunt *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. ℑ *pro ultra*. *v.* Consuetudo. pessima ex pusulis est quae ἐπινυκτὶς vocatur. Ea colore vel sublivida, vel subnigra, vel alba esse consuevit.. Dolor ex ea supra magnitudinem ejus est: neque enim ea faba major est *l.* 5. *c.* 28. *s.* 15. ℑ *plus quam*. suturae adjiciendae, quae supra tres esse non debent *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8.

Sura. crus est ex ossibus duobus &c. alterum os ab exteriore parte surae positum est; quod ipsum quoque sura nominatur *l.* 8. *c.* 1.

Surculus. *v.* Fructus, Emplastrum. ne illa quidem, *vulnera*, negligenda, ubi derasum attritumve aliquid est, aut ubi surculus corpori infixus est . . surculum, si fieri potest, oportet vel manu, vel etiam ferramento ejicere. Si vel praefactus est, vel altius descendit, quam ut id ita fieri possit, medicamento evocandus est &c. Pessima ex surculis arundo est, quia aspera est: eademque offensa etiam in filice est. Sed usu cognitum est, utramque adversus alteram medicamentum esse, si contrita ac superimposita est. Facit autem idem in omnibus surculis quodcumque medicamentum extrahendi vim habet *l.* 5. *c.* 26. *s.* 35.

Surditas. nihil plus adversus surditatem, quam biliosa alvus potest *l.* 2. *c.* 8. immaturae quoque uvae sucus cum rosa instillatus adversus surditatem satis proficit *l.* 6. *c.* 7. *s.* 7.

Surgens. *v.* Αἱμοῤῥοὶς.

Surgo. qui bene concoxit, mane tuto surget: qui non concoxit, quiescere debet; et si necessitas surgendi fuerit, redormire *l.* 1. *c.* 2. quo die febrem exspectabit, surgere et exerceri, *oportebit* *l.* 3. *c.* 15. inter pilos quaedam quasi squamulae surgunt. *v.* Porrigo.

Sursum. *humerus*, si in alam delapsus est, cubitus recedit ab latere; sursum juxta ejusdem partis aurem cum humero porrigi non potest *l.* 8. *c.* 15. *v.* Contraho.

Sus. ex eodem sue ungulae, rostrum, aures, cerebellum aliquanto quam cetera membra leviora sunt *l.* 2. *c.* 18. vulvae, rostra, trunculique suum boni suci sunt *l.* 2. *c.* 20.

Susinus. *v.* Vnguentum.

Suspectus. *v.* Bonum.

Suspendium. neque is ad vitam redit, qui ex suspendio spumante ore detractus est *l.* 2. *c.* 8.

Suspendo. suspendenda manus sinistra est, et saepius attollenda &c. *l.* 8. *c.* 4. medicamenta quibus in lippitudine pituita suspenditur *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. *v.* Gestatio.

Suspensus. brachio suspenso *l.* 8. *c.* 10. *s.* 2. suspensa leviter manu *l.* 7. *c.* 7. *s.* 1. *v.* Lectus.

Suspicio. nulla cruditatis suspicione remanente *l.* 3. *c.* 10.

Sustineo. *v.* Ζυγῶδες, Talus, Τένοντες, Ver-

tebra. ℑ *translate*. v. Fames, Incito, Inedia, Labor, Mulier, Potio. cum eo, ut nullo tempore is qui deficit, non sit sustinendus *l.* 3. *c.* 5. si sustinere aliquis aceti vim non potest, vino utendum est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 26. idque maxime fieri debet.. ubi prioris febris accessio paene confecit, paremque subsequi verisimile est, neque eam videntur sustinere aegri vires posse *l.* 2. *c.* 10. id agendum, ut quod diu sustinendum est, corpus facile sustineat *l.* 3. *c.* 15. necesse est, quanto facilius etiam sani famem quam sitim sustinent, tanto magis aegris in potione, quam in cibo indulgere *l.* 3. *c.* 6. necessariam sitim sustinere. v. Metrodorus. stultum est decoris causa rursus dolorem et medicinam sustinere &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 36.

Sutura. comprehendi sutura, vel fibula, non cutem tantum, sed aliquid etiam ex carne, ubi suberit haec, oportebit, quo valentius haereat, neque cutem abrumpat. Vtraque optima est ex acia molli, non nimis torta, quo mitius corpori insidat. Vtraque neque nimis rara, neque nimis crebra injicienda est. Si nimis rara est, non continet: si nimis crebra est, vehementer afficit; quia, quo saepius acus corpus transuit, quoque plura loca injectum vinculum mordet, eo majores inflammationes oriuntur; magisque aestate. Neutra etiam vim ullam desiderat; sed eatenus utilis est, qua cutis ducentem quasi sua sponte subsequitur. Fere tamen fibulae vulnus latius esse patiuntur: sutura oras jungit, quae ne ipsae quidem contingere ex toto debent, ut si quid intus humoris concrevit, sit qua emanet *l.* 5. *c.* 26. *s.* 23. orae vulneris inter se simplici sutura committendae *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. *sutura*, duobus linis injicienda est, et spissior quam alibi *l.* 8. *c.* 16. medio tumore una linea inciditur &c. orae una sutura junguntur *l.* 7. *c.* 13. v. Devincio, Augeo, Supra. quod vetus est, sutura non coit. v. Plaga. suturas eximere *l.* 7. *c.* 9. suturas tollere *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. ℑ *suturae calvariae*. v. Calvaria. neque certus earum numerus est, sicut ne locus quidem. Fere tamen duae super aures, tempora a superiore capitis parte discernunt: tertia ad latera per verticem tendens occipitium a summo capite diducit: quarta ab eodem verticee per medium caput ad frontem procedit; eaque modo sub imo capillo desinit, modo frontem ipsam secans inter supercilia finitur. Ex his ceterae quidem suturae in unguem committuntur: eae vero quae super aures transversae sunt, totis oris paulatim extenuantur; atque ita inferiora ossa superioribus leniter insidunt.. At facies suturam habet maximam; quae a tempore incipiens, per medios oculos naresque transversa pervenit ad alterum tempus. A qua breves duae sub interioribus angulis deorsum spectant. Et malae quoque in summa parte singulas suturas habent. A mediisque naribus, aut superiorum dentium gingivis per medium palatum una procedit; aliaque transversa palatum ipsum secat *l.* 8. *c.* 1.

Suus. protinus requirendum est, an integra ea, *intestina*, sint; deinde an iis color suus maneat *l.* 7. *c.* 16. Ante omnia norit quisque naturam sui corporis *l.* 1. *c.* 3. bona sua suspecta habere *l.* 2. *c.* 2. arbitrio suo vivere *l.* 4. *c.* 32.

Sycaminum. alii sycamini lacrimam fronti inducunt *l.* 3. *c.* 18.

Σύκωσις. Est etiam ulcus quod a fici similitudine σύκωσις a Graecis nominatur. Caro excrescit: et id quidem generale est. Sub eo vero duae species sunt. Alterum ulcus durum et rotundum est: alterum humidum et inaequale. Ex duro exiguum quiddam et glutinosum exit: ex humido plus et mali odoris. Fit utrumque in iis partibus quae pilis conteguntur: sed id quidem quod callosum et durum est, maxime in barba; id vero quod humidum, praecipue in capillo *l.* 6. *c.* 3.

Σύναγχη. Interdum neque rubor, neque tumor ullus apparet; sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra solvuntur: id σύναγχην vocant *l.* 4. *c.* 7.

Syriacus. v. Nardum, Oleum, Rhus.

Syrus. nardi syri *l.* 5. *c.* 23. *s.* 2. v. *adnot.*

Σχυστὸς. v. Alumen.

Σχοῖνος. v. Juncus.

Σφαγίτιδες. In dextra sinistraque circa guttur venae grandes, quae σφαγίτιδες nominantur.. sursum procedentes ultra aures feruntur *l.* 4. *c.* 1.

TA

Tabes. Diutius saepe et periculosius tabes eos male habet, quos semel invasit. Atque hujus tres species sunt *l.* 3. *c.* 22. v. Ατροφία, Καχεξία, Φθίσις. ubi purum erit ulcus, ali corpus debebit, ne tabes perniciosa futura id malum subsequatur *l.* 8. *c.* 9. per haec fiet, ne in vi-

tia tabem inferentia incidat *l.* 4. *c.* 32. *v.* Consumo, Profusio seminis. Adolescentia morbis acutis, item comitialibus, tabique maxime objecta est *l.* 2. *c.* 1.

Tabesco. in acris aceti heminam frictum salem conjiciunt, donec tabescere desinat &c. *l.* 6. *c.* 15. *v.* Sorbitio, Varix.

Tabula. tabula collocatur media inhaerens, capitibus utrimque pendentibus &c. *l.* 6. *c.* 7. *s.* 9.

Tactus. cutis dura est, et levi tactu irritatur *l.* 7. *c.* 7. *s.* 7. indurescit is locus, et rubet, et tactu dolorem excitat *l.* 7. *c.* 27. si tota, *costa*, fracta non est, nec sanguis exspuitur.. nec dolor magnus est; tactu tamen is locus leviter indolescit *l.* 8. *c.* 9. tumor tactu inaequalis est, et mollis, et lubricus *l.* 7. *c.* 18. scrotum et rotundum et tactu laeve *ibid.* *v.* Sentio. mollior tactus. *v.* Manus.

Tactus, *adject.* *v.* Affero.

Taedium. *v.* Anus, Liber, Retineo.

Talis. His duobus emplastris color niger est, qui fere talis fit ex pice atque resina *l.* 5. *c.* 19. *s.* 2. Fere vero antiqui tales aegros in tenebris habebant *l.* 3. *c.* 18. ℑ talis.. qualis. plagam, si ex vulnere est, talem necesse est habeamus, qualem acceperimus *l.* 8. *c.* 4. *v.* Tepor.

Talus. excipitur crus infra osse transverso talorum; idque ipsum supra os calcis situm est *l.* 8. *c.* 1. Talus in omnes partes prolabitur &c. Reponitur autem is quoque per manus; prius in diversa pede et crure diductis. Et in hoc quoque casu diutius in lectulo perseverandum est; ne is talus qui totum corpus sustinet, parum confirmatis nervis ferendo oneri cedat, rursusque prorumpat. Calceamentis quoque humilioribus utendum; ne vinctura talum ipsum laedat *l.* 8. *c.* 22. Fascia tantummodo calcem quoque debet comprehendere: ne cum mediam plantam, imumque ejus vinciri necesse est, liber talus in medio relictus materiam pleniorem recipiat, ideoque suppuret *l.* 8. *c.* 23.

Tam. si, *cibus*, diduci tam celeriter posset, id esset optimum *l.* 3. *c.* 4. non tam facile iis opitulari est, qui venenum vel in cibo, vel in potione sumpserunt *l.* 5. *c.* 27. *s.* 11. ℑ tam.. quam. nihil tam facile in corpus quam sagitta conditur *l.* 7. *c.* 5. *s.* 2.

Tamarix. *v.* Verbena.

Tamdiu. neque saepe, neque tamdiu in aqua calida puer habendus, quam adolescens est; infirmus, quam valens; levi, quam graviore inflammatione affectus; is cujus corpus digeritur, quam is cujus adstrictum est *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5.

Tamen. huc potius confugiendum est: cum eo tamen, ut sciamus, hic ut nullum periculum, ita levius praesidium esse *l.* 2. *c.* 11. potest indulgeri aegro maturius; dum tamen &c. *l.* 3. *c.* 4. Et tamen nihil pejus est, quam sincerum id, *sputum*, edi *l.* 2. *c.* 8. idem, *concubitus*, interdiu pejor est, noctu tutior: ita tamen, si neque illum cibus, neque hunc cum vigilia labor statim sequitur *l.* 1. *c.* 1. Sed est tamen medicinae fides *l.* 2. *c.* 6. id non nisi tertio quoque die detur, si tamen per vires licebit *l.* 4. *c.* 13. maxime tamen in his medicus imperitus falli potest *l.* 2. *c.* 10. neque tamen. *v.* Ago. sciri quidem debet vix ei malo posse succurri: nihilo minus tamen haec tentari possunt &c. *l.* 6. *c.* 8. *s.* 1. quod si jam incidat mali genus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obscuris *pro.* *l.* 1. Proprie tamen quaedam de costa dicenda sunt *l.* 8. *c.* 9. cibum bis die assumere, *debet*; sic tamen, ut facile concoquat *l.* 1. *c.* 8. quae a medicis praecipiuntur, ut tamen rusticos nostros epota ex aqua herba trixago satis adjuvet *l.* 4. *c.* 13. *v.* Etiamsi, Etsi, Quamvis. quamquam.. tamen. *v.* Artifex.

Taminia. *v.* Vva.

Tamquam. ora venarum tamquam capitulis quibusdam surgentia *l.* 6. *c.* 18. *s.* 9. *v.* Ago, Aperio, Artifex, Dies, Habenula, Inventor, Obversor, Tenebrae.

Tanti. *v.* Puto.

Tantulus. optimum est, febrem omnino non esse; secundum est, tantulam esse, ut neque cibum impediat, neque &c. *l.* 2. *c.* 8.

Tanto. tanto magis.. quanto magis. *v.* Infirmitas. tanto magis.. quanto propius. *v.* Sanitas. ut ad composita medicamenta veniamus, idem illud Protarchi tanto valentius est, quanto minus in his vitii est *l.* 5. *c.* 28. *s.* 18. *v.* Quanto.

Tantum. in his ergo communium inspectio contraria est, propriorum tantum salutaris *pro.* *l.* 1. quaedam, *curationes*, non uno modo tantum, sed etiam duobus inter se non contrariis adjuvant *l.* 2. *c.* 9. id non in iis tantum quae pestifera sunt, dico; sed in iis quoque quae salutaria *l.* 2. *c.* 6.

Tantumdem. cerae et adipis suillae tantum-

dem una liquandum *l.* 4. *c.* 31. *et passim.* *Eadem significatione dicitur* . . amomi, cerae, resinae liquidae pares portiones *l.* 5. *c.* 18. *s.* 8. ℑ tantumdem, quantum. quibus tamtumdem, quantum in his omnibus est, aquae frigidae quam optimae misceatur *l.* 4. *c.* 12.

Tantummodo. ea quidem de quibus est dictum, supervacua esse tantummodo; id vero quod restat etiam crudele *pro.* *l.* 1. continere se debet, et aquam tantummodo calidam primo die post febrem sumere *l.* 3. *c.* 15. cetera eadem fiant: tantummodo singulae fasciae quoties resolutae fuerint subtrahantur *l.* 8. *c.* 10. *s.* 1.

Tantus. si tanta inflammatio est, ut spiritum impediat, in lecto conquiescendum *l.* 6. *c.* 10. *v.* Imbecillitas, Injuria, Πρόπτωσις, Robur, Violentia. ℑ si tantum mali subest, ut neque medicamentis vinci possit, neque &c. *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. ℑ tantus.. quantus. vinum esse debet austerum, meracum .. sed tantum, quantum minimum sit *l.* 4. *c.* 27. *s.* 2.

Tarde. is dolor modo tarde, modo celeriter solvitur *l.* 4. *c.* 13. id vitium .. serpit interdum celerius, interdum tardius *l.* 5. *c.* 28. *s.* 1. cetera, quae modo in vivis cognosci possunt, paulo tardius, sed aliquanto mitius usus ipse monstrabit *pro.* *l.* 1. *v.* Concoquo, Convalesco, Incresco, Morior, Quiesco, Respondeo, Vomitus.

Tardo. *v.* Auster.

Tardus. *v.* Concoctio, Sensus.

Tarentinus. *v.* Heraclides, Pirum.

Taurinus. *v.* Fel, Sevum.

Tectum. *v.* Ambulatio, Ambulo.

Tectus. *v.* Permaneo.

Teda. teda pinguis *l.* 6. *c.* 9.

Tego. remedia singularum partium exsequar, orsus a capite: sub quo nomine nunc significo eam partem quae capillo tegitur *l.* 4. *c.* 2. *v.* Permaneo. maturius veste multa tegendus est *l.* 3. *c.* 11. vestimento tegere. *v.* Palla. si illa, *tunica*, vitium tegit *l.* 7. *c.* 19. *v.* Glans, Patella.

Τεινεσμὸς. Est aliud levius omnibus proximis, de quibus supra dictum est, quod τεινεσμὸν Graeci vocant. Id neque acutis, neque longis morbis adnumerari debet; cum et facile tollatur, neque umquam per se jugulet. In hoc aeque atque in torminibus frequens desidendi cupiditas est; aeque dolor ubi aliqnid excernitur. Descendunt autem pituitae mucisque similia; interdum etiam leviter subcruenta: sed his interponuntur nonnumquam ex cibo quoque recte coacta *l.* 4. *c.* 25.

Telum. Tela quoque quae illata corporibus intus haeserunt, magno negotio saepe ejiciuntur. Suntque quaedam difficultates ex generibus eorum; quaedam ex sedibus in quas illa penetrarunt. Omne autem telum eximitur aut ab ea parte qua venit, aut ab ea in quam tetendit: illic viam qua redeat ipsum sibi fecit; hic a scalpello accipit. Nam contra mucronem caro inciditur. Sed si non alte telum insedit, et in summa carne est, aut certe magnas venas et loca nervosa non transiit; nihil melius est quam qua venit id revellere. Si vero plus est per quod telo revertendum, quam quod perrumpendum est; jamque venas nervosque id transiit, commodius est aperire quod superest, eaque extrahere. Nam et propius petitur, et tutius evellitur: et in majore membro, si medium mucro transiit, facilius sanescit quod pervium est; quia utrimque medicamento fovetur. Sed si retro telum recipiendum est, ampliauda scalpello plaga est, quo facilius id sequatur, quoque minor oriatur inflammatio: quae major fit, si ab illo ipso telo dum redit, corpus laniatur. Item si alia parte vulnus aperitur, majus esse debet, quam ut telo postea transeunte amplietur *l.* 7. *c.* 7. *s.* 5. *v.* Sagitta. Latum vero telum, si intus conditum est, ab altera parte educi non expedit; ne ingenti vulneri ipsi quoque ingens vulnus adjiciamus. Extrahendum igitur est genere quodam ferramenti &c. *v.* Κυαθίσκος *ibid.* *s.* 3. Tertium genus telorum est, quod interdum evelli debet, plumbea glans, aut lapis, aut aliud simile, quod perrupta cute integrum intus insedit. In omnibus his latius vulnus aperiendum, idque quod inest, ea qua venit forcipe extrahendum est. Accedit vero aliquid difficultatis sub omni ictu, si telum vel ossi inhaesit, vel in articulo se inter duo ossa demersit. In osse usque eo movendum, donec laxetur is locus qui mucronem momordit; et tunc vel manu, vel forcipe extrahendum est. Vix umquam ita telum non sequitur. Sed si morabitur, excuti quoque ictum aliquo ferramento poterit &c. Inter duo vero ossa si per ipsum articulum perruperit, circa vulnus duo membra fasciis habenisve deliganda, et per has in diversas partes diducenda sunt, ut nervos distendant: quibus extentis, laxius inter ossa spatium

est, ut sine difficultate telum recipiatur *ibid. s.* 4. At si venenato quoque telo quis ictus est, iisdem omnibus, si fieri potest, etiam festinantius actis, adjicienda curatio est, quae vel epoto veneno, vel a serpente ictis adhibetur *ibid. s.* 5. pejus est, *vulnus*, quod etiam collisum, quam quod tantum discissum est: adeo ut acuto quoque, quam retuso telo, vulnerari commodius sit *l.* 5. *c.* 26. *s.* 5. *v.* Percutio.

Temerarius. *v.* Medicina, Via.

Temere. *Erasistratus*, si contemplationem rerum naturae; quam non temere medici sibi vindicant; satis comprehendisset, etiam illud scisset &c. *pro. l.* 1. *v.* Restituo.

Temeritas. fere quos ratio non restituit, temeritas adjuvat *l.* 3. *c.* 9.

Temperans. *v.* Sanesco.

Temperatus. *v.* Coelum, Manus.

Tempero, *contineo, moderor*. raro fit, ut si biduo, vel certe triduo nobis temperavimus, id vitium non levetur *l.* 4. *c.* 5. *v.* Annus. si quis sibi temperare non potuerit, quo minus pleniore victu utatur, vomere, *opus est l.* 4. *c.* 5. ex toto sibi temperare. *v.* Perduco. ¶ multa multorumque auctorum collyria ad id apta sunt; novisque etiamnum mixturis temperari possunt (*scilicet alia simplicia demendo, alia adjiciendo; iisdemque servatis, ponderum rationem mutando*) *l.* 6. *c.* 6. *s.* 2.

Tempestas. Ex tempestatibus optimae aequales sunt, sive calidae, sive frigidae: pessimae quae maxime variant *l.* 2. *c.* 1. ex tempestatibus, Aquilo tussim movet &c. Auster aures hebetat &c. ceteri venti quo huic, vel illi propiores sunt, eo magis vicinos his illisve affectus faciunt *ibid. v.* Morior, Valetudo.

Tempestivus. *v.* Adjuvo.

Tempus. tempore antelucano praecipue frigus intenditur *l.* 4. *c.* 6. *autumno*, fere meridianis temporibus, calor; nocturnis atque vespertinis, simulque etiam matutinis, frigus est *l.* 2. *c.* 1. quidam quia fere remissius matutinum tempus est, tunc putant dandum, *cibum*.. si vero ne tunc quidem ulla requies aegris est, hoc ipso pejus id tempus est, quod cum sua natura levius esse debeat, morbi vitio non est: simulque insequitur tempus meridianum, a quo cum omnis aeger fere pejor fiat, timeri potest, ne ille magis etiam quam ex consuetudine urgeatur. Igitur alii vespere tali aegro cibum dant. Sed cum eo tempore fere pessimi sint qui aegrotant, verendum est, ne si quid tunc moverimus, fiat aliquid asperius. Ob haec ad mediam noctem decurro; id est finito jam gravissimo tempore, eodemque longissime distante *l.* 5. *c.* 5. gravia tempora. *v.* Locus. Opportunissimum curationi tempus vernum est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 6. ut non optimum, sic tamen secundum (*i. e. opportunum*) remediis tempus *l.* 3. *c.* 18. si longius tempus secundum est, *cibus*, quam integerrimo, *aegro*, dandus est; si brevius, etiam antequam ex toto integer fiat *l.* 3. *c.* 4. tertianarum, quartanarumque.. et certus circumitus est, et finis integer, et liberaliter quieta tempora sunt *l.* 4. *c.* 5. *v.* Remissio. interposito tempore aliquo *l.* 4. *c.* 10. interpositis temporibus exiguis *l.* 4. *c.* 31. modo diversis temporibus, modo simul. *v.* Alvus. primo quoque tempore *l.* 8. *c.* 12. inter utrumque tempus. *v.* Sanies. per omne tempus *l.* 3. *c.* 24. reliquum tempus *l.* 3. *c.* 16. vacuum tempus *ibid.* ante tempus *l.* 2. *c.* 17. usque somni tempus. *v.* Exaspero. ultra tempus inflammationis *l.* 5. *c.* 26. *s.* 26. *v.* Praetereo, Solvo, Transeo. ¶ Tempus quoque anni considerare oportet. Hieme plus esse convenit; minus, sed meracius bibere &c. Vere paulum cibo demendum adjiciendumque potioni, sed dilutius tamen bibendum est &c. Aestate vero potione et cibo saepius corpus eget; ideo prandere quoque commodum est &c. ut saepius autem cibo utendum, sic exiguo est *l.* 1. *c.* 3. *v.* Autumnus, Pomum, Vindemia, Venus.

Tempus, *pars capitis*. a temporibus ad oculos dolor pervenit *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. ex temporibus sanguinem mittere *ibid. s.* 16. in temporibus venas adurere *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. *v.* Calvaria, Dens, Emitto, Lego, Pervello, Sutura.

Tenax. cibi non tenax. *v.* Stomachus.

Tendo. humerorum dolores qui ad scapulas vel manus tendunt, vomitu atrae bilis solvuntur *l.* 2. *c.* 8. quisquis dolor deorsum tendit, sanabilior est *ibid.* introrsus leniter tendere *v.* Femen. si, *fistula*, recta subter tendit &c. *l.* 7. *c.* 4 *s.* 1. considerandum est in quam partem cancer is tendat *l.* 7. *c.* 27. quae, *vena*, quo tendat facile hamulo extento cognoscitur *l.* 7. *c.* 31. ad suppurationem tendere *v.* Praecordia. cum jam ad cicatricem, *vulnus*, tendet &c. *l.* 7. *c.* 28.

Tenebrae. Fere antiqui tales aegros in tene-

bris habebant; eo quod illis contrarium esset exterreri, et ad quietem animi tenebras ipsas conferre aliquid judicabant. At Asclepiades tamquam tenebris ipsis terrentibus, in lumine habendos eos dixit. Neutrum autem perpetuum est: alium enim lux, alium tenebrae magis turbant; reperiunturque in quibus nullum discrimen deprehendi vel hoc, vel illo modo possit. Optimum itaque est utrumque experiri; et habere eum qui tenebras horret, in luce; eum qui lucem, in tenebris *l.* 3. *c.* 18. offusae oculis tenebrae. *v.* Insania.

Teneo. musculi qui maxillas tenent *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. linum prehendendum, vinciendumque cum altero capite est, ut laxe cutem quae super fistulam est teneat *l.* 7. *c.* 4. *s.* 4. fascia primum sub ala obvoluta, caput ejus, *humeri*, debet comprehendere; deinde per pectus ad alteram alam, ab eaque ad scapulas, rursusque ad ejusdem humeri caput tendere, saepiusque eadem ratione circumagi, donec bene id teneat *l.* 8. *c.* 15. *v.* Comprehensus. rectus scalpellus quam levissima manu teneri debet &c. *l.* 7. *c.* 19. ℑ *translate. catapotia &c.* pituitam in oculos decurrentem tenent *l.* 5. *c.* 25. *s.* 4. id.. quandocumque opus est assumptum leniter sine ulla stomachi noxa ventrem tenet *l.* 4. *c.* 26. in solium is aquae calidae resupinus demittendus est sic, ut a genibus ad umbilicum aqua teneat *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. *v.* Conclave, Febris, Gangraena. ℑ *pro amplector, sequor. v.* Indigeo.

Tener. *v.* Aetas, Aqua, Callus, Caro, Cibus, Membrum, Puer. tenerior. *v.* Piscis. tenerrimus. alvus servanda est quam tenerrima *l.* 3. *c.* 18.

Teneresco. papaveris lacrima combusta, donec tenerescat *l.* 6. *c.* 6. *s.* 4.

Τένοντες. ne sustineri quidem caput posset, nisi utrimque recti valentesque nervi collum continerent, quos τένοντας Graeci appellant: siquidem horum inter omnes flexus alter semper intentus ultra prolabi superiora non patitur *l.* 8. *c.* 1.

Tento. manentibus adhuc febribus, si eae sunt lentae.. recte medicina ista tentatur *l.* 2. *c.* 17. ubi certus, *febrium*, circuitus est, facilius omnia illa tentantur *l.* 3. *c.* 12. aliquando, sed serius balneum tentandum *l.* 4. *c.* 5. Meges se quoque multa tentasse, neque umquam profuisse.. memoriae prodidit *l.* 7. *c.* 7. *s.* 6. *v.* Periclitor, Succurro.

Tenuatus. tenuata cervice. *v.* Vulva.

Tenuis, tenuior. *v.* Caruncula, Cibus, Cicatrix, Corpus, Fistula, Habenula, Homo, Humor, Ἰχώρ, Melicera, Pituita, Pulticula, Pus, Sanguis, Sanies, Specillum, Sudor, Vena, Vinum, Vulnus. tenuissimus. *v.* Farina.

Tenuo. si vehementior noxa est.. tenuarique corpus apparet, validioribus auxiliis opus est *l.* 3. *c.* 22. *v.* Vertex.

Tenus. abunde est loco tepido demittere se inguinibus tenus in aquam calidam *l.* 1. *c.* 3. cataplasma pube tenus impositum *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1.

Tepefacio. *v.* Detergeo.

Tepefactus. mali punici sucus in ipsius cortice tepefactus *l.* 6. *c.* 7. 5. 2.

Tepefio. in aurem medicamentum aliquod infundere oportet; quod semper ante tepefieri convenit: commodissimeque per strigilem instillatur *l.* 6. *c.* 7. *s.* 1.

Tepidarium. commune est omnibus post fatigationem cibum sumpturis.. in tepidario sedere; deinde, ubi paululum conquieverunt, intrare et descendere in solium *l.* 1. *c.* 3. *v.* Insudo.

Tepidus. oportet.. si vetustior morbus est, ex inferioribus partibus tepidum infundere vel ptisanae cremorem, vel lac, vel adipem liquatam, vel medullam cervinam, vel oleum &c. *l.* 4. *c.* 22. *v.* Aqua, Locus, Mulsum, Vinum.

Tepor. oportet.. scire, non febricitare eum cujus venae naturaliter ordinatae sunt, teporque talis est, qualis esse sani solet *l.* 3. *c.* 6.

Ter. opus est perfricari ter, aut quater die *l.* 4. *c.* 19.

Terebinthinus. *v.* Resina.

Terebra. Terebrarum duo genera sunt: alterum simile ei quo fabri utuntur; alterum capituli longioris &c. *l.* 8. *c.* 3. ultimum est, ubi, *telum*, non evellitur, terebra juxta forare &c. *l.* 7. *c.* 5. *s.* 4. *v.* Ago.

Teres. *v.* Humerus, Lumbricus, Vertebra. teres figura. *v.* Calx, os.

Tergum. si tumores super ulcera subito esse desierunt, idque a tergo incidit, vel distentio nervorum, vel rigor timeri potest *l.* 2. *c.* 7.

Tergus. subter a summa ora cutis inciditur recta linea usque ad frenum; atque ita superius tergus relaxatum, cedere retro potest &c. *l.* 7. *c.* 25. *s.* 2. *v.* Ventriculus.

Termino. Caput, eaque quae in ore sunt, non lingua tantummodo palatoque terminantur, sed etiam quatenus oculis nostris exposita sunt *l.* 4. *c.* 1. *v.* Infans.

Terni. digiti ex ossibus ternis constant *l.* 8. *c.* 1. unguenti irini, et rosae terni cyathi *l.* 5. *c.* 24. *s.* 2.

Tero. alii, duce Erasistrato, teri cibum in ventre contendunt *pro. l.* 1. quae quidam ex aqua, quidam, quo vehementiora sint, ex aceto terunt *l.* 6. *c.* 6. *s.* 19. *medicamenta*, in vini cyatho teruntur *l.* 4. *c.* 8. sinapi, cui sevi hircini a renibus quarta pars adjicitur, teriturque in sole, et protinus imponitur *l.* 4. *c.* 16.

Terra. quibus diu color sine morbo regio malus est, hi vel capitis doloribus conflictantur, aut terram edunt *l.* 2. *c.* 7. *v.* Psoricum, Spumo, Sudor. terra eretria mollit *l.* 5. *c.* 15. samia. *v.* Ἀστὴρ.

Terrens. *v.* Biduum.

Terreo. neque terrere debet ea febris quae eodem die finita est &c. *l.* 2. *c.* 3. nulla acuta febris leviter terrere nos debet *l.* 2. *c.* 4. etiam morbus ipse, sive subito solutus est, dein suppuratio exorta est; sive effuso pure permanet, non injuste terret *l.* 7. *c.* 3. magis terreri aliquis potest, cum sanguinem exspuit *l.* 4. *c.* 11. cum omnia ista, *tubercula*.. neque periculo terreant, neque diverso genere curentur *l.* 7. *c.* 6. metu terrere *l.* 2. *c.* 9. novo metu terrere *l.* 6. *c.* 7. *s.* 8. terreri quoque, et exspavescere in hoc morbo prodest *l.* 3. *c.* 18. *v.* Abstineo, Sputum, Tenebrae.

Terribilis. *v.* Aqua inter cutem, Distentio. minus terribiles angues. *v.* Italia.

Terror. Affero, Hilaritas, Moderor.

Tertiana. ex his, *febribus*, una quotidiana, altera tertiana, altera quartana est.. tertianarum duo genera sunt: alterum eodem modo quo quartana et incipiens, et destinens; illo tantum interposito discrimine, quod unum diem praestat integrum, tertio redit: alterum longe perniciosius &c. *l.* 3. *c.* 3. *v.* Ἡμιτριταιῶς. tertiana quae ex toto intermittit &c. *l.* 3. *c.* 14.

Tertio. atque ita tertio et quarto, deincepsque permutatis inter manus acubus plaga includenda *l.* 7. *c.* 16.

Tertius. *v.* Accessio, Dies, Mensis. ℑ *absolute*. tertium est, si quid ibi curti est sarcire *l.* 7. *c.* 8.

Tertiusdecimus. Si tertiodecimo die morbus remanebit &c. *l.* 3. *c.* 15.

Testa. fomentis, sed protinus validioribus totum corpus circumdare convenit, maximeque involutis testis et titionibus *l.* 3. *c.* 12. *v.* Pulvis, Cochlea. ℑ testa *ossis*. *v.* Articulus. ℑ testa, *ossis*. specillo conquirenda est testa *ossis fracti*, quae recessit, et vulsella protrahenda est: si non sequitur, incidi gingiva debet, donec labans testa ossis recipiatur *l.* 7. *c.* 12. *s.* 1. testa ossis, si qua abscessit, recipienda est *l.* 6. *c.* 13.

Testiculus. Testiculi simile quiddam glandulis habent: nam sanguinem non emittunt, et omni sensu carent: dolent autem in ictibus et inflammationibus tunicae quibus ii continentur. Dependent vero ab inguinibus per singulos nervos, quos κρεμαστῆρας Graeci nominant: cum quorum utroque binae descendunt et venae et arteriae. Haec autem tunica conteguntur tenui, nervosa, sine sanguine, alba, quae ἐλυτροειδὴς a Graecis nominatur. Super eam valentior tunica est, quae interiori ima parte vehementer inhaeret, δαρτὸν Graeci vocant.. Hactenus propria utrique testiculo, et velamenta et auxilia sunt. Communis deinde utrique, omnibusque interioribus sinus est, qui jam cospicitur a nobis: ὄσχεὸν Graeci, scrotum nostri vocant. Is ab ima parte mediis tunicis leviter innexus, a superiore tantum circumdatus est *l.* 7. *c.* 18. Interdum ex inflammatione tumet ipse testiculus, ac febres quoque affert, et nisi celeriter ea inflammatio conquievit, dolor ad inguina et ilia pervenit, partesque eae intumescunt; nervus ex quo testiculus dependet plenior fit, simulque indurescit *ibid. v.* Κιρσοκήλη, Curatio.

Testimonium. Mali morbi testimonium est, vehementer et crebro spirare *l.* 2. *c.* 4. idque ipsum testimonio est, etiam scalpello sanguinem, ubi membro succurritur, ab ea potissimum parte quae jam laesa est, esse mittendum *l.* 2. *c.* 11.

Testor. mulieri gravidae.. si lac ex mammis profluit, imbecillum est quod intus gerit. durae mammae sanum illud esse testantur *l.* 2. *c.* 7. *v.* Destillatio, Experimentum.

Τεθεραπευμένα. [τεθεραπευμένα Graeci appellant, quae] curata vocant &c. *l.* 5. *c.* 19. *s.* 11. *v.* *adnot.*

Τέτανος. *cervicis morbum* qui.. rectam et immobilem cervicem intendit.. Graeci τέτανον appellant *l.* 4. *c.* 6. *v.* Frigus.

Τετραφάρμακον. *v.* Emplastrum.

Τέφριον. *v.* Collyrium.

Thapsia. quidam resinam terebinthinam cum thapsia inducunt *l.* 6. *c.* 4.

Tharrias. quod a Tharria profectum, servatum esse a pluribus video *l.* 3. *c.* 21. *v.* Λήθαργος.

Themison . ex cujus , *Asclepiadis* , successoribus Themison nuper ipse quoque quaedam in senectute deflexit *pro* . *l.* 1. quidam medici sacculi nostri sub auctore, ut ipsi videri volunt, Themisone contendunt *&c. ibid.* Themison nuper non quando coepisset febris , sed quando desiisset , aut certe levata esset considerabat *l.* 3. *c.* 4.

Theodotus . *v.* Collyrium .

Theoxenus . *v.* Malagma .

Θηρίωμα . est etiam ulceris genus , quod θηρίωμα Graeci vocant . Id et per se nascitur, et interdum ulceri ex alia causa facto supervenit . Color est vel lividus, vel niger ; odor foedus ; multus et muco similis humor : ipsum ulcus neque tactum, neque medicamentum sentit ; prurigine tantum movetur : at circa dolor est , et inflammatio ; interdum etiam febris oritur ; nonnumquam ex ulcere sanguis erumpit : atque id quoque malum serpit . Quae omnia saepe intenduntur ; fitque ex his ulcus , quod φαγέδαιναν Graeci vocant , quia celeriter serpendo , penetrandoque usque ossa corpus vorat *l.* 5. *c.* 28. *s.* 3.

Thlaspi . *Libri omnes habent* thlaspis *secundo casu l.* 5. *c.* 23. *s.* 3. *ex quo loco apparet , nomen hoc non esse indeclinabile , ut in quibusdam Lexicis traditur* .

Thorax . levior frictio adhibenda thoraci *l.* 4. *c.* 5. sudor contra consuetudinem ex toto thorace . . prorumpit *l.* 3. *c.* 19. *v.* Pertracto.

Thymiama . *v.* Ammoniacum .

Θύμιον , thymium . θύμιον nominatur, quod super corpus quasi verrucula eminet , ad cutem tenue , supra latius , subdurum , et in summo perasperum : idque summum colorem floris thymi repraesentat ; unde ei nomen est ; ibique facile finditur , et cruentatur ; nonnumquam aliquantum sanguinis fundit : fereque citra magnitudinem fabae aegyptiae est , raro majus , interdum perexiguum . Modo autem unum , modo plura nascuntur , vel in palmis , vel in inferioribus pedum partibus : pessima tamen in obscoenis sunt , maximeque ibi sanguinem fundunt *l.* 5. *c.* 28. *s.* 14. acrochordon et thymium saepe etiam per se finiuntur ; et quo minora sunt , eo magis . . thymio clavoque excisis subter rotunda radicula nascitur *&c. ibid.*

Thymum . mali suci est *l.* 2. *c.* 22. alienum stomacho est *l.* 2. *c.* 25. urinam movet *l.* 2. *c.* 31. sensus excitat *l.* 2. *c.* 32.

Tibia . *v.* Crus .

Τιθύμαλλος . *v.* Lactuca marina .

Timaeus . Timaeus ad ignem sacrum *&c.* his utebatur *&c. l.* 5. *c.* 22. *s.* 7.

Timens . *v.* Haereditas .

Timeo . antequam dico , quibus praecedentibus morborum timor subsit ; non alienum videtur exponere . . quod genus valetudinis in quoque maxime timeri possit *pro* . *l.* 2. *v.* Spero . Protinus timeri debet , si graviora membra sunt *&c. l.* 2. *c.* 2. interdum maturius cibus dandus , si mature timetur altera accessio , *febris l.* 3. *c.* 4. timere etiam ex somno mali morbi est *l.* 4. *c.* 4. facile , *febris* , revertitur , nisi a sano quoque aliquandiu timetur *l.* 3. *c.* 16. *v.* Curtus , Insania , Recidiva .

Timide . *v.* Aduro , Bibo , Demitto . timidius. *v.* Balneum .

Timor . *v.* Timeo . est inter causas timoris , si in vulnere sensus rodentium non est *l.* 7. *c.* 3. eoque major in utroque timor est , quo propius vulnus articulo est *l.* 8. *c.* 25. longus timor . *v.* Bilis atra . nimius timor . *v.* Assumo . exulcerationis timor *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. aquae timor . *v.* Ὑδροφόβος .

Tinctus . tinctae in aceto lactucae *l.* 4. *c.* 16. folia vitis in aqua frigida tincta *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. *v.* Lana , Linamentum , Involvo , Objicio , Spongia .

Tingo . necessarium est linamentum in rosa tingere *&c. l.* 6. *c.* 15. *v.* Pulvis .

Titio . *v.* Fomentum , Testa .

Tolerabilis . *v.* Auxilium , Dolor , Fervor , Fractura , Morbus , Suppuratio , Vitium . tolerabilior . *v.* Venus .

Tolerabiliter . id , *album veratrum* , neque hieme , neque aestate recte datur ; optime vere , tolerabiliter autumno *l.* 2. *c.* 13. tolerabilius . *v.* Vocabulum .

Tolero . *v.* Festinatio .

Tollo . proximum est, ut quies tot dierum , et abstinentia cum ceteris quae praecipiuntur , febrem tollant *l.* 3. *c.* 15. ea medicina , *alvi ductio* , semel , vel summum bis non omittatur . . si prima inedia febrem non sustulit *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. imponenda quae supra praecepta sunt , ut dolor tumorque per ea tollantur *l.* 8. *c.* 11. *v.* Blandior , Languor . cicatricem tollere *l.* 6. *c.* 6. *s.* 25. insaniam tollere . *v.* Varix . tormentum tollere *l.* 3. *c.* 21. commode tollere. *v.* Varus. cito , citius tolli . *v.* Cito . facile tolli . *v.* Τεινεσμὸς . difficilius tolli . *v.* Scabies . prope difficillime tolli . *v.* Ignis sacer . Tertia species , *impetiginis* , minus errat in temporibus quibus aut oritur , aut desinit ; neque ex toto tollitur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 16. tol-

li nihil, nisi cacoethes potest *ibid. s.* 2. ℑ *interimo, occido*. naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum subeuntibus, summa macies oritur; et nisi occurritur, tollit, ἀτροφία *l.* 3. *c.* 22. ea, *mala*, saepe intra quartum diem tollunt *l.* 4. *c.* 6. suppuratio fit, si praecordia dura, dolentia ante vicesimum diem hominem non sustulerunt *l.* 2. *c.* 7.

Τομικός. *v.* Dens.

Tondeo. necessarium est.. caput tondere *l.* 3. *c.* 23. caput ad cutem tondere *l.* 3. *c.* 18. tonderi oportet ad cutem *l.* 4. *c.* 2.

Tonsillae. Si tonsillae sine exulceratione per inflammationem intumuerunt, caput quoque velandum est; extrinsecus is locus vapore calido fovendus &c. Quod si tanta inflammatio est, ut spiritum impediat, in lecto conquiescendum &c. At si modicus quidem tumor, sed exulceratio est, furfurum cremori ad gargarizandum paulum mellis adjiciendum est &c. *l.* 6. *c.* 10. Tonsillas autem quae post inflammationes induruerunt; ἀντιάδες autem a Graecis appellantur; cum sub levi tunica sint, oportet digito circumradere et evellere: si ne sic quidem resolvuntur, hamulo excipere, et scalpello exeidere &c. *l.* 7. *c.* 12. *s.* 2.

Torcular. *v.* Valenter.

Tormentum. *v.* Adjicio, Consilium, Ὄξαινα, Tollo, Tormina. longum tormentum *l.* 7. *c.* 7. *s.* 8. maxima tormenta. *v* Dens. intestinorum tormenta *l.* 5. *c.* 23. *s.* 3. Hoc genus curationis efficit, ut .. qua parte, *ossa*, abrupta sunt, sine ullo tormento tempore excidant *l.* 8. *c.* 4.

Tormina. Proxima his inter intestinorum mala tormina esse consueverunt: δισεντερία Graece vocatur. Intus intestina exulcerantur: ex his cruor manat; isque modo cum stercore aliquo semper liquido, modo cum quibusdam quasi mucosis excernitur: interdum simul quaedam carnosa descendunt: frequens dejiciendi cupiditas, dolorque in ano est: cum eodem dolore exiguum aliquid emittitur; atque eo quoque tormentum intenditur; idque per tempus aliquod levatur; exiguaque requies est: somnus interpellatur: febricula oritur: longoque tempore id malum, cum inveteraverit, aut tollit hominem, aut, etiamsi finitur, excruciat *l.* 4. *c.* 22. Ac ne tormina quidem periculosa sunt, si sanguis et strigmenta descendunt, dum febris ceteraeque hujus morbi accessiones absint; adeo ut etiam gravida mulier non solum servari possit, sed etiam partum reservare *l.* 2. *c.* 8. Articulorum vitia, ut podagrae chiragraeque, si juvenes tentarunt, neque callum induxerunt, solvi possunt: maximeque torminibus leniuntur, et quocumque modo venter fluit *l.* 2. *c.* 8. post alvi longam resolutionem, tormina, *oriuntur l.* 2. *c.* 7. tormina ab atra bile orsa mortifera sunt; aut si sub his, extenuato jam corpore, subito nigra alvus profluxit *l.* 2. *c.* 8. *v.* Supprimo, Laevitas.

Torminalis. *v.* Sorbum.

Torpens. *v.* Membrum.

Torpeo. protinus timeri debet .. si corpus torpet *l.* 2. *c.* 2. supra vulnus id membrum deligandum est; non tamen nimium vehementer, ne torpeat *l.* 5. *c.* 27. *s.* 3.

Torpor. si post longas febres ejusmodi torpor accessit, cetera eadem servanda sunt &c. *l.* 3. *c.* 20. *v.* Coxa, Creo, Pervago.

Torquens. vulnus digitis vel averso specillo diducendum est, ut torquentibus exitus detur *l.* 7. *c.* 27.

Torqueo. intestina torquentur. *v.* Στρόφος. nonnumquam manus quoque dextra torquetur *l.* 4. *c.* 15. *v.* Catapotium. ubi vigilia torsit, distentio nervorum, *oritur l.* 2. *c.* 7.

Torreo. *v.* Pastinaca, *piscis*.

Tortor. tortoris vicem exhibere. *v.* Disciplina.

Tortuosus. *v.* Fistula.

Tortus. *v.* Acia, Linum.

Torus. id prementi magis renititur, ac per ipsos venarum toros inaequale est *l.* 7. *c.* 18.

Tostus. Panis, Sal. omnia tosta alvum adstringunt *l.* 2. *c.* 20.

Tot. *v.* Machinamentum, Obrutus, Tollo. ℑ tot .. quot. hoc quoque quaeritur, utrum tot horae exspectandae sint, quot febrem habuerunt; an satis sit primam earum partem praeteriri *l.* 3. *c.* 4.

Totidem. In digitis totidem fere casus, eademque signa sunt, quae in manibus *l.* 8. *c.* 19. *v.* Vinculum.

Toties. antiqui .. eam materiam quae laedere videbatur.. ducendo saepius alvum subtrahebant. Asclepiades .. alvum non toties, sed fere tamen in omni morbo subduxit *l.* 3. *c.* 4. *v.* Trajectus, Quoties.

Totus. demittere totum hominem in calidum oleum *l.* 4. *c.* 20. quae res ex levibus momentis inflammationes et lippitudines excitat, totam denique vitam hominis infestat *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. *os*, quod totum vitiatum est, totum eximendum est *l.* 8. *c.* 2. *v.* Annus, Caput, Costa, Dies, Thorax, *alia*. totis noctibus. *v.* Conquiesco. totis

oris. v. Sutura. ℑ ex toto. v. Conquiesco. cum ex toto convaluerit. v. Arbitrium. vinum ex toto circumcidendum est *l*. 6. *c*. 9. *gestatio*, utilis est iis corporibus qui jam ex toto febre carent *l*. 2. *c*. 15. ex toto numquam gestari corpus dolens debet, sive id in toto, sive in parte est *ibid*. id non ex toto ita se habere usus ostendit *l*. 7. *c*. 4. *s*. 3. ℑ in totum. aestate in totum, si fieri potest, *venere*, abstinendum est *l*. 1. *c*. 3. *in fine*.

Tracto. Ex quo apparet, has partes medicinae solas ab iis, *Podalirio et Machaone*, esse tractatas *pro*. *l*. 1. *v*. Disputatio. ante inflammationem tutius omnia tractantur *l*. 8. *c*. 2. donec.. inflammatio solvatur.. tum facillime ossa tractantur *l*. 8. *c*. 10. *s*. 1. os fractum, nisi si succursum est, gravibus inflammationibus afficit, difficiliusque postea tractatur *l*. 8. *c*. 4. caro carcinomati similis cum periculo tractatur *l*. 7. *c*. 14. *v*. Subjicio.

Traditus. *v*. Trado.

Trado. Quod si non quo die primum id incidit, medicus accessit, sed is qui cadere consuevit ei traditus est &c. *l*. 3. *c*. 23. quoties infans protractus est, tradendus ministro est *l*. 7. *c*. 29. posteris tradere. *v*. Ingenium.

Tragacantha, *et* tragacanthum. tragacantha glutinat vulnus *l*. 5. *c*. 2. tragacanthum laevat id quod exasperatum est *l*. 5. *c*. 13. nuces graecae cum tragacantho contritae *l*. 4. *c*. 9.

Tragoriganus, *et* tragoriganum. tragoriganus discutit *l*. 5. *c*. 11. tragoriganum, habet facultatem urinam movendi *l*. 2. *c*. 21.

Tragum. boni suci est *l*. 2. *c*. 22.

Trahens. urina quasdam quasi squamulas trahens *l*. 7. *c*. 26. *s*. 3. *v*. Trajicio.

Traho. trahere dextra manus uncum, sinistra intus posita infantem ipsum debet *l*. 7. *c*. 9. medicus sinistra manu trahere leniter umbilicum debet ita, ne abrumpat *ibid*. contra trahere.. retro trahere. *v*. Sagitta. urina interdum quasi sanguinem, interdum quasi arenam trahit *l*. 2. *c*. 7. ubi is, *sanguis*, suppressus est, quia non trahitur, ne venit quidem *l*. 2. *c*. 10. ab experimentis medendi vias trahere *pro*. *l*. 1. a ratione trahere. *v*. Medicus. nomen trahere. *v*. Medicina. plurimum trahere. *v*. Profectus. ℑ *in longum tempus duco*. id, *malum*, quod primum est, potest diu aliquem trahere: duo insequentia acuta esse consuerunt *l*. 4. *c*. 8. si quis in eo morbo, *phthisi*, diutius traxit, ubi capilli fluunt &c. protinus moritur: utique si tempus autumni est, quo fere qui cetera parte anni traxerunt, resolvuntur *l*. 2. *c*. 8. id interdum aegros trahit, interdum praecipitat *l*. 4. *c*. 23. *v*. Effugio, Opitulor. ℑ *de spirandi facultate*. quibus, *remediis*, extenuatum corpus, incipit spiritum trahere commodius *l*. 4. *c*. 8. spiritus difficilius trahitur *l*. 2. *c*. 7. vix spiritus trahitur, membra solvuntur *l*. 4. *c*. 7. *v*. Actio, Ὀρθόπνοια.

Trajectus. si plures pili sunt, necesse est longum tormentum, toties acu trajecta, magnam inflammationem moveat *l*. 7. *c*. 7. *s*. 8.

Trajicio. *v*. Consisto. levare unguem oportet, eumque acu trajicere linum trahente *l*. 7. *c*. 7. *s*. 4. non tuto acu trajici. *v*. Cartilago. ubi aures, in viro puta, perforatae sunt, et offendunt, trajicere id cavum celeriter candente acu satis est *l*. 7. *c*. 8.

Transcurro. necessarium est tenui ferramento adurere, quod spathae simile, quasi transcurrere, non imprimi debet *l*. 7. *c*. 12. *s*. 6.

Transeo. necessarium est.. cibum post diem tertium, simul transiit hora qua concidit, dare *l*. 3. *c*. 23. postero die cum tempus accessionis ita transiit, ut nihil moverit, cibus dari potest *l*. 3. *c*. 5. neque id, *os*, esse solvendum, nisi duae partes ejus temporis intra quod quaeque ossa confervent transierint *l*. 8. *c*. 7. ad curationes morborum transeundum est *l*. 2. *c*. 9. sive nigrities.. sive caries.. os transiit, modioli usus supervacuus est &c. *l*. 8. *c*. 3. *v*. Arbitrium, Insudo, Locus, Violo.

Transfero. Asclepiades.. cum omnia fere medicamenta stomachum laedant, malique suci sint, ad ipsius victus rationem potius omnem curam suam transtulit *pro*. *l*. 5. eadem fila, eaedemque acus ad cutem transferendae *l*. 7. *c*. 16. *v*. Avello.

Transfundo. *v*. Inflammatio.

Transfusio. ex quo disci potest, ut vera sit illa transfusio, tamen illam, non per se cum plenum corpus est, fieri; sed cum horum aliquid accesserit *pro*. *l*. 1.

Transfusus. Erasistratus transfuso in arterias sanguine febrem fieri dicit *pro*. *l*. 1.

Transitus. ita a vino ad aquam, ab aqua ad vinum, eo qui supra positus est modo, transitus ei esse, *debet* *l*. 1. *c*. 10. paulatim deinde faciendus est transitus ad ea quae ventrem comprimunt *l*. 4. *c*. 19. *v*. Locus. Ab his, *partibus*, ad crura proximus transitus est *l*. 7. *c*. 31.

Transmarinus. *v*. Caseus.

tere oportet, quo loco malum sit; solet enim contra id tumere &c. si nihil tumet &c. l. 4. c. 20. nonnumquam, *intestinum*, stercore accepto, vastius tumet l. 7. c. 18. caro durior est: semperque etiam resupinato corpore tumet l. 7. c. 16. inaequaliter tumere. v. Carcinoma. si, *membrana*, usque eo tumebit, ut super ossa quoque emineat, coercebit eam bene trita lenticula &c. l. 8. c. 4.

Tumidus. v. Facies, Oculus, Praecordia.

Tumor. v. Articulus, Βρογχοκήλη, Struma. longus tumor.. tumor mollis. v. Praecordia. tumor neque durus, neque mollis l. 7. c. 14. non durus l. 6. c. 6. s. 1. durus. v. Diuturnus. tumor modicus l. 6. c. 6. s. 1. tumor magnus *ibid.* major tumor l. 6. c. 13. levioribus tumoribus facile subvenitur: at in eorum qui nimis magni sunt curatione periculum est l. 7. c. 14. si descendit omentum, numquam in scroto tumor tollitur &c. si intestinum quoque descendit, tumor is sine inflammatione modo minuitur, modo increscit .. et cum conquiescit aliquis aut jacet, interdum ex toto desidit, interdum sic minuitur, ut in scroto exiguae reliquiae maneant l. 7. c. 18. v. Assurgo, Desido, Diffundo, Elabor, Excludo, Inflatio, Obcallesco, Rumpo, Vinco.

Tumultuosus. v. Somnium, Somnus.

Tunc. Tunc ter quaterve die vehementer extremae partes perfricandae l. 3. c. 22. quidam quia fere remissius matutinum tempus aegris est, tunc putant dandum, *cibum* &c. l. 3. c. 5.

Tunica. Interdum fit, sed raro, ut quidquid abscedit, velamento includatur. Id antiqui tunicam nominabant. Meges, quia tunica omnis nervosa est, dixit non nasci sub eo vitio nervum, quo caro consumeretur, sed subjecto jam vetustiore pure callum circumdari &c. Neque ulla res prohibet, etiamsi callus est, tamen, quia cingit, tunicam nominari l. 7. c. 2. omnia ista, *tubercula*, tunica sua includuntur l. 7. c. 6. v. Βρογχοκήλη, Lingua, Oculus, Testiculus.

Turbidus. v. Vrina.

Turbo. alium lux, alium tenebrae magis turbant l. 3. c. 18. auris dolor acutus cum febre continua vehementique saepe mentem turbat l. 2. c. 7.

Turdus. v. Avis.

Turgeo. ubi pedes turgent &c. aqua inter cutem instat l. 2. c. 7.

Tus. sanguinem supprimit l. 5. c. 1. glutinat vulnus l. 5. c. 2. purgat l. 5. c. 5. adurit l. 5 c. 8. turis et fuligo et cortex concoquunt et movent pus l. 5. c. 3. tus, turis cortex rodunt l. 5. c. 6. tus masculum l. 5. c. 18. s. 7.

Tussicula. Destillat humor de capite &c. si in fauces destillat, has exasperat, tussiculam movet l. 4. c. 5. tussicula suis remediis finienda l. 3. c. 22. v. Φθίσις.

Tussio. si quis in ejusmodi casu leviter tussit, is neque magna siti conflictatur, neque &c. l. 3. c. 7. s. 2. cupiditas tussiendi l. 2. c. 7. ulcera in faucibus tussientibus. v. Cataputium.

Tussis. Tussis fere propter faucium exulcerationem molesta est .. Itaque illis restitutis ipsa finitur. Solet tamen interdum etiam per se male habere; et vix, cum vetus facta est, eliditur. Ac modo arida est, modo pituitam citat &c. si humida est, prosunt frictiones validae cum quibusdam calefacientibus &c. si sicca tussis est, cum ea vehementissime urget, adjuvat vini austeri cyathus assumptus &c. Vtilis etiam in omni tussi est peregrinatio, navigatio longa, loca maritima, natationes &c. l. 4. c. 10. huic dolori lateris febris et tussis accedit; et per hanc exscreatur, si tolerabilis morbus est, pituita; si gravis, sanguis. Interdum etiam sicca tussis est, quae nihil emolitur; idque primo vitio gravius, secundo tolerabilius est l. 4. c. 13. Quae quibus temporibus danda sint, ex ratione .. levatae febris apparebit; sic, ut in remissione quam maxima dentur: cum eo tamen, ut sciamus non esse ejus generis tussi aridas fauces committendas: saepe enim, ubi nihil est quod exscreetur, continuatur, et strangulat. Ob quam causam dixi etiam pejus id genus esse tussis, quod nihil, quam quod pituitam moveret *ibid.*

Tuto. v. Ago, Colubra, Curo, Lavo, Pervenio, Repono, Surgo. tutius. v. Tracto. ℑ parum tuto. v. Habeo. ℑ non tuto. sunt quidam non asperi tantummodo, sed spinosi quoque calculi, qui per se quidem delapsi in cervicem, sine ullo periculo eximuntur: in vesica vero non tuto vel hi conquiruntur, vel attrahuntur &c. l. 7. c. 26. s. 2.

Tutus. v. Balneum, Praesidium, Psyllus. id cum ita per triduum factum est, tutus esse homo a periculo videtur l. 5. c. 27. s. 2. v. Reddo. tutior. v. Fiducia, Intemperantia. magis tutum. v. Auxilium. maxime

tutum. v. Expono. tutissimus. v. Puer, Aetas. a dolore tutissimus. v. Calvaria. ex toto tutus. v. Spes. ubi esse in tuto, *aeger*, videtur, verendum tamen est, ne in eamdem imbecillitatem cito recidat *&c.* *l.* 3 *c.* 19. si vires sinunt, sanguinem mittere optimum est.. si id parum tutum est *&c.* *l.* 3. *c.* 7. *s.* 1. neque inter magnos dolores, neque increscente febre tutum est aegrum cibo impleri *l.* 3. *c.* 6. *v.* Solicito. minime tutus. *v.* Calor.

Τυμπανίτης. *v.* Ὕδρωψ.

VA

Vaco. levia genera, *gestationis*, infirmis conveniunt: valentiora vero iis qui.. gravium morborum initia sic sentiunt, ut adhuc febre vacent *l.* 2. *c.* 15. frictio.. numquam adhibenda est febre increscente: verum, si fieri poterit, cum ex toto corpus ea vacabit *&c.* *l.* 2. *c.* 14. si duae tresve venae tument, et ita pars aliqua obsidetur, ut major eo vitio vacet, idem faciendum quod supra scriptum est *l.* 7. *c.* 22. aqua frigida infusa prodest.. rubicundis nimis hominibus, si dolore vacant *l.* 1. *c.* 9. omni noxa vacare. *v.* Fungus. nc ipse quidem Erasistratus.. reperit, cur ex duobus aeque repletis alter in febrem inciderit, alter omni periculo vacarit *pro*. *l.* 1. *v.* Aestas, Dies.

Vacuus. qua parte pupilla est, locus vacuus est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 13. id agendum est, ut ante caput, deinde reliqua pars auferatur: quia fere majore parte extracta, caput in vacuam vulvam prolabitur *&c.* *l.* 7. *c.* 29. *v.* Sagitta, Tempus.

Vadum. *v.* Piscis.

Vagitus. *v.* Chirurgus.

Vagus. *v.* Febris.

Valens. Interest etiam inter valens corpus, et obesum *l.* 2. *c.* 10. *v.* Cibus, Medicamentum, Sanesco. ℑ valentior. alia res alia vel valentior est, vel infirmior *l.* 2. *c.* 18. *v.* Frumentum, Materia. aliquanto valentior. quibus, *medicamentis*, si folia quoque papaveris adjiciantur, aliquanto valentiora sunt *l.* 6. *c.* 6. *s.* 9. ℑ valentissimus. valentissimum voco in quo plurimum alimenti est *l.* 2. *c.* 18. *v.* Auxilium, Ovum. longe valentissimus. *v.* Coxa.

Valenter. *v.* Reprimo. alius rursus metus subest; ne nimis valenter ibi retenta materia magnam inflammationem postea moveat *l.* 5. *c.* 26. *s.* 21. etiamnum valentius intenditur membrum super scamnum *&c.* *l.* 8. *c.* 20.

Valeo. Sanus homo qui et bene valet, et suae spontis est, nullis obligare se legibus debet; ac neque medico, neque alipta egere *&c.* *l.* 1. *c.* 1. *v.* Senesco. optime valere. *v.* Puer. ℑ *viribus valeo, validus sum*. oportet.. si satis valet, gestando aegrum digerere: si parum, intra domum tamen dimovere *l.* 4. *c.* 14. adhibenda bis die frictio est; si magis valet, frequens etiam exercitatio *l.* 3. *c.* 18. si febris non est, si valet corpus, aeque linamenta supervacua sunt *l.* 5. *c.* 28. *s.* 11. ℑ *pro utilem esse, prodesse*. Andreae malagma.. ad omnia denique valet, quae adjuvare calor potest *l.* 5. *c.* 18. *s.* 7. *v.* Eodem. praecipue ad id valet vel trifolii semen, vel cuminum *&c.* *l.* 4. *c.* 16. si parum sic sanguis conquiescit, saepius linamenta mutanda sunt; et si sicca parum valent, aceto madefacienda sunt *l.* 5. *c.* 26. *s.* 21.

Valetudinarium. *v.* Consulo.

Valetudo. in bono tempestatum habitu certior valetudo est *l.* 2. *c.* 1. *v.* Prosum. ad confirmandam valetudinem. *v.* Cucurbitula. sanguis mittendus est: id enim inter initia statim factum saepe annuam, nonnumquam perpetuam valetudinem bonam praestat *l.* 4. *c.* 31. idque saepe longiorem, semper annuam valetudinem bonam praestat *l.* 6. *c.* 9. *v.* Contingo, Defendo, Recursus. ℑ secunda valetudo. *v.* Fiducia, Praesidium, Spes, Sputum. initium secundae valetudinis. *v.* Facio. ℑ adversa valetudo. Neque ignorare hunc oportet, quae sit aegri natura: humidum magis, an magis siccum corpus ejus sit.. frequens adversa valetudo, an rara; eaque, cum est, vehemens esse solcat, an levis; brevis, an longa *pro*. *l.* 1. *v.* Exhaustus, Signum. ℑ valetudo *pro morbus*. haec valetudo, ut spatium aliquod habebit, sic tuta erit *l.* 2. *c.* 3. valetudo longa, et jam a primo impetu inclinata *l.* 2. *c.* 14. inclinata jam in melius valetudo *l.* 3. *c.* 6.

Valgus. *v.* Specto.

Validissime. *v.* Excito.

Validus, validior, validissimus. *v.* Auxilium, Cibus, Cicatrix, Frictio, Membrum, Musculus, Nervus, Septum. ℑ *forma substantivorum*. haec facile validiores faciunt *l.* 3. *c.* 15.

Vanus. vanae imagines. *v.* Phrenesis. vani metus levandi *l.* 3. *c.* 18. vana tristitia. *v.*

Objurgo. in quo vanam rationem secutus est, *Asclepiades* l. 3. c. 4. Id Asclepiades jure ut vanum repudiavit. *ibid.* Asclepiadis aemuli omnia ista vana et supervacua esse proponunt *pro*. l. 1. v. Adjuvans, Fortuna. non vanus. v. Opinio.

Vapor. extrinsecus is locus vapore calido fovendus l. 6. c. 10. extrinsecus admovendus per spongiam vapor aquae calidae l. 6. c. 9. v. Sudor.

Varicula. si varicula intus est, quae id sanari prohibet, ea quoque excidenda l. 5. c. 26. s. 32.

Varie. sanies.. varie crassa, et glutinosa l. 5. c. 26. s. 20. v. Misceo, Respondeo, Vtor.

Varietas. varietas rerum quasdam etiamnum animadversiones desiderat l. 7. c. 26. s. 2. v. Ascensus, Imbecillitas, Novo. coeli varietas. v. Autumnus.

Vario. Protinus inter initia scire facile est quis acutus morbus, quis longus sit: non in iis solis in quibus semper ita se habet; sed in iis quoque in quibus variat l. 3. c. 2. in curatione multum variare l. 5. c. 27. s. 3. triduo primo modice oportet cibum assumere ex media materia, vinum bibere graecum salsum.. tum altero triduo validiores cibos, et carnis quoque aliquid esse, intra aquam manere.. atque ita per haec variare, ut acres quoque cibos interponat l. 3. c. 24. v. Tempestas.

Varius. oportet varium habere vitae genus l. 1. c. 1. varius cibus l. 1. c. 3. quotidianae, *febres*, variae sunt, et multiplices l. 3. c. 3. v. Casus, Periculum, Sententia, Tempus, Vomitus, Vsus.

Varix. v. Noxa. Varix ortus insaniam tollit l. 2. c. 8. Ab his ad crura proximus transitus est. In quibus orti varices non difficili ratione tolluntur. Huc autem et earum venularum quae in capite nocent; et eorum varicum qui in ventre sunt curationem distuli: quoniam ubique eadem est. Igitur vena omnis quae noxia est, aut adusta tabescit, aut manu eximitur. Si recta est; si quamvis transversa, tamen simplex; si modica est, melius aduritur. Si curva est, et velut in orbes quosdam implicatur, pluresque inter se involvuntur, utilius eximere est. Adurendi ratio haec est &c. l. 7. c. 31.

Varum. femur in omnes quattuor partes prolabitur.. si in exteriorem, crus brevius, varumque fit l. 8. c. 20.

Varus. vari lenticulaeque vulgo notae sunt l. 6. c. 5. vari commodissime tolluntur imposita resina &c. *ibid.*

Vas. si cucurbitula non est.. tum quodlibet simile vas quod idem possit, adhibendum l. 5. c. 27. s. 3. vasa fictilia. v. Lenticula, Psoricum. aeneum vas. v. Superfluo. grande vas l. 4. c. 26. vas oris angusti l. 6. c. 8.

Vaste. v. Tumeo.

Vastus. vastius corpus l. 3. c. 19. *et* l. 8. c. 15.

Vber. v. Ago.

Vbi, *de loco*. v. Inde ℑ *refertur ad tempus, et valet cum, postquam.* ubi ad cibum ventum est &c. l. 1. c. 2. ubi aequalitas est, saluberrimi sunt sereni dies l. 2. c. 1. Si in balneum venit, sub veste primum in tepidario insudare, ibi ungi, tum transire in calidarium; ubi insudarit in solium non descendere, sed &c. l. 1. c. 4.

Vbique. Quod si morbos eae causae facerent, quae ubique eaedem essent, remedia quoque ubique eadem esse debuisse *pro*. l. 1. v. Inspicio. resolutio nervorum frequens ubique morbus est l. 3. c. 27. s. 1. *sanguis*, non ubique mitti potest, sed in temporibus, in brachiis, juxta talos l. 2. c. 10.

Vbicumque. si pus maturuit, in alis quidem et inguinibus raro secandum est; item ubicumque mediocris abscessus est l. 7. c. 2. haec quamvis maxime fiunt in capite, tamen ceteris quoque ossibus communia sunt: ut ubicumque idem incidit, eodem remedio sit utendum l. 8. c. 3.

Ve. protinus timeri debet.. si genua quasi fatigata sunt, totumve corpus lassitudinem sentit l. 2. c. 2. qui tarde concoquunt, et quorum ideo praecordia inflantur, quive propter ardorem aliquem noctu sitire consuerunt, duos tresve cyathos per tenuem fistulam bibant l. 1. c. 8.

Vehemens, vehementior, vehementissimus. v. Ambulatio, Auxilium, Calor, Caseus, Dolor, Exercitatio, Febris, Frictio, Gestatio, Inflammatio, Lectio, Motus, Nota, Noxa, Sol, Vinum. ℑ vehementia, *more substantivorum*. removenda sunt omnia vehementia l. 5. c. 28. s. 2.

Vehementer, vehementius. v. Agito, Afficio, Solicito, Perturbo. vehementissime. v. Tussis.

Vehiculum. v. Gestatio, Sedeo.

Vel. firmior brassica, et beta, et porrum, quam lactuca, vel cucurbita, vel asparagus l. 2. c. 18. ℑ vel certe. caput oportet perfundere aqua calida marina, vel certe salsa l. 4. c. 2. ℑ vel etiam. medicamentum ali-

quod imponendum est ex adurentibus, vel candente ferro aperiendum, vel etiam scalpello incidendum *l.* 7. *c.* 8. ℑ vel magis etiam. vehiculo sedisse, vel magis etiam equo prodest *l.* 4. *c.* 26 ℑ vel potius. ungere rosa et aceto, vel potius his tinctam lanam succidam imponere *l.* 4. *c.* 2. ℑ vel *pro etiam*. strumae vel praecipue fatigare medicos solent *l.* 5. *c.* 8. *s.* 7.

Velamentum. Interdum etiam fit, sed raro, ut quidquid abscedit, velamento suo includatur *l.* 7. *c.* 2. *v.* Βρογχοκήλη, Callus, Secundae, Testiculus.

Vello. resina cutem tertio quoque die diutius vellere *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1.

Velo. si is, *sol*, vehementior est, caput velandum est *l.* 3. *c.* 21. cui caput infirmum est, is si bene concoxit, leniter perfricare id mane manibus suis debet; numquam, si fieri potest, veste velare *l.* 1. *c.* 4. caput attonsum habere, idque irino, vel cyprino calido madefacere, et superimposito pileo velare *l.* 4. *c.* 6.

Velut, *et* Veluti. contentus iis, *compositionibus*, ero quas accepi velut nobilissimas *l.* 5. *c.* 17. *s.* 1. His veluti in conspectum quemdam, quatenus scire curanti necessarium est, adductis, remedia singularum laborantium partium exsequar *l.* 4. *c.* 2.

Vena. *v.* Αἱμοῤῥοΐς, Κιρσοκήλη, Ramex. venae grandes. *v.* Σφαγίτις. tenues venae *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. vena intumescens in varicem convertitur *l.* 3. *c.* 26. *s.* 1. vena noxia. *v.* Varix. plenae venae tument *l.* 2. *c.* 10. *v.* Torus. inflatae venae. *v.* Carcinoma. ℑ *vox vena a Celso saepe pro arteria usurpatur*. requirunt etiam quare venae nostrae modo submittant se, modo attollant *pro*. *l.* 1. circa frontem intentae venae moventur *l.* 2. *c.* 2. venis maxime credimus, fallacissimae rei; quia istae saepe leniores celerioresve sunt et sexu, et aetate &c. *l.* 3. *c.* 6. *v.* Agito, Concido, Concitatus, Conspectus, Elanguesco. ℑ *Alibi venam ab arteria distinguit*. juncta est venae arteria *l.* 2. *c.* 10. cum quorum utroque, *nervo*, binae descendunt et venae et arteriae *l.* 7. *c.* 18. servari non potest.. cui circa fauces grandes venae, vel arteriae praecisae sunt *l.* 5. *c.* 26. *s.* 2. ℑ singulae venae albae. *v.* Οὐρητήρ.

Venatio. omnis avis, omnis venatio stomacho apta est *l.* 2. *c.* 24. cibus esse debet ex media materia, maximeque ex venatione *l.* 3. *c.* 27. *s.* 1. neque avem, neque venationem dari debere, nisi generis durioris *l.* 4. *c.* 12. *v.* Lepus.

Venatorius. *v.* Venenum.

Vendito. *v.* Cedo.

Venenatus. *v.* Telum.

Venenum. venenum serpentis, ut quaedam etiam venatoria venena quibus Galli praecipue utuntur, non gustu, sed in vulnere nocent *l.* 5. *c.* 27. *s.* 3. maxima pars venenorum frigore interimit *ibid.* *v.* Antidotum.

Veniens. magnis morbis venientibus *l.* 6. *c.* 7. *s.* 8. a balneo venientibus *l.* 1. *c.* 3. *v.* Ventus.

Venio. raro, nisi post horum aliquid, morbus venit *pro*. *l.* 1. si ex alto calor venit *l.* 3. *c.* 5. si plures accessiones eodem die veniunt *l.* 3. *c.* 5. *v.* Incresco. incertum est quando febris ventura sit: ita fieri potest, ut si subito venerit, summa in eo pernicies sit, quod auxilii causa sit inventum *l.* 3. *c.* 12. imponenda super arida linamenta sunt.. donec quae sola esse in ejusmodi re sanitas potest, veniat *l.* 8. *c.* 25. in omni fisso fractove osse protinus antiqui ad ferramenta veniebant, quibus id exciderent *l.* 8. *c.* 4. cum jam eo venit, *calculus*, incidi juxta anum cutis plaga lunata usque ad cervicem vesicae debet *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. Superest ut ad extremas partes corporis veniam, quae articulis inter se conseruntur *l* 4. *c.* 29. *v.* Alias, Controversia, Quies, Telum, Traho.

Venor. oportet venari *l.* 1. *c.* 1.

Venosus. *v.* Renes.

Venter. summus venter *l.* 4. *c.* 20. venter imus *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. venter mollis *l.* 2. *c.* 8. venter quasi fermentatus, pinguis atque rugosus *ibid.* venter intentus *l.* 4. *c.* 16. ℑ *de ventriculo et intestinis*. *v.* Tero. ℑ *de materia quae ab intestinis infra emittitur*. venter solutus.. compressus. *v.* Vomitus. venter fusus *l.* 2. *c.* 1. liquidus *l.* 2. *c.* 8. *v.* Effundo, Excerno, Exinanio, Perturbo, Profluo, Teneo, Turbo.

Ventriculus. ventriculus, qui receptaculum cibi est, constat ex duobus tergoribus; isque inter jecur et lienem positus est, utroque ex his paulum super eum ingrediente ..Inde ima ventriculi pars in summum intestinum coartatur. *v* Κοιλιακός, Renes. ℑ ventriculus furunculi *l.* 5. *c.* 28. *s.* 8.

Ventus. *v.* Dies. si aliud genus ventorum est, salubriores Septemtrionales, quam Subsolani, vel Austri sunt: sic tamen, ut haec interdum regionum sorte mutentur. Nam

fere ventus ubique a mediterraneis regionibus veniens, salubris; a mari, gravis est *l.* 2. *c.* 1. *v.* Affectus.

Venula. *v.* Varix, Refugio.

Venus. venus tum, *hieme*, non aeque perniciosa est *l.* 1. *c.* 3. vere paulum cibo demendum &c. venus eo tempore anni tutissima est *ibid.* neque aestate, neque autumno utilis venus est: tolerabilior tamen per autumnum; aestate in totum, si fieri potest, abstinendum est *ibid.* venus semper inimica est *l.* 1. *c.* 9. diu alienus ei veneris usus est *l.* 3. *c.* 21. rarissima venere utendum *l.* 3. *c.* 27. *s.* 3. *v.* Prolabor. venerem fugere *l.* 3. *c.* 23. *v.* Annus, Deditus.

Ver. saluberrimum ver est *l.* 2. *c.* 1 primum ver.. ultimum ver *ibid.* ver frigidum et siccum *ibid.* *v.* Novo. *curationi*, ver idoneum maxime est *l.* 7. *c.* 14. ea curatio vere esse debet &c. in his ver exspectandum est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. *v.* Spero.

Veratrum. Dejectionem antiqui variis medicamentis, crebraque alvi ductione in omnibus paene morbis moliebantur: dabantque aut nigrum veratrum &c. *l.* 2. *c.* 12. *s.* 1. in tristitia nigrum veratrum dejectionis causa; in hilaritate album ad vomitum excitandum dari debet *l.* 3. *c.* 18. *v.* Purgatio. venter solvendus est, si non potest aliter, per nigrum veratrum *l.* 4. *c.* 15. *v.* Servo, Sternumentum.

Verbena. simul et reprimunt, et refrigerant.. verbenarum contusa cum teneris caulibus folia; cujus generis sunt olea, cupressus, myrtus, lentiscus, tamarix, ligustrum, rosa, rubus, laurus, hedera, punicum malum *l.* 2. *c.* 33.

Verbero. *v.* Exsanio.

Verbum. *v.* Controversia, Desipio, Exprimo, Ratiocinatio. paucis verbis comprehendere. *v.* Praecipio. apud nos foediora verba, ne consuetudine quidem aliqua verecundius loquentium commendata sunt *l.* 6. *c.* 18. *s.* 1.

Vere. *v.* Dico.

Verecunde. *v.* Verbum.

Verecundia. *v.* Periclitor.

Vereor. cum discussa cruditas est, tum magis verendum est, ne anima deficiat *l.* 4. *c.* 18. *v.* Coco, Inspicio.

Verisimilis. Id saepe fieri posse verisimile est *l.* 3. *c.* 14. *v.* Existo, Fictus, Submiuistro. multo magis verisimile est, interiora..sub gravissimi vulneribus et ipsa trucidatione mutari *pro.* *l.* 1.

Vermis. ubi, *in auribus*, vermes orti sunt, si juxta sunt, oriculario specillo protrahendi sunt: si longius, medicamentis enecandi; cavendumque ne postea nascantur *l.* 6. *c.* 7. *s.* 1.

Vernus. *v.* Pusula, Tempus.

Vero. Et haec quidem inter eos parum constant; illud vero convenit &c. *pro.* *l.* 1. primo tamen remedia summa cura exploranda fuisse; nunc vero jam explorata esse *ibid. et passim.* ☞ *in transitione.* Si quis vero exustus in sole est, huic in balneum protinus eundum est *l.* 1. *c.* 3. Quod ad medicum vero pertinet, ultimum est &c. *l.* 3. *c.* 23.

Verruca. verrucarum quaedam genera dolentia; ἀκροχορδόνας Graeci appellant *l.* 2. *c.* 1. Sunt quaedam verrucis similia; quorum diversa nomina, ut vitia sunt. Ἀκροχορδόνα Graeci vocant, ubi sub cute coit aliquid durius, et interdum paulo asperius, ejusdem coloris; infra ad cutem latius; idque modicum est, quia raro fabae magnitudinem excedit. Vix unum tantum eodem tempore nascitur; sed fere plura, maximeque in pueris: eaque nonnumquam subito desinunt, nonnumquam mediocrem inflammationem excitant; sub qua etiam in pus convertuntur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 14. *v.* Θύμιον, Μυρμήκια, Clavus. Acrochordon et thymium saepe etiam per se finiuntur; et quo minora sunt, eo magis.. Acrochordon si excisa est, nullam radiculam relinquit; ideoque ne renascitur quidem *ibid.*

Versor. Hic morbus.. inter intestina, stomachumque versatur sic, ut cujus potissimum partis sit, non facile dici possit *l.* 4. *c.* 18. perangustum est in quo versari manus possit *l.* 7. *c.* 7. *s.* 7.

Versum, *et* versus, *adverb.* *v.* Sursum, Deorsum.

Versus. *v.* Nares. par carnis in pus versa, pars corrupta *l.* 5. *c.* 28. *s.* 8.

Vertebra. Spina constat ex vertebris quatuor et viginti. Septem in cervice sunt, duodecim ad costas, reliquae proximae costis. Eae teretes brevesque ab utroque latere processus duos exigunt: mediae perforatae, qua spinae medulla cerebro commissa descendit: circa quoque per duos processus tenuibus cavis perviae, per quae a membrana cerebri similes membranulae deducuntur. Omnesque vertebrae.. a superiore parte in ipsis processibus paulum desidentes sinus habent: ab inferiore alios deorsum versus processus exigunt. Summa

igitur protinus caput sustinet, per duos sinus receptis ejus processibus. . Quod ad circuitum pertinet, pars summa angustiore orbe finitur : ita superior ei summae circumdata in latera quoque caput moveri sinit. Tertia eodem modo secundam excipit : ex quo facilis cervici mobilitas est. . Jamque vertebra tertia tubercula quae inferiori inserantur exigit. Ceterae processibus deorsum spectantibus in inferiores insinuantur, ac per sinus quos utrimque habent, superiores accipiunt, multisque nervis, et multa cartilagine continentur *l.* 8. *c.* 1. *v. adnotationes* 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. vertebrae excidunt et in posteriorem partem, et in priorem ; et supra septum transversum, et infra *&c. l.* 8. *c.* 14. quod Hippocrates dixit, vertebra in exteriorem partem prolapsa, pronum hominem collocandum esse, et extendendum ; tum calce aliquem super ipsum os debere consistere, et id intus impellere : in iis accipiendum est quae paulum excesserunt, non in iis quae totae loco motae sunt. Nonnumquam enim nervorum imbecillitas efficit, ut quamvis non exciderit vertebra, paulum tamen aut in posteriorem, aut in priorem partem promineat *ibid. v.* Inclinatio, Excedo.

Vertex. medicamenta . . a superciliis usque ad verticem illini debent *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15. *v.* Sutura. alter maxillae processus infra latior, vertice ipso tenuatur *l.* 8. *c.* 1. *v.* Extans, Insero, *Ὠμοπλάται*.

Verto. oculi cum dolore vertuntur *l.* 2. *c.* 2. inclinanda acus ad ipsam suffusionem est, leniterque ibi verti *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14. ℑ *pro muto*. danda opera est, ne qua cruditas in quotidianam id malum vertat *l.* 3. *c.* 15. in pus verti. *v.* Furunculus. ℑ *neutrorum more*. si nigra pars oculi, amissa naturali figura, in aliam vertit *l.* 7. *c.* 7. *s.* 14.

Verum. Sed ut levata quoque adversa valetudine recte frictio adhibetur ; sic numquam adhibenda est febre increscente : verum, si fieri poterit, cum ex toto corpus ea vacabit ; si minus, certe cum ea remiserit *l.* 2. *c.* 14. ℑ *in transitione*. Verum hoc quidem promptum est. In iis autem negotium majus est, quae per se vitio intus orto intumescunt *l.* 7. *c.* 2.

Verus. verus anguli finis utique noscendus est *l.* 7. *c.* 7. *s.* 4. vera sanitas. *v.* Sanitas. verus error. *v.* Confessio. quae vera quidem sunt ; a communibus tamen ad quaedam propria descendunt *pro.* *l.* 1. Sin, quod vero propius est, vix ulla perpetua praecepta medicinalis ars recipit *&c. pro. l.* 1. neque verum est quod dicitur a quibusdam, nullam febrem inordinatam esse, nisi aut ex vomica, aut ex inflammatione, aut ex ulcere : facilior enim semper curatio foret, si id verum esset *l.* 3. *c.* 3.

Vesica. Vesica in ipso sinu nervosa et duplex, cervice plena atque carnosa, jungitur per venas cum intestino, eoque osse quod pubi subest : ipsa soluta atque liberior est : aliter in viris atque in feminis posita. Nam in viris juxta rectum intestinum est, potius in sinisteriorem partem inclinata ; in feminis super genitale earum sita est, superque elapsa ab ipsa vulva sustinetur *l.* 4. *c.* 1. *v.* Iter urinae, Femina. Vesica vulnerata, dolent inguina ; quod super pubem est, intenditur ; pro urina, sanguis ; at ex ipso vulnere urina descendit *&c. l.* 5. *c.* 26. *s.* 19. si sanguis aut pus in urina est, vel vesica, vel renes exulcerati sunt *&c.* si paulatim urina destillat, vel si sanguis per hanc editur *&c.* in vesica vitium est *l.* 2. *c.* 7. *v.* Inquisitio, Sectus. ex vesica dolenti *v.* Detraho. ℑ vesica bubula. *v.* Admoveo, Pulso. ℑ in superioribus palpebris vesicae nasci solent pingues gravesque, quae vix attollere oculos sinunt *&c. l.* 7. *c.* 7. 5. 1.

Vesper. alii vespere tali aegro cibum dant *l.* 3. *c.* 5. post eam accessionem cibus dari debet, quae non inter meridiem et vesperem est *ibid.* abstinere oportet, et frictione uti ; aquam tantummodo vespere potui dare *l.* 3. *c.* 17.

Vespertinus. *v.* Frigus, Tempus.

Vestigium. per insequentes dies circa singulas heminas emittendum, donec nullum aquae vestigium appareat *l.* 7. *c.* 15. si de nigro, *oculi*, aliquid albidum factum est, diu manet. At si asperum et crassum est, etiam post curationem vestigium aliquod relinquit *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1.

Vestimentum. a genibus ad umbilicum aqua teneat, cetera vestimentis circumdata sint *l.* 7. *c.* 26. *s.* 5. neque multis vestimentis strangulandus, sed levibus admodum velandus est *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. inimica sunt . . multa vestimenta corpori injecta *l.* 3. *c.* 11. *v.* Cervical, Petro.

Vestio. id agendum cibis uberioribus est, ut corpus quam plenissimum fiat, quo melius os vestiat *l.* 8. *c.* 9.

Vestis. Contectus, Contego, Insudo, Operio, Tego. sine veste. *v.* Autumnus.

Vetus. ne digitus quidem . . reponi debet aut

in inflammatione, aut postea cum jam vetus res est *l.* 8. *c.* 25. *v.* Adeps, Auctor, Caseus, Cicatrix, Coeo, Condyloma, Favus, Malum, Oleum, Plaga, Quartana, Tussis, Vinum, Vitium.

Vetustas. interdum vetustas ulcus occupat *l.* 5. *c.* 26. *s.* 31. quod ubi incidit, jamque ipsa vetustate res matura est, ab iisdem petendum auxilium est, id est balneo ac vino *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. id medicamentum vetustate efficacius fit *ibid.* *s.* 22. *v.* Caseus, Fistula, Scissum. longa vetustas. *v.* Vitio. magna vetustas. *v.* Vinum.

Vetustus. *v.* Dolor, Vlcus. vetusta sedes. *v.* Assuesco. vetustior. *v.* Caseus, Casus, Durities, Morbus. vetustissimus. *v.* Auctor. adeps quam vetustissima *l.* 4. *c.* 6.

Vexatus. atra bile vexati *l.* 2. *c.* 12. *s.* 1. vexata ossa *l.* 8. *c.* 7. oculi a medicis diu vexati *pro.* *l.* 7. infirmum corpus in aqua frigida vexatum *l.* 5. *c.* 27. *s.* 2.

Vexo. Quod si vehementer et vomitus, et dejectio, et sitis vexant.. aqua, neque ea ipsa frigida, sed potius egelida danda est *l.* 4. *c.* 18. neque is servari potest.. qui, febre aeque non quiescente, simul et delirio et spirandi difficultate vexatur *l.* 2. *c.* 6. *v.* Aculeus, Evoco. horrore et tremore vexari *l.* 2. *c.* 13. os jam carie vexatum est. *v.* Aduro.

Via. medendi viae. *v.* Traho. diversae curandi viae. *v.* Exerceo. alia via est, ubi velis supprimere, *alvum* *l.* 4. *c.* 26. quasi via quaedam. *v.* Μέθοδος. ibi reperta via *l.* 7. *c.* 18. inde aperta via *l.* 7. *c.* 5. *s.* 3. *v.* Telum. celerior via. *v.* Emitto. temeraria via. *v.* Fateor.

Viator. interdum.. viatorem a latronibus exceptum sic vulnerari, ut ejus interior aliqua pars aperiatur, et in alio alia *pro.* *l.* 1.

Vicem, vices. proponere nobis et accessionum et decessionum vices possumus *l.* 3. *c.* 12. leniter permutatis subinde digitorum vicibus *l.* 7. *c.* 26. *s.* 3. *v.* Invicem. tortoris vicem exhibere. *v.* Disciplina.

Vicesimus. *v.* Dies.

Vicinia. *v.* Inutilis.

Vicinus. *v.* Affectus. ex vicino. *v.* Curtus. in vicino. *v.* Nota.

Victus. *v.* Medicina. ejus, *medicinae partis*, quae victu morbos curat longe clarissimi auctores &c. *pro.* *l.* 1. *v.* Praeparo. curiosus victus *l.* 4. *c.* 31. victus optimus *l.* 6. *c.* 6. *s.* 35. plenior victus. *v.* Tempero. athleticus victus. *v.* Firmo. victus genus *l.* 3. *c.* 16. victus modus *l.* 6. *c.* 6. *s.* 36. et reliqua victus consuetudine quam minimum mutari debet *l.* 1. *c.* 10. ℑ victus ratio. Dixi de iis malis corporis quibus victus ratio maxime subvenit: nunc transeundum est ad eam medicinae partem quae magis medicamentis pugnat *pro.* *l.* 5. ut illa, *pars*, quae victu curat, aliquando medicamentum adhibet, ita illa quae praecipue medicamentis pugnat, adhibere etiam victus rationem debet: quae multum admodum in omnibus malis corporis proficit *ibid.* *v.* Erado, Pervenio, Peto, Praesto, Succurro, Transfero.

Victus, *adject.* fere fit, ut ea tunica &c. victa medicamentis tota exeat *l.* 5. *c.* 28. *s.* 12. victa ars malo. *v.* Homo prudens.

Videlicet. *v.* Alibi.

Video. *v.* Κρυσταλλοειδής. is propter imbecillitatem jam non audit, jam non videt *l.* 2. *c.* 6. nonnulli cum aliquandiu nihil vidissent, repentina profusione alvi lumen receperunt *l.* 6. *c.* 6. *s.* 37. imbecillitas oculorum est, ex qua quidam interdiu satis, noctu nihil vident *ibid.* *s.* 38. ingeniosissimus saeculi nostri medicus, quem nuper vidimus, Cassius *pro.* *l.* 1. attonitos quoque raro videmus *l.* 3. *c.* 26. ℑ *animadverto*, *considero*. quod ab Asclepiade quoque sic temperatum, ut tamen servatum sit, video plerumque saeculo nostro praeteriri *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. cum praecipua in hoc ars sit, quae non annos numeret, neque conceptionem solam videat, sed vires aestimet &c. *l.* 2. *c.* 10. *v.* Gens, Imperitissimus. visurus. *v.* Assideo.

Videor. Cum de his dixerim, de iis quoque quae in cruribus sunt, videri possum dixisse *l.* 8. *c.* 20. frictio quoque ex oleo et sale salubris videtur *l.* 3. *c.* 9. ei rei videtur aptissimus adversae valetudinis dies secundus, aut tertius *l.* 2. *c.* 10. *et passim.* si in humidis omne vitium est, ut Herophilo visum est *pro.* *l.* 1.

Vigilia. vigilia extenuat corpus *l.* 1. *c.* 3. vigilia urget *l.* 7. *c.* 27. continua vigilia *l.* 4. *c.* 14. *v.* Continuatus. longa vigilia *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. ubi nocturna vigilia urget *l.* 6. *c.* 6. *s.* 1. nocturna vigilia premi. *v.* Somnus. si qua imbecillitas oritur, proximum est, ut infantes tenerosque adhuc pueros nocturnae vigiliae exerceant *l.* 2. *c.* 1. *v.* Crucio, Exprimo, Impero, Torqueo.

Vigilo. Ex quocumque morbo quis convalescit, si tarde confirmatur, vigilare prima luce debet *l.* 4. *c.* 32. *v.* Dormio. neque enim vigilando melior fit, *lethargicus*, sed

per se, si melior est, vigilat *l.* 3. *c.* 20.

Viginti. iidem nuclei viginti *l.* 4. 2. 17. horae viginti quatuor. *v.* Porrigo.

Vincio. articulum quam minime vincire opus est; sed si juxta articulum fractura est, necesse est *l.* 8. c. 10. *s.* 1. *v.* Gero. cutis quam plurimum attrahenda, et, condita glande, lino vincienda est *l.* 7. c. 26. *s.* 1. auro vincire. *v.* Dens. venas vincire. *v.* Prospicio.

Vinco. si sudor vincit, delinendus homo est vel gypso, vel argenti spuma &c. *l.* 3. *c.* 19. si tumor vicit, imponenda est vel lenticula, vel marrubium &c. *l.* 6. c. 18. *s.* 2. si suppuratio vicerit, neque per quae supra scripta sunt discuti potuerit; omnis mora vitanda erit, ne os infra vitietur &c. *l.* 8. c. 9. si medicamentum malo vincitur, utique ad ustionem propcrandum est *l.* 5. c. 28. *s.* 1. *v.* Impedio, Ingenium, Pertinacia. victa ars malo. *v.* Homo prudens.

Vinctura. si cui parvulo puero intestinum descendit, ante scalpellum experienda vinctura est *l.* 7. c. 20. deligatum membrum in diem tertium continendum est: eaque vinctura talis esse debet, ut primo die nihil offenderit, non tamen laxa visa sit &c. *l.* 8. c. 10. *s.* 1.

Vinctus. vinctus aliquis. *v.* Loquor.

Vinculum. vinculum ei loco lintcolum aut panniculus quadratus est, qui ad duo capita duas ansas, ad altera duo totidem fascias habet; cumque subjectus est, ansis ad ventrem datis, a posteriore parte in eas adductae fasciae conjiciuntur, atque ubi artatae sunt, dexterior sinistra, sinisterior dextra procedit, circumdataeque circa alvum inter se novissime deligantur *l.* 6. c. 18. *s.* 8. *v.* Coerceo, Sutura. liberari vinculis. *v.* Loquor.

Vindemia. vindemiae tempore in grande vas conjicienda sunt pira atque mala silvestria &c. *l.* 4. c. 26.

Vindico. vulnerum quoque ulcerumque multorum curationes chirurgi sibi vindicant *pro.* *l.* 7. *v.* Debilis, Fortuna. is homo continere se, et abstinere a cibo debet, et potione aquae tantum a siti vindicari *l.* 6. c. 18. *s.* 2.

Vinolentus. sive quid vinolentum, sive acidum est, id huic morbo alienum est *l.* 4. c. 20.

Vinum. vinum aut dulce, aut vehemens, aut mustum, aut magnae vetustatis valentissimi generis est. At acetum, et id vinum quod paucorum annorum, vel austerum, vel pingue est, in media materia est *l.* 2. c. 18. potio firmior ex eo vino quod bono solo, quam quod tenui; quodque temperato coelo, quam quod aut nimis humido, aut nimis sicco, nimiumque aut frigido, aut calido natum est *ibid.* vinum cui nihil adhuc aetatis accessit *l.* 2. c. 26. modice vetus *l.* 6. c. 6. *s.* 8. non pervetus *l.* 5. c. 26. *s.* 30. dilutum, lene *l.* 1. c. 4. integrum, austerum *l.* 3. c. 24. vinum firmius *l.* 2. c. 17. austerum et bonum. *v.* Faex. austerum et plenius *l.* 1. c. 6. austerum quidem, sed tenue, meraculum, egelidum.. idque vinum esse debet, neque nullarum virium, neque ingentium *l.* 3. c. 19. vinum austerum, meracum *l.* 4. c. 27. *s.* 2. vinum calidum et meracius *l.* 5. c. 7. *s.* 1. vinum austerum, licet etiam asperum sit, item resinatum *l.* 2. c. 24. vinum meracum quam asperrimum *l.* 4. c. 26. vinum dulce, vel lene *l.* 2. c. 20. vinum leve, austerum *l.* 3. c. 22. leve, subausterum *l.* 6. c. 6. *s.* 8. tenue, austerum *l.* 4. c. 8. tenue, odoratum *l.* 4. c. 18. austerum, sed quam tenuissimum *l.* 3. c. 21. purum vinum *l.* 6. c. 11. merum *l.* 4. c. 11. mixtum *l.* 6. c. 9. salsum *l.* 1. c. 6. graecum salsum *l.* 3. c. 24. amineum austerum *l.* 4. c. 5. amineum merum *l.* 4. c. 26. vino, si febris non est, dulci, aut si id inflat, certe leni utendum; sed neque perfrigido, neque nimis calido *l.* 4. c. 12. vinum frigidum, vel certe bene calidum, meracum, potissimum rheticum, vel allobrogicum, aliudve quod et austerum et resina conditum sit; si id non est, quam asperrimum, maximeque signinum *ibid.* *v.* Myrtus. vinum omnibus, *vulneribus*, dum febris, dum inflammatio est, alienum est: itemque usque ad cicatricem, si nervi musculive vulnerati sunt; etiam si alte caro *l.* 5. c. 26. *s.* 20. *v.* Explico, Exsorbeo, Festino, Gusto, Redeo, Reficio, Reverto, Sorbeo, Sumo, Utor.

Viola. alba viola discutit *l.* 5. c. 11. flos albae violae aperit *l.* 5. c. 4. viola purpurea discutit *l.* 5. c. 11.

Violenter. *v.* Consurgo, Promoveo. violentius. *v.* Gero.

Violentia. *v.* Vivus.

Violo. solent, *fistulae*, ubi costas transierunt, septum id quod transversum a superioribus visceribus intestina discernit, violare *l.* 7. *c.* 4. *s.* 2. membrana incidenda: magna cura habita, ne venae quae juxta sunt violentur *l.* 7. *c.* 12. *s.* 4. quam-

ventum esse testantur nares acutae &c. *l.* 2. *c.* 6.

Vltra. ultra aures. *v.* Σφραγῖτις. frigida aqua copiose praestanda est, ut bibat etiam ultra satietatem; et cum jam venter et praecordia ultra modum repleta, satisque refrigerata sunt, vomere debet *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. uva ultra justum modum a pituita deducta *l.* 7. *c.* 12. *s.* 3. ultra quam. *v.* Potio. quod cum ex malo corporis fiat, raro non ultra procedit *l.* 6. *c.* 6. *s.* 15. *v.* Bonum.

Vmbilicus. infantes tenerosque adhuc pueros.. circa umbilicum inflammationes exercent *l.* 2. *c.* 1. ubi febris aliquem occupavit, scire licet, non periclitari.. si circa umbilicum et pubem cutis plena est *l.* 2. *c.* 3. mali morbi testimonium est.. habere cutem circa umbilicum et pubem macram *l.* 2. *c.* 4. Sunt etiam circa umbilicum plura vitia.. Commune omnibus est umbilicum indecore prominere: causae requiruntur. Meges tres has posuit: modo intestinum eo irrumpere, modo omentum, modo humorem. Sostratus nihil de omento dixit: duobus iisdem adjecit, carnem ibi interdum increscere; eamque modo integram esse, modo carcinomati similem. Gorgias ipse quoque omenti mentionem omisit: sed eadem tria causatus, spiritum quoque eo dixit irrumpere. Heron omnibus his quatuor positis, et omenti mentionem habuit, et ejus quod simul et omentum et intestinum habuerit *l.* 7. *c.* 14. Ad umbilicos prominentes, ne manu ferroque utendum sit, ante tentandum est ut abstineant &c. *l.* 6. *c.* 17. ℑ umbilicus *pro funiculo umbilicali.* medicus sinistra manu leniter trahere umbilicum debet ita, ne abrumpat, dextraque eum sequi usque ad eas quas secundas vocant *l.* 7. *c.* 29.

Vmbra. *v.* Ambulatio. umbrae similis. *v.* Μέλας.

Vmquam. confugiendum erit ad album veratrum &c. sic tamen, ne iterum umquam sumat, nisi conciderit *l.* 2. *c.* 23. neque umquam in acuta febre aut a somno non est terribilis nervorum distentio *l.* 2. *c.* 4.

Vna, *adverb.* cerae et adipis suillae tantumdem una liquandum *l.* 4. *c.* 31.

Vncia. ante sciri volo in uncia pondus denariorum septem esse *l.* 6. *c.* 17. *s.* 2. unciae tres. *v.* Ficus.

Vnctio. unctio vel in sole, vel ad ignem *l.* 1. *c.* 2. unctio calefacit *l.* 1. *c.* 3. unctio sine aqua siccat *ibid.* liberalis unctio *l.* 4. *l.* 15. longior e liquido cerato, et mollis tamen unctio *l.* 8. *c.* 16. *s.* 7. lenibus unctionibus utendum est *l.* 1. *c.* 31. inter unctionem et frictionem multum interest *l.* 2. *c.* 14.

Vnctus. *v.* Foveo. Permulceo.

Vncus. si, *calculus*, major est, injiciendus a superiore parte uncus est, ejus rei causa factus. Is est ad extremum tenuis, in semicirculi speciem retusae latitudinis, ab exteriore parte laevis, qua corpori jungitur; ab interiore asper, qua calculum attingit. Isque longior potius esse debet: nam brevis extrahendi vim non habet *l.* 7. *c.* 26. *s.* 2. *v.* Κυαθίσκος, Vulva.

Vncus, *adject. polypus*, ubi abscissus est, unco ferramento extrahendus est *l.* 7. *c.* 10. *Sed vide adnot. nostram.*

Vnde. Sub his emortui vermes in primam auris partem prolabuntur, unde facillime educi possunt *l.* 6. *c.* 7. *s.* 5. ℑ figura similis acino fit: unde id σταφύλωμα Graeci vocant. *v.* Fabula.

Vndecimus. *v.* Dies.

Vndelibet. *v.* Fascia.

Vndique. homo undique veste contectus *l.* 6. *c.* 9. oportet carnem subsecare, donec undique os integrum patefiat *l.* 8. *c.* 2. *et passim.*

Vngo. tepido loco ungi *l.* 4. *c.* 26. calido loco, vel in sole, vel ad ignem ungi *l.* 1. *c.* 3. numquam ad flammam ungi, interdum ad prunam *l.* 1. *c.* 4. ungi citra sudorem *l.* 1. *c.* 6. si levius id vitium est, oleo corpus ungendum est; si vehementius, rosa, vel melino, vel myrteo *l.* 3. *c.* 6. multo oleo ungi *l.* 1. *c.* 3. corpus oleo leniter ungendum *l.* 6. *c.* 5. ungere caput irino unguento *l.* 6. *c.* 6. *s.* 8. isque ungendus ex calefacientibus est *l.* 5. *c.* 27. *s.* 12. palatum ungere vel felle taurino, vel eo medicamento quod ex moris est *l.* 4. *c.* 7.

Vnguentum. crocinum unguentum *l.* 3. *c.* 18. irinum *ibid.* *et alibi.* unguentum susinum *l.* 5. *c.* 21. *s.* 1.

Vnguis. a quibus, *digitis*, orti ungues indurescunt: ideoque non ossi, sed carni magis radicibus suis inhaerent *l.* 8. *c.* 1. in iisdem, *digitis*, recedere ab ungue caruncula cum magno dolore consuevit: πτερύγιον Graeci appellant *l.* 6. *c.* 19. ubi scabri ungues sunt, circumradi debent qua corpus contingunt: tum super eos aliquid ex hac compositione imponi.. sub

vomitus biliosus, non voluntarius *l.* 5. *c.* 26. *s.* 26. vomitus biliosus, mali odoris, aut varius, aut niger *l.* 4. c. 20. vomitus varius et multorum colorum *l.* 2. c. 6. aut virides, aut nigri vomitus *l.* 7. *c.* 13. vomitus atrae bilis *l.* 2. *c.* 8. vomitus mixtus et bile et pituita *l.* 2. *c.* 3. vomitus periculosus est sincerus pituitae, vel bilis; pejorque si viridis, aut niger est *l.* 2. *c.* 4. in hoc morbo perniciosus, ideoque omni modo cavendus sanguinis vomitus est *l.* 3. *c.* 27. *s.* 4. neque vomitum hujus afferre periculum, etiam cum repetit, si ante confirmare et implere corpus licuit, et ex toto nullum nocere, qui in corpore robusto neque nimius est; neque tussim aut calorem movet *l.* 4. c. 11.

Vomo. ante cibum vomere *l.* 1. c. 8. post cibum vomere *l.* 1. *c.* 3. et ante cibum, et post eum sponte vomere oportet *l.* 3. *c* 19. qui vomere post cibum vult, si ex facili facit, aquam tantum tepidam ante debet assumere, si difficilius, aquae vel salis, vel mellis paulum adjicere. At qui mane vomiturus est, ante bibere mulsum, vel hyssopum, aut esse radiculam debet; deinde aquam tepidam, ut supra scriptum est, bibere *l.* 1. c. 3. *v.* Consulo, Purgatio. solent qui sic tentantur, bilem, et quidem, quod pessimum est, atram vomere *l.* 4. *c.* 12.

Voro. *v.* Ejicio, *Φαγέδαινα*.

Votum. Post haec indicia, votum est longum morbum fieri *l.* 2. c. 5. id votum est *l.* 3. c. 4. sub his oculus plerumque rumpitur; votumque est, ut tantum rumpatur *l.* 6. c. 6. *s.* 1.

Vox. vox nihil significat *l.* 4. c. 7. gravedos vocem obtundit *l.* 4. c. 5. sanguinis detractionem requirit.. quidquid subito supprimit vocem *l.* 2. c. 10.

Vrbanus. *v.* Imbecillus.

Vrbs. *v.* Rus.

Vrgeo. ubi sine intermissionibus accessiones et dolores graves urgent, acutus morbus est *l.* 3. c. 2. acuto morbo urgente *l.* 2. c. 4. cum dolor vehemens urget *l.* 4. *c.* 31. si vehemens febris urget *l.* 2. *c.* 10. febres quae quotidie urgent *l.* 3. *c.* 5. urgent febres ardentes, et aut virides, aut nigri vomitus; praeter haec, ingens sitis, et linguae aspritudo *l.* 7. *c.* 23. fastidio, *cibi*, urgeri *l.* 3. c. 6. si assidua fatigatio urget *l.* 1. c. 3. si res urget.. si minor vis urget *l.* 6. c. 6. *s.* 1. *v.* Eligo, Furor, Necessitas, Somnus, Vigilia. superimponendum aliquid durum, idque supra prominens os manu urgendum est *l.* 8. *c.* 17. *v.* Pulvinus. si caries alte descendit, per terebram urgenda crebris foraminibus est *l.* 8. *c.* 3.

Οὐρεθὴρ. *Vocabulum hoc sub littera O* perperam positum, huc revocandum est.

Vrina. si toto die non concocta fertur urina, cruditatem esse manifestum est *l.* 2. *c.* 7. *v.* Concoquo. urina arenosa *l.* 2. *c.* 7. biliosa urina *l.* 4. *c.* 5. urina cruenta *l.* 5. *c.* 26. *s.* 11. purulenta urina *l.* 2. *c.* 8. turbida urina *l.* 4. c. 5. urina viridis *l.* 2. c. 7. si urina modo liquida et pura est, modo habet quaedam subsidentia; si laevia atque alba, rubrave sunt, quae in ea subsidunt; aut si quasdam quasi miculas repraesentat; aut si bullulas excitat *l.* 2. c. 5 in urina subsidere, *debet*, album, laeve, aequale sic, ut etiam, si quae quasi nubeculae innatarint, in imum deferantur *l.* 2. *c.* 3. mala urina est, in qua subsidunt subrubra et laevia: deterior, in qua quasi folia quaedam tenuia atque alba: pessima ex his, quae tamquam ex furfuribus factas nubeculas repraesentat. Diluta quoque atque alba, vitiosa est; sed in phreneticis maxime *l.* 2. *c.* 4. urina rubra et tenuis in magna cruditate esse consuevit; et saepe antequam spatio maturescat, hominem rapit. Itaque, si talis diutius permanet, periculum mortis ostendit. Pessima tamen est, praecipueque mortifera, nigra, crassa, mali odoris. Atque in viris quidem et mulieribus talis deterrima est. in pueris vero, quae tenuis et diluta est *l.* 2. *c.* 6. *v.* Calculosus, Renes, Vesica. cum urina super potionum modum etiam sine dolore profluens maciem et periculum facit, si tenuis est, opus est exercitatione et frictione *&c.* si crassa urina est, vehementior esse debet et exercitatio, et frictio *l.* 4. *c.* 27. *s.* 2. *v.* Emolior, Excerno, Hortus, Iter, Profluo, Prorumpo, Supprimo.

Vro. si nihilo magis malum constitit, uri id quod est inter integrum ac vitiatum locum debet *l.* 5. *c.* 26. *s.* 34. carbunculus ibi natus ipse quoque medicamentis urendus *l.* 6. *c.* 18. *s.* 5. si, *vulnus*, uri non potest, sanguinem homini mitti non alienum est *l.* 5. c. 27. *s.* 2.

Vrtica. boni suci est *l.* 2. c. 20. alvum movet *l.* 2. c. 29. utile est sevum miscere cum hyoscyami et urticae contritis semi-

nibus *l.* 2. *c.* 27. *s.* 2. *v.* E'ξάνθημα, Membrum.

Vsque. usque somni tempus. *v.* Exaspero. utilius his frequens balneum est, sed jejunis; etiam usque sudorem *l.* 3. *c.* 22. id genus solet etiam longum esse usque ad mortis diem *l.* 3. *c.* 23.

Vstio. si levatur malum, minuunturque ejus indicia, procedere curatio potest et ad scalpellum, et ad ustionem *l.* 5. *c.* 28. *s.* 2. *v.* Vinco. omnes ejusmodi dolores, cum inveteraverunt, vix citra ustionem finiuntur *l.* 4. *c.* 30. *v.* Gingiva. sive capitis, sive pectoris os, sive costa cariosa est, inutilis ustio est, et excidendi necessitas est *l.* 8. *c.* 2.

Vstus. usto vulneri superimponenda quae ceteris ustis sunt *l.* 5. *c.* 27. *s.* 2.

Vsus. alii, nisi corporum rerumque ratione comperta, non satis potentem usum esse proponunt *pro. l.* 1. *v.* Serapion. usus ipse docuit &c. *l.* 5. *c.* 27. *s.* 4. vini quoque, sed austeri necessarius usus est *l.* 3. *c.* 22. cum usus exigit *l.* 5. *c.* 20. *s.* 4. usu cognitum est &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 35. pro sedibus et casibus qui inciderunt, aut minor, aut major usus ejus membri relinquitur: quoque in eo plus usus superest, eo minus id extenuatur *l.* 8. *c.* 11. ex emplastris nulla majorem usum praestant, quam quae cruentis protinus vulneribus injiciuntur *l.* 5. *c.* 19. Haec tria compositionem genera maximum praecipueque varium usum praestant *l.* 5. *c.* 21. *v.* Agricola, Audacia, Auris, Balneum, Catapotium, Comprobatus, Cucurbitula, Curtus, Differo, Exploro, Lana, Λήθαργος, Oculus, Promoveo, Redeo, Vocabulum.

Vt. neque dubitari potest, quin alia curatione opus sit, si .. ut Herophilo visum est .. alia, si .. ut Hippocrati .. alia, si .. ut Erasistrato placuit .. alia, si .. ut Asclepiades contendit *pro. l.* 1. utilis .. cibus interdum mollis, ut malva, ut urtica; interdum acer, ut lac cum allio coctum *l.* 4. *c.* 10. ℑ ut .. sic. Vt alimenta sanis corporibus agricultura, sic sanitatem aegris medicina promittit *initio pro. l.* 1. ℑ *pro quippe*. medicus pertractans ossa, ut adhuc tenero callo, ea diducit *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7. *pro cum, ubi*. ut pura ulcera esse coeperunt, arida medicamenta infrianda sunt *l.* 7. *c.* 12. *s.* 1. *v.* Primum. ℑ *pro quod, vel loco verbi infiniti*. Illa cum hydropicis communia sunt: ut exerceatur, insudet &c. *l.* 4. *c.* 2. *v.* cum eo, ut ℑ *est conjunctio*. pridie abstinere aeger debet, ut aptus tali curationi sit: eo die ante aliquot horis aquam calidam bibere, ut superiores ejus partes madescant *l.* 2. *c.* 12. *s.* 2. ℑ *ut non*. ibi enim vix fieri potest, ut non per omnem aetatem exulceratio sit *l.* 8. *c.* 4. *sub finem*. ℑ *ut post* Adeo, Sic. *v. suis locis*. ℑ *pro licet, quamvis*. quod ut sustinere aliquis possit, tamen, etiam febre liberatus, vix refectioni valebit *l.* 3. *c.* 15. *v.* Transfusio. ℑ ut puta, *exempli gratia*. *v.* Puta.

Vter. *v.* Renitor.

Vter. si altera, *accessio*, gravior, altera longior est, considerandum est utra magis affligat; illa vi, an haec tempore *l* 3. *c.* 5.

Vterlibet. ubi utrumlibet factum est &c. *l.* 3. *c.* 7. *s.* 2. ubi utrolibet modo curatum est &c. *l.* 6. *c.* 18. *s.* 10.

Vterque. uterque casus *l.* 8. *c.* 8. utraque, *sutura et fibula*, optima est ex acia molli &c. *l.* 5. *c.* 26. *s.* 2. sutura neque summae cutis, neque interioris membranae per se satis proficit; sed utriusque *l.* 7. *c.* 16. res utrique succurri patitur *l.* 5. *c.* 26. *s.* 36. optimum est utrumque experiri *l.* 3. *c.* 18. utroque loco *l.* 7. *c.* 26. *s.* 4. in utroque morbo *l.* 7. *c.* 27. *s.* 2.

Vterus, *pro alvus*. transversum ex valida membrana septum est, quod a praecordiis uterum diducit *l.* 4. *c.* 1. modo intus in uterum aqua contrahitur *l.* 3. *c.* 21. ℑ uterus. si digiti in utero protinus cohaeserunt *l.* 7. *c.* 32. id interdum evenit protinus in utero matris *l.* 7. *c.* 28. quod feminis quoque ex utero saepe evenire consuevit *l.* 7. *c.* 17. sanguinem incisa vena mitti .. feminis uterum non gerentibus, vetus est *l.* 2. *c.* 10. *In his locis uterus non aliam videtur significationem habere, quam in superioribus. Nam quem nunc uterum vocant, a Celso vulva nominari solet*. *v.* Vulva.

Vti. Sed haec quidem alioquin memoria magni professoris uti interponeremus effecit *l.* 8. *c.* 4. *v.* Polypus.

Vtilis. si stomachus pituita impletur .. utilis exercitatio, gestatio, navigatio, frictio *l.* 4. *c.* 10. *v.* Balneum, Tussis, Vomitus. utile est cibos in remissionibus quotidie dari *l.* 3. *c.* 22. satis utilis est quilibet ex via pulvis inspersus *l.* 3. *c.* 19. maxime utiles sunt naturales et siccae sudationes *l.* 3. *c.* 21. cui caput infirmum est, is &c. ex toto neque vinum, neque

ubicumque venae majores sunt, quoniam exhaurire hominem profusione sanguinis possunt. Praeter haec malum vulnus est, quodcumque in alis, vel feminibus, vel inanibus locis, vel in articulis, vel inter digitos est: item quodcumque musculum, aut nervum, aut arteriam, aut membranam, aut os, aut cartilaginem laesit. Tutissimum omnium quod in carne est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 3. Et haec quidem loco vel pejora, vel meliora sunt. Modo vero periculum facit quodcumque magnum est *ibid.* *s.* 4. Aliquid etiam in vulneris genere figuraque est. Nam pejus est quod etiam collisum, quam quod tantum discissum est: adeo ut acuto quoque, quam retuso telo vulnerari commodius sit. Pejus etiam vulnus est, ex quo aliquid excisum est; ex quove caro alia parte dependens, alia inhaeret. Pessimaque plaga in orbem est; tutissima quae lineae modo recta est. Quo deinde propius huic illive figurae vulnus est, eo vel deterius vel tolerabilius vulnus est *ibid.* *s.* 5. balneum quoque dum parum vulnus purum est, inter res infestissimas est: nam id et tumidum et sordidum reddit *ibid.* *s.* 28. Inflammatione finita, vulnus purgandum est *&c.* tum demum vero purum [ulcus] est, cum rubet, ac nimium neque siccum, neque humidum est. At quodcumque sensu caret, quod non naturaliter sentit, quod nimium aut aridum, aut humidum est, quod aut albidum, aut pallidum, aut nigrum est, id purum non est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 29. *v.* *adnot.* Purgato, sequitur ut impleatur *&c.* *ibid.* *s.* 30. *v.* Penetro, Curatio, Glutino, Fibula, Sutura. Gravius aliquanto est, cum ossis fracturae carnis quoque vulnus accessit; maximeque si id musculi femoris aut humeri senserint: nam et graviores inflammationes, et promptiores cancros habent *l.* 8. *c.* 10. *s.* 7.

Vulpinus. *v.* Pollen.

Vulsella. orae, *cutis*, vulsella prehendendae *l.* 6. *c.* 18. *s.* 3. si quod fragmentum cum ceteris non glutinabitur.. vulsella extrahetur *l.* 8. *c.* 5.

Vultus. *v.* Adversus. si cerebrum membranave ejus vulnus accepit.. quorumdum sensus obtunduntur, appellatique ignorant; quorumdam trux vultus est *l.* 5. *c.* 26. *s.* 14.

Vulva. Vulva in virginibus quidem admodum exigua est: in mulieribus vero, nisi ubi gravidae sunt, non multo major, quam ut manu comprehendatur. Ea recta tenuataque cervice, quam canalem vocant, contra mediam alvum orsa, inde paulum ad dexteriorem coxam convertitur; deinde super rectum intestinum progressa, iliis feminae latera sua innectit *l.* 4. *c.* 1. Vulvae natura mirabilis cum in multis aliis, tum in hac re quoque facile cognoscitur. Oportet autem ante omnia resupinam mulierem transverso lecto sic collocare, ut feminibus ejus ipsius ilia comprimantur: quo fit, ut et imus venter in conspectu medici sit, et infans ad os vulvae compellatur: quae emortuo partu id comprimit; ex intervallo vero paulum dehiscit. Hac occasione usus medicus, unctae manus indicem digitum primum debet inserere, atque ibi continere, donec iterum id os aperiatur, rursusque alterum digitum demittere; et per easdem occasiones alios, donec tota esse intus manus possit. Ad cujus rei facultatem multum confert et magnitudo vulvae, et vis nervorum ejus, et mentis etiam robur; cum praesertim intus nonnumquam etiam duae manus dari debeant *&c.* Verum intus emortuo corpori manus injecta protinus habitum ejus sentit: nam aut in caput, aut in pedes conversum est; aut transversum jacet. Medici vero propositum est, ut eum manu dirigat vel in caput, vel etiam in pedes, si forte aliter compositus est. Tum si caput proximum est, demitti debet uncus undique laevis; acuminis brevis, qui vel oculo, vel auri, vel etiam fronti recte injicitur; deinde attractus infantem educit *&c.* compressa vulva, conquiescere; hiante leniter trahere oportet; et per has occasiones paulatim eum educere *l.* 7. *c.* 29. Si vero transversus est, neque dirigi potuit, uncus alae injiciendus, paulatimque attrahendus est. Sub quo fere cervix replicatur, retroque caput ad reliquum corpus spectat. Remedio est cervix praecisa; ut separatim utraque pars auferatur. Id unco fit, qui priori similis, in interiore tantum parte per totam aciem exacuitur *ibid.* Ex vulva quoque feminis vehemens malum nascitur *l.* 4. *c.* 27. *s.* 1. si vulva exulcerata est *&c.* *ibid.* si mulieri inguen et febricula orta est, neque causa apparet, ulcus in vulva est *l.* 2. *c.* 7. *pessum*, ad vulvam molliendam *l.* 5. *c.* 21. *s.* 2. optima adversus inflammationem vulvae Numenii compositio est *l.* 5. *c.* 21. *s.* 4. si vulva

dolens somnum prohibet &c. *l.* 5. *c.* 25. *s.* 5. ℑ stomacho apta sunt . . ex suae ungulae, rostra, aures vulvaeque steriles *l.* 2. *c.* 24.

X

Xylobalsami, *secundo casu* *l.* 5. *c.* 18. *s.* 7.

Z

Zeno. multa etiam de facultatibus medicamentorum memoriae prodiderunt, qualia sunt vel Zenonis, vel Andreae *pro*. *l.* 5.

Zingiber, *in secundo casu* *l.* 5. *c.* 23. *s.* 3.

Zmaragdinum, *emplastrum*. At quia perviride est, zmaragdinum appellatur *l.* 5. *c.* 19. *s.* 7.

Zopyrus. *v.* Ambrosio.

Ζυγώδης. *v.* Jugale.

Φ

Φαγέδαινα. *v.* Θηρίωμα. nonnumquam id genus ibi cancri, quod φαγέδαινα a Graeci nominatur, oriri solet *l.* 6. *c.* 18. *s.* 4.

Φαρμακευτικῆς. *v.* Medicina.

Φθειρίασις, genus quoque vitii est, quo inter pilos palpebrarum pediculi nascuntur: φθειρίασιν Graeci nominant *l.* 6. *c.* 6. *s.* 15.

Φθίσις, Phthisis. tertia est, longeque periculosissima species tabis, quam Graeci φθίσιν nominarunt. Oritur fere a capite; inde in pulmonem destillat; huic exulceratio accedit; ex hac febricula levis fit: quae etiam cum quievit tamen repetit, frequens tussis est; pus exscreatur; interdum cruentum aliquid *l.* 3. *c.* 22. quod si mali plus est, et vera phthisis est, inter initia protinus occurrere necessarium est: neque enim facile in morbus cum inveteravit, evincitur *ibid*.

Φιμώσις. Si glans contecta est, ut nudari non possit; quod vitium Graeci φιμώσιν appellant: aperienda est *l.* 7. *c.* 25. *s.* 2.

Φλεγμονή. *v.* Inflammatio.

Φλυζάκιον. φλυζάκιον paulo durior pusula est, subalbida, acuta &c. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 15.

Φλύκταινα. nonnumquam plures, *pusulae*, similes varis oriuntur; nonnumquam majores [pusulae] lividae, aut pallidae, aut aliter naturali colore mutato; subestque iis humor: ubi eae ruptae sunt, infra quasi exulcerata caro apparet: φλύκταιναι graece nominantur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 15.

Φρένησις, phrenesis. insania febricitantium, quam φρένεσιν appellant *l.* 2. *c.* 1. Incipiam ab insania, primamque hujus ipsius partem aggrediar, quae et acuta, et in febre est: φρένησιν Graeci appellant &c. Phrenesis vero tum demum est, cum continua dementia esse incipit, aut cum aeger, quamvis adhuc sapiat, tamen quasdam vanas imagines accipit, perfecta est, cum mens illis imaginibus addicta est *l.* 3. *c.* 18.

Φύγεθλον, φλύγεθλον est tumor non altus, latus, in quo quiddam pusulae simile est. Dolor distentioque vehemens est, et major quam pro magnitudine tumoris; interdum etiam febricula: idque tarde maturescit, neque magnopere in pus convertitur. Fit maxime aut cervice, aut in alis, aut in inguinibus. Panum a similitudine figurae nostri vocant *l.* 5. *c.* 28. *s.* 10.

Φυλαληθοῦς. *v.* Collyrium.

Φῦμα, Phyma. *malagma*, ad strumam, et orientia tubercula, quae φύματα vocantur, quod haec digerit *l.* 5. *c.* 18. *s.* 16. Phyma nominatur tuberculum furunculo simile. sed rotundius et planius, saepe etiam majus. Nam furunculus ovi dimidii magnitudinem raro explet, numquam excedit: phyma etiam latius patere consuevit; sed inflammatio dolorque sub eo minores sunt. Vbi divisum est, pus eodem modo apparet: ventriculus, ut in furunculo, non invenitur: verum omnis corrupta caro in pus vertitur *l.* 5. *c.* 28. *s.* 9.

X

Χαλάζια. quaedam in palpebris huic non dissimilia nascuntur &c. χαλάζια Graeci vocant *l.* 7. *c.* 7. *s.* 3.

Χάλκαντος. *v.* Atramentum sutorium.

Χειρουργικῆς. *v.* Medicina.

Χειρῶν. *v.* Collyrium.

Χοινικὶς. *v.* Modiolus.

Χολέρα, cholera. primo mentio facienda est cholerae; quia commune id stomachi atque intestinorum vitium videri potest. Nam simul et dejectio et vomitus est.. bilis supra infraque erumpit &c. Ergo eo nomine morbum hunc χολέραν Graeci nominarunt *l.* 4. *c.* 18.

Χόρδαψος. Diocles Carystius tenuioris intestini morbum χόρδαψον, plenioris εἰλεὸν nominavit *l.* 4. *c.* 20.

Χοριοειδής. interior tunica, *oculi*, media parte, qua pupilla est, modico foramine concava, circa tenuis, ulterioribus partibus ipsa quoque plenior: quae χοριοειδής a Graeci nominatur *l.* 7. c. 7. *s.* 33.

Ω'μοπλάται. a cervice duo lata ossa &c. *Vocabulum hoc, quod positum est sub littera O. huc transferendum est.*

ADDENDA

p. 7. c. 1. *l.* 6. *post c.* 11.	*Adde*	Adurunt auripigmentum, atramentum sutorium. &c. *l.* 5. c. 8.
		Injuste. *v.* Terreo.
		Innatans. *v.* Inhaeresco.
p. 121. c. 2. *l.* 21. *post* continuat,		Ex levibus momentis inflammationes et lippitudines concitat *l.* 7. *c.* 7. *s.* 15.
p. 130. *c.* 2. *l.* 15. *post* curatur.		Ξηροφθαλμία. Est etiam genus aridae lippitudinis: ξηρόφθαλμίαν Graeci appellant *l.* 6. c. 6. *s.* 39.
p. 369. c. 2. *l.* 12. *post* superinungendum.		Λαγώφθαλμος. Nonnumquam autem nimium sub hac curatione excisa cute evenit, ut oculus non contegatur: idque interdum etiam alia de causa fit. Λαγωφθάλμους Graeci appellant. *v. adn. nostram.*
		O"ξη. ei remissioni credendum est, quae etiam immoratur, et jactationem, foetoremque quemdam oris, quem ὄξην vocant, minuit *l.* 3. *c.* 11.
p. 176. *c* 2. *l.* 4. *post* Sextans.		Sextarius. vini sextarius *l.* 6. c. 7. *s.* 2. farinae lolii ℱ 1. *l.* 5. *c.* 28. *s.* 18.
		Σταφὶς ἀγρία. *v.* Vva taminia.
		Σταφύλωμα. In ipso autem oculo nonnumquam summa attollitur tunica, sive ruptis intus membranis aliquibus, sive laxatis; et figura similis acino fit: unde id σταφύλωμα Graeci vocant *l.* 7. c. 7. *s.* 11.
		Superaccommodo. ferulae superaccommodandae p. 79. c. 1. l. 52.
		Ῥαγάδια. *v.* Scindo.

ERRATA		CORRIGE
p. 3.	l. 27. ferulae super accommodandae	ferulaeque superaccomodandae
p. 67.	l. 44. spherion	Sphaerion
p. 69. c. 1.	l. 9. *c.* 8.	*c.* 28.
p. 78. c. 1.	l. 7. sine ulla remissione	sine remissione
p. 84.	l. 12. estate	aestate
p. 129.	l. 42. sepius	saepius